8
7 C
12

3590

P-11 = 6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEOMACHIAE CALVINISTICAE;

CATAPHRACTIS ARMIS, TAM E S. SCRIPTVRA QVAM SS CONCILIIS ET PATRIBVS, adeoque ipſorum Hæreticorum libris, Confeſſione & Catechiſmo depromtis pro-fligatæ,

TOMVS SECVNDVS.

PER F. FRANCISCVM FEVARDENTIVM Ordinis Minorum, Regularis Obſeruantiæ, ac Theologum Pariſienſem.

Cum Indicibus copioſiſſimis, &c.

[redacted]

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud PETRVM Cholinum,

ANNO M.DC.XXIX

B: [redacted] 1692.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER VNDECIMVS.

IN QVO REFELLVNTVR TRES ET CENTVM ERRORES HVGNOSTICORVM, ADVERSVS DOCTRINAM Catholicam, de igne PVRGATORIO Animarum poſt hanc vitam.

PRIMVM OSTENDITVR MINIſtros Hæreticorum non neglexiſſe, ſed plurimum exagitaſſe hanc materiam: aduerſus primum & ſecundum mendacium.

CAPVT PRIMVM.

DOCTOR.

QVIA nihil ritè, nihilque prouidenter homines ſine diuini numinis ope, conſilio, ac inuocatione, auſpicari poſſunt, ante omnia Deum Patrem miſericordiarum & totius conſolationis precabor, vt lumine Spiritus ſui mentes noſtras illuſtret, quo rectius aggrediamur ad ea quæ hodie dicturi ſumus, vtque omnia cedant in eius gloriam, & ſalutis noſtræ propagationem. MINISTER. Velim hunc diem impendamus Tractationi de Purgatorio, ſicut ipſe pollicitus es. Tantam enim librorum molem conſcripſerunt aduerſus hoc doctrinæ caput, vt animus meus ancipiti dubitatione diſtrahatur, nec certum adhuc habeat, quid ea de re ſentiendum ſit. DOCTOR. Qui fieri poteſt quod dicis, tot libros editos eſſe à veſtris hominibus ſuper hoc argumento, cùm alij quidam Miniſtri ad me ſcripſerint, *Hanc partem a veſtris neglectam fuiſſe, velut rem, in qua, niſi aliò digrediatur oratio, nullus operæ fructus, nulla verſetur ædificatio?* Hinc ergo in multas extra rem digreſsiones ſeſe effundit, ſaltat extra chorum & oleas, nunc in laudes ſuas, caſtrenſis miniſterij facinora, peregrinationes in Italiam & Germaniam, Bibliothecas omnes ferè euolutas, ampliſsimos cuiuſdam auunculi ſui reditus à ſe contemptos, videlicet, erumpit: poſtea vniuerſis ſanctis Patribus conuiciatur, præſertim in beatiſſimum patrem Franciſcum debacchatur impudentiſsimè. Sceleratos autem & diuino humanoque iudicio damnatos veteres hæreſiarchas Aerianos, VValdenſes, Albigenſes, Pragenſes laudibus non tam exornat, quàm ad inuidiam vſque onerat. Præterea, effertur in ſummum Pontificem, detrahit Miſſæ, Satisfactioni pro peccatis obloquitur, confeſsioni auriculari aduerſatur, peregrinationes ad ſancta loca vituperat, abſtinentiam à cibis & caſtitatis votum damnat, vſum aquæ luſtralis prohibet, & Catholicis omnibus calumniatur; &c.

Parentium pagina 5. Inſtructionis.

MINISTER. Præclara ſcilicet, ignoran-

Digitized by Google

tiæ ſuæ præſidia. Sed cupio vt mihi deſignes, & tam feſtiui Miniſtri nomen, & libri eius titulum. Quidam Miniſterculi & Prædicantes qui non ita pridem Caluiniſmum per inferiorem Normanniam diſſeminabant, ſub nomine Claudij Parentij Miniſtralem perſonam agentis in humili pago, cui nomen Maromma, non procul à Baiocenſi ciuitate, conſcripſerunt librum mole ingentem, re inanem, ſermone partim Gallico, partim Latino, in quo reſpondere conati ſunt ad ea, quæ duobus folijs de Purgatorio diſſerueram, vt quibuſdam pijs gratificarer, quos illi in hæreſim ſuam pertrahere nitebantur. Voluminis hæretici Inſcriptio eſt: *Inſtructio Chriſtiana de Purgatorio, pro Eccleſia reformata Baiocenſi, continens amplam refutationem cuiuſdam replicationis compoſitæ à quodam Franciſcano, cui nomen Franciſcus Feu-ardentius, titulo Doctor in Theologia, &c.* Gloriabantur ſe propediem hoc præclarum ſcilicet ingenij monumentũ prelo commiſſuros & publicaturos; id quod hactenus expectando ſuſtinui tantiſper, & diſtuli reſponſionem. Sed quia non ſtant promiſsis, & video te hanc percupere, morem tibi geram, & hoc caput fuſius tractabo.

Summa huius libri. Refellemus ergo vniuerſa mendacia, fraudes, impoſturas, & blaſphemias, tum quæ in illo libro, tum in multis alijs eorum libellis occurrunt. Probabimus vtriuſque Teſtamenti ſententijs, traditionibus Apoſtolorum, decretis Conciliorum, conſenſione omnium Patrum, ſæculorum, Gentium, adeoque ipſorummet Hæreſiarcharum confeſsionibus, eſſe Purgatorium expiandis animabus plurimorum fidelium, poſtquam ex hac mortali vita diſceſſerunt. Ordiamur ſi placet, ab illo inſigni mendacio Miniſtrornm, qui præ ſe ferunt nullã ſe huius articuli in ſcriptis rationẽ habuiſſe: oſtendamuſque quot quantique fuerint huius pietatis hoſtes.

Confut. 1. MIN. Poſſum eos minimo negotio ſplendidæ falſitatis redarguere. Princeps ſectarum iſtarum Lutherus, Tractatu namque ſuo ad VValdenſes, adeo vociferatur, vt Stentora vincere poſsit, aduerſus Purgatorium, Miſſas & vigilias pro defunctis. Auget furorem in ſua reſolutione articulorum à Leone Papa damnatorum: & in Libro de abroganda Miſſa, parte ſecunda, non contentus abolere, quoad eius fieri poteſt, ſacrificia & preces pro defunctis; plauſtra conuitiorum effundit aduerſus II. Gregorium, vtrumque confirmantem.

2. Andreas Carolſtadius ſuccenturiator eius & ſatelles factionis aduerſus Eccleſiam Apoſtolicam, eodem tempore, librum impium typis excudendum curauit VVittebergæ, cuius inſcriptio eſt: *Aduerſus Purgatorium.*

3. Zuinglius ac Oecolampadius duo flabella turbarum ac ſeditionum, quo tempore tragœdias ſacramentarias in Heluetia concitarunt, ſumma vi conati ſunt hanc de Purgatorio doctrinam conuellere. Prior quidem, libro peculiariter in eam rem edito; poſterior, in ſuis ad Prophetas Commentarijs. 4.

Horum veſtigijs adhæſerunt Bullingerus, Gualtherus, Lauatherus, Vermillius, Aretius, primus Com. in Apoſtolum & Apocalypſim; ſecundus ac tertius in Homilijs: alijs in locis communibus. Hi, inquam, omnes quidquid valent in Hebræis, Græcis, & Latinis literis, profundunt ad hunc locum tertium penitus ſubuertendum. Nonne ergo rem iſtam neglexerunt? An non potius hoc dicendum eſt, eos præcipuè hoc vnum egiſſe, cætera verò tanquam acceſſoria functoriè miniſtraſſe?

DOCTOR. Attende porrò quantopere ſecum ipſi Parentius & gregales diſsideant, & 5. ſuopte iudicio falſi manifeſtè conuin[illegible]ur. *Non dubitamus* (inquiunt poſt[illegible]n-*thon aliquando crediderit eſſe Purgatorium; ſed huic errori poſtmodum renunciauit, id quod pluſquam centũ locis teſtatum fecit.* Paulò poſt: *Lutherus infinitis locis condemnat Purgatorium, & preces pro defunctis.* MIN. Qua igitur fronte audent Marromiſtæ ſcribere, Miniſtros hanc doctrinam pro nihilo duxiſſe? Hoccine negligere eſt, pluſquam centies, & infinitis in locis rem ſcribendo refricare? 6.

DOCT. Vt ad Gallos veniamus, Caluinus ſex paginas Inſtitutionis ſuæ replet diſputationibus contra Purgatorium. In Harmonia, & Commentarijs in Epiſt. Apoſt. eandem rem frequenter agit.

Petrus Viretus viginti & quinque folia Inſtructionis ſuæ conſumit in conuellendo Purgatorio. 7.

Beza quinque in locis Annotationum ſuarum ad Nouum Teſtamentum eodem tendit: & duobus volumine tertio rerum Theologicarum. 8.

Marloratus immenſis illis Rhapſodijs in nouum Teſtameutum duodecies idem Purgatorium impetit; & in alijs ſuper Geneſim, Pſalmos ac Iſaiam, duobus. 9.

Bartholomæus Cauſſeus libri, quem Clypeum fidei vocet, totum vndecimum Dialogum contra illum inſtituit. 10.

Antonius

11. Antonius Zadeel, prolixis diſputationibus de ſatisfactione in eadem re anxiè laborat.

12. Miniſtri de quibus ſupra retuli, craſſo volumine centum & ſexaginta foliorum, quod ad me tranſmiſerunt, nihil aliud moliuntur, quàm vt hic ignis in fumos & auras euaneſcat. Denique, nunquam ſermonem contuli cum quopiam huius gregis, quin protinus in hunc ſcopulum impegerit. An non ergo impudens mendacium, quod hanc doctrinam neglexerint? MIN. Manifeſtum, & pudendum nimis. Sed pergamus.

DOCTRINAM DE PVRGAtorio non eſſe inuentum Sorboniſtarum, non Gregorij Papæ, non Odilonis Abbatis, non Auguſtini, non Cypriani, non Iudæ Machabæi, non Platonis, multò minus Satanæ: contra octo Caluinianorum impoſturas atque blaſphemias.

CAPVT SECVNDVM.

DOCTOR.

OPERÆ pretium eſt conſiderare quanta varietate opinionum decertent inter ſe Prædicantes, cùm origo exprimitur vnde fluxerit Purgatorij doctrina, & oratio pro defunctis. Etenim Marrommiſtæ noſtrates hanc adſcribunt Sorboniſtis & Monachis: Danæus verò Odiloni Abbati Cluniacenſi, ſub Dagoberto Rege, cùm ſcribit: *Hic Abbas primus docuit quaſdam eſſe pœnas Purgatorij*. Lucas Loſſius Germanus, Comment. in Alcuini lib. de Trinitate, audacter iurat, quod perſuaſio de Purgatorio principium ſumpſit ex apparitionibus ſpirituum, qui ſe videndos exhibuerunt temporibus Diui Gregorij. Alius quidam lucifuga, nomen ſuum his tantum notis ſubindicans, M. D. L. F. *in Litera*, quam vocat *Myſticam, vltimæ conſpirationis in Comitem Mauritium*, Leidæ impreſſa M.DC.II diuinam iuſtitiam, quæ in Purgatorio exercetur, deridens, illum locum appellat, *Ætna Odilonis, cuius os vnum pateat in Hibernia, aliud in Sicilia, tertium Puzzolis: Balneum incenſum Gregorij: Chimæram Alcuini, & locum Bedæ incognitum*. Adeò in hac re excutiens miſer, vt neſciat de quibus loquatur, nec de quibus affirmet, ſolis irriſionibus & blaſphemijs contentus. Sed & Marrommiſtæ noſtri fœda inconſtantia quater ſententiam retractant. Primùm, dicentes, hanc quæſtionem cœptam eſſe diſputari tempore D. Auguſtini: hinc, perſuadere conantur imperitis, Tertulliano, & Cypriano nihil vnquàm in mentem veniſſe de Purgatorio. Inde, non ſatis ſibi fidentes, comminiſcuntur preces pro defunctis, & originem Purgatorij manaſſe à quibuſdã Patribus, quarti à Chriſto nato ſæculi. Quarto, vt nihil eſt in mendacio conſtans, dicentes quod ædificarant, aiunt Platonem, alioſque Philoſophos ætatis eius primas huius ignis ſcintillas accendiſſe. MIN. Præbeo me tibi attentum auditorem, & niſi calculi error mihi imponit, iam ſupra decem contradictiones, ac diſcordes ſententias annotaſſe videor.

Inſtruct. pag 6.
In Enchi. Aug. fol. 122 pag. 2.
Pag. 20 & 64.
pag. 15
pag. 113
pag. 13 157.

DOCT. Siquidem patientes aures mihi commodare non graueris, quinque adhuc reliquas tibi admetiar, vt duodenarius numerus adimpleatur. Bartholomæus Cauſſeus in Clypeo fidei Caluinianæ proclamat, *Iudam Machabæum extitiſſe primum repertorem Sacrificij pro peccatu defunctorum: idque eum feciſſe nullo exemplo, malo more, ſe ſolo authore*. Deinde, nonnihil remittens de orationis vehementia, Paridem quem ad partes ſuas conatur pertrahere, alloquitur: *Quod iſte tibi affirmauit, preces ab Eccleſia primitiua pro mortuis conceptas fuiſſe, caue credideris*. Marrommiſtæ in contrariam partem tendentes, apertè confitentur, *quoſdam, imò complures ex antiquis Eccleſiæ Doctoribus docuiſſe orandum eſſe pro mortuis. Nonnullos etiam aſſeruiſſe Purgatorium*.

pag. 16 166.
pag. 98 & 99.
pag. 82.

Deinde, ad vomitoria ſua redeunt, & originem purgatorij, atque orationem pro defunctis referunt ad authorem Satanam. Sic enim pro ſolenni ſua modeſtia loquuntur. *Hinc Sathan occaſionem arripuit perſuadendi hominibus, vt in mortuorum gratiam preces conciperent, & pro ijs expiatoria ſacrificia efferrent*. Poſtremò, Geneuanorum Antiſtes faſtu faſtidioque omnes ſuperius adductas opiniones collegarum ſuorum traducit, folio ſic orſus ab alto: *Veteres (inquit) Chriſtiani, quidquid huius eſt introduxerunt peruerſa quad am emulatione Paganorum, ne minorem ijs curam ac diligentiam erga defunctos amicos gerere viderentur*. Cui velut edicto aut Senatuſconſulto tandem acquieſcunt Marrommiſtæ. Hæc eſt diſcordia concors Architectorum veſtræ reformationis. Nunc in tanta diſcrepantia ſententiarum ecquid tãdem conſtitues, aut quoſnam tibi ſequendos putabis?

Ex inſtit. gallica.
Pag. 135 & 136. Inſtruct.

Digitized by Google

Confut. 1. MIN. Mihi omnino decretum eſt nauim ab hoc Euripo deflectere, nec adhæreſcere tam lubricis & verſatilibus ingenijs. Tot enim commutationes & contradictiones in vnico doctrinæ capite, mentem obuolutam nebulis errorum euidenter probant. Deinde, cùm diſcipuli à magiſtris, & magiſtri à ſemet inuicem diſsideant, palam eſt eos à veritate deſeri, nec regi à Spiritu diuino: igitur inſpirantur à maligno. Enimuerò Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſtæ, Diſcipuli, Paſtores Eccleſiæ Catholicæ, nunquam ita in fidei rebus ſeſe mutuis diſſenſionibus proſciderunt: ſed vt miro charitatis affectu inter ſe deuincti erãt, ita fidei vnione, & paritate ſententiæ mirificè congruebant. Vnus enim & vnitatis author Spiritus eos illuminabat, & indiuiduo fœdere copulabat, tametſi ſpatijs temporum, & locorum interuallis ſeiungebantur. At verò, hi nouitij veritatis repertores, licet ætatis ratione conueniant, cæteris tamen partibus ita diſcrepant, vt citius lupos & agnos inter ſe conciliaueris. Tollant itaque prius diſsidia quibus diſtrahuntur, poſtea viderimus quid communiter expediat. Habes ſententiam meam, prome nunc viciſsim tuam.

2. DOCT. Illud quidem caret omni dubio, Si Sorboni primùm accenderunt ignem purgatorium, vt ſcribunt Marromniſtæ, Danæum ſplendidè mentiri, cùm id Odiloni tribuit. Loſsium item falſum ac fallacem eſſe, qui B. Gregorium huiuſce rei authorem facit. Adhæc, ſi veteres Chriſtiani morem iſtum introduxerunt, vt Caluinus prædicat, diſcipuli eius impoſtores deprehenduntur, cùm aſſerunt Auguſtinum, Cyprianum, Tertullianum, atque adeò totam Eccleſiam primitiuam nunquam pro defunctis oraſſe. Præterea, ſi Iudas Machabæus hanc doctrinam è capite ſuo confinxit (vt Mineruam è cerebro Iouis exijſſe memorant) non ergo Plato, vel antiquior aliquis philoſophus id commentus eſt. Poſtremò, ſi quarto Eccleſiæ ſæculo, (quo quidem tempore *Inſt lib.4 ca.2 § 3.* etiam iudicio Caluini) vera religio, & Apoſtolorum doctrina per omnes orbis partes, & in ipſa Eccleſia Romana inuiolata cuſtodiebatur, ſi tunc, inquam, orationes pro defunctis fiebant, non eſt planè inuentio Satanæ, vt impudenter blaſphemant; ſed doctrina Apoſtolica, & reuelatio Spiritus ſancti, qui Eccleſiã Catholicam perpetuò gubernat. Mutuis ergo vulneribus ſeſe conficiunt, & ſuis ipſorum armis expugnantur.

3. Ea propter, his deſultorijs hominibus optimè quadrat, quod Apoſtolicis temporibus *L.2.c.38.* ſcripſit Martyr IRENAEVS: *Heretici ſunt vt mali fures, ſeipſos arguentes & conuincentes.* Et eiuſdem ſæculi vir TERTVLLIANVS: *Nihil intereſt illis diuerſa tractantibus, cùm* *L. præſcript.* *ad vnius veritatis expugnationem conſpirent.* Et poſtea: *Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque pro ſuo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum pro ſuo arbitrio compoſuit ille qui tradidit.* Huius autem diuerſitatis & inconſtantiæ rationem reddens, idem Scriptor ait: *Hoc eſt negotium illis, non Ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi. Hãc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi iacentibus eleuationem operentur.* MIN. Id quidem veriſsimum eſſe & ratio & experientia me docuit, non ſolùm in hoc Tractatu de Purgatorio, circa quem cùm tot ſint tamque diſcrepantes Prædicantum opiniones, ſumma ſummarum tamen huc redit, quod omnes conſpirant vt aboleatur, & defuncti viuentium ſuffragijs priuentur.

DOCT. Quæro etiam ex te, Vtrum B. Gregorius, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, quatuor Doctorum Latinorum columina: vtrum Athanaſius, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Orientis & Græciæ lumina, in ordine Scholaſticorum & Sorbonicorum reponendi videantur, an non? MIN. Nunquam fando audire potuerunt nomen celeberrimi illius collegij, quod à Roberto de Sorbona fundatum fuit octingẽtis annis poſt exceſſum eius, qui inter prædictos Doctores ætate nouiſsimus eſt. Nec diſsimilis eſt ratio Petri Lombardi magiſtri Sententiarum, à quo præſertim deriuata eſt Scholaſticorum diſciplina. DOCTOR. Atqui hi octo Patres multis & firmis argumentis comprobauerunt doctrinam de ſacrificijs & oblationibus pro defunctis, quod & Marromiſtæ fateri coguntur, *Pagin. 83. 97. 98. 123. 204. 218. 290.* Quapropter etſi mentiendi conſuetudinem in naturam verterunt, indiligenter tamen cautionem artis obſeruarunt, quæ mendacem eſſe memorem præcipit, quando in principio farraginis ſuæ initium Purgatorij ad Scholaſticos, Sorbonicos, & Monachos retulerunt.

MINISTER. Quid verò ſi negauerint illos octo nominatos Patres, vllum hac de re verbum feciſſe? DOCTOR. Primùm, nullo ſchemate defendi poterunt à turpi ignoratione, impudentia, atque retractatione. Deinde, ſunt mihi ad manum probationes, quibus euincam illos oraſſe publicè, & obtuliſſe ſacri-

ficium

Digitized by Google

ficium corporis & ſanguinis Chriſti pro requie defunctorum; inſuper, eandem ſententiam ex ſcripturis vtriuſque Teſtamenti, traditionibus Apoſtolorum, ac vniuerſæ Eccleſiæ conſenſu, authoritateque comprobaſſe, vt ſuo poſtea loco demonſtrabo. MIN. Ergo pergamus vltra.

PVRGATORII DOCTRInam in Scripturis expreſſam eſſe: non itaque indifferentem, ſed retinendam velut articulum fidei Catholicæ: atque ſic obſeruatam ante quartum & quintum Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculum: ac per conſequens, qui Purgatorium negant, impij ſunt ac heretici: aduerſus 11. 12. 13. 14. & 15. Hugnoſticorum errorem.

CAPVT TERTIVM.

MINISTER.

ANtagoniſtæ ſemper in ore habent, Nuſpiam in Biblijs mentionem fieri Purgatorij: proinde ſtatuunt hoc doctrinæ caput indifferens eſſe, vel ſaltem ad fidem Catholicam non pertinere, ſicque hæreticos non eſſe, qui hoc negant, cùm quatuor aut quinque prioribus Eccleſiæ ſæculis ignotum fuerit. DOCTOR. Aretius Bernenſis miniſter priorem ſententiam defenſat, ſcribens: *Malè conſtituuntur tria loca, cum ſacra literæ tantùm cœlos norint, & infernum poſt hanc vitam.* De cæteris Caluinus vociferatur: *Ex multis blaſphemijs conſtructum eſſe Purgatorium. Quod de ipſo creditum eſt, reuelationibus Satanæ arte confictis, contigit. Clamandum non modò vocis, ſed gutturis ac laterum contentione, Purgatorium non modò exitiale Sathanæ eſſe commentum. &c. Nunquam Deus, aut Angelus, aut Diabolus quidquam hac de re patefecit, &c.* Addit inſuper, Bucerum deſignans & Lutherum; *Neque enim quibuſdã aſſentior, qui diſſimulandum hac in parte cenſent, & mentionem Purgatorij omittendam, &c.* Nam Lutherus ſcribit: *Neque quiſquam aſtringitur ad credendum Purgatorium, cùm de hoc nihil ſit in Scripturis.* Marroniſtæ alios errores tuentur, inquientes: *Totis quatuor aut quinque ſæculis non eſt certò definitum, vt doctrina de Purgatorio inter articulos fidei recenſeretur.* Quin & tragico boatu cœlum & terram implorant aduerſum me, quod illos hoc nomine hæreſeos accuſauerim.

In Problematis.
Inſt. l. 3. c. 5. § 6.
Alibi.
Tractatu ad VValdenſes.
Inſtruct. pag. 141. pag. 18. 19. 20. 21. 22 &c.

MINISTER. Neminem è gente Hugnotica eſſe arbitror, qui non ſuperiores ſuorum Authorum ſententias pertinaciter defendat: tantùm ſupereſt, vt lege Cornelia cum ijs agatur, ſi prius falſitatis conuicti fuerint. Ac primum doceas oportet in literis ſacris fieri mẽtionem Purgatorij. DOCTOR. Faciam Deo fauente, ſi prius tibi notauero triplicem paralogiſmum, qui vel ſtupore prorſus aſinino ſi ignorantiâ peccant; vel diabolicâ malitiâ, ſi obſtinatione pugnant, ab Archiminiſtris veſtris, hic & alibi frequenter committitur. Primùm, ex more ſolenni veterum hæreticorum, verba captant, & ſyllabas aucupantur, nec attendũt qua mente quidq; dictũ ſit, vt quo iure quaue iniuria contradictiones ſuas tueri valeant. Proinde, ſi dictio illa, quam ſibi oppugnandam ſumpſerunt, non totidem literis ibi concepta reperiatur, protinus exclamabunt: *Inuentiones humanas, fermentum Phariſaicum, plantam quam non plantauit Pater cœleſtis, &c.* Dicteria, licet dictu ſpecioſa videantur, tamen ſi fuco hæretico detecto, interius rem ſpectes, reperientur eſſe totidem folia ficuum, quibus pudendas hæreſes ſuas operire ſtudent. Idem olim de veteribus Gnoſticis prædicat Tertullianus: De vocabulorum occaſionibus plurimùm quæſtiones ſubornantur, ſicut & de verborum communioribus, &c. Alibi, Marcionitas aſsimilat lanionum canibus, qui totos dies rodendis oſsibus conſumunt. Sic veteres Sabelliani velut ad ſcopulum ad has voces impingebant, *Trinitas perſonarum*, quibus exploſis præcipuum doctrinæ & fidei Chriſtianæ caput labefactabant. Arriani importunè flagitabant, vbi gentium exſtaret in Biblijs Græcis vox ὁμοούσιος, aut in Latinis *Conſubſtantialis Patri?* Quibus cauillationibus, & tendiculis hoc agebant, vt impartibilis eſſentia, & natura Dei velut in tria fruſta diſcerperetur, vt triplex gradus Diuinitatis in tribus perſonis conſtitueretur. Sic Macedoniani ac Eunomiani ſuas aduerſus Spiritus ſancti æternam Deitatem obuoluere conabantur, Neſtorius & gregales eodem colore deprecabantur ſuſpicionem hæreſeos, licet infitiarentur Virginem eſſe matrem Dei, quod vocabulum θεοτόκος nuſpiam pictum in ſacris literis appareat. Quemadmodum ergo veteres illi ſeductores non ideò cenſuram hæreſeos effugerunt, quod ſe ſola Eccleſiæ authoritate damnari dicerent; ita nec Aretius, Caluinus, Beza, cæterique de genere hoc, abſoluendi ſunt, quòd autument Purgatorij nullam in Biblijs mentionem

L. de reſurrect. carnis.

onem reperiri. Enimuerò piæ mentes huic rationi acquieſcent, quod ipſæ res quæ Vocabulis ipſis deſignantur, abunde ex Scripturis ſacris comprobentur, quodque priſci Patres traditiones Apoſtolicas ſequuti, huiuſmodi vocibus Eccleſiæ fidem ſignificanter expreſſerunt, vt quod credendum erat, apertius exponerent, & hæreticorum cauillationes reprimerent.

2. MIN. Latiſsima ſanè hæreticorum culpa, quòd tam anxiè verba ſcrutentur, vt erroribus ſuis fucum obuoluant; quam fraudem non ſatis ante animaduerteram. Cedò nunc ſecundum paralogiſmum. DOCT. Laborant etiam hoc vitio, quòd concluſiones eliciant ex puris negatiuis, contra omnem rationem & logicæ argumentationis regulam, vtpotè: *Scriptura non continet vocem Purgatorij: non præcipit fieri preces, eleemoſynas, & ſacrificia pro mortuis: ergo nec faciendum, nec dicendum.* MIN. Ferè hæc ſunt eorum præcipua tela, hæc argumenta contra Miſſam, contra inuocationem Sanctorum, contra Purgatorium, & cætera capita, quæ ab eis in controuerſiam vocantur.

3. DOCTOR. Tertia fraus eorum malitiam adhuc apertius detegit. Nam cum authore Scriptura, dogmata Catholica contra eorum hæreſes defendimus, continuò clamitant, aut eas eſſe apocryphas, aut quidpiam in ijs interpolatum, aut denique omnem vim acuminis effundunt, vt Scripturæ mentem aliouerſum detorqueant. Qua in re ſucceſſores eſſe dignoſcuntur veterum Gnoſticorum, de quibus eruditiſsimus ait Tertullianus: *Hæreſis non recipit Scripturas* (ſicut Caluiniana ſeptem libros veteris Teſtamenti reijcit velut Apocryphos) *& ſi quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui inuertit. Et ſi recipit, non recipit integras* (ſicut ſupradicta hæreſis tribus capitibus Danielem, hiſtoriam Eſtheris ſex, vno Ioannem, altero Marcum imminuit atque detruncat): *& ſi aliquatenus integras præſtat, diuerſas expoſitiones commentata conuertit.* MINISTER. Nō eſt opus vt aliunde exemplum arceſſas, quam ex materia de qua nunc agimus. Cum enim Caluinus probationem Purgatorij ex libris Machabæorum deſumptam, ſoluendam ſibi proponit, incredibili arrogantia ſcribit: *Quod ex Machabæorum hiſtoria proferunt, reſponſione non dignabor, ne opus illud videar in ſacrorum librorum catalogum referre.* Superbiam Præceptoris imitati Danæus & Marromiſtæ diſcipuli, ſententiam iſtam, *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, &c* aiunt, *non eſſe de contextu authoris, ſed inſertam atq; ſuppoſititiam.* DOCTOR. His adde, quòd cùm verba Prophetarum, & Apoſtolorum allegamus, & ipſi non audeant illa negare, varia & impia confingunt gloſſemata, menti ſcriptorum prorſus aduerſa, ne veritatem, hæreſibus relictis, complectantur. Quando verò replicando aſſerimus & librorum authoritatem, & interpretationem Catholicam ex veterum & ſanctorum Patrum vnanimi conſenſu, adfirmamuſque conſtanter eis potius ſtandum eſſe, quàm horum nouitiorum & profanorum hominum iudicio: hæc & talia cùm ſibi obijci audiunt, nec ſoluere valeant, protinus ad maledicendi licentiam velut in arcem cōfugiunt; vimque immenſam contumeliarum in Sanctos Patres, & in nos conijciunt. Et ne videar ipſemet calumniari, hæ ſunt exempli gratia, doctæ ſcilicet, ac honeſtæ, quas Marromiſtæ, alijque ex inferiori Normannia Prædicantes in ſua Inſtructione inſeruerunt. *Interpretationes antiquorum ſunt vanæ traditiones hominum, à quibus cauendum eſt tanquā à fermento Phariſæorum. Voluerunt adorari vt Dij, per conſequens ſunt Antichriſti. Sæpius & ipſi errarunt, ac Eccleſiam à recto tramite in errorem compulerunt. Non æſtimamus vnius aſſis quoſcunque locos Cucullatus iſte profert ex antiquis Authoribus. Licet in ijs aduertere zelum inconſideratum, ſine ſcientia, nec non abnegationem precioſi ſanguinis Chriſti. Deflexerunt à ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum. Cuncti Patres communiter, & velut ex compacto aberrarunt non ſemel, nec vno tantùm tempore, ſed frequenter & ſæpiſsimè.* MINISTER. Non ſuſtineo diutius audire tam impudentes calumnias, tamque ſuperbam venerandæ antiquitatis contemptionem. Parce, quæſo, meis auribus, parce honori præſtantiſsimorum hominum, quos Spiritus ſanctus tam eximijs muneribus ornauit, quos populus Dei tamquam legitimos doctrinæ Apoſtolicæ ſucceſſores & miniſtros hactenus feliciter ſequutus eſt. Cùm tam impudenter de ijs loquuntur, hac nota manifeſtè oſtendunt ſe vacuos eſſe Spiritu pietatis, impietatis verò refertos. DOCTOR. Subijciam poſtea, quibus probris aliquos nominatim impetant: nunc ergo breuiter expediam quod inprimis propoſitum ſumpſimus, videlicet, in Scripturis, Purgatorij, ſacrificiorum, & precum pro vita functis, mentionem haberi. MINISTER. Perge rogo.

DO-

Margin notes: E. præſc. 7. — Inſt. l. 3. c. 5. §. 8. — Pag. 18. 19. 30. 31. 83. 118. 144. 145. &c. Supra l. 8. c. 14 & l. 9. cap. 1. 2. 3. &c.

4. DOCTOR. Velint nolint Caluiniani, ante bis mille annos ſcriptum fuit à Iaſone viro Hebræo, & repetitum ab eius Abbreuiatore viro Græco, in poſteriore libro Machabæorum, beatum Iudam, ſummum diuini populi Pontificem & Imperatorem, magnam pecuniæ vim miſiſſe Ieroſolymam, vt offerretur in templo Domini pro peccatis eorum, qui in bello occubuerant: quod factum
2.Mach.12. hoc elogio probatum eſt: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis* (i. pœnis temporalibus quæ debentur peccatis) *ſoluantur*, Habes ſanctiſsimi Pontificis, Moſis, & Aaronis ſucceſſoris factum, & comprobationem facti expreſsis ſcripturis ſacris, quibus apertè docetur, ſacrificandum & orandum pro defunctis; non equidem qui vel in cœlis, vel inferis reproborum ſunt; igitur qui in Erebo expurgatorio.

5. MINISTER. Id planè certum & perſpicuum eſt; ſed aiunt librum eſſe apocryphum nulliuſque momenti ad confirmanda fidei dogmata. DOCT. Quàm ſit futilis & prorſus nihili hæc obiectio poſtea videbimus; nunc illud tantùm ex te quæro, Num pluris facias priſcorum ſanctorum cenſuram, horum neotericorum prauis iudicijs? MINISTER. Inſanirem vltrò, ni facerem. DOCTOR. Magnus
L.18.ciuit. c.36. pater Auguſtinus ſcribit: *Libros Machabæorum non Iudæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet*. Idem
L.2.doct. Chriſt.c.8. recenſens numerum librorum canonicorum, duo Machabæorum volumina inter illos connumerat.
L.2 contra Epiſt. Gaudētij.c.27. Aduerſus Donatiſtas, eorum authoritatem aſſerit, & in aciem aduerſus eos educit.
l.de cura pro mort. c.1. Tractans de cura pro mortuis agenda, ex iiſdem ſcriptis probat, orandum eſſe pro ſubleuatione defunctorũ. Præterea, tres & quadraginta qui cũ illo interfuerũt tertio concilio Carthaginenſi;
Cap.47. deinde, alij ſeptuaginta, qui Romano adfuerunt,
C.Sancta Rom.Eccl. præſide S. Gelaſio; ad extremum, quicunque ex Oriente & Occidente ſextum generale Conſtantinopolitanum celebrarunt, (Deum immortalem, quot quantique Apoſtolici!) prædictos libros tanquam Canonicos & diuinos admittendos eſſe decreuerunt. Quid amplius requiris? MINISTER. Sanè quidem tot Africæ, Aſiæ, Europæque Doctores vniuerſum corpus Chriſtianæ Eccleſiæ repræſentant: proinde ſtatuendum eſt huic vnanimo conſenſui Spiritum ſanctum præfuiſſe. Quiſquis igitur talibus obſiſter, Gigantum faſtu furoreque cum Deo pugnabit, qui per eorum ora locutus eſt. Sed ad nomen ipſius Ignis purgatorij veniamus.

DOCT. Paulus apertè loquitur de igne, per 6. quem vniuſcuiuſque noſtrum opus probabitur, 1.Cor.3. & in quo nonnulli detrimentum paſsi, ſaluabuntur quaſi per ignem, Hunc locum diuina ſententiarum conſpiratione de purgatorio igne interpretati ſunt patres Græci, Oecumenius, Theodoretus, Baſilius, Ammonius, Cyrillus, Alex. Origenes, Latini patres Alcuinus, Gregorius, Paulinus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius. Et ne temeraria videatur hæc affirmatio noſtra, proferam inferius ipſa eorum verba. MIN. Duodecim ſelectiſsimos viros in arenam producis, quos equidem ſingulos pluris æſtimo, quàm decem Hugnoſticorum Prædicantum myriadas.

DOCT. Addo ſuperioribus, prophetæ Ma- 7. lachiæ teſtimonium iſtud de poſteriore Domi- Malach ni ad nos aduentu: *Ipſe veniet quaſi ignis conflãs, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, &c.* MIN. Audio hic quidem mentionem ignis, audio verbum purgandi & emundandi; ſed quis author eſt, quod de purgatorio defunctorum ſit ſermo? DOCT. Audi magnum Auguſtinum L.20.de ſcribentem; *Ex his videtur euidentius apparere,* ciuit.c.25 *in illo iudicio quaſdam quorundam pœnas purgatorias futuras.* Theodoretus, & ante eum Am- Comm monius Alexandrinus in eandem interpretati- 1.Cor.c.3 onem conueniunt, & appellant hunc ignem πῦρ καθαρτήριον, *Ignem purgatorium*. MIN. Satis equidem mirari nequeo vel improbitatem, vel ſtupiditatem Caluinianorum, quibus pro omni probatione vociferari ſufficit, *Nullam in ſacris ſcripturis exſtare precum pro defunctis mentionem, Nullum de igne purgatorio verbum, &c.* cùm priſci orientis, meridiei, & occidentis patres longè aliter cenſuerint, & res clamet ipſa.

DOCT. Omnium ſectarum quæ hodie pul- 8. lulant ſator & ſartor Lutherus, purgatorium i- Tom.1.in gnem in ſacris literis fundatum ſic confitetur: diſputa *Ego quidem credo fortiter, immò auſim dicere,* Lypſica *Scio Purgatorium eſſe, mihi facilè perſuadeo in* 268. *Scripturis de eo fieri mentionem. Quemadmodum illud Matth 12. inducit Gregorius, Non remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro, volens peccata quædam remitti in purgatorio. Admitto & illud; Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, &c.* MIN. Si Hugnoſtica progenies Bezam teſtem verum & idoneum putat, 2.Mat.1 cùm ſcribit: *Lutherus ore toto diuinitus afflatam animi magnitudinem habuit*. neceſſe eſt vt ſeipſam L.Icon: condemnet aut cæcitatis, aut infidelitatis, quòd id credere detrectet.

9. eclaratio quorundam ... DOCT. Idem Lutherus ſuperiorem ſententiam ſuam confirmans ſcribit; *Firmiter credendum eſt, & ego ſcio verum eſſe, quòd animæ (in Purgatorio ineffabilem pœnam patiuntur, & nos eas iuuare tenemur precationibus, ieiunijs, eleemoſynis, & quocunque poſſumus.* Ex quibus elicitur, Purgatorij doctrinam non eſſe indifferentem, ſed in Scripturis expreſſam: ac iccircò ſemper ad doctrinam fidei Chriſtianæ pertinuiſſe; vnde conſequitur omnes eos eſſe hæreticos, qui ſecus ſenſerint.

MINISTER. Quid ita? DOCTOR. Quo-
10. niam quidquid in ſacris literis continetur, ad ſubſtantiam fidei pertinet. At verò, non modò priſci Patres ſancti, ſed & Hæreſiarchæ in Biblijs deprehendunt Purgatorium; & preces pro defunctis. Ergo ad fidem attinet ex quo fuit Scriptura: vereque hæreticus & à fide alienus eſt, qui his contradicit. MIN. Hunc nodum ſoluere non poſſum.

DOCTOR. Rurſum te hoc nexu conſtringo.
11. Illa dogmata ad fidei Chriſtianæ ſubſtantiam ſpectant, quorum aduerſa & contraria, totius Eccleſiæ iudicio & ſententiâ, impia & damnabilia cenſentur. At verò, Eccleſia Græca per Nicetam, Leontium, Damaſcenum, ac Epiphanium, teſtes omni exceptoine maiores; item Latina per Bernardum, Iſidorum, Auguſtinum, vnanimiter Aerium & ſectatores eius tamquam hæreticos reprobauit, & velut putrida membra à communione corporis ſui ſeparauit, ob id quòd dicerent, *Quòd orare vel ſacrificare pro defunctis non oporteret*: nec quiſquam orthodoxus hactenus fuit, qui cenſuram iſtam auſus ſit fugillare.

MIN. Maxima certè vis argumenti, à qua
12. non aliter ſeipſos expediunt, quam dicendo, *Aerium hoc nomine perperam & iniquè à Patribus fuiſſe condemnatum.* DOCT. Noui Centuriatores hanc cantilenam Caluino, Danæo, & ſecuruleis eorum inſuſurraſſe. Sed vel improbe diſsimulant, vel non aduertunt ſe hoc pacto à ſententia totius Eccleſiæ Chriſtianæ prouocare, vt homini impuriſsimo patrocinium commodent: quippe cùm intelligant ſe per eius latus confodi, ſuoſque errores in eius cauſa damnari. Nec hoc mirum cuiquam videri debet, ſiquidem, vt ait Poeta, intercedere ſolet. Magna inter ſocios concordia, participeſque criminis eiuſdem.

Iuuenal. *In Syllæ tabulas ſi diſcant diſcipuli tres,*
Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum.

Quis prædo, quis ſeditioſus, quis adulter, non ſocij fortè commouetur, quem ad ſupplicium rapi videt? Recentes Ariani, Samoſateniani, Ebionitæ, nonne ſimiliter auorum ſuorum cauſam propugnant, quorum hæreſes inſtaurant? An ideò culpa carent, & abſolui merentur? At quis competentior iudex ad hanc litem definiendam, quam doctiſsimi & ſanctiſsimi Patres ac Paſtores, quos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam, quam Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo. Act. 20. Concidit ergò aduerſariorum replicatio, maneatque ratum ac firmum noſtrum axioma, nimirum, Doctrinam de purgatorio, & precibus pro defunctis receptam fuiſſe quarto & quinto ſeculo, velut articulum fidei, tam in oriente quam occidente, & qui ſecus ſenſerunt, iure damnatos, & in numero hæreticorum poſitos & reponendos eſſe.

MIN. Iam non repugno: ſed vt mea fides 13.
augeſcat, cedò ſodes, aliquod ab Auguſtino teſtimonium, vnde planum fiat eum huic ſententiæ aſtipulari. Tantum enim pollet apud me huius viri doctrina, pietas, & ingenij virtus, vt nemini patrum libentius adhæream. DOCT. Tres locos manifeſtiſsimos adducam in præſentia, reliquos in aliud tempus differam. Attende, quid tantus antiſtes dicit: *Orationibus ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum (defunctorum) ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt.* Ser. 34 de verb. Apoſtol. Paullò poſt in hanc ſententiam corroborat. *Non omninò ambigendum eſt iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus qui ita vixerũt, vt poſſint eis hæc vtilia eſſe poſt mortẽ. Proſunt eis qui meruerunt dum viuerent.* MIN. Cùm tam ſeriò vetat ambigere, iubet certò conſtituere tanquam rem minimè dubiam, cui nefas ſit non aſſentiri, quæque credi, non diſputari debeat.

DOCT. Alibi ſcribit: *Oblationes pro ſpiritibus dormientium, quas verè aliquid adiuuare credendum eſt, ſuper memorias non ſint ſumptuoſa, atque omnibus potentibus ſine typho, & cum alacritate præbeantur.* 14. Epiſt. 64. MINISTER. Cum hic dicat, *Credendum eſt*, ſicut in præcedenti, *Non eſt ambigendum*, declarat hoc dogma non eſſe libertatis, vt integrum ſit in vtramque partem deliberare, ſed neceſsitatis, ad fidem & ſalutem.

DOCT. Abſoluam tertiam penſionem, de- 15.
inde finiam. In Enchiridio ſic idem ait: *Neque negandum eſt, animas defunctorum pietate ſuorum viuentium releuari, vel cùm pro illis ſacrificium Mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiant. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, vt hæc* Enchir. c. 110.

vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. MIN. Antè dixit, *non eſſe ambigendum:* poſtea, *Credendum eſſe:* nunc ait, *Negandum non eſſe:* quibus locutionibus decretoriam fidei regulam manifeſtat: & ſententiam à qua ius non eſt prouocandi. Quibus poſitis, nefas eſt dubitare, quin Auguſtinus doctrinam de Purgatorio defendendam, credendam, ac docendam iudicauerit, tanquam neceſſariam ad ſalutem, & ad explendas partes religionis Chriſtianæ.

AVGVSTINVS NON NEGA*uit Purgatorium: imò ante tempora eius vniuerſa Chriſtianorum Eccleſia hanc doctrinam conſtanter credidit & prædicauit: ſicut & Gregorius tradit: contra 16. 17. & 18 errorem Hugnoſticum.*

CAPVT QVARTVM.

DOCTOR.

Com. in Enchir. Aug cap. 67. Problemat.

QVid igitur cenſes de Lamberto Danæo, quem non puduit inſontibus chartis affigere. *Auguſtinus negauit eſſe Purgatorium, ac ne Gregorius quidem conceſſit?* Item de Aretio, non ita pridem apud Bernates Miniſtro, dicente; *Et ſanè apparet ante tempora Auguſtini planè ignoratum fuiſſe Purgatorium?*

Confut. 1. MIN. Vterque videtur mihi peccare aduerſus Spiritum ſanctum: quippe qui contra ſenſum conſcientiæ, bellum inferant cognitæ veritati, non alia ratione, quàm vt in certam perniciem ſecum trahant miſerum vulgus hominum, qui ſe eorum fidei commiſerint. Nam prædictus Danæus Commentarios ſcribens ad *Cap. 33.* libellum Auguſtini *De Hæreſibus*, vidit in catalogo hæreticorum condemnationem Aerij, quòd negaret ſacrificandum & orandum pro defunctis, qua velut baſi nititur Purgatorium. *Cap. 110.* Nec potuit ignorare, quod in Enchiridio ſcribit: Sacrificio & eleemoſynis viuentium animas defunctorum releuari: nec quàm ſedulò *L. 9. c. 11. 12. & 13.* in Confeſsionibus pro defunctis ſuis parentibus preces conceperit. Poſtremò, niſi animus *L. 10. ciuit. cap. 25.* impoſtoris iſtius alibi erat, quoties aliquid occurrebat quod contra ſe faceret, legit complures locos, vbi prædictus pater teſte *In pſ. 37. Ser 40. de Sanctis, &c.* Scriptura, probat, *Pœnas purgatorias, Ignem emendatorium, Ignem temporalem, Ignem conflatorium, &c.* proinde ſatis hominem conuictum arbitror non ſolùm impoſturæ aduerſus ſanctiſsimum Doctorem, verùm & peccati in Spiritum Domini, in illo habitantis & docentis.

2. Bernenſis Aretius non eſt multo maioris pretij. Neque enim potuit, ſaltem non debuit neſcire, Aerium & greglaes eius, qui preces & oblationes pro defunctis repudiabant, *Contra hæreſ.* notatos fuiſſe cenſura Epiphanij, qui annis ferè centum Auguſtini ætatem anteuertit.

3. *Inprob.* Adhæc, idem Aretius citat ex Vergilio & Platone Purgatorij deſcriptionem. Conſentiunt etiam plerique Miniſtri, iam tum eam opinionem inter homines obtinuiſſe; quod irrefragabili argumento eſt, multis ſæculis ante Auguſtini tempora mentes imbutas fuiſſe purgatorij notitia & perſuaſione. Dixi bona fide quid de duobus iſtis impudentiæ magiſtris iudicandum eſſe videatur? DOCTOR. Vides igitur experimento comprobari in Hugnoſticis, quod de Gnoſticis olim Tertullianus pronunciauit; *L. præſcr.* *Nihil intereſt illis, licet diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent.*

4. Sed ad peragendam iſtorum errorum confutationem legendus eſt Ambroſius, qui Auguſtinum ad fidem Catholicam conuertit, & ſacris vndis abluit. Ille apertè requiem precatur animæ defuncti Imperatoris Valentiniani, *Orat. funebri.* ſacrificium offert pro illa, cunctoſque ad eiuſdem pietatis imitationem vehementi oratione accendit. Idem orat & obſecrat pro anima Theodoſij etiam Imperatoris. *Da requiem,* inquit, *perfectam ſeruo tuo Theodoſio. Requiem dico, quam Sanctis tuis præparaſti.* *Ibidem.* MINIST. Certè cùm pacem orat defunctis, præſupponit eos pœnas luere. Et hæc ſcripſit antequam floreret Auguſtinus, nihil de purgatorio & precibus pro defunctis ambigens.

5. DOCT. Nazianzenus vtroque ſuperior, in Oratione funebri pro fratre Cæſario (non autem fratre Cæſaris Imperatoris, vt Miniſter Parentius errore prorſus aſinino ſcriptum reliquit) Deum orauit, vt in tutelam atque cuſtodiam ſuam defuncti fratris animam ſuſcipere dignaretur. Baſilius in Liturgia, pro requie defunctorum ſanctiſsimum corpus Chriſti offerebat, dicens; *Fac eos Domine, quieſcere in loco illuſtri, vnde fugit triſtitia & dolor;* ratus id quod dicimus, animas in loco ſqualloris ac doloris detineri, quem purgatorium appellamus. Idem factitabat Cyrillus patriarcha Ieroſolymitanus, vt videre eſt in Catecheſibus myſtagogicis. Athanaſius ſimiliter confirmarat, viuentium preces defunctis prodeſſe, ſumpta familiari ſimilitudine à viriferis

Digitized by Google

collibus, qui cùm ſe in flores induunt, arcana
uaſt 34. quadam vi naturæ, vinum quod in cellis eſt,
ad Antioch. viſibili mutatione ſenſum temporis illius percipere videtur.

Et vt ad antiquiſsimos Latinorum redea-
6. mus, Cyprianus martyr hanc ſententiam propugnarat, prohibens ſacra fieri de more Eccleſiæ, pro quodam Victore, qui anathemate fulminatus obierat: ſatis aperte docens pro ijs qui exceſſerant in communione fidei, preces fieri ſolitas. Eſt enim regula Iuriſconſultorum: *Exceptione confirmari regulam in caſibus non exceptis.*

Magiſter eius Tertullianus, quem etiam B.
7. Hieronymus virum apoſtolicorum temporum appellat, traditionem Chriſtianam & a-
L. de corona. poſtolicam eſſe tradit, *Offerre pro defunctis.* Adhæc, præcipit viduis, vt precentur, & offe-
L. de Monogamia. rant pro leuamine defunctorum coniugum, refrigerium poſtulent eis, & in prima reſurrectione conſortium, &c. Quiſnam igitur tantus ſtupor veſtros excæcauit Prædicantes; vel potius quis furor, quæ rabies occupauit eorum animos, quis ardor miſerabiles animas perdẽdi, huc eos impulit, vt affirmare auderent, ante tempora Auguſtini penitus ignoratum fuiſſe Purgatorium? Non preces, non oblationes fieri ſolitas pro animabus quæ ibi detinentur? Min. Deſine mirari. *Quid enim mirum,* ait Co-
Terent. mi[illegible] *impudenter ſi facit meretrix?* An non per[illegible]orum gregi dictum: *Frons meretricis facta eſt tibi?* Sed potius nobis explica, Num Gregorius conceſſerit Purgatorium eſſe? Illud namque Danæus pernegat.

8. Doct. Profectò benè & nauiter impuden-
L. 4. Dialog. c. 29. tem eum eſſe oportuit; quandoquidem etiam hoc ipſum è Scripturis copioſe & conſtanter comprobat his verbis: Quibuſdã leuibus culpis eſſe ante iudicium Purgatorius ignis cre-
Matt. 12. dendus eſt, pro eo quod Veritas dicit: *Si quis in Spiritum ſanctum blaſphemiam dixerit, neq; in hoc ſæculo remittetur, neque in futuro.* In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam verò in futuro poſſe laxari. Idem confirmat etiam ex his Pauli ver-
Ibidem. 1. Cor. 3. bis, *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Idem rurſum, in caput 2. libri 1. Regum: & in principio expoſitionis Pſalmi tertij pœnitentialis, eandem ſententiam tuetur.

Min. Sed de ſacrificio pro defunctis an lo-
9. L. 4 Dialog. c. 54. quatur, etiam atque etiam noſſe peropto. Doctor. Diſertè & conſtanter ait: *Si culpæ poſt mortem inſolubiles non ſunt, multorum ſolet animas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare: ita vt hanc nonnunquam ipſæ defunctorum animæ expetere videantur.* Hoc ibidem confirmat cuiuſdã Presbyteri Circuncellenſis exẽplo, qui à defuncti alicuius ſpiritu rogatus eſt, vt per ſacri Altaris hoſtiam ipſi ſubueniret; quod & factum eſt. Idem iterum hanc pietatem adſerit, eodem Dialogorum libro, capitibus 57. & 58. adeò vt etiam alij quidam harum ſectarum Miniſtri autument hunc Gregorium fuiſſe iſtius doctrinæ præcipuum authorem. Minister. Iam contineri nequeo, quin iuſta indignatione accendar aduerſus tam profligatos verberones, quos obſideri non dubito à capitali hoſte generis humani, quo inſpirante, tantos ſibi ſpiritus ad impudenter mentiendum ſumpſerunt. Deo Optimo Maximo gratias quantas poſſum maximas habeo, quod me ex iſto perditionis barathro ſaluum præſtare dignatus ſit. Pergamus.

VETERES PHILOSOPHI, *Poetæ, Hiſtorici Gentilium tum Græci, tum Latini: Præterea Iappones, Chinenſes, Braſilienſes, Tatari, Turcæ, Alchoraniſtæ omnes, credunt ac defendunt eſſe Purgatorium: idque admirabili afflatu Spiritus ſancti: quod non parum fidem Catholicam illuſtrat, atque confirmat: aduerſus 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. errores Hugnoſticorum.*

CAPVT QVINTVM.

Minister.

NOn poſſum, nec fas eſt diſsimulare apud te, quin adhuc aliquis in animo meo ſcrupulus hæreat ex publica proteſtatione Miniſtrorum, qui ante Auguſtini tempora purgatorium prorſus ignotum & inauditum fuiſſe perhibent. Hoc enim vult, nec Chriſtianis, nec Ethnicis vllis, fama & auditione cognitum vllo modo, vllove tempore fuiſſe. De Chriſtianis quidem abundè probaſti: de Gentilibus aueo ſcire, quid ſuper hac re dicturus ſis. Doctor. Et hoc facile expedire poſſum. Ac primùm oſtendam ſummos Philoſophos, Poetas, Oratores tam Græcos quam Latinos, ita imbutos fuiſſe, vt crederent & ſcriberent eſſe aliquod poſt hanc vitam animarum Purgatorium. Deinde, hanc ſententiam cunctarum nationum & populorum conſcientias occupaſſe,

Digitized by Google

paſſe, vt etiamnum hodie, illud qualitercunque fateantur. Hinc certis argumentis euincā, iſtud à diuino Spiritu manaſſe. Poſtremò, magnum inde fructum ad confirmationem fidei noſtræ, hæreſeonque reprobationem, in omnes religioſas animas redundare.

Confut. 1. MIN. Rectè certè ac methodicῶς omnia. Ac primùm profectò Parentius miniſter liberat te labore probandi de veteribus Philoſophis. Fatetur enim à Platone in Axiocho, vel, Libro de Anima, mentionem fieri Purgatorij, ſeu expiationis animarum à corporibus ſeiunctarum. Addit Aretius miniſter Bernenſis, hoc argumentum diſtinctè tractari in eiuſdem Platonis Phædone. In ijs namque duobus libris aſſeruntur Flammæ apud inferos, in quibus purgantur peccatrices animæ, priuſquam in Elyſios campos peruenire liceat, quorum nomine Paradiſum deſignabant. Aiunt inſuper Xenophontem Socratis diſcipulum in eadem ſententia fuiſſe, necnon Platonem à Socrate præceptore iſtam doctrinam hauſiſſe: ſicut & Socrates à Pythagora acceperat. *Apologia pro Socrate.* Non igitur poſt Auguſtini tempora nata eſt hæc de Purgatorio perſuaſio: ſed multis ante illum ſæculis ſummi philoſophi, Pythagoras, Socrates, Plato, Xenophon eam aſſeruerunt, & ad poſteros tranſmiſerunt, vt etiam ab Auguſtino ac Euſebio iampridem eſt obſeruatum.

2. DOCTOR. His adde, quod idem Aretius Bernenſis fatetur, Pindarum Lyricorum principem, qui longè ante ſuperiores philoſophos floruit, ceciniſſe, quòd in partibus ſubterraneis ſit aliquis locus purgatorius animarum, priuſquam ad Fortunatas inſulas tranſmittantur. *Libello de bello Troiano.* Sed & Dictys Cretenſis, qui belli Troiani aliqua pars fuit, refert Græcos pro ſpiritibus Achillis & Patrocli ſacra feciſſe: ſicut & Troianos pro Hectore, patriæ ſuæ propugnaculo. Quibus ritibus vtraque gens, animas defunctorum pietate viuentium releuari poſſe manifeſtabat. Demoſthenes inſuper ſummus ille Oratorum Græciæ princeps eandem ſententiam firmat authoritate Solonis, vnius è ſeptem totius Græciæ Sapientibus, & Athenienſium celeberrimi Legiſlatoris: *Orat. ad Demosthenem.* quod item dogma diuino oraculo reuelatum fuiſſe ſcribit, his ex interprete verbis. *Solon in Legibus, & Deus in oraculo mandat, vt cognati & affines mortuis inferias exhibeant.* Sunt autem *Inferiæ*, ſacrificia & oblationes pro ſpiritibus defunctorum ſeu mortuorum.

MINISTER. Contentus ſum hoc ſermone Græcorum. Sunt enim teſtes locupletiſsimi. Tendamus nunc in Latium, vt ex concordi diuerſarum gentium nationumque conſenſu, hanc opinionem diuinitus inſtillatam fuiſſe appareat.

DOCTOR. Prædictus Aretius Bernenſis miniſter fatetur rurſum, purgatorij pœnas à principe Latinorum Poetarum Virgilio tam luculentis verſibus deſcribi, vt nihil fieri poſſit clarius ac ſplendidius: id quod etiam ante annos mille ducentos annotauit Beatus AVGVSTINVS. Recitabo verba diſertiſsimi Poetæ. 3. *Problemat.*

Ergò exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos: alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arua tenemus,
Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum ſenſum, atque auræ ſimplicis ignem, &c.

Hæc eſt illa præclara hypotypoſis, qua Virgilius pœnas purgatorias graphicè depingit, vt non ſolum Auguſtinus, verum etiam Miniſtri Zuingliani & Caluiniani vltrò cognoſcunt. *Aug. 21. de ciuit. cap. 15.*

Ad Hiſtoricos accedo. Suetonius in vita Caligulæ, author eſt, eum, cùm adhuc principe Romano dignè ſe gereret, exſequijs honoraſſe manes virorum illuſtrium, quoties eorum viſebat ſepulcra. Quinetiam matri, & fratribus, poſtquam eorum oſſa Mauſoleo intuliſſet, inferias annua religione publicè inſtituit. Quod quidem minimè feciſſet, niſi perſuaſio purgatorij, & pœnarum poſtumarum mentes Romanorum peruaſiſſet, etiam antequam Chriſtianiſmo imbuerentur. Ad eundem ſcopum referri debet veterum Gallorum noſtrorum liberalitas, qui (vt Valerius meminit) pecuniam pauperibus & egenis mutuam dabant ea lege, vt poſt mortem, in altero ſæculo ſibi reſtitueretur cum opus haberent. 4. *L. 1. c 2.*

His, & multis alijs rationibus permotus grauis author Tertullianus, ſcribit Ethnicos qui animas immortales ſibi eſſe perſuaſerunt, ſimul earundē crediſſe purgatorium, atq; ideò ſolitos eſſe cōprecari, vt molliter, & placida pace

da pace conquieſcerent. *Cui defuncto* (inquit) *gratiā debes, oſſibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & vt benè requieſcant apud inferos cupis.* Et alibi: *Ethnici defunctis parentant, & quidem impenſiſſimo obſequio.* Nec iſte modò, verùm & Arnobius l. 2. & 4. aduerſus Gentes, & Claudianus in Poematio de raptu Proſerpinæ, tantundem dicunt atque proteſtantur: Quid eſt quod amplius deſideres.

L. de teſtimonio animæ.
L. de reſurrect.

6. Min. Vt quod de Iapponibus ethnicis inſinuaſti, planum ac certum efficias. Doctor. Qui mores, inſtituta, & religionem illorum ſcriptis conſignarunt, hoc de illis teſtimonium perhibent: Vnum Deum creatorem, ac Conſeruatorem rerum omnium prædicant. Purgatorium quoque, Infernum & Paradiſum confitentur; aiuntque tam bonos quam facinoroſos locum pœnarum ſubire: ſic tamen vt boni tandem locum vbi Deus ſit, petant: mali tartara, vt ibi cum dæmone habitent. Deinde, illic narratur, eos canere ſolitos, & precari pro requiete animarum, cum ſepulturæ corpora mandant. Imò etiam vberes eleemoſynas ab ijs erogari, ieiunia celebrari, peregrinationes ſuſcipi, ad impetrandam pacem defunctorum animabus. Hoc illis, qui in Purgatorio conſtituti ſunt, vſuuenire contendunt, quòd in hac vita dignam ſceleribus pœnitentiam non egerint, nec inde exituros aſſeuerāt, quoadusque ab omnibus maculis depurgati, ſubuolent in cœlum, &c. Min. Miram rem narras, & in qua Diuinæ bonitatis ſpecimen effulget, quod in tantis tenebris Gentilium, Deus hunc reſiduæ lucis radium ſupereſſe voluerit.

Epiſtolarum Iapponicarū pag. 9.
Pag. 12.
Pag. 17. & 18.

7. Quid autem de Chinenſibus habes, quod commemorare poſsis? Doct. Iuan Gonzales de Mendoza in hiſtoria de Chinna, ſic habet: *Confitentur eſſe quendam locum, in quo animæ defunctorum, quæ ſunt euaſuræ in Angelos (i. beatorum Angelorum conſortium) repugnantur ab omni labe, qua erant inquinatæ, dum in corporibus habitabant. Quod vt maturius fiat, parentum & amicorum cura & ope perficitur, &c.* Itaque ſacra pro defunctis faciunt; eademque prodeſſe illis non dubitant. Paulò poſt additur: *Sacerdotes eorum vota nuncupant, ſacrificant, aliasque cæremonias vſurpant pro ſalute mortuorum, &c.* Quibus cum bellè conueniunt ea, quæ ſcripta leguntur in Epiſtolis Iapponicis, *Inambulans pater Melchior per ciuitatem quoddam venit ad templum ſumptuoſum, Sacerdotemque allocutus eſt, ſi veri Dei fortè notitiam admitteret. Cùm res ad diſputationem veniſſet, ille quod diceret, non habuit, niſi officij ſui eſſe, in hoc templo pro mortuis orare, nec aliud ſcire: rogare autem vt ſe ſineret.*

L. 1. c. 6.
Cap. 8.
Pag. 147.

8. Min. Quid de feris & agreſtibus illis Braſilienſibus referre potes? Doct. In ijſdem Epiſtolis memoriæ proditum eſt, eos apponere fercula referta cibis ſuper ſepulcra defunctorum, & lectulos in quibus ſoliti erant decumbere: quod ſcilicet perſuaſum habeant, animas eo reuerti, ac egere præſidijs & ſuffragijs viuentium.

Pag. 400.

9. Min. De Tataris quid? Doct. Credunt Pythagoricam metempſychoſin, animas ſcilicet de corpore in aliud tranſire, ad recipiendam ſecundum merita, & vt priora eluant peccata.

Epiſt. 24.

Min. Turcæ, Perſæ, Mauri, Arabes, alijque Alchoraniſtæ, nunquid idem ſentiunt, an aliud quippiam ſeorſim ſtatuendum eſſe arbitrātur? Doct. Abin Cena, & Algazij Mahometani Arabes, alijque eiuſdem profeſsionis, ne dubitandum quidem hac de re cenſent. Quandoquidem, etiam referentibus Magdeburgicis Centuriatoribus, Mahometes ſucceſſores & prophetas ſuos pro mortuis orare iubet, *Azoara 19.* Et paulò poſt ijdem referunt; Omnes in ignem profecturos, ſed tantùm incredulos corporaliter in eo permanſuros, aſſerit Mahometis, *Azora 29.* Et quoſdam etiam bonos vſque ad reſurrectionem in igne futuros indicat, *Azoara 33.* Et quoſdam ignem gehennæ ad certum dierum numerum ſenſuros, ait, *Azoara 5.* Purgatorij ignis etiam meminit, *Azoara 46. & 18.* Hactenus illi, qui & ad Purgatorij aſſertionem pertinere, non malè iudicant.

In l. 9. Metaph.
Cent. 7. c. 15. columna 622. & 626.

10. Sed & qui illic iter fecerunt, & apud eos commorati ſunt, teſtificantur, Monaſteria & Xenodochia ſumptibus ditiorum ab ijs ædificari, vt illic pauperes recepti, pro quiete & liberatione animarum fundatorum precentur. Circundant & illi ſuorum mortuorum corpora (cùm efferuntur ad ſepulchrum) quibuſdam globulis ex ligno aloes; & frequenter inclamant, *ANON, ALLA, O Deus fac miſericordiam.* Eorum autem Santones, Talaſumani, & Paracadi cùm exequias celebrant, cantando precantur: *ALLA, ALLA, MEHEMMET, REZVL ALLA.* His peractis, in domum defuncti reuertuntur, lauantur, pro eo fundunt preces, denique conuiuantur. An non ſatis videntur tibi purgatorium confiteri? Min. Quis non admiretur ſingularem Dei prouidentiam, in conſenſu tam

Vilamentus lib. 2. cap. 29.

Digitized by Google

tam Diuerſarum gentium & linguarum? Quis non agnoſcat inſignem potentiam Veritatis, emicantem per errorum nebulas, quibus hæ gentes obtenebrantur?

11. DOCT. His addo quod Ioannes Leunclauius, nobilis Angriuarius, libro de Sultanorum Othmanidarum Annalibus teſtis oculatus ſcribit: Sultani Mechumetis corpus (anno 1544) peractis exſequijs, monumento fuiſſe illatum. Mortem autem eius Soleimanes pater acerbè luxit. Ideóque magnam ciborum copiam coqui curauit, ac epulum funebre quibuſuis, tam pauperibus quam alijs animæ filij cauſa præbuit. Subnectit poſtea ad annum 1566. de mortui Solimanis cadauere ex Zigeto Conſtantinopolim relato; *Per vrbem proclamationes more maiorum factæ ſunt, quibus vota primùm concipiebantur, vt anima Soleimanis in Paradiſo felix æuum ageret, ac in perpetua gloria quieſceret, &c.* An non his manifeſtum eſt Turcas & Alchoraniſtas preces ac eleemoſynas pro defunctorum ſuorum animis facere?

Pagina 3. *Pag. 115.*

12. MIN. Planum profectò, & adeò certum, vt nemo mentis compos poſsit ire inficias. Sed quibus argumentis efficies, id gratia & virtute Spiritus ſancti contingere? DOCT. Primò, quòd tanta animorum conſpiratio & vnitas non poſsit à Diabolo patre diuiſionum & diſcordiarum cum in cæteris rebus, tum maximè in cauſa religionis, proficiſci. Exemplo ſunt Philoſophi ac Hæreſiarchæ, quorum ſcripta tot aduerſis & peruerſis, totque diſsidijs & contradictionibus implicantur, vt etiam ipſos authores inconſtantiæ ſuæ tædeat & pudeat. Hic ergò conſenſus & concentus animorum, non niſi à Spiritu ſancto, qui vbi vult ſpirat, habitareque facit vnanimes in domo; quique Spiritus pacis eſt & concordiæ, poteſt eſſe. Quod ſapienti gnome comprobat Tertullianus: *Quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum.* Auguſtinus item his verbis affatur Spiritum ſanctum: *Nec quiſquam præter te, eſt doctor veri, vbicunque, & vndecunque claruerit* Ambroſius poſtremò, dicit: *Veritas à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto eſt.* MIN. Sanè perquam veriſimile eſt, vt quæ olim inſpiratio ac virtus Diuina compulit Magos Ægypti ad dicendum, *Digitus Dei eſt hic*: Balaamum ad benedicendum Iſraeli: Sibyllas ad vaticinandum: oracula Gentium ad vera prædicenda: imò & ipſos cacodæmones ad confitendam Chriſti Diuinitatem & doctrinæ Apoſtolicæ veritatem: veriſimile eſt inquam, vt eadem vis diuina tot nationes immanitate barbaras, linguis diſſonas, habitu varias, moribus diſcrepantes, locis ſeiunctas, quaſi pacto fœdere deuinxerit ad vnanimiter credendum, confitendum, atque amplectendum hunc de Purgatorijs pœnis doctrinæ articulum.

L. præſcript. *L. 5. confeſſ. cap. ſexto.* *Exod. 8.* *Num. 24.* *Luc. 4.* *Act. 16.*

13. Sed à quo fonte primordium iſtius diſciplinæ fluxiſſe exiſtimas? DOCT. Patres conſtanter aſſerunt, Orpheum, Pythagoram, Platonem, alioſque priores Poetas atque Philoſophos, ex libris Moſis ac Hebræorum fontibus hauſiſſe, quidquid cum incorrupta veritate, & noſtra religione conſentaneum ſcriptis ſuis admiſcuerunt. Ob eam cauſam Clemens Alexandrinus ſcribit: *Omnem ipſorum Philoſophiam particulam eſſe illius æternæ veritatis, quam Theologiam nominamus.* Quin etiam, vt idem author eſt, Pythagoras factus eſt aliquando Proſelytus, & circunciſus, vt facilior ei aditus pateret ad rimanda diuinæ legis & prophetarum ſecreta. Quod ad Platonem attinet, Euſebius, Theodoretus, Ambroſius, & Auguſtinus pro indubitato habent, eum in peregrinationibus, quas diſcendi cupiditate ſuſcepit, libros ſacros inueniſſe, vnde multa veræ religionis capita didicerit. Vtpotè, veri Dei vnitatem, vanitatem idolorum, mundi principium & conſummationem, animas eſſe immortales, corpora aliquando reſurrectura, pœnas paratas improbis ſiue in inferno, ſiue in Purgatorio, pios contrà ineffabili gaudio fruituros, aliaque dogmata Chriſtianæ fidei, quæ ſparſim in eius ſcriptis occurrunt.

Iuſtin. orat. parent. & Apolog. 1. *L. 9 præp. in. c. 5. L. de curat. græc. aff. lib. 2 de doct. Chriſt. c. 28. & l. 8. de ciuit. cap. 9.*

14. MIN. De Poetis & Philoſophis vltrò tibi aſſentior. Sed quis Turcas, alioſque Mahometanos Purgatorium credere, & xenodochia vt pro illis oretur, conſtruere docuit. DOCT. Quo tempore Mahometes Alchoranum ſuum meditabatur, præſto illi aderat hæreticus nomine Sergius, & alter quidam Iudæus, qui conſuaſerunt homini, vt quaſi pannum purpuræ, ſic operi ſuo complures locos è Biblijs, & fidei noſtræ articulos intexeret. In hoc genere ſunt, verbi gratia, Creatio & finis huius mundi, Reſurrectio corporum, Colloquia Dei cum Abrahamo & Prophetis; Conceptio Ioannis Baptiſtæ, Salutatio Angelica ad Mariam virginem, Quædam miracula Domini, quæ velut margaritas in ſterquilinium voluminis ſui coniecerunt.

15. Accedit, quod ipſe Mahometes viuendorum Iudæis & Chriſtianis, qui tum vbique florebant, non potuerit ignorare doctrinam eorum communem de Purgatorio, precibus, & ſacris,

Digitized by Google

ſacris, quæ palam ab vtriſque pro vita functis ſeruabantur. Min. Nunc ſine vlla hæſitatione pronunciare poſſum, mihi liquere. Video enim tam conſtantem ſententiam diffuſam per tot gentes, locis, temporibus, linguis, ac moribus diſcretas, non potuiſſe aliunde ortam eſſe, quàm à Spiritu ſancto, qui primum hanc doctrinam de ſtatu animarum in altero ſæculo Prophetis ſuis reuelauit; quamq́; deinde Profani homines ab illis ſurreptam, ne furti arguerentur, interpolarunt, & in rem ſuam conuerterunt. Vnde lata & benigna materies datur magnificè Diuinam prouidentiam collaudandi, quæ genus humanum tantæ cæcitatis damnari noluit, vt non æternæ lucis radios deſuper in omnes orbis oras diffunderet. Hinc etiam occulta quidem nobis, ſed manifeſta illi, iuſtiſsima tamen Dei iudicia, quibus tot homines coram eius tribunali prorſus inexcuſabiles redduntur. Quo ſenſu dixit Apoſtolus: *Deus non procul abeſt ab vnoquoque noſtrum. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Ita vt ſint inexcuſabiles.*

Act. 17. Rom. 1.

16. Ad vltimam partem accedamus. Nunquid iſta quidquam faciunt ad fidei & religionis Chriſtianæ de Purgatorio, & precibus pro defunctis corroborationem? Doct. Magnus ille Theologus ſimul & Philoſophus Avgvstinvs hanc quæſtionem præclare ſoluit dicens: *Quiſquis alienigena legitur aliquid propheta ſſe de Chriſto, ad cumulum a nobis connumerari poteſt: non quòd neceſſarium ſit, ſed quia non incongruè creditur fuiſſe & in alijs gentibus homines, quibus hoc myſterium reuelatum eſt, & qui hoc prædicere compulſi ſunt ſiue eiuſdem gratiæ participes fuerint, ſiue expertes, &c.* Proinde, tot diuerſarum nationum, Poëtarum, Oratorum, Hiſtoricorum, & Philoſophorum conſenſus, non eſt quidem neceſſarius ad hoc dogma conſtabiliendum: quandoquidem hoc nititur oraculis Prophetarum, ſcriptis & traditionibus Apoſtolorum, totiúſque aſſenſu Eccleſiæ Chriſtianæ. ſed tamen extra numerum illis poſſumus vti, & (vt ſignificantius Græci dicunt) ἐν προσθήκης μέρει, ac ex ſuperabundanti, ad vberiorem fidei catholicæ confirmationem: denique, vt curioſorum hominum deſiderio mos geratur. Qua in re etiam inſtitutum Pauli ſequimur, non ſemel Poetas authoreſque profanos in rem ſuam allegãtis. Inſiſtimus item antiquorum patrum veſtigijs, cuiuſmodi fuerunt Iuſtinus, Athenagoras, Theophilus, Irenæus, Tertullianus, Clemens, Origenes, Arnobius, Lactantius, Sozomenus, Euſebius, alijque innumerabiles, qui velut erepta malæ fidei poſſeſſoribus plurima in vſum ſuum aptè vindicarunt ex vaticinijs Sibyllarũ, Poetarum carminibus, & placitis Philoſophorum, ad conuincendos ethnicorum errores, & fidem Chriſtianorũ illuſtrandã & cõmuniendã. Adhæc, cùm humanus animus naturali quadam inclinatione ad ſcientiæ cupiditatem feratur, non poteſt quin magnam vtilitatem, voluptatemque percipiat, cum id quod ſponte ſua ſimplicitate fidei credendum exiſtimat, etiam ratione firmari videt & ferè totius orbis aſſenſu comprobari.

L. 18. de ciuit. c. 47.

Act. 17. Tit. 1. 1. Cor. 15.

Min. Me quidem adeo vehementer oratio tua commouet, vt eidem prorſus acquieſcam: 17
& ſic ex ſupra dictis ratiociner Caluiniani veteris fidei deſertores, tam peruerſis & aduerſis mutuiſque contradictionibus inter ſe digladiantur in exquirenda Purgatorij origine, vt nullo pacto conciliari poſsint. Non igitur ab vnitatis & veritatis Spiritu reguntur: ſed tranſuerſi ab architecto diuiſionis, & mendaciorũ parente rapiuntur, ac proinde, non magis eſt habenda fides, quam cæcis de colore iudicantibus. Doctrina porro Purgatorij ſubnixa fundamento Prophetarum & Apoſtolorum, non modo inter Chriſtianos ſemper obtinuit: ſed & ab omnibus mundi populis & linguis probata eſt. Igitur Miniſtri aſſeuerantes *nuperum eſſe inuentum Monachorum & Sorbonicorum*, mendacisſimi & impudentisſimi calumniatores eſſe deprehenduntur. Quinimo deteriores Ethnicis, qui & in vltimo iudicio condemnaturi ſunt eos deteſtabilium criminum, impoſturæ, falſitatis, & infidelitatis. Doct. Irenaevs martyr ante multa ſæcula ſimile fecit iudicium de Gnoſticis, quale nunc tu fers de Hugnoſticis. Ille duobus Libri ſecundi capitibus non aliud agit, quàm vt probet, Quod Plato ſit religioſior omnibus hæreticis. Tertvlliani mens eò ſpectat, cum ſcribit: Hæretici eo peiores ſunt Ethnicis, quod illi credendo non credunt: hi verò non credendo credunt.

L. c. 2. 4. 5

L. de carne Chriſti

Non solvm veteres Hebraei, *verumetiam recentiores crediderunt, & perſiſtunt credere Purgatorium: ij denique & olim & nunc orare ſolent pro requie animarum, quæ ibi detinentur & affliguntur: contra 30. 31. & 32. Caluiniſtarum errorem.*

Capvt

CAPVT SEXTVM.

MINISTER.

INTER tam varias nationes, à quibus doctrinam purgatorij creditam & propugnatam fuiſſe dixiſti, nulla mentio facta eſt Hebræorum ſeu veterum ſeu recentiorum. Tenet autem me deſiderium ſciendi, Vtrum ea gens, quæ olim fuit populus Dei, hæreditas Domini, & peculium eius, fidem eandem tenuerit, nec ne? DOCT. Miniſtralis natio pertinaciter id negat, nullo veritatis amore, ſed ſola contradicendi libidine. Nam Sebaſtianus Munſterus ſcribit: *Orare pro defunctis, Hebrais nunquam fuit vſitatum.* Geneuani pedibus in eius ſententiam iuerunt. Sic enim loquitur Author libri, qui ab eis Clypeus fidei vocatur: *In illo tempore,* (ſcilicet Samuelis & Annæ matris eius) *nulla erat mentio Purgatorij recens conficti, nec in ſacris literis, nec in traditionibus Iudaicis. Nemo tam inſigni peruerſitate fuit in populo Iſrael, qui Purgatorium comminiſci ſit auſus.* Parentius & Gregales veriti per ſeipſos tā impudenter mentiri, quendam fingunt Iudæum ita cum ipſis loquentem: *Miror nouam iſtā opinionem, quam Chriſtiani de purgatorio igne fabricati ſunt ſine vllo expreſſo verbo Dei.* Deinde ſubijciunt, *Rem non eſſe veriſimilem, ſed hāc impoſturam à me fingi, quod antiqua gens Hebræorum, & poſteritas eorum ad hoc vſque tempus, orauerit pro defunctis, ac proinde Purgatorium crediderit.* Denique, iam antea eos affirmantes audiſti, *quod Scholaſtici, Sorboniſti, & Monachi hunc ignem accenderint.* Inſuper Lucas Loſſius ſcribit: *Ante tempora Gregorij nullam vſquam gentium Purgatorij mentionem exſtitiſſe.* Quibus apparet hos omnes Sectarios ſupradictis tribus erroribus commaculari. Cupio nunc audire, quid ſentias.

In lib. 3 Ioſippi Heb c. 19. *Dialog. 11.* *Inſtruct. pag 265. & 266.* *Suprà c. 2.*

Confut. 1. MIN. De ea de ſic iudico. Munſterus author iſtius mendacij à ſemetipſo confutatur atque damnatur, cùm in Annotationibus ſuis ad tertium caput Habacuc Prophetæ aſſerit, Iudæos ſolitos eſſe hæc Epitaphia ſepulcris ſuorum inſcribere. *Sit anima eius ligata in Paradiſo. Amen, amen, amen in ſempiternum.* Et rurſum: *Quies eius ſit in faſciculo vitæ cum reliquis iuſtis.* Idque non ex auditu arguit, ſed ſe vidiſſe teſtatur tum Baſileæ tum Heidelbergæ.

2. Idem magis ac magis reum ſeſe manifeſtæ contradictionis peragit, cùm recitat preces Hebraicas, quæ Latinè ſonant: *Requieſcat anima eius, & accubitus eius ſit in pace, iaceat in pace, & dormiat in pace, donec veniat conſolator faciens audire pacem.* Deinde, etiam ſunt ibi piæ inuocationes ſanctorum Patriarcharum Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quibus eorundē defunctorum animæ commendantur ijs verbis: *Patres ſaculi qui dormitis in Chebron, portas paradiſi Eden aperite ei, & dicite ei: Pax aduentus eius. Qui cuſtoditis theſauros horti Eden, pandite ei portas horti Eden, & ingrediatur hortum Eden, & oblectetur fructu horti Eden.* Nonne hoc eſt planis & perſpicuis verbis orare pro defunctis? Immò etiam Sanctos in eorum operam ac ſubſidium implorare? Ac per conſequens Purgatorij locum ac ſupplicia confiteri? Etiam aduerſariorum comprobatione?

Anno: in cap. 14. Deuteron

Adhæc, Paulus Fagius nihilo in Hebræis Munſtero indoctior, cùm ex Hebræo ſermone in Latinum vertit ſolennia verba, quibus Hazan, id eſt Leuitæ ac Miniſtri Synagogæ vti ſolent cùm ſuos efferunt, vbi ſunt tam expreſſæ preces pro animabus in purgatorio detentis, vt nulla tergiuerſatione diſsimulari, nulla cauillatione eludi queant. Is, inquam, Fagius, tametſi minimè Catholicus, apertè damnat vel ſtuporis, vel malitiæ, qui ſecus ſentiunt. 3.

Tertius quidam Sacramentarius miniſter Daniel Kyberus, qui Latinè reddidit, & Argentorati excudendam curauit Hebræo ac Latino ſermone, hiſtoriam à Ioſippo Gorionis filio conſcriptam de bello Iudaico, tres & quatuor preces pro defunctis vſurpari conſuetas, vno ſolo capite complexus eſt. Exſtat quoque apud eundem Oratio, quam Ioſephus Mathaniæ filius ad commilitones ſuos habuit, in qua ſoli Apoſtatæ, quique ſibi necem adferunt, priuari dicuntur precibus, ſacrificijs, alijsque diuinis officijs, quæ in veteri Synagoga defunctis impendebantur. DOCTOR. Quæ eſt igitur impudentia aliorum Miniſtrorum, me authorem fingentium iſtius ſententiæ, quod populus Hebræorum, poſterique pro defunctis orauerint: cùm idipſum videant trium præcipuorum comminiſtrorum ſuorum calculis comprobari? 4.

MIN. Non hi tres ſolùm, ſed & Parentius ac Maromiſtæ, veritati manus dare coguntur, in Apologia Latina aduerſus tuam Digreſsionem de fide Purgatorij, precibus pro defunctis inter Hebræos, Syros, Chaldæos, &c. Ibi enim obruti pondere & agmine tot teſtium, quos aduerſus illos producis, magna cum inconſtantiæ nota fatentur omnes, Hebræos orare 5.

Com in librum Ruth.

Apologia pagina 8. rare pro defunctis. *Falſiſſimum eſt*, inquiunt, *quod Monachus iſte ſua Digreſsionis fundamentum ponit, cum ait, Nos pernegare Hebræos vel nunc mortuis ſuis bene precari, vel vnquam alias. Nam qui noſtram inſtructionem ſedulo perlegerit, id mihi imponi facilè iudicabit.* Paulò poſt. *Hebræos orare pro mortuis nunquam negaui. Quid eum aduerſus ſententiam quæ noſtra non eſt, diſputare ſuaſit? Hanc fallaciam miſer confinxit. Aduerſus Chimæram, quam ipſe ſuo Marte conflauit, diſputat.* Recitaui fideliter eorum aduerſus Digreſsionem tuam verba: quibus apertè confitentur Hebræos orare pro defunctis, nec ſe vnquam aliter in animum induxiſſe. Doctor. Atqui iam audiſti, quid alibi ſcribant: *Non eſſe rem probabilem, ſed à me confictam, quòd Hebræi precentur pro defunctis.* Quo teneas Protea nodo? Quæ ſalutis ſpes in tanta opinionum fluctuatione ab hominibus reponi poteſt? Minister. Sanè ſi Clypeus fidei Geneuanæ idoneus eſt ſub cuius vmbone protegantur, hæc eſt eorum religio, quæ tamen ab Apologiæ conſarcinatore Parentio cōfutatur. Sin verò Apologiſta ſequendus eſt, Clypeus eorum non ſolùm arundine fragilior deprehēditur; ſed compoſitus ex meris mendacijs, fraudibus, & impoſturis non ſimplici cruce puniendis: atq; ita iā quatuor apertiſsimarum contradictionum conuicti conſtrictique tenentur.

Pag. 9. 10 & 11.

6. Doctor. Etiam quintam iſtam addas licet. Siquidem in Apologia ſua proteſtantur, ſe nunquam negaſſe Hebræos mortuis ſuis benè precatos eſſe, ac per conſequens Purgatorium agnouiſſe: qua pronunciatione ſeſe falſi iudicant, quòd alio loco ſcripſerint, *purgatorium repertum eſſe a Gregorio, & accenſum eſſe a Scholaſticis & Sorbonicis.* Minister. Hæc duo ſimul conſiſtere nullo modo poſſunt. Neque enim veteres Hebræi ſeſe vnquam in B. Gregorij diſciplinam tradiderunt: nedū vt Scholaſticis operam dederint, aut ſpectabile Sorboniſtarum examen ſubeundum ſibi eſſe exiſtimauerint. Porrò, ſi B. Gregorius Purgatorij inuentor eſt, vt hic autumant: quomodo ſtare poteſt Danæi comminiſtri ſcriptura, quòd nec ille quidem conceſsit purgatorium eſſe? Sic mentitur iniquitas ſibi.

7. Præterea, cùm ſubornant hiſtrionalem Iudæi perſonam, qui dicat, *purgatorij doctrinam eſſe nouitiam opinionem, à Chriſtianis ſine vllo verbo Dei fabricatam*: deindè verò, quaſi cepiſſet eos aut pudor, aut obliuio prioris mendacij, confitentur Hebræos & nunc & olim oraſſe pro defunctis, ac proinde nouiſſe purgatorium: quo genere ferruminationis tam diſcordes ſententias conglutinabunt? Nam ſi nupera eſt Chriſtianorum inuentio, qui fit vt Hebræi eam ſibi tenendam putarint? Si ex aduerſo, veteres Hebræi hanc religionem obſeruarunt; certè fieri nequit, vt nupera ſit Chriſtianorum inuentio. Ita quoquo ſe vertant hæ belluæ multorum capitum, omnes ad effugiendum viæ illis penitus intercluduntur. Atque hæc ſit ſexta Caluinianorū, vnica in re contradictio tanta, vt nulla Bezana vel miniſtralis ſubtilitas eam vnquam valeat conciliare.

Doctor. Attende ſeptimam. In Inſtructione ſua ſcribunt, *Haſcaba*, hoc eſt officium, quod Iſraelitæ pro defunctis celebrant, *eſſe herbam in horto meo ſeminatam & prognatam*; deindè, ibidem concedunt, *Librum illum ab Hebræis conſeruari, Rabbinos eſſe illius authores, & doctrinam hanc eſſe Rabinicam*; manifeſtè ſecum pugnant, proprijſque armis ſeſe conficiunt. Quid ergo his hominibus faciamus, niſi hoc illis concedatur, vt ſummæ ſtultitiæ confeſsione, ſummæ improbitatis inuidiam deprecari poſsint? Si hoc gramen in horto meo creuit, vt vulgari dicterio cauillantur, O Prædicantes, non igitur decerptum eſt è viridario Rabbinorum. Sin verò à Rabbinis ſeminatum eſt, qui potuit in horto meo ſuccreuiſſe? Vides quam varij ſenſus ac diſſenſus in iſtis belluis Euangelicæ reformationis appareat. Vides quam malè conueniat inter architectos veſtræ Babylonicæ confuſionis. In ijs ergo veriſsimum eſſe conſtat, quod olim de Gnoſticis (à quibus hi nec moribus, nec erroribus, nec ipſo nomine plurimum differunt) aſſeuerauit fortiſſimus martyr Irenæus; *Cum ſint duo vel tres, de eiſdem non eadem dicunt, ſed & nominibus & rebus contraria reſpondent.* Vnde conſequitur quod acutè prudenterque notat Tertullianus; *Illic & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrina.*

8. *Pag 166. 26 8. 69*

Lib. 1. c. 5.

L. præſcript.

Sed quid mirum eſt, Cadmæos hos fratres in ſeſe inuicem etiam in hoc articulo incurrere, atque inter ſe planè diſſonantia ſtatuere ac aſſirmare? Cedo mihi vel vnum articulum, in quo ſententijs non diſcrepent: ſed inprimis eorum inſignis eſt malitia, dum hoc modò illis, modò alijs aliud affingunt, eoſque

que pro ſe teſtes citant, qui non modò pro ipſis non faciunt, ſed qui etiam falſi eos planè conuincunt. Hoc tamen in tali hominum genere non valde admiraberis, ſi cogites quam pàrum ſibi conſtet mendacium, quod certè vix, immo nunquam ſine mendacio defendi poteſt.

9. Minister. Verùm omiſsis Miniſtrorum contradictionibus, exquiramus authoritatem ab ipſa ſtirpe, & probemus teſtimonijs Hebræorum, eos ſemper oraſſe pro defunctis, atque ſic Purgatorium credidiſſe. Doctor. Authores Talmud, Thurgum, Cabalæ, Zóhar, Miſnaioth, Midras, &cæt. qui libri per vniuerſum orbem ſunt diſperſi, atque leguntur in omnibus Hebræorum ſynagogis, continent dilertas, & ſolenni verborum formula conceptas preces pro defunctorum animabus. Sic enim vita functo apprecantur: *Super eum ſit pax. Requieſcat in pace. Pace fruatur, &c.* Quæ nihil aliud ſunt, quàm orationes pro quiete animarum, quæ ex corporum compagibus emigrarunt.

10. *L. abbreuation.* Memoria retineo, Ioannem Mercerum, qui non ita pridem, Lutetiæ Regius profeſſor Hebraicarum erat, & quem à ſuis partibus ſtetiſſe Caluiniani gloriantur, ſæpius in publicis lectionibus dixiſſe, ac poſtea ſcriptis diuulgaſſe, Hunc pro defunctis orandi modum tam frequenter occurrere in ſcriptis priſcorum Rabbinorum, vt intemperanter otio ſuo abutatur, ſi quis id ad probandum ſumpſerit.

11. Doctor. In iſto magno volumine, quod ab Hebræis Zohar appellatur, hoc eſt, lumen, aut illuminatio, ſectione, quæ dicitur Teruma, vetuſtiores & eruditiores Rabbini teſtantur ea ſacrificia, quæ commemorantur & præcipiuntur in Exodo, capite decimo quinto, non tantùm in viuorum gratiam inſtituta fuiſſe, verum etiam ad remiſsionem pœnarum temporalium, quæ in altero ſæculo defunctis irrogantur. Id autem non poteſt aliò detorqueri, quàm ad ſupplicia quibus afficiuntur animæ quæ tenentur in Purgatorio.

12. His adiungo ritus funeris, & exſequiarum officium, quo nunc etiam vtuntur in ſepeliendis mortuis ſuis, vt videre eſt in libro Mahzor, qui typis excuſus exſtat Hebræis & Latinis. Paſtor, ſeu Leuita eorum, quem Hazan nominant, iubens è pheretro cadauer extrahi vt terræ mandetur, cantat, & cantanti reſponſant qui funus comitantur. *Hæc eſt via totius mundi. Congregamini, & facite omnes opera miſericordiæ. Deus omnia nouit. Animæ veſtræ pace fruantur æterna. Anima huius requieſcat in pace, iaceat in pace, &c.* Hæ ſunt preces, quas Deo concipiunt, & ſæpius iterant pro requie defunctorum.

13. *Gen 23 & 50.* Deinde, etiam Patriarchas & Angelos Paradiſi pro eis implorant ad hunc modum; *Patres ſæculi, qui dormitis in Chebron*, (hi ſunt Abraham, Iſaac, Iacob, & ſecundum aliquos, Adam) *portas Paradiſi Eden aperite ei, & dicite ei: Pax aduentus eius. Colles æterni duplicis ſpeluncæ* (Sara, & aliæ ſanctæ matronæ) *aperite ei portas Paradiſi, & dicite: Pax aduentus eius. Angeli pacis procedite obuiam ei, aperite ei portas Paradiſi, & annunciate requiem aduentus eius. Qui cuſtoditis theſauros horti Eden* (nimirum Cherubin) *pandite ei portas horti Eden, & ingrediatur hortum Eden, & oblectetur fructu eius. Omnia deſiderabilia ſint ei à dexteris, res iucundæ & optabiles à ſiniſtris. Exaudi preces noſtras Domine Deus, & dic ei: Cum pace adueneris, &c.* *Gen. 4.*

Eant nunc impudentes homines, & Iudæorum Synagogæ ignotum fuiſſe Purgatorij ignem dicant. Quid enim eiuſmodi preces aliud euincunt, quàm eos qui tam ſedulò & ardenter pro defunctis orauerint, Purgatorium crediſſe.

14. Minister. Manifeſtæ ſanè ac egregiæ preces, plenæque feruentiſsimis affectibus, quas ante ſepeliendum corpus, pro defunctorum animabus effundunt. Etiamne aliud prætereà vſurpant? Doctor. Habent & aliud ſupremi muneris, atque officij genus, quod *Haſcaba* dicitur, quodque ab Archiſynagoga recitari ſolet ſuper mortuorum ſeu defunctorum ſepulcris, prout ab amicis eorum inuitatur: cuius forma talis eſt: *Fruatur anima huius N. æterna requie in habitatione Diuina cum Sanctis, qui fulgent vt firmamentum. Remiſsio peccatorum, impetratio ſalutis, venia & indulgentia præuaricationis detur ei, cum ijs qui habitant in domo cœleſti. Conſequatur partem ſuam in vita beata ſæculi venturi. Spiritus Diuinus det ei pacem in Paradiſo, & fruatur quiete, de qua ſcribit Iſaias: Pax ſit ei. Pacem habeat in cubili, ambulans in vita, hic & omnes defuncti in Iſrael, per miſericordiam & propitiationem Dei.* Amen. *Dan. 12.* *Iſai. 57.*

Min. Etiam hæ ſunt preces pro defunctis, & penè eædem cum ijs, quas Catholici recitant ſuper ſepulcris fidelium defunctorum: *Re-*

ciunt Principum, Sacerdotum, Diaconorum, & amicorum defunctorum, precanturque Deum, vt eos vna cum Abraham, Iſaac, & Iacob recipere dignetur. Ad extremum hanc oratiunculam ſubijciunt: *O Domine, præbe requiem animabus patrum, & fratrum noſtrorum, qui in recta fide dormiunt.* Et inter ſolennia, quibus ante baptizandum vtuntur, etiam huiuſmodi orationem pro defunctis effundũt: *Domine viuentium, vita mortuorum, rogamus te, pro ijs qui dormiunt. Quieſcere fac eorum animas in loco amœno, &c.*

Et vt certo conſtet eos ad hoc vſque ſæculum in tali fide ac religione conſtanter perſeuerare, rem tibi geſtam recitabo. Anno Domini 1524. legatus patrio nomine ZAGA ZABO, miſſus ab Imperatore AEthiopum ad Regem Luſitaniæ, deinde ad Clementem Papã ſeptimum, vir in AEthiopica & Arabica lingua perquam eruditus, cum publicè profiteretur Fidem ſuam nomine totius regionis, inter articulos eius recenſuit, *quod Eleemoſynæ, quæ pro defunctis erogantur, plurimum eis proſint, & ad imminutionem pœnarum, & ad incrementum gloriæ cœleſtis.* deinde ſubiunxit ad finem eiuſdem confeſſionis: *Mortuos noſtros certo loco cõponimus ac ſepelimus: eóſque cum crucibus & precibus illò deducimus: deinde ſuper ſepulcro inter alias preces recitamus initium Euangelij ſecundum Ioannem. Poſtera die pro eorum quiete Eleemoſynas offerimus, &c.* Ac ne putes hãc narrationem fabuloſam vel fictitiam eſſe, dabo fidei cauſa Eraſmum Roterodamum, ac Eliam Leuitam virum Iudæum, qui ſcriptis atteſtantur ſe prædictum Legatum AEthiopũ Romæ vidiſſe, & ſæpe cum eo ſermones conſeruiſſe. MINISTER. Id pro certo permagni refert ad præcidendam malignis omnem cauillationem, & ad pias mentes confirmandas, quod proculdubio Chriſtiani AEthiopes ab Apoſtolo ſuo Matthæo, hanc doctrinam acceperunt, & hucuſque retinuerunt.

2. Dic ſodes, & tantundem aſſere de ijs, qui adhuc in Syria, Palæſtina, monte Libani, & Meſopotamia degunt. DOCTOR. In nouo teſtamento, quod typis excuſum eſt Viennæ, Syriacis characteribus, annotantur lectiones quæ publicè recitantur in exſequijs defunctorum, quinque locis apud Matthæum, duobus apud Marcum, vno apud Lucam, & ſic deinceps in libris ſubſequentibus. MIN. Vidi nouum Teſtamentum Geneuæ editum characteribus Hebraicis: ſed hoc ibi non aſſeritur. DOCT. Furtum illud vel potius ſacrilegium admiſſum eſt culpa & flagitio Tremelij cuiuſdam flagitioſiſsimi apoſtatæ, ad obliterandam defunctorum memoriam. MIN. Facinus mihi narras à Magiſtratu puniendum.

DOCT. Seuerus Patriarcha Alexandrinus 3.
inſigni libro complexus eſt omnes cæremonias, quæ à Syris vſurpari ſolent in ſacrorum myſteriorum adminiſtratione, atque ibi ſex diuerſis locis obſeruat deuotas ſupplicationes quas Deo pro requie defunctorum nuncupant, è quibus vna ſic habet: *Domine Deus, da illis pacem, & memoriam beatam.* Citat etiam B. Ephrem antiquum Syriæ doctorem, pro defunctis humiliter orantem ac offerentem.

Oſorius vir & doctrina & facundia præ- 4.
ſtantiſsimus, cùm recitat mores religionem- *L. 3. de*
que Chriſtianorum, qui ſub Regibus Ethnicis *reb. Em-*
viuunt in Cranganor & Malabaribus oris ait: *manuel.*
In ingreſſu templi, luſtralibus aquis perinde ac *fol.* 107.
nos facimus, aſperguntur. Eodem etiam ritu, & eadem religione ſepeliunt. Deinde epulum dant, & octo dies in conuiuijs mortuorum gratia extructis, accumbunt, & pro eorum æterna ſalute Chriſtum venerantur. MINIST. Hoc ſanè opus dexteræ excelſi, quod oblationes & preces pro defunctis, ac proinde perſuaſio immortalitatis animarum, indicij diuini, æquitatis cæleſtis, doctrina Purgatorij inculpta manſerit cordibus populorum iſtorum, qui per tot ſæcula paſtoribus idoneis deſtituti, inter barbaros populos & infideles hactenus vixerunt.

Ecquamnam religionem ſeruant Chriſtia- 5.
ni, qui ſub Perſis ac Turcis degunt in Parthia, Chaldæa, Media, Aſſyria, Babylone, alijſque partibus orientis? Manéntne in iiſdẽ cæremonijs, quas initio acceperunt à B. Simone & Iuda qui primi apud eos euangelizauerunt? Illorum Patriarcha nomine Abdiſſu, vir ætate & doctrina grauis, anno 1562. Romam venit cum ſuorum publico teſtimonio, vt confirmationem electionis ſuæ à ſummo Chriſtianorum Pontifice impetraret: conceptiſque verbis apud ſanctum Patrem, in conſpectu Cardinalium, & multorum Præſulum, tactis ſacroſanctis Euangelijs iurauit, ſe ſuoſque, libros omnes veteris ac noui Teſtamenti in patria cuſtodire: nec non hiſtoriam Machabæorum tanquam canonicam doctrinam ab ipſis admitti. Præterea, ſpopondit populares ſuos rata habituros acta concilij Tridentini, quod tum temporis celebrabatur, quẽadmodum reliqua omnia Concilia præcedentia indubitanter approbant. MIN. Nulla igitur dubitatio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

que ſvniuerſos adhortans, vt mortuos iuuemus pro viribus, illis aliquid auxilij procurãtes: denique confirmans ab Apoſtolis ſancitũ & traditum eſſe, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc feceſſerunt. Et quod multum emolumenti, multumque vtilitatis inde percipiant. Productuſq; eſt à nobis Euſebius Cæſarienſis, qui etiam Platonem huius pietatis non ignarum fuiſſe comprobat. MIN. Hi ſanè teſtes non modo ſunt integræ exiſtimationis, ſed & prævalidæ authoritatis: nec video quid talibus viris Caluiniani poſſint obijcere, præter ſolennes calumnias & conuicia, quibus ſanctorum hominum ſplendor ac virtus magis illuſtratur, quàm lutulatur.

Hom. 3. in Epiſt. ad Philip.

L. 11 præparat. c. 10

3\. DOCT. Adiungam eis Origenem antiquiſſimum planè ac eruditiſsimum ſcriptorem Græcum, qui *Homilia ſexta in Exodum, & duodecima in Ieremiam,* expreſsis Prophetarũ & Apoſtolorum oraculis fidem facit eſſe quẽdam Purgatorium ignem, in quo horrendos cruciatus animæ corporibus exutæ patiantur: ſed eas æterna ſalute donari, poſtquam ſtatutis ærumnis perfunctæ fuerint.

4\. Addantur ſuperioribus CYRILLVS Ieroſolymorum Patriarcha, docens in Catecheſibus myſtagogicis, Oblationem pro defunctis plurimum, & ſupra quam dici poſſit, eorum animabus auxiliari. Sequatur & CYRILLVS Patriarcha Alexandrinus, qui eandem doctrinam firmat per hæc Apoſtoli verba: *Saluus erit quaſi per ignem.* MINIST. Sufficiant hi decem lectiſsimi totius Græciæ Patres ad perhibendum de ſuffragijs pro defunctis, atque Purgatorio inter gẽtem illam certiſsimum teſtimonium. Solue nodum quem Prædicantes nectunt de Palæologo, & Patriarcha, alijſq; recentioribus Græcis, qui cum Latinis interfuerunt Florentino concilio. Vtrum in hoc capite conſenſerunt? An verò vt illi aiunt, cachinnis omnibus exploſerunt?

L. 14. in Leuitic.

1. Cor. 3.

5\. DOCTOR. Cùm Latini Græcis exhibuerunt ſuæ fidei ſuper hoc dogmate tum ſenſa tũ ſententias, Græci incunctanter aſſenſum interpoſuerunt, & hanc ſuam confeſſionem in publica totaque congregatione Patrum perlegerunt: Quæcunque Patres ampliſsimi, protuliſtis atque citaſtis, Orientalis Eccleſia profitetur, quamuis inter Græcos & Latinos parua ſit differentia.) Et poſtea: Nam ipſi Purgatorium, obſcurum quendam locum, laborum plenum eſſe cenſemus: in quo exiſtentes animæ, lumine diuino priuantur, donec coadiuuante Eccleſia, expientur atque liberentur. Hæc eſt obſignatis monumentis teſtata fides, hoc decretum vltimum Græcorum, cum Latinis prorſus conforme, in pleno Concilio promulgatum ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis eorum, qui totius Orientalis Eccleſiæ vicem, faciem, & dignitatem ſuſtinebãt: idque coram Imperatore ſuo Palæologo lectũ, probatum, & ſyngraphis omnium communitum.

MINIST. Vnde ergo in mentem venit Prædicantibus, vt dicerent *Græcos in patriam reuerſos hanc doctrinam exploſiſſe, ac irriſu atque ſannis excepiſſe?* DOCT. A patre mendaciorum & impoſturarum hoc illis ſuggeſtum fuit. Nam quod ad Ioſephum Patriarcham attinet, is ad ſuos non eſt reuerſus, ſed Florentiæ obijt, ibidemque ſepultus fuit. Reperti verò in menſa eius ſunt Codicilli, manu eius exarati, quibus tanquam vltimæ voluntatis fidei commiſſis teſtabatur, ſe credere & amplecti ſanctam Romanam Eccleſiam, & decreta Concilij, quod tum tẽporis celebrabatur. Adhæc, Imperator Græcorum Palæologus tam conſtanter in eadem confeſsione ad finem vſque perſeuerauit, vt in odium tam conſtantis animi, quædam faces & flabella ſeditioſorũ hominũ priuare eum honore ſepulturæ ſummis viribus contenderint. 6.

Io. 8.

Præterea, Græci qui etiamnum hodie ſunt in vrbe Conſtantinopoli, Macedonia, Achaia, VValachia, Moldauia, Peloponneſo, Cycladibus, Candia, Cypro, Aſia minore, Bithynia, Galatia, Cappadocia, Georgia, Thracia, Ruſsia, ſequentes ritus Græcorum, etiam nunc pergunt offerre & orare pro defunctis, vt patet tam ex eorum Menologio, Horologio, & ſcriptis Hieremiæ nouiſsimi Patriarchæ ad Cruſium, Smidelinum, & Chytræum Miniſtros Germanos, quàm ex relatu eorum, qui ipſa loca viſitarunt, & Liturgijs interfuerunt, in quibus ſacrificant & precantur pro requie fidelium defunctorum. MINISTER. Nulla igitur Gallicis Prædicantibus ſupereſt vel conſcientia in Deum, vel formido in homines, ſed ſpiritui impudentiæ penitus ſe deuouerunt, cùm tam peruicacibus animis contrarium defendunt. Quouſque tandem quorũdam Gallorum inconſtantia & leuitate abutentur? 8.

L. Turcograecia & Germanograecia.

DOCT. Fateor equidem Epiſcopum Epheſinum quendã nomine Marcum, turbulentum, ſchiſmaticum, & arrogantem hominẽ cum in patriã rediſſet, multos nouarũ rerum auidos ad ſeditionem & apoſtaſiã compuliſſe; ſed

ſed eorum inauſpicatos impetus contudit & repreſsit ilicò lamentabilis & horrenda Turcarum inuaſio, & dira ſeruitus, ſub cuius acerbo iugo nunc, eheu! gemunt, & calamitates ſuas miſerantur. Minist. Verè *Iuſtus eſt Dominus, & omnia iudicia eius iuſta ſunt.* Nunquam vltionem eius effugient, qui aduerſus Spiritum ſanctum, perpetuum Eccleſiæ Catholicæ doctorem & ductorem præfractè bellabunt.

QVIDAM CERTVS LOCVS *purgãdis in alio ſæculo animabus deputatus eſt: licet Deus eas alibi caſtigare poſsit: & reapſe quaſdam depurget: aduerſus 40. & 41. 42. errorem.*

CAPVT NONVM.

Minister.

Qvid tibi videtur de præclara illa diſputatione, qua aduerſus hanc doctrinam
Problemat 18. vtitur Bernas Aretius? *Quia ipſi (inquit) de loco Purgatorij dubitant, nullum eſſe ſciamus; non enim tanta res in tanta hæreret obſcuritate.*

Doctor. Prior propoſitio falſa eſt, ſe-
Confut. cunda palam hæretica, tertia impietatis ple-
1. na. Hoc euincam ordiendo ab vltima, quam falſo fundamento ſuperſtruit; nimirum; *Res ardua & magni momenti nunquam hærent in obſcuritate.* Paulus appellat vocationem Genti-
Epheſ. 3. um, myſterium à ſæculis abſconditum in Deo;
Coloſſ. 1. quod tamen reipſa completum cernimus. Myſterium ſanctiſsimæ Trinitatis diuinarum perſonarum in vnitate eſſent æ, æterna Filij generatio; Spiritus ſancti proceſsio ab vtroque; Verbi incarnatio, & eius ex Virgine natiuitas, vnio hypoſtatica illius cum homine, & Hominis cum Deo, idque ſine vlla ſubſtantiarum confuſione; arcanum prædeſtinationis & reprobationis; & alia plurima myſteria, ſi Dictatoris illius ſuffragio lis decidenda eſt, aut vera non eſſent, aut nunquam in obſcuritate latuiſſent: quæ ſunt abſurditates & impietates damnatiſsimæ.

2. Sequeretur res eſſe viles, abiectas, & nullius momenti, quæcunque Paulus appellat inſcrutabilia iudicia Dei, & vias inperueſtiga-
Rom. 11. biles; & Dauid, profundam, multamque abyſ-
Pſal. 35. ſum; ſi res magnæ & præſtantes nunquam laterent in quadam obſcuritate.

3. Min. Tantundem enunciari poſſet de myſterijs Cœnæ Dominicæ, quæ Beza negat rectè *In vita*
intellecta fuiſſe, (credere ſi fas eſt) ante aduentum patris ſui Caluini. Idem de ſacramento, *Cal.*
& effectis Baptiſmi: de quibus tot ſunt controuerſiæ. De Epiſtolis Pauli, in quibus Petrus ait, *quadam eſſe intellectu difficilia.* Denique, *2. Petr. 3.*
idem pronunciandum foret de omnibus Scriptis, operibus, & miraculis diuinis, quæ rationi humanæ non obſcura modò, verùm etiam iudicio carnis abſurda videntur, vt magna fide opus ſit ad eadem comprehendenda. Quibus poſitis apparet, quàm impio & abſono principio Heluetius iſte *Prediger* innitatur.

Min. Vnde efficis ſecundam propoſitionem hæreticam eſſe? Doctor. His tribus ar- 4.
gumentis. Primò quod iam antè docuimus, etiam in Aerio totius Eccleſiæ tam Græcæ quam Latinæ conſenſu atque iudicio, (vt ex Epiphanio & Damaſceno, deinde, Auguſtino ac Iſidoro liquet) hac infami nota ſignatam. Secundò, quod pugnet cum ſcriptis Prophetarũ & Apoſtolorum, prout ea Patres Eccleſiæ ſunt interpretati. Tertiò, quoniam ex diametro contraria ſit traditionibus Apoſtolorum, Decretis Conciliorum, conſenſui veterum Doctorum, & obſeruationi praxique totius Eccleſiæ Chriſtianæ, vt adhuc in ſequentibus copioſius declarabitur.

Min. Sed quid tibi de iſto Prædicantis En- 5.
thymemate videtur? *Ipſi dubitant de loco Purgatorij; ergo nullus eſt.* Doct. Falſum eſſe antecedens, proinde nullam eſſe concluſionem. Quin & ſi de iure noſtro remittentes, antecedens concederemus, conſequentia vana & inepta eſt, vt ex ſequentibus in forma ſimilibus exemplis apparet. Dubitatur de loco, ſitu, climate Paradiſi terreſtris; ergo nullus fuit? Cal- *Supra c. 1.*
uinus de loco Paradiſi cœleſtis æſtimat, immò diſertè pronunciat, *non eſſe neceſſarium, quendam locum imaginari, in quo ſpiritus filiorum Dei recipiantur*, nec tamen ambigendum eſt, quin ſit aliquis. Caluiniani litem ampliant de loco vbi futurum ſit poſtremum ac vniuerſale iudicium; hæſitant circa locum deſtinatum pœnis damnatorum: nec tamen fas eſt alterutrum negare. Præterea, non ſolùm hominibus, verùm etiam angelis non liquet, quando futurus ſit dies aduentus Domini: hora quoque mortis cuiuslibet noſtrûm obſcura nobis & incerta eſt. Si procederet hæreticorum ratiocinatio; hæc omnia ad calendas Græcas reponerentur: atque hoc modo præcipua fidei Chriſtianæ fundamenta conuellerentur. MIN. Satis

tis

ſis mente capio, quænam abſurda colligi poſſint ex huiuſcemodi topicis, & quàm latiſſimam feneſtram aperiant irriſoribus & contemptoribus religionis ad impietatem corroborandam & omnem fidem labefactandam.

6. Veniamus nunc ad cardinem cauſæ, videlicet, An ſit vſpiam aliquis determinatus purgatorij locus? DOCT. Quemadmodum antedemonſtrauimus eſſe quendam Paradiſi cœleſtis locum ordinarium, quendam extraordinarium, quatenus Deo viſum eſt claram ſui viſionem cum Sanctis vbicunque voluerit communicare; ſic etiam de Purgatorio ſtatuendum eſt. Nam ſupremus ille mundi Iudex, cuius imperio mare, elementa omnia reguntur, & cui creata omnia prono obſequio ſubijciuntur, poteſt ijs vti quando, vbicunque, & quomodocunque ad maleficos plectendos, & iudicia ſua exſequenda. Sapiens namque ait: *Accipiet armaturam zelus ad vltionem inimicorum. Acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, &c.* Cùm enim imperauit, [illegible] ſt è cœlo pluuia ignea ac ſul[illegible] in Sodomitas, pluuia lapidum in Pa[illegible]: ranarum, pediculorum, vlcerum, puſtularum, locuſtarum, &c. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum faciunt verbum eius. Quod ſi Reges & magiſtratus in liberali cuſtodia ſontes quoſdam aſſeruant, alios arctiori carcere coercent, prout criminum ratio, aut reorum dignitas poſtulare videtur: quid obſtat, quo minus Iudex ille viuorum & mortuorum diuerſos item locos aſsignare poſsit temporarijs pœnis atque ſupplicijs animarum, quæ talibus ſunt expiandæ, priuſquam Paradiſo cœleſti recipiantur? Nonne figulus eſt, qui plenam habet poteſtatē in lutum ſuum? Quis ei leges imponet, ne faciat hoc aut illud? MIN. Nihil comminiſci poſſum, quod iure quiſquam ijs obijciat. Proinde, concluſio firma & rata manet, locum extraordinarium poſſe ſtatui à Deo pro animabus expurgandis, vbicunque illi viſum fuerit. Non enim certis ſpatiorum limitibus Diuina iuſtitia circumſcribitur; ſed vbiuis locorum captiuas detinere, à beato conſpectu ſuo remouere, & caſtigare poteſt.

Libro 8.
Sapient. 5.
Geneſ. 19.
Ioſue 10.
Exod. 8. & 9.
Pſal. 148.
Sap 15.
Rom 9.
Ierem. 18.

7. DOCT. Nunc autem demonſtrabo, non tantum Deum id poſſe, (quis enim eius omnipotentiam (niſi atheus) in dubium vocet?) verumetiam velle, quod præcipuam dubitationem habet. Et ordiar ab omnium hæreſeon huius æui parente Luthero. Is diſertim ita ſcribit, & fortaſſe de ſeipſo: *Noui hominem, qui ſuper terram pœnas Purgatorij patitur.* Ac poſt, ordine narrationem rei geſtæ ſubnectit, vt appareat eum nihil hic ſolenni more mentiri, ſed verum dicere. MIN. Qui Bezæ ſuffragantur ſcribenti, *Lutherum ore toto diuinitus afflatum fuiſſe,* nequaquam reijcient illius affirmationem: atque ita rem pactam habebimus. Si ab eius ſententia prouocauerint, prodent omnibus fœdam inconſtantis animi vacillationem.

Reſolut. Concluſ. decimaquinta.

8. *DOCT.* De parente ſuo Luthero viderint quid ſentiant; ſed non eſt vt inficiari poſsint, quin collegæ ſui Aretius & Loſsius agnoſcant, à Platone, Virgilio, & alijs, quos in eam rem adducunt, locum hunc extraordinarium Purgatorij, modo in aere, modo in aqua, modo in igne collocari. Quin item Alcuinus Caroli magni præceptor, illum conſtituerit in aere. D. Antoninus varijs ac diuerſis in locis: quorum opiniones non diſplicuerunt Theologis Catholicis, qui hoc argumentum ex profeſſo tractauerunt.

Problem. Paradox.
Libro 3. de Trinitate.

9. MIN. Si tibi præſto adeſſet quorundam veterum Theologorum authoritas, nullatenus ea de re dubitandum exiſtimarem. DOCTOR. magnus antiſtes Auguſtinus huic ſententiæ ſuffragatur, ſcribens: *Nos etiam in hac quidē mortali vita eſſe quaſdam pœnas purgatorias, confitemur.* Deinde, citat locos Platonis & Virgilij ſuperius allegatos, quos non reijcit, ſed potius aſſenſu ſuo firmare videtur. MIN. Agnoſcēs hic quoſdam eſſe, & alibi de ijs loquens quæ ſunt in altero ſæculo, ſatis declarat diuerſos & varios pœnarum purgatoriarum locos.

Libro vigeſimoprimo ciuit. capite decimotertio.

10. DOCT. Magnus Gregorius refert animam Paſchaſij Rom. Eccleſiæ Diaconi pœnas purgatorias in quodam balneo pertuliſſe. Quendam etiam balneorum magiſtrum ſimile genus tormentorum alibi paſſum fuiſſe. Quod quidem ſibi compertum eſſe affirmat ex ſermonibus virorum virtute atq; eruditione præſtantium, qui ſpeciali quadam prærogatiua & diſpenſatione diuina prædictas animas videre, & corā alloqui promeruerant.

Lib. 4. Dialog. cap. 40. & 55.

11. MIN. Caluiniani murum ſcilicet aheneum habent, quem huic machinæ opponant, dicentes, *hanc Gregorij narrationem falſam & ridiculam eſſe.* Et author ſcuti fidei eorum, perfrictiori fronte pronunciat, *Diabolicas eſſe illuſiones & praſtigias.* DOCT. Quibus argumentis id probant? MIN. Nullis omnino; ſed ſolito Prædicantum more conuiciantur. DOCT. Nulla fides igitur ijs haberi debet, nihilomagis quam Iudæis miracula Chriſti calumniātibus: qui

Inſtruct. pag. 290.

qui & prænunciauit fore, vt idem accideret
Matth. 1. Diſcipulis ſuis, quorum de numero fuit iſte
Apoſtolorum ſucceſſor Gregorius. Et Paulus
adfirmat, Verbum crucis ſtultitiam eſſe ijs qui
pereunt. Denique eundem de Reſurrectione &
iudicio concionantem, homines perfidi ap-
pellarunt Nouorum dæmoniorum Annuncia-
Act. 17. torem. Rurſum alius Apoſtolus irriſores iſtos
in perſona Gnoſticorum, quos iſti Hugnoſtici,
vt ſibi pares imitantur, breui quidem, ſed ve-
raci dicto tangit: *Quæcunque ignorant, blaſphe-*
Iud. c. 1. *mant.* Permittemus itaque Deo vltionem in-
iuriarum, quæ Sanctis eius irrogantur. Is pro-
fectò non ſinet ſic abire contemptum reuelati-
onum cœlitus ſeruis ſuis exhibitarum. Iam
annus fere milleſimus agitur, ex quo pientiſsi-
mus hic Gregorius Dialogos conſcripſit om-
ni eruditione ac religione refertos, atque ideò
non ſolùm laudem meruerunt ab Iſidoro, Beda,
alijsque Latinis Patribus: ſed etiam a Græcis
Damaſceno, Photio, & alijs, ita vt in eorum
linguam Græcam protinus tranſlati fuerint.

12. MIN. Nihil amplius reor ambigendum, quin
Deus animas peccatrices vbicunque locorum
illi viſum fuerit, expiare valeat. Sed potes ne
certò definire, an ſit aliquis ordinarius locus,
& in qua parte mundi conſtitutus ſit? DOCT.
S. Thomas, S. Bonauentura, Antoninus, Alber-
tus, Alexander, Richardus, Varro, Scholaſtico-
rum principes, viri tali ingenio & doctrina,
vt qui inter eos minimus cenſetur, trecentis
Miniſtrorum millibus antiſtet; illi (inquam)
non ſolùm docent, ordinarium Purgatorium
quendam eſſe locum inferno propinquum, in
infimis nimirum partibus terræ: verum etiam
firmiſsimis demonſtrationibus & Scripturis
id euincunt. Paulus (inquiunt) locum eum
Eph. 4. vocat *Inferiores partes terræ*, quo Ieſus deſcen-
Philip. 2. dit. Alibi, loca *ſubterranea*, quorum incolæ
genu flectunt ad ſanctum nomen Ieſu. Ioannes
Apoc 5. quoque ibidem Purgatorium ſtatuens, teſtatur
1. Petr. 3. ibi laudes Dei celebrari. Petrus appellat *Car-*
Act. 2. *cerem*, in quo tenebantur animæ, quibus Chri-
Matth. 5. ſtus Euangelium prædicauit. Matthæus item
Carceris vocabulo eundem locum adumbrat,
in quo ſoluendum ſit vſque ad vltimum qua-
Marc. 3. drantem. Marcus *Baptiſmum* ſeu lauacrũ, quod
Zach. 9. fit per ignem. Zacharias Propheta *lacum, in*
Malac. 3. *quo non eſt aqua.* Malachias *fornacem*, in qua
Dan. 3. peccatrices animæ flammis eliquantur & ex-
& 7. purgantur. Daniel eius effigiem delineat per
fornacem ardentem, è qua ſocij eius euaſerunt
incolumes: nec non per *fluuium ignis* præter-
labentem in circuitu throni diuini. Iſaias per
lixiuium ardoris, quo mundantur ſordes filiarũ Iſaia 4.
Sionis, id eſt, animæ quas Deus amat, & ſaluas
eſſe deſiderat.

MIN. Præclara ſanè teſtimonia laudas, qui-
bus ſatis ſuperque planum fit Purgatorium eſ- 13.
ſe certum ac definitum quendam locum circa
centrum terræ. Reſtat vt videamus, an Eccleſiæ
Catholicæ conſenſus & authoritas hanc inter-
pretationẽ ſuffragio ſuo cõfirmauerit. DOCT.
De Græcis & Aſiaticis iam ante audiſti eos ple-
nè planeque proteſtatos eſſe ſe cum Latinis cõ-
ſentire, purgatorium eſſe obſcurum quendam Concil.
locum, laborum plenum, &c. Nec Miniſtri diſ- Florent.
fitentur, Latinam Eccleſiam in eodem Concilio
ſic eadem de re pronunciaſſe; *Nos ignem in hoc*
mundo credimus eſſe, quo animæ peccatis leuiori-
bus aut venialibus obnoxiæ, coadiuuante Eccleſia,
Sacerdotum precibus, Miſſis, ac eleemoſynis expi-
antur, &c. De quo ſcripſit Apoſtolus: Saluabitur
quaſi per ignem. Nonne hoc eſt definitè pronun- 2. Cor. 3.
ciare, quendam eſſe locum purgatorij certum
ac determinatum.

MIN. Nihil iam dubitare poſſum. Sed quid 14.
ſenſit Auguſtinus ſcire percupio. DOCT. Paulò Enchir. c.
ſupra dictum eſt; iterum ergo accipe. Is appel- 109.
lat eum locum, *Receptaculum quoddam abditũ,* Lib. 1. de
quo continentur animæ donec repurgatæ fuerint. Geneſ. ca-
Alibi: *Ignem purgationis*. Item; *Fluuium igneum,* pite 20.
& flammam rationalis diſciplinæ. Ignem emẽda- L. 50. hom.
torium, & tranſitorium, &c. 9. 16.

Tertullianus Auguſtini conterraneus, ſed æ- In pſ. 37.
tate longe ſuperior, aſſerens hunc locum & ig- Serm. 41.
nem eſſe verſus centrum terræ, vehementi in- de Sanct.
terrogatione ſenſum & affectum ſuum ſic o-
ſtendit: *Cui (defuncto) refrigerium comprecca-* L. de te-
ris, & vt benè requieſcat apud inferos cupis, ſi ſtimonio
nihil paſsionis eſt tibi poſt mortem. Quibus verbis anima.
declarat defunctos, pro quorum refrigerio pre
ces fiunt, eſſe in locis imis ac profundis, hoc
eſt, circa centrum terræ.

Alibi quoque, ſed apertius docet, hanc reli-
gionem fuiſſe totius veteris Eccleſiæ. Viuebat 16.
enim circa centum & viginti annos poſt æta-
tem Apoſtolorum. *Nobis inferi creduntur in*
foſſa terræ, & in alto vaſtitas, & in ipſis viſce- L. de ani-
ribus eius abſtruſa profunditas. Siquidem *Chri-* ma.
ſtum in corde terræ triduum mortuis credimus ex- Matt. 12.
punctum, id eſt, in receſſu interno, & ex ipſa ter-
ra operto, & intra ipſam clauſo, & inferioribus
adhuc abyſsis ſuperſtructo. MIN. Non dubito
quin per tenebroſum & obſcurum receptacu-
lum, & per foſſam terræ ſuperſtructam abyſsis,
deſignentur & Limbus patrum, alias Sinus Ab- Luca 16.
rahæ, & purgatorij locus, quò Chriſtus deſcen-
dit,

Digitized by Google

dit. Deinde, numero multitudinis loquens, *No-
bis creduntur*, & ſentētiam iſtam authore Scri-
ptura confirmans, declarat talem fuiſſe fidem
perſuaſionemque totius veteris Eccleſiæ.

17. Porrò; ſi veteris Synagogæ, Hebræorumque
conſenſum adderes, nihil vltra requirendum
eſſe videretur. DOCT. Iam quatuor Prophetas
ad teſtimonium citaui, plures mox producam:
quod non ſolum tollendæ dubitationi, ſed et-
iam explendæ curioſitati tuæ ſufficere deberet.
Veruntamen vt petitioni tuæ mos geratur, al-
lego tibi omnes Thalmudiſtas & Cabaliſtas
Iob 7. & 21. Prou. 2. & 6. Iſaiæ 5. Pſalm. 85. eorū, qui ex omnibus Scripturæ locis vbi men-
tio fit Inferorum, plurali numero: quoties itē
nominatur Infernum quoddam inferius, & ſu-
perius, aiunt circa centrum terræ diuerſa eſſe
animarum receptacula pro diuerſa ratione de-
lictorum: & inter ea quoddam peculiare, vnde
ſontes animæ liberantur, poſtquam pœnas ac
ærumnas exantlarunt, quantum ad Purgationē
ſatis eſt. Id autem non poteſt eſſe alius locus,
niſi purgatorius. MIN Sanè quemadmodū hæc
vocabula Cœli, cœlorum, cœlis, cœlos, plures
eſſe beatorum ſpirituum ſedes patefaciunt: pa-
ri modo appellatione Inferorum, varia rece-
ptacula peccatricum animarum eſſe in obſcu-
ris ac profundis terræ viſceribus ſtatuendū eſt.

18. DOCT. Priſcus ac eruditus Rabbi Rakaca-
1. Regg. 12. nathi ad Leuitici caput 21. exponens hunc arti-
culum hymni B Annæ, *Dominus deducit ad in-
feros, & reducit*: Inferorum voce intelligit cer-
tam ſedem & ſtationem prope centrum terræ,
vbi ſit infernus, vnde quædam animæ perfecto
temporis orbe, tandem aliquando per Dei mi-
ſericordiam liberentur. Idem aſſerit hunc locū
Ion. 2. adumbratum fuiſſe per ventrem Balænæ, quo
Matt. 12. abſorptus eſt Ionas, & in quo detentus triduo,
grauiſsima paſſus eſt, vndeque poſtea ſaluus
& incolumis euaſit.

19. Rabbi Simeon filius Iochai adhuc illo vetu-
Ezech. 1. ſtior, ad primum caput Ezechielis, per ignem
ſeſe inuoluentem & ſplendentem, & vndequa-
que thronum Dei circundantem, item per flu-
Daniel. 7. uium igneum, quem Daniel ait prodire à con-
ſpectu Domini, Purgatorium ignem intelligit,
in quo ſontes animæ lauantur ac emundantur à
ſordibus & inquinamētis peccatorum, quibus
ſe contaminauerunt, dum in terris verſabātur.

20. Rabbi Bachaiai in diſputatione, quam inſti-
Exod. 20. tuit ad locum illum Decalogi: *Memento, vt diē
Sabbathi ſanctifices*, ex ſententijs veterum ma-
giſtrorum ſuorum, defunctos qui ſunt illic in
pœnis, nullam à laboribus ſuis relaxationem
percipere docet, niſi illo die Sabbathi, quo nō-
nihil alleuatur & mitigatur doloris acerbitas.
Id autem ſine vitio explicare nō poſſumus, niſi
de ijs, quæ in Purgatorio detinētur. MIN. Cauſa
hæc iam ſatis ſuperq; perorata eſt. Video enim
hāc eſſe penitus inueteratam etiam Doctorum
Iſraelis, hauſtā à ſcriptis & traditionibus ma-
iorum doctrinam: quæ etiam Chriſtianorum
Patrum tā Græcorum quam Latinorum firma-
tur ſuffragijs. Quin & *Lutherus* alijque de tri-
bu eius in hanc doctrinā conſentiunt. Dicamus
nūc ſi primores huius mundi Patriarchæ & Pro-
phetæ aliquam de ijs conceperint opinionem.

AB ADAMO AD MOSEM VS-

*que doctrina ur Pgatorij mentibus SS. Patrum
inſedit, vt patet ex quinque locis libri Gene-
ſeos: contra 43. 44. 45. 46 & 47. Caluinia-
norum errorem.*

CAPVT DECIMVM.

MINISTER.

PArentius, & gregales Caluiniani veſtrates, *Inſtruct.*
tanquam pro focis contendunt. Purgatoriū, *pag 92.*
preceſque pro defunctis prorſus ignotas fuiſ- *93. &*
ſe totis duobus millibus & ſexcentis ſeptua- *95.*
ginta annis prioribus ab orbe condito, iſta ra-
tiocinatione ſubnixi: *Si neceſſe foret credere
Purgatorium, aut pro defunctis orare, Deus hanc
doctrinam reuelaſſet primis Patribus, qui ab A-
damo vſque ad Moſis ætatem extiterunt*, &c.
paulò poſt: *Nihil ea de re ſcriptum eſt à Moyſe,
quia nullus Patrum quidquam tale credere aut
facere in animum induxit*. Rurſus: *Nuſquam di-
citur Abrahamus pro vxore defuncta Sara preces
concepiſſe*. Item: *Non eſt memoriæ proditū, quod
Iſmael & Iſaac precati ſint, aut ſacrificia obtu-
lerint pro anima patris ſui Abraham*, &c. Quid
de his tibi videtur?

DOCT. Tot eſſe errata, totque mendacia,
quot ſunt periodi, vt oſtendo iam a prima ra-
tione, qua nituntur omnes eorum cōcluſiones.
Nimirum, *Nefas eſt Chriſtianis quidquam cre-
dere vel facere, quod non reuelatum, vel factum
fuerit a Patribus, qui ab Adamo ad ætatem vſque
Moſis exſtiterunt*. MIN. Ita eſt, vt dicis. Fun-
damento hoc labefactato, ſua ſponte concidet
tota eorum argumentatio. DOCT. Atqui nihil
falſius, nihil improbius hac propoſitione dici
poteſt. Deus enim ipſe proteſtatur, ſe nemini il-
lorum Diuinitatis ſuæ nomen *Iehoua* reuelaſſe. *Exod 4.*
Non igitur audiēda, nō admittenda eſt propo-
ſitio, aliàs nec credenda, nec adoranda foret di-
uina Dei natura ac Eſſentia. Adhæc, Dauid ſuper *Pſal 118.*
omnes docentes ſe intellexit, & ſuper ſenes ſa- *Pſalm. 50.*
puit, quādo Deus alijs retrò generationibus incer-

ta & occulta illi reuelauit: multa igitur credenda & facienda ſunt, quæ priſcos illos latuerunt. Nonne poſtea quoque Salomon ſcientia & reuelationibus Diuinis, non tantùm Patrē, ſed cunctos alios veteres longè antecelluit? (3.Reg.3.& 10. 2.Paral.1.) Hæc autem omnia tanquam falſa & inania reijcientur, ſi iuxta ſanniones iſtos cauſa decidatur. Decalogus per Moſen traditus, ſacrificia per Aaronem adminiſtrata, ſuntne repudianda? Iſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Danielis, & aliorum duodecim Prophetarū vaticinia, procul à Chriſtianis releganda? Min. Ita ſanè, ſi fundamētalis Miniſtrorum propoſitio ad Purgatorium euertendum quidquam valeat, *Nihil credendum & faciendum, niſi reuelatum aut factum ſit à patribus, qui ab Adamo vſq; ad Moſis ætatem vixerunt.* Enimuerò ſi hoc genus ratiocinandi probatum fuerit, latiſsimè ſerpet, atque hoc pacto obtinebunt innumerabiles blaſphemiæ non ſolùm contra Euangelium, & vniuerſam doctrinam Apoſtolicam, quæ multis ſæculis poſt ætatem illorum primorum patrum cœpit reuelari & innoteſcere huic mundo.

2. Doct. Examinemus alterum Miniſtrorum fundamentum, & videamus an ſolidiori tibicine fulciatur. Min. Planè iam video, quod fortè ſponte corruat. Eſt enim extructum ſuper meris nudiſque negationibus iſtis: *Moſes nihil ea de re ſcripſit. Nihil tale exſtat in eius libris. Abrahamum non fecit pro Sara, &c.* Doct. O quàm in formidoloſa præcipitia dilabimur, ſi viam inſiſtamus, quam præeunt hi cæci, & cœcorum duces? Siquidem nihil credendum foret, niſi quod Moſes literarum monumentis conſignauit, quod iſti velut fundamentum ſententiæ ſuæ conſtituunt, ex Chriſtianis hominibus, planè efficeremur deteſtabiles Sadducæi, qui reliquos Prophetas extra vnum Moſem reijciebant; deteriores euaderemus ipſis Ebionitis, qui cum Moſe Euangelium amplectebantur. Ecquo iure Incarnationem Verbi, miracula, reſurrectionem & Aſcenſionem eius cæteràque religionis Chriſtianæ myſteria & Sacramenta ſuſciperemus, vt ſalutis noſtræ fundamenta, quorum nulla exſtat apud Moſem narratio? Min. Horreſco mecum reputans quanta impietatum ſubeunda eſſet infamia, ſi Miniſtrale fulcrum immotum maneret: *non eſſe credenda, niſi quæ Moſes ſcriptis mandauit.* Videamus an reliqua plus firmitatis habeant.

3. Doct. Negant Abrahamum oraſſe pro Sara: aut Iſaac pro Abrahamo; indéque concludunt, non eſſe orandum pro defunctis amicis & fidelibus. Min. Hærent ſemper in eodem luto in quo priùs. Vtuntur etenim hypotheſi falſiſsima hoc modo: *Nil fieri debet à Chriſtianis, quod Abraham, Iſaac, & Iſraël nō fecerint:* quod propoſitum apertè falſum & impium demonſtratum eſt. Quod ſi negent iſtud ſuum eſſe axioma, iam nullum prorſus educunt aduerſus preces pro defunctis argumētum, quod ex puris negationibus conſtat, iure improbatur à cunctis Logicis, Philoſophis, & Theologis tanquam ineptum ad exquirendam veritatem, aut refellendam falſitatem: quocirca Caluiniani Prædicantes ſe non minus liberalium diſciplinarum imperitos, quàm vera Theologia deſtitutos oſtendunt.

Doct. Adde quod Miniſtralis modeſtia nō potuit ſtringere telum argumentationis huius 4. aduerſus Saram, (vnde longa poſt ſerie natus eſt Filius Dei) quin eadem opera fœdiſsimam idololatriæ labem eius ſanctitati adſpergeret, dicendo, *quod idolis per aliquod vitæ ſuæ tempus ſeruierit.* Min. Ecquid mirum hic vides: cum author ſectæ Caluinus eò impudentiæ prolapſus ſit, vt eam lenocinij inſimulauerit? *Libro nono, capite 1.* (Inſtruct. pag 94. In cap. 16 Geneſ.)

Doct. Sed vbinam ſcriptum exſtat, beatam Saram cultui idolorum aliquamdiu dedi- 5. tā fuiſſe? Min. Nuſquam in Biblijs exprimitur, ſed hi diuini ſcilicet, non interpretes mētis Scripturarū. inde iſtud collegerunt, quod Aram pater illius Deos alienos dicitur coluiſſe. Doct. Non ideo efficitur, quod illa coluerit. Neque enim ſequitur, Abrahamum idololatram fuiſſe, quia pater eius hoc flagitio ſeſe impiauit; non magis quàm Ezechias, aut Ioſias piiſſimi Reges, parentibus nati idololatris impuriſſimis. Aut quod Abel genus humanū infecerit, vel Paradiſo eiectus fuerit, quòd patri Adamo contigit. Multi inſuper in Diuorum & Diuarum numerum relati ſunt, quorum Parentes idolis ſeruierunt. Etenim aurum ex terra procedit, & ex ſpinis roſa ſuaue-olens legitur. Min. Satis exploſum eſt Caluinianum aduerſus ſanctiſsimam matronam commentum: inſtitutam diſputationem perſequamur. (Ioſue 14. 2 Paral. 29. & 34. Gen.3. & 4.)

Doct. Attende aliud eorum inuentum, & 6. ſiniſtrum acumen. Cum non inſcitè animo ſecum reputarent, quid ad vltimam obiectionē reſponderi poſſet à Catholicis, nempè Abrahamum & Saram tanta ſanctitate præcelluiſſe, vt poſt mortem viuentium ſuffragij non indigerent, ſingulare artificium excogitauerunt, vt effugio viam aperirent, & ex illis latebris elabi poſ-

bi poſſent. Adferunt enim hic quæſtionem, *Vtrum Abrahamus ſit iuſtificatus per ſolam fidem, an per opera?* MIN. In tempore venit hoc ipſum in mentem, aliàs manifeſtò tenebantur. Quin etiam prudēter ab initio proteſtati ſunt, *Non poſſe ſe fructuoſos de Purgatorio ſermones facere, niſi & aliud agerent*. Sed demus eis libertatem aliquantiſper euagandi: recurramusque ad primarium inſtitutæ diſputationis noſtræ caput: hoc eſt, doceamus authoritate ſacrarum literarum, doctrinam Purgatorij traditam & receptam primis ſæculi Patribus, id eſt, iam inde ab Adamo vſq; ad Moſis ætatem.

7. *Gen. 3.* DOCT. Moſes à principio primi libri ſui ſcribit: *Deus collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeũ gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Fateberis hunc terreſtrem Paradiſum eſſe typum
Com. in hunc locum. ac figuram cœleſtis. MIN. Imò confitentur etiam Lutherus, Boorhaius, Muſculus, & Caluinus. DOCT. Quid aliud innuebat flammeus ille, & fulmineus gladius, niſi quod peccatoribus neceſſe erat per Purgatorij ignis flammas tranſire, priuſquam æterna requie, cœleſtique gloria potiri mereantur? MIN. Profectò Caluinus adfirmat, hac ratione poſitum fuiſſe à Deo tale ſpectaculum in introitu Paradiſi, vt hominum oculis ſubijcerētur horrida monumenta iræ cœleſtis aduerſus peccata: nec priùs patere mortalibus æternæ felicitatis viam, quàm multiplicem miſeriarum, calamitatum,
Ser. 20. in Pſ. 118. ac pœnarum vim exhauſiſſent. DOCT. At verò, inter has calamitates & pœnas S. AMBROSIVS ignem Probationis & Purgationis enumerat. Oportet (inquit) omnes per ignem probari, &c. Illo igneo gladio iniquitas exuretur, &c. Quod myſterium (ait) ſignificari per gladium collocatum in aditu Paradiſi.
In cap. 7. Amos. HIERONYMVS in hanc ſententiam ſic ſcribit: Poſuit Dominus Cherubin & flammeam romphæam, quæ vertitur ad cuſtodiendam viā ligni vitæ, vt qui eiectus fuerat de Paradiſo ne-
In pſ. 118. v. 153. 1. Cor. 3. quaquã illuc ingrederetur indignus. D. BRVNO refert hunc flammeum gladium ad ſupplicium ignis, de quo loquitur Apoſtolus: *Detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Addit. Congruè verò Purgatorius ignis per quem ſaluandi tranſituri ſunt, gladius dicitur, & verſatilis. Gladius, quia in purgandis omnes peccaminum ſordes amputabit: verſatilis, quia cum celeritate per eum fideles perfecti tranſibunt, vt ab eo non
Com. in c. 3. Geneſ. lædantur, &c. RVPERTVS hāc interpretationem ſequutus ait: Publica fide tenemus & cōfitemur, quod per ignem tranſituri non niſi per Angelorum miniſterium examinati Paradiſum intraturi ſumus. Quem locum deinceps accōmodat prædicto teſtimonio Apoſtoli, *Saluabitur ſic tamen quaſi per ignem*, Ad extremum ſic *1. Cor. 3.* concludit: Ita quique noſtrum pro diuerſitate peccatorum, alij citius, alij tardius purgati, Paradiſi felicitatem ingrediemur.

MIN. Vnanimis iſte quatuor Latinorũ Patrum conſenſus in huius loci interpretatione 8.
non parum ædificat: ſed maiore conſolatione afficiar, ſi Græci etiam in ea re conueniant. DOCT. ORIGENES martyris filius, ardens *Hom. 14.*
martyrij, & plurimorum martyrũ præceptor, *in Luc.*
hunc ipſum textum perpendens ait: Quemadmodum præcurſor aqua profluenti vſus eſt ad *Matth. 3. Dan. 7.* peccatores baptizandos, ita IESVS iudicabit viuos & mortuos in fluuio ignis, & gladio radianti, vt quemcũque poſt exitum vitæ huius, qui ad Paradiſum tranſire deſiderat, & purgatione indiget, hoc eũ amne baptizet, & ad cupita tranſmittat. PROCOPIVS Gaza & ipſe ve- *In c. 3. Geneſ.*
tus author Græcus facta ex alijs Scripturis collatione: docet per gladium, & flammam iſtam, pœnas à Deo aduerſus peccata decretas denotari. Demũ concludit, per hoc gladij flammantis atque fulgurantis horribile ſpectaculum, in ingreſſu Paradiſi poſitum, diras pœnarum faces ſignificari, quibus in igne peccatores exercentur, antequam in locum quietis admittantur. MIN. Nihil dici poteſt his interpretationib⁹ ſanctius, nihil eruditius: nec dubito quin eas pijs Patribus ipſe Spiritus ſanctus dictauerit.

Quid autem Hebræi de hoc loco ſenſerint 9.
velim reſcire. DOCT. Cabaliſtæ ſummo conſenſu tradũt, nomine gladij & flammarum ardorem ignis deſignari, qui per duodecim mēſes (id tēpus à Deo iudice ſignatum) pœnis vltricibus expiant peccata Iſraëlis, priuſquam hortum Eden ingrediantur, & oblectētur fructu eius. Quæ traditio nihil aliud indicat, quã doctrinam ignis Purgatorij.

Rurſum, Rabbi SCHIMEON filius Iochai 10.
in ſuo Zohar in Gen cap. 18. & 47. Rabbi MENACHEM Cionæus ad c. 16. Leuitici; Rabbi ABDIAS Ceſormæus in Tractatu ſuo de Sabbatho; Rabbi ISAAC Alſeci, Tractatu qui inſcribitur Ros Haſanah, quatuor hi Rabbinorũ antiquiſſimi & doctiſſimi, ſimili ſenſu accipiunt illum Moſis locum: inſuper, adfirmant hanc fuiſſe ſententiam totius ſcholæ magni illius doctoris HILLEL, quem traditio perhibet fuiſſe præceptorem venerandi ſenis SI- *Luc. 2.*
MEONIS, qui IESVM verum Meſsiam excepit vlnis, & cantauit. *Nunc dimittis Domine. &c.*

11. Præter ſuperiores doctores Hebræos, Rabbi NIGIM ſcholiaſtes Iſaac Alfeci, ad 3.cap. Malachiæ: Rabbi IOSEPH Albo, libro Hahikarim, oratione quarta, cap.34. eundem ſequuntur ſenſum: quemadmodum & ipſe Bachaiai ad cap.34. Deuteronomij: qui inſuper adſerit Rabbi SAMAI, cum vniuerſa ſchola ſua, (quā tantopere laudāt Thalmudiſtæ) doctrinam de qua diſſerimus ſummo conſenſu probaſſe, cētum annos & amplius antequam Dominus noſter IESVS Chriſtus ex Virgine naſceretur.

12. MIN. Præſtantiſsimos Hebræorum doctores aduocaſti, qui hauſtis ex fontibus Iſraelis interpretationib', Chriſtianorum Latinorum & Græcorum ſentētias fulciant ſuper iſto Moſis loco de igne Purgatorio: qui ab ipſis mundi incunabulis, figura igniti & flammantis gladij demonſtratus eſt primis parentibus, ac eorum deinceps poſteritati. Nec vlla idonea cauſa eſt, cur quiſquam dubitare queat, quin Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Mathuſalem, Lamech, Noe, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, & alij primores mundi incolæ, diuinique populi Paſtores, ita credendum exiſtimarint, ita viuæ vocis præconio docuerint, ita per continuam traditionis ſeriem poſteris quaſi de manu in manum hanc doctrinam fideliter reſignarint.

13. Sed vt omnis calumniandi aut tergiuerſandi materies cerebroſis iſtis Prædicantibus præcidatur, qui poſtquam ſuperiora (forſan) legerint, nihilominus obſtinatis mentibus, non recedent ab hæreſi, Cedo, ſodes, vnde exercitum illum teſtium collegeris ac conſcripſeris? DOCT. Quidquid huius eſt, Hebraice cuſum fuit Venetijs apud Danielem Bombergam, anno 1526 Omnia volumina Thalmud adhuc erāt in Bibliotheca collegij Sorbonici Lutetiæ Pariſiorum anno 1591. & *1592*. Liber qui dicitur Mashor, & Haſcaba, vbi ritus funerum, & orationes pro defunctis continentur, in lucem prodijt Lutetiæ ex officina Martini iunioris anno *1569*. Hebraicè & Latinè induſtria doctiſsimi noſtri Genebrardi, nuper vita functi cuius anima pace fruatur. Libros Zohar & Bachaiai Hebraicos & Latinos mihi communicauit vir inſignis ac eruditus Guido Boderianus, cuius item animæ pax ſempiterna. Poſt id tempus Doctor Bartholomæus Valuerdio anno 1581. hebraicè cum latina verſione ſua Patauij curauit excudenda apud Laurentiū Paſqua, teſtimonia de purgatorio, quæ ſupra citaui, quæque deinceps ſuo loco & tempore pergam ex Hebræis a legare.

14. MIN. Vt tu per hæc expleuiſti deſiderium meum; ſic Prædicātes omnes qui hæc legerint, & non crediderint, inexcuſabiles omnino reliquiſti. Iam ſi alium habes ex Moſe de purgatorio locum, vnde palam fiat, antiquis iſtis Patriarchis inſitam fuiſſe purgatorij perſuaſionem, ne graueris huius rei participem me facere. DOCT. Apoſtolus Petrus diſputās de ſpiritibus eorum, quos Moſes recitat obijſſe in Diluuio, adſerit eos coniectos fuiſſe in carcerem, (*Gen.6.*) quos Dominus noſter Ieſus *mortificatus* (*1.Pet.3.*) *ſecundū carnem, viuificatus autem Spiritu viſi*- (*2.Pet.4.*) *tauerit, ijſque Euangelium prædicauerit, vt condemnati ſecundū homines in carne* (id eſt, mortui quo ad corpus) *viuerent ſecundum Deū ſpiritu* Hoc porro aptari non poteſt ſpiritibus æterna dānatione multatis, quippe qui nō viuāt ſecundum Deū; nec ſanctorum patriarcharum animis; qui locum conſolationis conſequuti (*Luc.16.*) erant, non carcerem: reſtat igitur vt locus ille accipiatur de ſpiritibus Purgatorij loco detētis, quos Dominus ſua ad eos deſcēſione, & in cœlos aſcēſione liberauit. MIN. Eſtne quiſquā author ex antiquis vnde ſentētiam iſtā confirmare valeas. DOCT. Magnus Athanaſius epiſtola ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopū, Cyrillus Alexādrinus lib. de recta fide ad Theodoſium, Epiphanius contra 46. hæreſin, tres lectiſsimi grauiſsimique ſcriptores Græci, ſic locum vt diximus, ſunt interpretati: nec non è Latinis Ambroſius ad caput decimum epiſtolæ ad Romanos, Hilarius ad pſalmum 118. deniq; Auguſtinus Epiſtola nonageſimanonā. 15.

Et quod mirabilius eſt, etiā priſci Synagogæ circuncisi patres in hac ſentētia fuerunt, vt crederent multos ex ijs, qui corporibus perierunt in Diluuio, non fuiſſe tamen animis perditos atque damnatos. Sic enim loquūtur in ſuo SEDER OLAM RABBA, (*Cap. 4.*) Homines ætatis illius non frui æterna vita, ſed nec eſſe iudicatos ſiue damnatos. Reliquum eſt igitur, vt in tertium quendam locum relegati fuerint, qui Purgatorius appellatur, atque illic redemptionē futuri Meſſiæ beneficio expectauerint. MIN. Adducor probabili valde coiectura, vt credam permultos eorū qui tū ſubmergebātur, cùm viderent campos, planaq; terrarum loca aquis inundari, nec vllam euadēdi ſpē ſupereſſe aut in faſtigijs arborū, aut in verticibus montiū, ſalutari pœnitentia couerſos fuiſſe ad implorandā miſericordiam Dei, priuſquā vltimum ſpiritū exhalarēt. Vnde bene ſperare oportet de ſalute eorum, iuxta regulā Chriſtianæ caritatis, quæ minimè ſuſpicax, in benigniorem partem inclinare debet. (*1.Cor.15.*) Huc accedit, quod nōdū quiſquā Idolis mācipatus erat, (*Clemens lib.Recog.*) nec vlla tunc temporis craſſæ illius idololatriæ mentio extabat, ſed poſt

poſt Diluuiū duntaxat impietas iſta cœpit inualeſcere. Cùm itaque Fidē ac Spem in Deū verum adhuc ſartā tectā retinerent, veriſimile eſt eos à Deo & votis expetiuiſſe, & reipſa remiſſionē peccatorum quantū ad culpas & pœnas
Matth.12. æternas impetraſſe. Quod ſi ita eſt, dicendū erit eos in Purgatorij carcere pœnas temporales toleraſſe, ac tandem per Chriſtum quando tribus diebus ac noctibus in ventre terræ fuit, ſeruatos & cœleſti felicitate donatos fuiſſe. Ad alia.

DOCT. Tertius locus Geneſeos, quem anti-
16. qui de Purgatorio ſunt interpretati; eſt viſio il-
Geneſ.15. la Abrahæ, quā habuit inter ſacrificandum. *Cū ſol occubuiſſet* (ait Moſes:) *facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lāpas ignis tranſiens inter diuiſiones* (beſtiarū & auiū ad ſacrificium præparatarū.) MIN. Certū & indubitatum eſt hoc ſpectro ſignificata fuiſſe quædam fidei noſtræ myſteria: quandoquidē, vt ait Apo-
1 Cor.10. ſtolus, *Omnia illis patribus in figurā contingebāt.*
Lib.16. ciuit.ca.24. DOCT. Auguſtinus præclarū Spiritus S. organū, ſic locū exponit. *Ad Solis occaſum, id eſt, ad ipſū iam finē, ſignificatur iſto igne dies iudicij, dirimēs carnales per ignē ſaluandos, & in igne dānandos.*
In pſa.103. Ac ne dubites de cōſtantia & perſeuerantia eius
Serm.54. in hac interpretatione, duobus alijs locis ean-
de temp. dem approbat & corroborat: videlicet, quòd homines carnales & peccatores dū maneant in cōmunione Eccleſiæ Catholicæ, ſeruabūtur poſt quàm tranſierint, ac velut renouati fuerint per ignem clibanumque fumantem, qui Abrahamo patri fidei noſtræ iā olim ſub figura oblat⁹ eſt.

MIN. Quis quartus locus ex Geneſi, qui faciat
17. ad Purgatoriū? DOCT. Rabbi Simeon filius Iochai ad hunc verſiculū: *Pluit Dominus ſuper So-*
Geneſ.19. *domam & Gomorrham ſulphur & ignē à Domino de cœlo, &c.* obſeruat peccatores puniri à Deo duplici genere tormentorū, igne nimirum, & aqua, vi caloris & frigoris: quibus ærumnis poſteaquā perfuncti fuerint totos 12. menſes, (hoc eſt, per tempus definitum à Deo) purgati ab iniquitatibus, euadunt ad ſuperos. *Deus* (inquit) *ſanctus & benedictus vbi a peccatorum ſordibus purgati ſunt, aſcendere eos ex eo loco facit.* Et paulò poſt: *Deus ſanctus & benedictus miſericordia flectitur, educit q; eos, & aſcendere facit in locum illū debitū & congruentem.* Atqui nulla contingit liberatio, nulla ex loco tormētorum eductio ab æternæ damnationis incendio. Relinquitur ergo, vt ſuperiora Moſis & Rabbini verba intelligamus de igne purgatorio, quem ex Scripturis crediderunt & aſſeruerunt veteres etiam longe ante Moſis ætatem Hebræi.

18. MIN. Adde quintum ac poſtremum quē pollicitus es locum ex Geneſi. DOCT. Dum de Iſaac poſtquā triennium impēdiſſet lugendo Saram defunctā matrem ſuā, ſcribit Moſes, *Egreſſus eſt ad meditandū in agro*: viri docti meditādi ver- Geneſ.24.
bum accipiunt de precibus, quas pro ſalute defunctæ matris cōcipiebat. MIN. Caluinus ſanè confitetur Iſaacum de more ſolito ſecreti occaſionem quæſiuiſſe, vt citra interpellationē precibus vacaret; id quod ante illum Fagius, Munſterus, & Borrhaius annotarant: atque hanc eſſe Hebraici verbi *Schuah*, quod æquè ſignificat precari & orare, quā meditari: Quin & Geneuēſes Miniſtri in editione Gallicorū Bibliorū priorem illā ſignificationē prætulerūt alteri. Nec eſt credibile tali indole & virtute filiū, non fuiſſe memorem tā piæ matris in ſuis apud Deum precibus. Sufficient itaq; cordatis hominib⁹, & moderatis ingenijs quinque teſtimonia libri 1. Moſis, in quo complexus eſt hiſtoriā rerū geſtarū à creatione mundi vſque ad Iſraelitarum ingreſſum in Aegyptū. His enim authoritatibus abūde demonſtratū eſt, antiquiſſimos illos mundi patres & Prophetas Purgatoriū agnouiſſe, & pro fidelibus defūctis oraſſe. Procedam⁹ ad reliqua.

DOCTRINA PVRGATORII CONfirmatur in Exodo, Leuitico, Numeris, ac Deuteronomio, quatuor poſterioribus libris Moſaicis: aduerſus 48. 49. 50. & 51. errorē Caluinicū.

CAPVT VNDECIMVM.

DOCTOR.

QVod olim ſcripſit Apoſtolus, fore, vt impij 2.Tim.3.
homines & impoſtores proficiant in peius, ſeducentes alios ipſimet ſeducti: re atq; experimento comprobatur in Caluinianis miniſtris. In Inſtructione ſua contra Purgatorium effutiunt hæc verba prorſus negatiua: *An vſquā ex li-* Pag. 92.
bris Moſis elici poteſt locus, vnde aſtruatur eſſe 93.95.96.
Purgatorium? Aut extitiſſe quemquam qui precatus ſit pro mortuis? Rurſus: *Deus mādata ſua promulgās non inſtruxit populū ſuū vt oraret pro mortuis. In Leuitico nuſquā fit mētio precū, ſacrificiorū, aut oblationum pro mortuis, &c.* Quid de huiuſmodi miniſtrorū propoſitionib⁹ iudicas?

MIN. Reuoluuntur ſemper ad eoſdē paralo- Confut.
giſmos, & ex meris negatiuis axiomata decre- 1.
toria ſua ineptiſſimè conſtituunt: *Deus non docuit. Deus nō præcepit. Moſes nullum verbū fecit. Nullus pro mortuis orauit, &c.* vnde nihil colligi poteſt aduerſus tot affirmationes à te prolatas & probatas, tā authoritate Scripturarum, quā interpretationibus Hebræorū, Græcorū, & Latinorum. Proinde, cum fundamentalis cauſa non ſubſiſtat, ſuperficies ſua ſponte corruit.

Deinde, ipſimet cæco impetu vineta ſua (vt 2.
eſt in prouerbio) cædunt, nec minus ſecum quā à nobis diſſident. cum in Latina Apologia ſua aduerſus Digreſsionem tuam, ſcribunt; *Falſiſſimum*

ſiſſimum eſt, quod Monachus iſte ſua Digreſſionis Pagina 8. *fundamentum ponit, cùm ait, Nos pernegare Hebræos vel nunc mortuis ſuis benè precari, vel vnquam alias.* Quod ſi ita eſt, inſociabili diuortio ſecum diſſentiunt, cùm alibi negant, quemquam inter Hebræos exſtitiſſe, qui pro mortuis precatus ſit.

3. Adhæc, aduerſantur directè duorum Miniſtrorum coryphæis Fagio & Kybero, qui ex Hebraico fonte in Latinum tranſtulerunt, & typis excudendas curauerunt orationes, quas ab vltima vetuſtate ſolent Hebræi in ſepeliendis mortuis vſurpare ad exorandam pacem & requiem animabus ipſorum, qui ex hac vita deceſſerunt.

4. Poſtremò, tot loci veteris Teſtamenti, qui- 1. Reg. 31. bus refertur, veteres Patriarchas vberibus la- 2 Reg. 1. crymis funera parentum proſequutos eſſe, pijs & 12. mentibus æſtimandum relinquunt, tali tempore & negotio, non defuiſſe feruidas ac deuotas preces, quibus ſpiritus eorum ſubleuatum iri confidebant. Quorſum enim ieiunia ſine precibus? Quorſum lamentabiles næniæ ſine pijs votis, & fidei documentis? Nonne hæc præcipuè ad opera caritatis & virtutis officia circa proximum pertinent? Explicui tibi candidè ſenſum meum, tuum nunc nobis expone.

5. DOCT. Contra temerarias Miniſtrorum propoſitiones aio, nullum eſſe de reliquis quatuor libris Moſaicis, vnde prædicti Doctores Hebræi argumenta nõ elicuerint, quibus purgatorium, & preces pro defunctis confirment. Primùm enim Rabbi *Schimeon* author libri Zohar, exponens caput vigeſimum quintum Exod. 25. Exodi, in quo diuerſa ſacrificiorum genera commemorantur, adſerit ea fuiſſe inſtituta, tam ad vtilitatem viuorum, quàm ob leuamen & ſolatium piorum defunctorum. Cui teſtimonio hanc certam & manifeſtam rationem adſtruo. Vniuerſa ſacrificia Moſaica typi erant veri & cruenti illius ſacrificij, quod Dominus noſter Ieſus in cruce obtulit pro omnium hominum ſalute. Atqui hoc ſacrificium ſalutare fuit non ſolùm ijs qui tum viuebant, ſed & ijs qui à ſæculo cum pietate dormierant, immò & nobis qui tum nec viuorum nec mortuorum cenſu cenſebamur. Igitur illa ſacrificia quæ in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio referuntur, ſic erant comparata, vt mortuis æquè ac viuentibus prodeſſent.

6. MIN. Præclarum ſanè teſtimonium, cui firma euidenſque ratio patrocinatur: atq; hoc duplici tormento futiles aduerſariorum munitiones facile ſubruent. DOCT. Accedit Rabbi *Menachem* Cionæus com. in caput decimum ſextum Leuitici, in quo diſſeritur de Luc. 6. ſacrificijs tum pro Sacerdote tum pro populo offerendis. Is ſcribit: POSHE, *id eſt Præuaricatores Iſraelis, ad quos futuræ felicitatis portio pertinet, prius in locum deprimuntur inferiorem ſede iuſtorum, atque ibi exſpectant, eiulantur, & poſtquam pœnas debitas luerint, expurgatique fuerint, aſcendunt ad amœniorem locũ, & delicijs abundantem, &c.* MIN. Certè locus iſte depreſſior, ac plenus dolorum & eiulationum, de quo tandem eripiuntur, non poteſt intelligi de inferno damnatorum. Nam qui illuc detruduntur, ijs nulla ſupereſt reliqua ſpes reuocandi gradum, ſuperaſque euadendi ad auras. Reſtat igitur vt Purgatorium deſignetur.

DOCT. Rurſum Rabbi Rakanati ad caput 7. vigeſimumprimum Leuitici, vbi ſermo fit de Leuit. 21. ſanctitate neceſſaria Sacerdoti, quando ſiſtit ſe coram Domino, colligit inde, quaſi puritate præditas eſſe oporteat animas, quæ ad cœleſtẽ beatitatem aſpirant. Deinde, citatis Rabbi Simeonis teſtimonijs de diuerſis receptaculis, quò demittuntur & expurgantur animæ in inferis antequam aſcendant ad ſuperos, ita diſſerit: *Eſt in Gehenna ima quædam profunda manſio, cæteris omnibus inferior, quæ aliam, & ea rurſus aliam habet ſupra ſe, vocaturque* HAIAFIHA. *Vocaturque ea manſio* SCHEOL ATHACTHIIOTH. *Et certe* THACTIH *vocatur terra ſubterranea (eſtque manſio ima) idcircò* SCHEOL *(quæ vnus eſt locus in inferis tellure ſub ima) vocatur* ABADDON, *de quo ſcriptum eſt* SCHEOL *&* ABADDON, *&cæt.* Hæc ab illis ſcribuntur de tribus inferorum manſionibus ac receptaculis, quarum vna eſt & dicitur Purgatorium. Addunt [illegible] Eos qui ſub ima parte telluris detinentur, nunquã inde liberari: ſed hoſce demum qui diuertuntur in duabus manſionibus quæ ſupra ſunt, (Limbo nimirum ac Purgatorio:) aliquanto altius ad auras æthereas aſſurgere. MIN. Nihil certius, quã quod illis verbis deſignare voluerũt Limbum Patrum ac Purgatoriũ, vnde liberatio datur, & locum reproborum, vbi cruciatus æterni ſunt, nulla verò ſpes redemptionis.

DOCT. Iidem affirmant illas oblationes 8. duodecim ſcutularum argentearum, duodecim cochlearium aureorum, duodecim iuuencorum, duodecim arietum, totidemque agnorum, & hircorum, quas obtulerunt duodecim Numer. c. Principes tribuum Iſraelis, diebus duodecim 6. & 7. à con-

Digitized by Google

à conſecratione ſancti Tabernaculi, non ſolùm profuiſſe viuentibus, verum etiam animabus amicorum, qui hic viuere deſierunt.

8. Et, vt Deuteronomio, poſtremo Moſis libro diſputatio noſtra terminetur, Rabbi Bachaiai commẽtarijs ſuis ad caput illius 34. item Rabbi Iſaac Alfeci, Tractatu qui inſcribitur *Ros Aſanah*, id eſt, ab anni principio, ſcribunt præceptum Decalogi de ſanctificando die Sabbathi non ſolùm à viuis celebrari, verum etiam ad mortuos pertingere; quorum animæ tunc temporis à cruciatu & laboribus relaxantur: quod quidem rectè intelligi non poteſt, niſi de iјs quæ in purgatorio detinentur. Adfirmant etiam illud, quod Rabbi Samai, quique diſciplinam eius ſectantur, quæ permagni nominis inter veteres Hebræos fuit, eandem fidem & doctrinam conſeruarunt, centum & quadraginta annis ante nouiſsimam euerſionem templi ac ciuitatis Ieruſalem per Titum Romanorum Imperatorem.

Deuter. 5. & 34.

MINISTER. Sanè ſi quis in poſterum credere detrectabit, quod vetus ille populus Dei, id eſt, totum ſemen Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Purgatorium animarum, authoritatibus Moſis certa fiducia ſit amplexus; hunc hominem vel contentionis auidum, vel omni malitia peruerſitateque plenum pronunciare non dubitabo. Siquidem ex omnibus quinque libris eius vberrimos locos produxiſti, cum interpretatione non ſolùm veterum Hebræorum, ſed etiam Græcorum & Latinorum, quibus idipſum fuſiſsimè & fortiſſimè comprobatur. Perge delectum habere librorum ſubſequentium.

DOCTRINA PVRGATORII

Librorum Ioſue & Ruth authoritate firmatur: contra 52. & 53. errorem.

CAPVT DVODECIMVM.

DOCTOR.

Inſtruct. pag. 93.

HOſtes charitatis & pietatis, in defunctos peruicaci odio flagrantes, à furore nõ diſcedunt, inquientes: *Ab ætate Moſis vſque ad tẽpora Chriſti, nuſpiam exemplum exſtat in libris Canonicis, vbi mentio fiat in exſequialibus officijs preces fuiſſe conceptas pro defunctis, &c.*

Confut. 1.

MINISTER. Semper ad eundem lapidem offendunt, & nouam nobis Logicam nuperi Prædicantes, vt nouam Theologiam comminiſcuntur, vbi fas ſit inuita ratione, & contra omnem artis diſciplinam, ex meris negatiuis, & puris particularibus concluſiones quaſlibet exſculpere. Nullum enim hic aliud probationis genus adferunt, niſi hæc & ſimilia, *Nuſquã ſcriptum eſt, Nuſquam præcipitur, Nulla exſtat mentio, Verbum ex ſcripturæ nullum, &c.* vnde tamen nihil efficitur. Quot enim Chriſtianæ veritatis myſteria, quot orthodoxæ fidei capita, de quibus veteres Prophetæ ne quidem expreſſe loquuti ſunt? An ideò credenda non erunt?

DOCTOR. Adde quod priſci Patres ac Doctores conſentiant, Purgatorij & precum pro mortuis doctrinam confirmari per librum Ioſue, qui Moſem proximè ſequutus eſt. Nam cùm ibi refertur Dominum dixiſſe Ioſue: *Loquere filijs Iſrael, & dic ad eos: Date ex vobis ciuitates illas refugij, de quibus dixi per Moyſem, vt confugiat illuc occiſor, qui percuſſerit errore per imprudentiam; vt ſint receptui à vindice ſanguinis illius. Qui vbi confugiens ad vnam ex ciuitatibus iſtis, ſteterit ad oſtium portæ ciuitatis, & expoſuerit audientibus ſenioribus illius rationes ſuas, tum recipient illum ad ſe, & dabunt ei locum vt habitet cum ipſis.* Habes textum, qui cum hiſtoriæ veritate, myſterium non vulgare habet adiunctum. MIN. Non equidem arbitror dubitandum. Nam & ipſe Dominus teſtatur, ſub figura ſerpentis ænei in deſerto, ſignatum fuiſſe, quod ſublimis in crucem attolleretur; ſicut per hiſtoriam Ionæ, quòd ad ſepulcrum & inferos deſcenſurus eſſet. *Prophetatum enim eſt,* (vt aduertit Tertullianus) *non ſolùm verbis, ſed etiam operibus.* Et Auguſtinus: *Priſcorum non tantùm lingua, ſed & lingua prophetica fuit.* Quid ergo præ ſe ferunt ciuitates refugij? Antiquiſsimus & doctiſsimus Origenes ſic exponit: *Sunt peccata, quæ ſi ignoranter admittimus, decernitur nobis, credo, & præparatur ex præcepto Dei aliquis locus, vbi ad certum tempus habitare debeamus, ſi qui non voluntaria peccata cõmiſimus: & ob hoc ſecernuntur quædam ciuitates ad refugium, &c.* MIN. Digna ſanè magno authore allegoria, quæ ad animas damnatorum accommodari non poteſt. Horum enim pœna nullo fine circumſcribitur: proinde pertinet ad ſpiritus qui in Purgatorio detinentur. 2.

Ioſue 20. Num. 35. Deut. 19. Num. 21. Ioan. 3. Matth. 12. Libro de reſurrect. Lib. contra Fauſtum. Homil. 8. in Num.

Verùm, Origenes accuſatur, quòd in multis doctrinæ Chriſtianæ capitibus à veritate deflexerit. DOCT. Aſſentior. Sed capita illa in quibus aberrauit, diligenter à Catholicis hominibus notata & caſtigata ſunt. In hoc autem genere nunquam fuit hæc eius ſententia de purgatorio. Igitur non eſt hic hallucinatus: ſed receptam 3.

ceptam communemque totius eruditæ antiquitatis viam ſequutus. Min. Satis mihi facit hæc ratio.

4. Doctor. Sequitur liber Ruth, vbi Noemi ſanctiſsima matrona ſic nurus ſuas ſuper defunctis maritis earum alloquitur: *Faciat vobis Dominus gratiam & miſericordiam, quemadmodum feciſtis cum mortuis.* Ruth. 1. Quid hac verborum conceptione deſignari putas? Minister. Si addidiſſet, *cum mortuis, cum adhuc viuerent, & vigerent*, locus nihil faceret ad curam pro mortuis agendam: ſed cùm laudatur earum pietas erga mortuos, omnia ſimul officia comprehenduntur; quod ſcilicet & corpora honeſtè ſepelienda curarint, quod eorum memoriam luctu ac ieiunijs condecorauerint, & quod precatæ ſint pro animarum eorum ſalute. Nam in ijs conſiſtit gratia & miſericordia viuentium in defunctos exercenda.

5. Tum autem non oſcitanter expendenda eſt Hebraica locutio. Cùm enim Dauid legatos mittit, qui gratias agant incolis Iabes Galaad, 1. Reg. 31. *quod oſſa Saulis & filiorum* eius in acie peremptorum ſepulturæ tradidiſſent, & ſeptem dies 2. Reg. 1. pro ſpiritibus ieiunaſſent: appellat id officium, *Facere gratiam cum defuncto Domino & rege ſuo.* Itàque defunctos ſepelire, & pro ijs ieiunare, & precari, (quid enim valet luctus & ieiunium, ni comitem habeat orationem?) eſt facere gratiam & miſericordiam cum mortuis.

6. Doctor. His adijce, quod in Nahzor ſanctæ Synagogæ, hoc eſt, in officio pro defunctis, memoriæ proditum eſt. Cùm enim corpora terræ mandantur, Leuita ijs verbis populum admonet: *Congregamini, & præſta[te] vniuerſi opera miſericordiæ.* His autem deſig[n]antur piæ preces, quæ ſequuntur: *Animæ veſtræ vita ſempiterna perfruantur. Requieſcat anima ipſius in cubili ſuo in pace. Dormiat in pace, donec veniat conſolator, qui pacem audire faciat, &c.* Quam precandi pro defunctis formulam Spiritus ſanctus a Synagoga ad Eccleſiam Catholicam tranſtulit, vbi ritus ille orandi etiam num hodie viget. Nam cum fidelium corpora terræ committimus, precando dicimus: *Fac Domine, hanc cum ſeruo tuo miſericordiam, vt defunctus ſæculo tibi viuat, &c.* Nihil igitur aliud eſt Hebræis & Chriſtianis, *Facere gratiam & miſericordiam pro mortuis*, quam pro ijs ſuppliciter orare, indeque Purgatorium agnoſcere & profiteri.

HEBRAEI SIMVL ET CHRI-*ſtiani Purgatorium, precesque pro defunctis probant per quatuor teſtimonia deſumpta ex libris Regum, aduerſus 54. 55. 56 & 57. Caluiniſtum.*

CAPVT XIII.

Minister.

Parentivs & comminiſtri eius ſcribentes, *ab ætate Moſis vſque ad Chriſti aduentum non extare exemplum, vnde probari poſſit in ſepulturis preces adhibitas fuiſſe pro defunctis:* cõſentaneum eſt, vt negent, vllum eius doctrinæ veſtigium apparere in libris Regum, vbi tamen multorum mortes & ſepulturæ commemorantur. Audes, poteſque contrariam ſententiam tueri?

Doct. Poſſum, & quidem ipſis horum librorum conceptis verbis, etiam ſecundum interpretationem veterum Rabbinorum, qui populo Iſraelitico præfuerunt. Eſtne tibi quod huiuſmodi teſtibus hac in re obijcias? Confut. 1. Min. Nihil eſt, quandoquidem nulla nobis aduerſus ipſos in hoc tractatu controuerſia eſt, vt ob ſuſpicionem gratiæ, vel odij, iure ſubmoueri poſſe videantur. Adhæc, nemo ex gente Prædicantum dicere audebit, hos à Pontificibus, Monachis, aut Sorbonicis quippiam hauſiſſe, ſicut de alijs impudenter aſſeuerant. Huc addo, quod hi proprietatem linguæ ſanctæ melius norunt, quàm alij quiquam ab Hebræis alieni. Poſtremò, ſic in animum induco meum, eos non alio ſenſu interpretaturos loca Scripturarum, quàm vt à maioribus ſuis, & hi rurſus ab alijs, & Prophetarum diſcipulis acceperunt.

Doct. Prudenter ſanè, ea quæ ad præmuniendum ſuperiorum teſtium fidem, ſuggeris. 2. Nunc igitur ad ipſa teſtimonia accedamus. Cũ Anna Samuelis mater in Cantico ſuo profitetur: 1. Regg. 1. *Dominus mortificat, & viuificat; deducit ad inferos, & reducit*, vocabulo *Inferorum*, veteres Hebræi intelligunt ſedem ac domicilium animarum cùm è corporibus migrarunt, quod Purgatorium dicitur; ad quem locum iuſtitia ſua quaſdam caſtigandas deducit, eaſdemque expiatas poſtea pietate & miſericordia ſua inde reducit, & cœlo beat. Min. Appoſitè ſanè, quandoquidem prior verſiculi pars ſpectet ad corpus, cui Deus moriendi legem indixit, & Geneſ. 2. & 3. vitæ reducis per reſurrectionem promittit. Poſterior

ſterior ad animam pertinet, quæ ad infera loca
Rom. 8. deprimitur, pœniſque piacularibus exercetur, vt à peccatorum ſordibus repurgata cœlo tandem aſſeratur. Itaque Propheticiſſa vnico verſu, totius hominis ſalutem egregiè complexa eſt.

3. Verùm, Hebræos interpretes adfer in mediũ. vt te facturum recepiſti. DOCT. Rabbi Iſaac Alfeci in Tractatu quem appellat *Ros Haſanah*. capite primo ſcribit: Tria hominum genera ſiſtuntur in iudicio, perfectè iuſti, omninò impij, & mediam ſortem tenentes. Primi ad vitam futuri ſæculi ſcribuntur & obſignãtur. Secundi, perinde ad Gehennam. Medij, quorum paria ſunt merita & demerita, deſcendunt in Gehennam, ibique exſpectantes clamant, & aſcendunt, quemadmodum ſcriptum eſt, *Dominus deducit ad inferos, & reducit*. MIN. Hæc Purgatorium planè deſiderant, nec aliò rapi poterunt.

4. DOCTOR Rabbi Schimeon filius Iochai, author libri Zohar, quem etiam laudat Rabbi Rakanati in ſuis ad caput vigeſimum primum Leuitici commentarijs, ſubſcribit ſuperiori interpretationi. Tertius etiam Rabbi anonymus, in Cathena ſeu collectione veterum Hebræorum, quos ſub vnum velut ſignum redegit, ita loquitur: *Dominus deducit ad inferos, ad certum aliquod & definitum tempus: poſtea verò reducit, & aſcendere ex eo loco facit.* Quartus item, qui nomen reticuit, in libro quem Hebræi vocant *Sem Tob*, Tractatu quinto, qui eſt de pœnitentia, cum præcedentibus his verbis conſentit. *Sunt qui deſcendunt in puteum corruptionis, & pro menſura ſcelerum ibi plectuntur. Sunt etiam qui poſtquam pro meritu pœnas luerint, excinduntur & pereunt. Sunt qui ad finem vſque anni integri puniuntur, poſtea aliquando aſcendunt, & habitant inter iuſtos.* Ac de his quidem Anna canit: *Dominus deducit ad*
1. Reg. 2. *inferos, & reducit.* Quinto loco teſtimonium dicet magnus ille Rabbi Samai, qui cum tota ſchola ſua, etiam ante Chriſtum noſtrum, eodem cum ſuperioribus modo prædictum Annæ vaticinium interpretatus eſt, vt ſequentes Hebræi teſtantur.

5. MIN. Dum attente ſingula conſidero, video vbique per *Inferos* certum locum in profunditatibus terræ ſitum, deſignari, vbi animæ detineantur; non autem foſſas vel tumulos, vbi cor-
Marotus, pora defunctorum conduntur, quemadmodum
Beza. Caluiniani perperam interpretantur. Deinde, & illud obſeruo, conſtare inter omnes hanc ſententiam, quod ſcilicet animæ poſt ſtatuta tempora inde liberentur ac ſeruentur, quæ ipſiſsima eſt doctrina Catholica de Purgatorio. Denique, perſpicio huc referendum eſſe locum prædictum ex primo libro Samuelis. Quocirca quidquid obganniant & obſtrepant Prædicantes Lemannicolæ, perſuaſio hæc firmiſsimo fundamine Prophetarum, & Patrum, qui ab æuo Moſis vſque ad Domini aduentum in Synagoga vixerunt, nititur atque ſuſtentatur.

DOCT. Ab ijſdem authoribus Hebræis, ad 6.
preces fundendas pro defunctis, hæc verba ſapientis matronæ Abigail ad Dauidem, applicantur: *Erit anima Domini cuſtodita quaſi in fa-*
ſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum: 1. Reg. 2
ſolummodò futurum tempus indicatiui, optandi modo commutant, vt etiam ipſe Munſterus hæreticus teſtatur & comprobat his ver- Annotat
bis: *Sic enim bene precantur manibus defunctis,* in 1. Reg.
& tale votum eius tumulo curant inſculpendum: 19.
Sit anima eius colligata in faſciculo viuentium.

MINISTER Sed nominibus ſuis citandi 7.
ſunt interpretes Hebræi & authores; nam aliàs Miniſtralis arrogantia & peruicacia non expugnabitur. DOCTOR. Rabbi Rakanati Commentarijs in caput trigeſimum ſeptimum Geneſeos, & Authores operis *Midras Coheleth*, in caput duodecimum, ſuperiorum ſententias de precibus pro defunctis, ex illo loco deſumptis & vſurpatis inter Hebræos, ſuis calculis defendunt. Rabbi anonymus in libro cui nomen *Abkat Rokel*, hunc in modum diſſerit: Eſt iuſti anima, in qua ex peccato eſt aliquid ſordidum relictum. Huius ſpiritus igne lauatur, dealbatur, mundatur, purgatur, innocenſque & mundus ad locum ſuperiorem aſcendit, non aliter vt qui ſeipſum aqua purgat & abluit, quò mundus ſit. Eſt & alius, qui perinde vt expeditus aliquis viator, iter ſuum conficit, ita ille ignem pertranſit, ad hortumque voluptatis peruenit. Cumque id ſit aſſequutus, vt *faſciculum viuentium colligi debeat*, perinde etiam velut curſu quodam citus veloxque hunc ignem tranſit, in quo lauatur & purgatur, vt ſic *ligetur in faſciculo viuentium.* MIN. Hæ quinque probationes ſufficient, & ad inſtruendos dociles, & ad conuincendos peruicaces, quod nimirum priſca gens Hebræorum, ex Scripturis crediderit Purgatorium, & pro animabus illic detentis orauerit.

DOCT. Tertiò, præcipua quadam animad- 8.
uerſione dignum eſt Officium pietatis, quod mortuis exhibuerunt incolæ Iabes Galaad, quos idcircò Dauid publica legatione collaudari voluit, & exemplo imitari. Cùm enim ad eos miſerrimæ cladis Regis ſui, ac totius

Digitized by Google

exercitus Hebraici iam à perueniſſet, [2. Reg. 1.] *Planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt ſeptem diebus, ſuper Saul, & ſuper Ionathan, & ſuper populum Domini, eò quod corruiſſent gladio*. Similiter Dauid, & commilitones, *ſciſſis veſtibus, planxerunt, fleuerunt, & ieiunauerunt à mane in veſperam, ſuper Saul, Ionatham, & domum Iſrael, eò quòd gladio concidiſſent, &c.* Qui locus euidenti argumento eſt, quod vetus ille populus Iſrael ploratu, ieiunio, & precibus (quæ ſemper ijs adiunctæ ſunt) mœrorem teſtatus ſit in funeribus ſuorum: & Deum obſecrauerit pro eorum animabus. MIN. Ita eſt vt dicis. Nam Dauid miſerabiliter Amnonis & [2. Reg. 13. 18.] Abſalonis filiorum ſuorum facta complorauit; ſed à precibus & ieiunationibus temperauit, quòd compertum haberet, eos impiam vitam morte peſsima finiuiſſe, proindeque nullis amplius ſuffragijs iuuari poſſe. Sed cùm vice verſa, ieiunat ſuper Ionathan integerrimo Principe, cùm idem officium præſtat ijs, qui in acie aduerſus patriæ & religionis hoſtes Palæſtinos occubuerant, illuſtriſsimo exemplo teſtatum facit, preces & ieiunia viuentium prodeſſe animabus, quæ in Purgatorio cruciantur.

9. Verùm, ſi quoſdam conſentientes Hebræos interpretes habeas, non parua ad veritatem acceſsio erit. DOCTOR. Non Hebræos modò, ſed & Chriſtianos veteres in hanc rem allegabo. Liber Hebraicus, qui inſcribitur *Scholia Beth-Ioſeph*, diſertè confirmat preces & ieiunationes pro fidelibus mortuis, tum ex prædictis locis, tum ex alijs bibliorū hiſtorijs. Huic adiungetur Rabbi Ioſeph Alfeci, qui in Tractatu *Ros Aſanah* corroborat hanc doctrinam ſuffragio magni doctoris Hillel inſtitutoris multorum millium in Iſrael, etiam antequam æternus Dei Filius hominem ex Virgine aſſumeret. Citabo & virum inter Chriſtianos, ante nongentos annos præſtantem, ſanctum Dei Preſbyterum Bedam, cuius hoc iudicium exſtat de [Lib. 2. expoſit. allegor. in Samuelē.] ſuperioribus locis: *Rectè pro mortuis ieiunauerunt, vt ad requiem peruenire valeant.*

10. MIN. Eſtne aliquid reſidui, quod admetiaris ex libris Regum? DOCT. Non eſt culpandus qui in copioſa meſſe aliquod ſpicilegiū relinquit. Neque verò ſuſcepi tantum oneris, vt nihil tacitus præteream: ſed hoc profiteor me conſultò nihil omiſſurum, ex ijs quæ ſuper argumento noſtro ex antiquis notare & obſeruare potuerim. Itaque, præter teſtimonia præcedentia, exſtat locus non aſpernandus, in quo Deus his verbis Regem Ezechiam alloquitur: [4. Reg. 19.] *Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Hæc magno iudicio ponderans, vir inſigni doctrina & eloquentia Chryſoſtomus, diligenter expendens vim & poteſtatem huius oraculi, tales inde concluſiones elicit: [Hom. 69. ad populū Antioch.] Fas & pium eſſe, dum id ratione ac modo fiat, lacrymis funera defunctorum decorare, & eorum dulciſsimam conſuetudinem triſti recordatione deſiderare. *Orantes*, inquit, *& alios precantes, vt pro eis deprecentur, pro eis pauperibus largiētes continuè.* Cui ſententiæ ſuæ pondus aſtruit ex ſuperiore loco. Deus dixit, *Protegam hanc vrbem propter* [4. Reg. 19.] *me, & propter Dauid ſeruum meum.* Si ſola memoria iuſti hominis, tantam vim habet, quid de operibus ſentire par eſt? Nec temerè conſtituerunt Apoſtoli, vt in ſacris atque tremendis myſterijs mentio defunctorum adijciatur. Siquidem probè norant magnum inde commodum atque emolumentum in eos redundare. Si iuſti (inquit) memoria duntaxat tantum potuit, cùm & opera pro ipſo fuerint, quantum non valebit? &c. Quid iam de re tota tibi videtur?

11. MIN. Primùm, quantumuis perfrictæ frontis Prædicantes confiteri coguntur, has ad populum Antiochenum homilias eſſe magni illius & facundiſsimi Chryſoſtomi, qui ante annos mille ducentos Patriarchatum Conſtantinopolitanum, & Græcas Eccleſias huic ſubiectas adminiſtrauit. Secundò, non poſſunt inficiari, quin iam tum in vniuerſo Oriente mos inualuiſſet orandi & offerendi pro ſalute fidelium defunctorum, idque eo tempore quo Caluinus & Beza fatentur, puram & Apoſtolicam doctrinam per omnes orbis Eccleſias floruiſſe. Tertiò, ne hoc quidem reliqui fiet eorum impudentiæ, vt negent hanc eſſe traditionem Apoſtolicam, ſi quid credendum putant non modò Liturgijs Iacobi, Marci, Clementis, ac Dionyſij, in quibus oblationes fiunt pro defunctis, nedum Chryſoſtomi; qui ſumpto à minori ad maius argumento, etiam è quarto libro Regum hanc religionis Chriſtianæ partem exponit & confirmat.

LIBER TOBIAE SANCTVS

& canonicus cenſeri debet: in eoque commendantur eleemoſynæ pro defunctis: contra 58. & 59. errorem.

CAPVT XIV.

DOCTOR.

VEnio nunc ad librum Patriarchæ Tobiæ, in quo iubentur eleemoſynæ pro defunctis, Purga-

Purgatorij contemplatione. MIN. Prius eſt vt
euincas hunc librum inter ſacros & canonicos
referri debere: nam Geneuani Miniſtri in om-
nibus Biblijs ſuis tam Gallicis quàm Latinis,
eam hiſtoriam apocryphis voluminibus con-
numerant. Sed & Munſterus, & Iunius, & Tre-
In paradoxis. melius, totum opus illud è Biblijs ſuis exter-
minant. Aretius appellat, *librum extra canonē*.
Pag. 13. 217.218. Parentius Marommiſta ſcribit: *Liber iſte Tobiæ
eſt apocryphus, vt Hieronymus & alij atteſtan-
tur.* Didicerunt hanc cantilenam à præcentore
Flaccio Illyrico, in Antuerpienſi confeſsione,
& Chemnitio in Examine Concilij Tridenti-
ni.

Confut.
1. DOCT. Non difficulter aſtruere poſſum
Libro 2. de doctrina Christiana, cap. 8. contrariam ſententiam, & has obiectiones
ſoluere. Primum enim D. Auguſtinus, qui eo-
dem tempore vixit, quo Hieronymus & ar-
ctiſsima neceſsitudine cum eo deuinctus, in
librorum canonicorum catalogo citra vllam
hæſitantiam hoc opus Tobiæ reponit, & qui-
dem pari gradu quo librum Iob, de cuius au-
Can. 46. thoritate Miniſtri non dubitant. Idem, in con-
cilio Carthaginenſi tertio, decreta illius ſyn-
grapha ſua, cum reliquis patribus Africanis
comprobauit. Præterea, in ſuis ſcriptis frequē-
Epiſt. 102. 11. ter laudat hunc librum, tum ad fidem firman-
dam, tum ad mores Chriſtianorum compo-
nendos; nec vllo delectu aut diſcrimine ſegre-
gat eum à cæteris, qui omnium conſenſu pro
canonicis habentur.

2. Prudentius excellens Poeta Chriſtianus, quem
Hymno pro exequijs defunctorū. & Hieronymus plurimi facit, verſibus ſuis hi-
ſtoriam Tobiæ complexus eſt, eoque authore
vtitur, ad comprobandas cæremonias, quæ in
exſequijs defunctorum ſuſcipiuntur.

3. D. Ambroſius eum teſtem adhibet in confir-
Lib. 1. de Tobia. mationem doctrinæ: quin & commentarios in
eum librum ſcripſit: vocatque librum Pro-
pheticum, & ipſum Tobiam.

4. Phoſbadius Agennenſis ab eodem Hierony-
Lib. de fide contra Arrianos. mo in ordinem ſcriptorum nobilium & eccle-
ſiaſticorum relatus, probat contra Arrianos,
nomen *Subſtantiæ* in ſacris ſcripturis reperiri,
prolatis in eam rem duabus ex libro Tobiæ ſen-
tentijs.

5. Athanaſius magnus eundem librum in teſti-
monium citat, in Apologia ſua ad Conſtanti-
um, ſummum Arrianorum defenſorem.

6. Optatus Mileuitanus vim ac energiam Ba-
Lib. contra Parmen. ptiſmi aduerſus Donatiſtas aſſerit huius libri
virtute & authoritate.

7. Origenes ijs omnibus ætate ſuperior, ait qui-
Epiſtol. ad Africanū. Hom. 17. in Num. dem hoc opus à Iudæis pro canonica Scriptura
non admitti: ſed continuò ſubijcit, in concio-
nibus ac lectionibus publicis, ab Eccleſia
Chriſtiana ſolere explicari: quæ prærogatiua
ſolis libris canonicis tribuitur.

Cyprianus martyr hunc librum citat, libro 8.
tertio contra Iudæos; cumque ſæpè nominat *Serm. de eleemoſ.*
Scripturam Diuinam, & profectam à Spiritu *de orat.*
ſancto. *pro mort.*

Alexander Papa & martyr in Epiſtola ad Or- 9.
thodoxos: Anacletus Papa & martyr, in prima
Epiſtola ſua: denique Clemens Pauli coopera-
tor, Petri ſucceſſor, ſimiliter Papa & martyr,
in Epiſtola prima, librum hunc inter alios li-
bros Prophetarum annumerant, tanquam eiuſ-
dem ſanctitatis & authoritatis apud Chriſtia-
nos. Quid ad iſta reſpondendum putas?

MIN. Teſtes attuliſti & ætate antiquiſsi- 10.
mos, & authoritate grauiſsimos, & vita mo-
ribusque ſanctiſsimos, quorum æuo poſtre-
mus Auguſtinus, Hieronymo æqualis, certè
ſynchronus fuit: ac proinde potior eſſe debet
talium totque virorum authoritas, quam quid-
quid contrà tota Miniſtrorum & ſatellitum
cohors opponat. Porro hi omnes conſentienti-
bus ſuffragijs Hiſtoriam Tobiæ [illegible] ſacroſan-
ctum Dei verbum recipiunt, a[illegible]xantur, ho-
norant: quapropter extremæ [illegible]mentiæ eſt ſe-
cus cogitare, credere aut pronunciare.

Sed cuperem ſcire ſi præter Origenem, alij 11.
Græci parem huic libro reuerentiam cum La-
tinis detulerint? DOCTOR. Non modio, ne-
que trimodio, teſtes admetiar, ſed (vt Comi-
cus ait) toto horreo centum & quinquaginta
ſimul dabo, qui ſextum generale Concilium
Conſtantinopolitanum tenuerunt. nam hi vna
voce ratos eſſe decreuerunt omnes actus tertij
concilij Carthaginenſis: ac proinde, librum To-
biæ tanquam canonicum admiſerunt, vt prius
fecerant Africani.

MIN. Nihil comminiſci poſſum, quod con- 12.
tra regeratur. Sed quo flexu declinabis illud
telum, quod Hieronymi lacertis intentatur?
DOCT. Primùm hunc murum aheneum in-
terponam, cuius præſidio periculum omne
propulſetur. Illud diſcrimen quod inter libros
canonicos & apocryphos conſtituitur, nequa-
quam ex arbitratu ſingularis cuiuſdam Patris
aut doctoris pendere, ſed ex cōſenſu totius Ec-
cleſiæ Catholicæ. Quo poſito, tametſi verum
eſſet quod de vnius Hieronymi iudicio Mini-
ſtri prætendunt, tamen non ideò cauſam obti-
nerent: ſiquidem demonſtrauimus, librum il-
lum Tobiæ relatum eſſe inter ſanctos & cano-
nicos ab Eccleſia vniuerſali, & ante, & poſt æ-

 tatem

tatem ipſius D. Hieronymi. Deinde, nec generaliter accipienda ſunt verba eius, cùm negat: *Hunc librum ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam allegari oportere:* ſed reſtringi debent ad concertationes aduerſus Iudæos, qui cùm eum intra canonicas Scripturas non recipiant, ſitque diſputatio munienda ex principijs de quibus inter partes conuenit, non poſſunt conuinci authoritate huius ſcripti, quemadmodum Moſis, Dauidis, Iſaiæ, & Prophetarum aliorum, quos citra controuerſiam admittunt. Poſtremo, idem Hieronymus alibi teſtatur ſe hunc librum Chaldaica lingua ſcriptum reperiſſe: non eſt igitur nuperrùm, nec à Græcis, nec a Latinis confictus; ſed eodem tempore conſcriptus eſt, quo vixit Tobias; imò, vt multorum Theologorum ſententia eſt, ex officina eiuſdem ſanctiſsimi Patriarchæ & Prophetæ prodijt. Quin & Hebræi hoc opus, ijs quæ Hagiographa nominant, manciparunt, hoc eſt, inter ſacra ſcripta retulerunt, quo in genere ſunt libri Danielis, Iob, Dauidis. Salomonis; quos Canonicos eſſe nemo negauerit. Denique, cùm cenſuram eorum à quibus non recipitur, appellat *iudicium Phariſæorum*, & melius eſſe indicat eorum diſplicere iudicio, &c. ſatis indicat ſe non ſtare ab eorum partibus; ſed malle ſequi iudicium, & obſequi ſtudio ſanctorum Epiſcoporum, qui ab illo petierant, vt opus illud Latinitate donaret, quò legi à ſe, & publicis lectionibus explicari poſſet.

Præfat. in Tobiam. *Præfat. in lib. Regũ* *Præfat. in Daniel.*

13. DOCTOR. Quadruplici reſponſo nodum expediſti, nec dubito quin his æquiſsimis euidentiſsimiſque rationibus omnes piæ mentes libenter acquieſcant. Me quidem vltrò vinci volentem facilè mouent, vt manum herbamque porrigam. Venit præterea mihi in mentem CONRARDVS PELLICANVS, vir pene inter Helueticos Miniſtros ſummus, qui in principio Commentariorum ſuorum ad Tobiam, Iudith, Baruch, &cæt. ita de ijs ſcribit: *Hi libri perperam apocryphi, rectius autem Eccleſiaſtici ſunt appellati.* Quod & paulò poſt conſtantius aſſeuerat, dicens: *Hi libri ſic ſemper Eccleſiaſtici, & Biblici habiti ſunt, vt in Eccleſia Catholica, ab Apoſtolorum temporibus fuerint cum multa reuerentia lecti; licet non vt canonici in authoritatem prolati aduerſus Iudæos.*

Præfat. ad Lectorem.

DOCTOR. Non poſſunt expreſsius in canonem referri, quàm ab hoc Miniſtro factum eſt. Omnes enim ferè notas complexus eſt, vnde Scriptura Canonica meridiana luce clarius deprehenditur.

MIN. Idem nominatim de Tobiæ libro diſſerens, teſtatur ex ipſa dictione & materia operis clarè perſpici ſcriptorem à Spiritu ſancto inſpiratum, vereque Prophetam fuiſſe: quod ſi quis eum negauerit eſſe tantæ authoritatis, vt ad firmandam fidei doctrinam valere debeat, id ad Iudæos duntaxat pertinere, ſicuti ſupra docuiſti. 14. *Com. in cap. Tob.*

Videntur etiam Miniſtri Tigurini, Bernenſes, Baſilienſes, alijque de gente Zuingliana, tacito pacto aduerſus Caluinianos comprobaſſe Pellicani ſui iudicium, cùm multoties apud ſe curauerint ſuperiores Commentarios Pellicani typis mandandos, nec quidquam in ijs vlla reprehenſionis cenſura notauerint. Hoc itaque contra priorem errorem ſufficienter demonſtrato, librum Tobiæ ſanctum & canonicum cenſeri oportere: ſupereſt, vt probes aduerſus alterum, quod eleemoſynæ pro defunctis illic fieri præcipiatur, ac proinde doctrina Purgatorij ſanciatur. DOCTOR. Illic ſcribitur quod pius ille Patriarcha Tobias ſenior, opinione ſua morti proximus, filium ad ſe vocarit, & inter alias adhortationes hoc in mandatis illi dederit: *Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Attentus lector facilè aduertet, his verbis non contineri ſimplicem admonitionem exercendæ benignitatis erga viuentes, vt ineptiſsimè annotant in Biblijs ſuis Gallicis Miniſtri Geneuani; ſiquidem paulò prius ſatis multis verbis hoc ei præceptum iniunxerat: *De facultatibus tuis fac eleemoſynam. Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Quomodo poteris, eſto miſericors. Si abundaueris, abundanter tribue, & cæt.* Supereſt igitur, vt locus accipiatur de donario quod offertur DEO; tum de eleemoſyna, quæ pauperibus erogatur in gratiam piorum defunctorum. 15. *1538. & 1582.* *Tobiæ 4.*

MINISTER. Legi quædam ſcripta Geneuenſium, vbi præceptum hoc interpretantur de cura ſepeliendi mortuos. Sed verba illa nullo modo hoc interpretamentum admittunt. Neque enim niſi detorto ſenſu, adaptari poſſunt *Super ſepulturam iuſti*, quàm ad eum qui iam ſepulchro conditus eſt. Proinde, euidenti certaque ratione conſequentiæ colligitur, hoc iuſſum referri ad oblationes & eleemoſynas erogandas pauperibus, vt obtineatur pax & requies defunctis fidelibus. DOCTOR. 16.

CTOR.

Digitized by Google

CTOR. Adde, quòd præpoſitio GNAI,
2.Reg 1. *Super*, tantum valet, atque, *In gratiam iuſti ſepulti*; *propter iuſtum ſepultum*: atque hoc intellectu ſolet accipi etiam ab ipſis Caluinianorum Miniſtris in hoc loco: *Doleo ſuper te mi frater Ionatha*. Id quod argumento eſt, non incommodè locum ita reſolui ac explicari: Conſtitue panem & vinum ad offerendum DEO. Deinde, ad elargiendum pauperibus in gratiam iuſtorum. Quod quid aliud eſt, quàm eleemoſynas, precationes & oblationes pro defunctis fieri velle; & per conſequens agnoſcere, quod bene facta viuorum defunctis ad ſalutem plurimùm conducant ac iuuent.

17. MINISTER. Suntne tibi ad manum interpretes non ſuſpecti, qui locum ſic intelligendum docuerint? DOCTOR. NICOLAVS LYRANVS, vir etiam Lutheri,
Lyranus. Oecolampadij, Munſteri, & aliorum Miniſtrorum iudicio, ob eximiam linguæ Hebraicæ peritiam, & literalis Scripturarum ſenſus obſeruantiam. numerandus, ducentis & quinquaginta annis, ante litem ſuper hac re motam, ita ſuperius nominatum Tobiæ præceptum expoſuit: Intelligit hic Tobias, quòd in morte iuſtorum paſcendi ſunt pauperes, pro animabus eorum.

MINISTER. Requirebam teſtes omni æuo vetuſtiores. *DOCTOR*. AMBROSIVS
L 8. com. in Lucam. ante duodecim ſæcula, non ſolùm ita locum intellexit, verum etiam iudicauit eſſe figuram aut præſagium eius oblationis, quam Chriſtiani pro defunctis facturi erant. ea in re quam lector fidelis per ſe intelligit; infidelis noſſe non meretur. Quibus verbis ſancti ac veteres patres illi adumbrarunt Sacrificium incruentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod in Miſſa pro viuis & defunctis diebus ſingulis offerimus. *MINISTER*. Hic articulus ſatis enucleatè pertractatus eſt, veniamus nunc ad alium.

ETIAM EX LIBRO BEATI *Iob Purgatorij doctrinam ſancti Patres comprobarunt: aduerſus errorem ſexageſimum.*

CAPVT XV.

DOCTOR.

CVm multa alia ſint loca & argumenta in libro Iob, quibus Eccleſia Catholica ſuffragia pro defunctis, ac proinde Purgatorij doctrinam firmare ſolet, impræſentiarum vnum duntaxat adferam, quo ad eam conſtabiliendam ante mille & ducentos annos vſus eſt vir ab elegantia dictionis & præſtantia facundiæ nomen ſortitus Chryſoſtomus. *MINISTER*. Legi equidem Commentarios Borthaij, Brentij, Oecolampadij, denique centum & quinquaginta nouem Gallicos Sermones Caluini ad hunc librum Iobi, ſed tantùm abeſt vt id fateantur, vt contrà, nihil æquè ſibi oppugnandum exiſtiment.

DOCT. Author huius libri, ſiue Moſes, ſiue Confut. 1.
Iob ipſe fuerit, teſtatur eum ſanctum Patriarcham & Prophetam ſolitum fuiſſe ſingulis diebus offerre holocauſta pro numero ſuorum liberorum, ne peccarent, aut maledicerent Deo in cordibus ſuis, hoc pacto ſanctificans eos Nónne hoc inſtituto declarabat, quàm ſibi cordi eſſet, vt filij ſui ſiſterent ſe puros & inculpatos Deo viuenti? Nonne præ ſe ferebat pluſquam paternam ſollicitudinem in procuranda eorum ſalute? MIN. Ita quidem tantiſper dum filij in terris viuebant. Sed nihil adhuc audio, quod à pio parente poſt eorum mortem geſtum eſſe dicatur. DOCT. Sufflaminandus es. Nimium enim feſtinas. Audi Chryſoſtomum quaſi quodam penicillo horridam illorum cladem, Patriſque miſerandam calamitatem, & in colligendis hinc inde inter macerias filiorum artubus, condendiſque terræ, acerbam mœrorem deſcribentem. Hom 3. de patientia Iob.
MINISTER. Eſto. Sed hoc officium pietatis ad corpora, teſtandamque reſurrectionis ſpem attinebat. Verùm, cardo diſputationis noſtræ in eo vertitur, An ſit licitum ac vtile, pro quiete animarum offerre, atque precari. Quod ſymbolum adfert hic Iobi locus ad eam rem corroborandam.

DOCTOR. Iam ante docuimus, cæremonias funerales, lamentationes, & ieiunia Patrum ſuper ſepulturas corporum coniuncta fuiſſe cum 2.
feruidis

Digitized by Google

feruidis, humilibus, & deuotis precibus ad Deum pro pace & ſalute animarum. Hoc poſito, nefas eſt dubitare, quin tam pius pater impenſiſsima cura pro ſpiritibus orauerit, & miſericordiam Diuinam pro animabus tam ſuorum decem liberorum, quàm totius familiæ, quos eadem ruina pariter oppreſſerat.

MIN. Veriſimili præſumptione nituntur
3. quæ dicis: ſed clariorem & certiorem probationem deſidero. DOCT. Duos ab eodem authore locos in medium tibi adfero. Primùm enim Chryſoſtomus ait: *Fer opem ijs qui migrant è vita, neque eorum memoriam intermittas. Nã ſi Iobi liberos ſpiritus hoſtia expiabat, dubitarene ipſe poteris, nobis pro ijs qui deceſſerunt, offerentibus, ſolatij nihil illis ipſis adferri?* MIN. Adhortationem audio ad orandum & offerendum pro defunctis, eamque nixam exemplo beati Iobi, argumentoque ductam à minori ad maius.

Catena Græca in Iob cap. 1.

4. DOCT. Iterum ſcribit idem Chryſoſtomus: *Quantũ fieri poteſt, iuuetur* (anima defuncti) *non lacrymis, ſed prece ſupplicationibus, eleemoſynis, oblationibus.* Non eſt temerè hoc excogitatum, nec fruſtra memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus pro illis Agnum illum peccata mundi tollentem deprecantes, vt ijs aliquod ſolatium & alleuiamentum impartiri dignetur. Nec idonea ratione caret, quod is qui ad altare diuina ſacrificia peragit, in tremendis myſterijs ſolet mortuorum agere commemorationem *Oramus te Domine, pro omnibus ijs, qui morte dormiunt in Chriſto, &c.* Paulò poſt exemplo Iobi propoſitum ſuum ſic tuetur: *Nam ſi Iobi liberos patris victima purgauit, quid dubites è nobis quoque ſi dormientibus offeramus, ſolatij quiddam acceſſurum? Ne ergo defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipſis offerendo, communis orbis victima preces ſunt, &c.* Nonne hoc eſt viuos hortari ad preces pro defunctis fundendas? Idque ex Iobi hiſtoria firmatum? Cedo nunc quid ea de re ſtatuendum exiſtimes.

Hom 41. in 1. Corinth.

MIN. Mihi quidem negari poſſe non vide-
5. tur, quin beatus ille Chryſoſtomus, ac proinde tota Græcia cuius erat Patriarcha, iam tum orare, offerre, ac eleemoſynas publicè erogare conſueuiſſet pro requie & ſalute defunctorum. Hoc autem non faciebant pro ijs, qui vel felicitate Paradiſi fruebantur, vel ſempiternis Inferorum cruciatibus addicti erant. reſtat igitur tertium genus eorum, qui in intermedia purgatorij ſede temporalibus pœnis expiantur. Deinde, etiam illud cogito, non tunc primùm doctrinam hanc excogitatam fuiſſe, ſed acceptam ab antiquis, lateque per vniuerſum orbem Chriſtianum, à viuis Apoſtolorum (vt ait alibi) vocibus & inſtitutis diffuſam ad poſteros permanaſſe. Denique, eandem video veteris ac noui Teſtamenti Scripturis, (quas tam Chryſoſtomus, quam alij citant) corroborari: iccircò illi, vt Apoſtolicæ traditioni, immò & Propheticæ diuinæque doctrinæ penitus acquieſco. Habes animum meum ſine fuco & fallacijs: vnde conijcere potes etiam me tacente, quid de ſeductore Caluino, & ſeducta gente eius ſentiam: Accedamus ad Pſalmos Dauidis.

ANTIQVI TAM HEBRAEI, *Græci, quàm Latini, rectè & ordine doctrinam Purgatorij quinque locis Pſalmorum Dauidis firmauerunt: aduerſus 61. 63. 64. & 65. errorem.*

CAPVT XVI.

MINISTER.

Legi commentarios Buceri, Muſculi, Brentij, Pomerani, Pellicani, Caluini, VVeſthameri, & rhapſodias Marlorati ad Pſalmos Regij Prophetæ Dauidis, ſed tãtum abeſt vt ibi mentionem Purgatorij reperire ſe fateantur, vt contra, maledictis & conuitijs eos proſequantur, qui libri huius authoritate hanc doctrinam tuentur. DOCT. At ego voluens monumenta ſanctorum Brunonis, Caſsiodori, Remigij, Gregorij, Rufini, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Baſilij, Theodoreti, Hilarij, Arnobij, Origenis: aliquot item Rabbinorum Iſraelis; obſeruaui quinque ad minimum locis, illam non obſcurè ſignificari, quos breuiter tibi proponam.

Primus locus eſt, cum Propheta toto pectore ſemel & iterum Deum precatur: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Hæc enim verba ſic exponunt Gregorius, Auguſtinus, & Ruffinus, triga lectiſsimorum virorum, vt per furorem, quæ breuis eſt animi paſsio, pœnas Purgatorij per iram, quæ diu reſidet, inferorum tormenta deſignari docerent: quibus Propheta in alio ſæculo liber & immunis eſſe deſiderat, puniri verò tantiſper dum in viuis ageret, vt ſalutari caſtigatione monitus officij, ſanet offenſas, & pœnitentia culpam emendet. Gregorius ita ſcribit: *In hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio*

Confut. 1. *Pſalm. 6. & 37.*

Commẽt. in Pſalm. Pœnitent.

igne

ignè non opus ſit.] Auguſtinus iſta paraphraſi vtitur: Quoniam ignis ille tranſitorius intolerabilior eſt omni pœna vel tribulatione præſenti, deprecor ne vel æterna damnatione puniar, vel purger in ira temporariæ correptionis.] Ruffinus, Caſsiodorus, Bruno, Lombardus, eandem prorſus interpretationem ſequuntur: & omnibus his antiquior Origenes eadem ſenſit.

2. MIN. Habes ex Hebræis, qui patrocinentur?
R. David. DOCT. Rabbi DAVID Kimhi ſuperiorem textum ſic interpretatur. Quanquã intelligeret Da-
R. Kimhi. uid ob peccatum pœnam ſibi infligi, eamq́ue receptſet in hac vita, adhuc tamen de eo anxius & ſollicitus erat, eſsétue peccatũ omnino abſterſum atque deletum in hac vita: anne etiam in futuro ſæculo pænam aliquam Purgatoriam deberet ſuſtinere. MIN. Hic admirabilis conſenſus & concentus tam diſparium Doctorum, perquam mihi ſatisfacit. Perſequere reliqua.

3. DOCTOR. David ſcribens, *Verum tamen*
Pſ. 48. *Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me*, de Purgatorij loco inferius conſtituto loquitur. Nam cùm ſatis exploratum haberet, animas damnatorum nulla redemptione liberari, per hæc verba *de manu inferi*, notauit locum illum profundum, tenebroſum, pœnis expiatorijs plenum: à quibus ſeſe redemptum iri confidit, ſi eò vnquam deuenerit. MIN. Quem habes iſtius ſententiæ ſuffragatorem? DOCT. Ex Latinis Caſsidorum, qui poſt Auguſtinum & Ruffinum, hunc locum exponit de Chriſti deſcenſu ad inferos, vnde animas priſcorum Patrum de ſinu Abrahæ, vt & de Purgatorijs doloribus plurimos eduxit. Ex Græcis, Baſilius & Theodoretus interpretantur de liberatione à ſupplicio poſt hanc vitam; quod pœna eſt Purgatoria.

4. Sed & priſci Hebræi ſic crediderunt, ſic docue-
R. Menach. runt. Etenim Rabbi MENACHEM *Zerath* hac vtitur paraphraſi: Redimet ac liberabit Deus animam meam de manu inferi, & recipiet me ad ſe in vitam æternam.) Rabbi RABVENAKI adhuc apertius ſcribit: Redimet, & ſaluabit me, ne eò deſcendam: atque adeo ſi ob admiſſum peccatum eò venero, ipſe pro ſua miſericordia poſt aliquod tempus liberabit me.) MIN. Certè priores & poſteriores verſiculi ſatis oſtendunt Pſalmiſtam loqui de ſtatu animarum poſt hanc vitam. Proinde, cum nefas ſit de Dauide ſuſpicari, eum timuiſſe pœnas damnatorum, neceſſe eſt ita mentem eius interpretari, vt locutus ſit de animabus, quæ ad tempus relegantur in carceres, & tormenta Purgatorij: quemadmodum illi veteres & eruditi interpretes aſſeuerauerunt.

DOCT. Tertius locus in quo Regius vates te- 5.
ſtimoniũ de Purgatorio perhibet, iſte eſt: *Tranſ-* Pſ. 65.
iuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Loquitur enim ſub perſona Sanctorum, qui iam in Paradiſum peruenerunt, tam per huius ſæculi calamitates, quas præſenti fortique animo pertulerunt: quàm per formidabiles flammas, ardores, aliaq; ſupplicia Purgatorij, quibus exerciti, & tanquam aurum in fornace purgati fuerunt.

MIN. Lutherus, Bucerus, Muſculus, Calui- 6.
nus, aliiq; Prædicantes, hanc expoſitionem deriſioni traducunt. DOCT. Ecquid cùm tam impuris ſannionibus agas, qui vel conſulta malitia ſelectos Spiritus ſancti famulos contemnunt: vel ſtupida ignoratione occæcati non aduertunt eam ab antiquis patribus Græcis & La-
tinis hauſtam ac delibatam eſſe? AMBROSIVS In Pſ.
namque aquæ Baptiſmum intelligit, quo ſacra- Ser. 36.
mento Chriſtianos omnes in hac vita oportet in Pſal.
inſigniri: per ignem verò declarari putat acer- 118.
bos cruciatus, quibus in alio ſæculo expiantur, qui dum in terris eſſent, fructus pœnitentiæ di-
gnos non peregerunt. Hic per aquam abluuntur Epiſt. 9.
peccata inquit: illic per ignem exuruntur. PAVLINVS Ambroſij amicus, de meliore nota, Auguſtino autem & Hieronymo familiariſsimus, hunc intellectum conſtanter eſt ſequutus.

Et ne Græcos prætermittamus, ORIGENES 7.
multis ante temporibus, ſic viua voce per ori- Hom.
entem docuerat: & poſt modum ſcriptis eãdem 25. in
doctrinam conſignauit. Firmatque ſententiam Num.
iſtam authoritate Pauli ſcribentis, Quoſdam 1. Cor. 3
ſaluos fore quaſi per ignem, poſtquam detrimẽtis & cruciatibus perfuncti fuerint, &c. Nonne hæc tam ſera, tamque grauium interpretũ doctrina, impudentibus leuiſsimorum hominum ſarcaſmis & ſcommatibus debet anteponi. MIN. Neminem inficiaturum arbitror, in quo aliqua iudicij tanquam ſalis mica reliqua fuerit.

DOCT. Quartus ex Dauide pro Purgatorio 8.
locus eſt iſte. *Confitebor tibi Domine Deus meus, in* Pſ. 85.
toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum; quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori. MIN. Quid per hunc infernum inferiorem intelligit?
DOCT. Beatus BRVNO religioſiſsimorum Com. in
Carthuſianorum Patriarcha, ante quadringen- eundem
tos annos, docuit his verbis carcerem Purgato- Pſal.
rium deſignari, vel ratione Limbi patrum, vel reſpectu iſtius terrarum orbis. Vterq; enim locus Purgatorio eſt altior & ſuperior. Quod vt aſtruat,

aſtruat, authore vtitur Auguſtino, & id quidem
In eun- iure. Nam eximius doctor ille, poſt aliquas ex-
dem. cuſationes religioſas, tandem ita ratiocinatur:
Vade infernum inferius, niſi quia eſt infernum
ſuperius?) Dominum autem eò deſcendiſſe, at-
que inde (.i. Limbo & Purgatorio) ſeruorum
animas exemiſſe teſtatur: cui ſententiæ clariſsi-
mus Senator Caſsiodorus aſſentitur.

9. MIN. Non eſt igitur vnicum & ſolum (vt
Caluiniani garriunt) inferni habitaculum, ex
quo nulli vnquam emergant? DOCT. Imo ve-
R. Me- rò, vt etiam hæ voces *Inferi*, *inferna*, *inferos*,
nachē. indicant, & tam Hebræi quàm Græci & Latini
R. Meir ſcriptores ex hoc Dauidis loco & alijs ſimili-
R. Ioſue bus rectè colligunt, plura receptacula, plures
R. Ba- carceres atque cauernas, vbi miſeræ animæ pro
chaiai.] ratione flagitiorum pœnas expendant. Eſt enim
locus deſtinatus ſupplicio dãnatorũ in æternũ.
Eſt certa ſedes ad tempus relegatis, .i. Purgato-
rius locus. Eſt denique Limbus ſeu Sinus Abra-
hæ, in quo aduentum Meſsiæ expectabant. Hæc
porrò tria loca generali & plurali nomine In-
fererum ſæpe comprehendũtur. Dicuntur autẽ
ſuperiora vel inferiora quatenus propiore vel
lõgiore interuallo diſtant à centro terrę. in quo
depreſſæ ac demerſæ in profundo abyſſorum
gurgite atque puteo deſperantes gemunt repro-
batorum animæ. Proinde, Limbus patrum, ſiue
Sinus Abrahæ altior eſt Purgatorio, Purgato-
rium altius Inferno, damnatorum mediam ſe-
dem occupat inter hoc & illum. Id quod pru-
denter aduertens Dauid in allegato verſu, ac
mente præſagiens futuram requiem, quâ ſtatim
poſt mortem obitam fruiturus erat, gratias a-
git Deo, quòd animam ſuam ex eo loco libera-
uerit, qui infra hanc terram, ipſumque Sinum
ſeu Limbum ſitus eſt, nimirum ex Purgatorio,
grauiſsimorum tormentorum referto, vt quie-
Luc. 16. tem & ſolatium vna cum Abrahamo & alijs ſan-
ctis obtineret.

10. MIN. Hæc interpretatio pulchrè mihi cõgru-
Gē. 44. ere videtur cum alijs innumeris Scripturis, vbi
3. Reg. 8. mentio occurrit Inferorũ numero multitudi-
nis, propter eorũ diuerſa tabulata & receptacu-
Iob. 7. la, quæ in regionibus illis inferioribus exiſtũt.
Prou. 2. Deinde, cùm Inferi opponũtur cælis, in quibus
Eccl. 9. iuxta Domini pronunciatum, *manſiones multæ*
Phil. 2. *ſunt*: conſequens eſt, vt aliquot & diuerſa ſint in
Iob. 14. inferis diuerſorum ſuppliciorum loca. Accedit
Luc. 16. quod in Euangelio refertur, procul cõſpectum
fuiſſe ab anima Diuitis patrem Abrahamum, &
vnà cum eo Lazarum tanquam in ſedibus &
tabulatis valdè diſsitis. Proinde ſimilem regun-
dorum ratio in diſtinguendis Inferorum ſtatio-
nibus, authorem habet Scripturã ſacrã, quæ eſt
verum Dei verbũ: & ſuperior ille Dauidis lo-
cus de ſuperiore & inferiore inferno, non niſi
congruè & appoſitè à patribus pro Purgatorio
profertur atque laudatur.

DOCT. Cedo Caluinianorum de hoc Daui- 11.
dis loco interpretamentum? MIN. Vim affert
textui, & eſt impietatis plenum. Cùm enim *In-*
ferni inferioris vocabulo, nihil aliud indicari
ſcribant, niſi ſepulchrum, & corporum mortuo-
rum conditorium, vim & emphaſin comparati-
ui *Inferioris* eneruant, & funditus ſubuertunt.
Deinde, nemo pius illis aſſentitur, Animas im-
mortales, de quibus ſub perſona propria
Dauid dicit, *Eruiſti animam meam*, vna cum
corporibus in ſepulchris ſepeliri. Quapropter
cum expoſitio Bezana & Caluinica abſurdum
& impium contineat: Catholica verò intelle-
ctum maximè proprium, Scripturis conuenien-
tem, & antiquorum ſenſu fundatum, non eſt
quod vltra dubitemus, quin Dauid de Purgato-
rio ſit vaticinatus.

DOCT. Quanti eius de eodem ſententia eſt. 12.
Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi? Ps. 88.
Hanc enim
Hebræus Rabb. MENAHEM huiuſmodi expli- Lib. Ce-
cat paraphraſi, quæ non niſi de Purgatorio ca- dab.
pi poteſt: Redimet ac liberabit Dominus ani- lad. -
mam meam de manu inferi: & recipiet me ad rech.
ſe in vitam æternam.) Rabbi RABVENAKI ad-
huc diſertioribus & apertioribus verbis in
hanc rem noſtram vtitur dicens: Neceſſe eſt ve-
nire in infernum, ad deradendum & expurgan-
dum inquinamenta tranſgreſsionum, quas fece-
rit homo, donec mundetur, & aſcendat in lo-
cum quietis ſuæ.) MIN. Præclara ſanè interpre- In Ps.
tatio Hebræorum, & quæ maxime ad confirma- 65.
tionẽ facit Purgatorij. Nam ſi Deus eruit quaſ-
dam animas de manu inferi, vt vitam beatam
eis impertiatur; eas liberat qui ſunt in inferno
Purgatorio, & non quæ in reprobatorum gur-
gite. Deinde, ſpiritus qui repurgantur & emun-
dantur, vt in locum quietis aſcendant, non poſ-
ſunt eſſe alij, præter eos qui relegantur ad Ere-
bi pœnas expiatorij.

Habesne Chriſtianos interpretes, qui cum 13.
Hebræis hac in re conſentiant? DOCT. Habeo In Ps.
in primis magnum Antiſtitẽ AVGVSTINVM 88.
ad hunc locum ita ſcribentem: Ille (Chriſtus)
qui eruit animam ſuam de manibus inferni, ip-
ſe eruet animas fidelium ſuorum: ipſi ſe eruere
non poſſunt. MIN. Satis eſt. Hic vnus mihi eſt
inſtar omnium, ſiue doctrinam ſpectem, ſiue fi-
dem qua excelluit. Quocirca confectum ſocrã

nego-

negotium eſt: & perſequi potes ordinem, quem inſtituiſti.

SALOMON TRIBVS IN LOCIS, ex interpretatione Maiorum, agnoſcit doctrinam Purgatorij: aduerſus 66. 67. & 68. errorem.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

MINISTER.

Dial. 12 Pag. 249. SCRIBIT ſcutigerulus fidei Caluinianæ, *Neminem vnquam in populo Iſraëlitico tam profligatum hominem exſtitiſſe, qui Purgatorium comminiſci auſus fuerit.* Quo poſito efficitur, Salomonem, nec quenquam alium de gente Hebræa, verbum vllum de illo feciſſe. Vides quid ſentiant: tute nunc intelligis contrarium tibi probandum eſſe.

Cõfut. 1. DOCTOR. Faciam Deo duce, & initium ducam ab excellente ſententia, quæ legitur in Eccl. 12 Eccleſiaſte: *Reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui miſit illum.* In c. 37 Gen. Quem locum exponens Rabbi RAKANATI, familiari ſimilitudine docet, non prius à Deo recipi defunctorum peccatorum animas, quam penitus abſterſæ ſint, & repurgatæ ab omnium peccatorum ſordibus. Verba eius ſunt hæc interprete: Redde Deo ſpiritum talem, qualem eum tibi dedit. Eſt enim hoc ſimile Regi, qui pretioſas veſtes domeſticis diuidit. Cordati eas plicant, & in armarijs collocant: ſtolidi eum cùm ſordidæ ſunt & inquinatæ hoc faciunt. Poſt tempus aliquod Rex eas veſtes requirit. Hi producunt eas ſplendidas & nitentes, hi verò ſordidas. De illis lætatur Rex: his vero ſuccenſet. De prudentibus dicit: condantur veſtes meæ in theſauris meis. De ſtolidis verò: dentur veſtes meæ falloni. Ipſi verò ſunt in vinculis constricti, vſque ad tempus quo inde exeant.) MIN. Eſt igitur certum animas probris & peccatis maculoſas, non prius ad Deum reuerti, quàm ad ſtatutum tempus lotæ, ac pœnis expiatæ fuerint.

2. Conclus. 8. Part. 2. DOCT. Rabbi ISAAC Abuhab in libro quem inſcripſit MENVRATH HAMAOR, adhuc apertius hanc doctrinam confirmat hoc ipſo textu Salomonis, ſcribens: Addunt doctores, eos qui libidinis impulſu, quaſique coacti à praua concupiſcentia peccauerunt, non eſt ijs omnimoda perditio exitiúmque decretum: ſed pœna quædam temporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeátque ad locum & Creatorem ſuum.

MINISTER. Non ſolum hoc loco rectè accommodatur textus Sapientis ad Purgatorij doctrinam: ſed etiam inde colligitur, hanc fuiſſe communem & receptam apud Hebræos interpretationem. Eſt ne prætereà quippiam à Salomone, quod huc pertineat?

DOCT. eſt, & quidem in eodem Eccleſiaſtæ 5. capite: *Cuncta quæ fiunt adducet Dominus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum.* Eccl. 2. Tract. 5 de pœnit. Hebræi namque Scriptores, de quibus ſupra retuli, in Libro cui nomen SEM TOB, ita locũ interpretãtur: Sunt qui pro ſuis quiſq; iniquitatibus iudicãtur & puniũtur per multas generationes, cuiuſmodi ſunt hæretici, epicurei quíque ſuo exemplo multos ad peccandum inducunt, & omni pudore depoſito, palam peccare non verentur. Hi deſcendunt in puteum corruptionis, & pro menſura ſcelerum ibi plectuntur. Sunt etiam qui poſtquam pro meritis pœnas luerint, exciduntur ac pereunt. Sunt qui ad finem vſque anni integri puniuntur: poſtea aliquanto ſuperius aſcendunt, & habitant inter iuſtos. Ac de his quidem dixit Anna: *Deducit ad inferos, & reducit, &c.*] 1. Reg. 2. MINISTER. Manifeſtum eſt nouiſſimam periodum non poſſe aliouorſum applicari, quàm ad Purgatorium: vnde patet hanc doctrinam à Salomone non ſolùm perceptam: ſed & prædicatam fuiſſe.

DOCTOR. Idem ille non Appollinis mendacio, ſed veritatis oraculo ſapientiſsimus mortalium iudicatus, cum bonorum & malorum mortes opponit, tandem concludit: *Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes, & exſpectatio ſollicitorum peribit.* Prou. 11 *Iuſtus de anguſtia liberatus eſt:* quibus doctrinæ de Purgatorio aſſentitur. Nam Author Commentariorum ſiue Beda, ſiue Beda. Hieronymus fuerit, ita in hunc locum ſcribit: Hieronym. Notandum quod & ſi impijs poſt mortem ſpes veniæ non eſt, ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui: vel pœnis videlicet caſtigari, vel ſuorum precibus ac eleemoſynis, Miſſarumque celebrationibus. Sed hæc quibuſcunque fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis.] MINISTER. Hoc non eſt ſimpliciter credere, aut confirmare Purgatorium ſuffragatore Solomone, verum etiam vnâ opera docere, quibus modis, & piaculis animæ ibi detentæ ſubleuari poſsint ac debeant. Quocirca perſpicio miſerabiliter cæcutire Nouitios iſtos reformatores, dum non animaduertunt hanc doctrinam ſtructam eſſe ſuper fundamentum Prophetarum, prout à Sanctis Patribus intelliguntur. Nec ſolùm

ſiſſimum eſt, quod Monachus iſte ſua Digreſſionis
Pagina 1. *fundamentum ponit*, cùm ait, *Nos pernegare Hebræos vel nunc mortuis ſuis benè precari, vel vnquam alias.* Quod ſi ita eſt, inſociabili diuortio ſecum diſſentiunt, cùm alibi negant, quemquam inter Hebræos exſtitiſſe, qui pro mortuis precatus ſit.

3. Adhæc, aduerſantur directè duorum Miniſtrorum coryphæis Fagio & Kybero, qui ex Hebraico fonte in Latinum tranſtulerunt, & typis excudendas curauerunt orationes, quas ab vltima vetuſtate ſolent Hebræi in ſepeliendis mortuis vſurpare ad exorandam pacem & requiem animabus ipſorum, qui ex hac vita deceſſerunt.

4. Poſtremò, tot loci veteris Teſtamenti, qui-
1. Regg. 31. bus refertur, veteres Patriarchas vberibus la-
2 Reg. 1. crymis funera parentum proſequutos eſſe, pijs
& 12. mentibus æſtimandum relinquunt, tali tempore & negotio, non defuiſſe feruidas ac deuotas preces, quibus ſpiritus eorum ſubleuatum iri confidebant. Quorſum enim ieiunia ſine precibus? Quorſum lamentabiles næniæ ſine pijs votis, & fidei documentis? Nonne hæc præcipuè ad opera caritatis & virtutis officia circa proximum pertinent? Explicui tibi candidè ſenſum meum, tuum nunc nobis expone.

5. DOCT. Contra temerarias Miniſtrorum propoſitiones aio, nullum eſſe de reliquis quatuor libris Moſaicis, vnde prædicti Doctores Hebræi argumenta nō elicuerint, quibus purgatorium, & preces pro defunctis confirment. Primùm enim Rabbi *Schimeon* author libri Zohar, exponens caput vigeſimum quintum
Exod. 25. Exodi, in quo diuerſa ſacrificiorum genera commemorantur, adſerit ea fuiſſe inſtituta, tam ad vtilitatem viuorum, quàm ob leuamen & ſolatium piorum defunctorum. Cui teſtimonio hanc certam & manifeſtam rationem adſtruo. Vniuerſa ſacrificia Moſaica typi erant veri & cruenti illius ſacrificij, quod Dominus noſter Ieſus in cruce obtulit pro omnium hominum ſalute. Atqui hoc ſacrificium ſalutare fuit non ſolùm ijs qui tum viuebant, ſed & ijs qui à ſæculo cum pietate dormierant, immò & nobis qui tum nec viuorum nec mortuorum cenſu cenſebamur. Igitur illa ſacrificia quæ in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio referuntur, ſic erant comparata, vt mortuis æquè ac viuentibus prodeſſent.

6. MIN. Præclarum ſanè teſtimonium, cui firma euidensque ratio patrocinatur: atq; hoc duplici tormento futiles aduerſariorum munitiones facile ſubruent. DOCT. Accedit Rabbi *Menachem* Cionæus com. in caput decimum ſextum Leuitici, in quo diſſeritur de Luc. 6.
ſacrificijs tum pro Sacerdote tum pro populo offerendis. Is ſcribit: POSHE, *id eſt Præuaricatores Iſraelis, ad quos futuræ felicitatis portio pertinet, prius in locum deprimuntur inferiorem ſede iuſtorum, atque ibi exſpectant, eiulantur, & poſtquam pœnas debitas luerint, expurgatique fuerint, aſcendunt ad amœniorem locū, & delicijs abundantem, &c.* MIN. Certè locus iſte depreſſior, ac plenus dolorum & eiulationum, de quo tandem eripiuntur, non poteſt intelligi de inferno damnatorum. Nam qui illuc detruduntur, ijs nulla ſupereſt reliqua ſpes reuocandi gradum, ſuperaſque euadendi ad auras. Reſtat igitur vt Purgatorium deſignetur.

7. DOCT. Rurſum Rabbi Rakanati ad caput vigeſimumprimum Leuitici, vbi ſermo fit de Leuit. 21.
ſanctitate neceſſaria Sacerdoti, quando ſiſtit ſe coram Domino, colligit inde, quaſi puritate præditas eſſe oporteat animas, quæ ad cœleſtē beatitatem aſpirant. Deinde, citatis Rabbi Simeonis teſtimonijs de diuerſis receptaculis, quò demittuntur & expurgantur animæ in inferis antequam aſcendant ad ſuperos, ita diſſerit: *Eſt in Gehenna ima quædam profunda manſio, cæteris omnibus inferior, quæ aliam, & ea rurſus aliam habet ſupra ſe, vocaturque* HAIAFIHA. *Vocaturque ea manſio* SCHEOL THACTHIIOTH. *Et certe* THACTIH *vocatur terra ſubterranea (eſtque manſio ima) idcircò* SCHEOL *(quia vnus eſt locus in inferis tellure ſub ima) vocatur* ABADDON, *de quo ſcriptum eſt* SCHEOL *&* ABADDON, *&cæt.* Hæc ab illis ſcribuntur de tribus inferorum manſionibus ac receptaculis, quarum vna eſt & dicitur Purgatorium. Addunt poſtea: Eos qui ſub ima parte telluris detinentur, nunquā inde liberari: ſed hoſce demum qui diuertuntur in duabus manſionibus quæ ſupra ſunt, (Limbo nimirum ac Purgatorio:) aliquanto altius ad auras æthereas aſſurgere. MIN. Nihil certius, quā quod illis verbis deſignare voluerūt Limbum Patrum ac Purgatoriū, vnde liberatio datur, & locum reproborum, vbi cruciatus æterni ſunt, nulla verò ſpes redemptionis.

8. DOCT. Iidem affirmant illas oblationes duodecim ſcutularum argentearum, duodecim cochlearium aureorum, duodecim iuuencorum, duodecim arietum, totidemque agnorum, & hircorum, quas obtulerunt duodecim Numer. c.
Principes tribuum Iſraelis, diebus duodecim 6. & 7.
à con-

à conſecratione ſancti Tabernaculi, non ſolùm profuiſſe viuentibus, verum etiam animabus amicorum, qui hic viuere deſierunt.

8. Et, vt Deuteronomio, poſtremo Moſis libro diſputatio noſtra terminetur, Rabbi Bachaiai commẽtarijs ſuis ad caput illius 34. item Rabbi Iſaac Alfeci, Tractatu qui inſcribitur *Ras Aſanah*, id eſt, ab anni principio, ſcribunt præceptum Decalogi de ſanctificando die Sabbathi non ſolùm à viuis celebrari, verum etiam ad mortuos pertingere; quorum animæ tunc temporis à cruciatu & laboribus relaxantur: quod quidem rectè intelligi non poteſt, niſi de ijs quæ in purgatorio detinentur. Affirmant etiam illud, quod Rabbi Samai, quique diſciplinam eius ſectantur, quæ permagni nominis inter veteres Hebræos fuit, eandem fidem & doctrinam conſeruarunt, centum & quadraginta annis ante nouiſsimam euerſionem templi ac ciuitatis Ieruſalem per Titum Romanorum Imperatorem.

Deuter. 5. & 34.

MINISTER. Sane ſi quis in poſterum credere detrectabit, quod vetus ille populus Dei, id eſt, totum ſemen Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Purgatorium animarum, authoritatibus Moſis certa fiducia ſit amplexus; hunc hominem vel contentionis auidum, vel omni malitia peruerſitateque plenum pronunciare non dubitabo. Siquidem ex omnibus quinque libris eius vberrimos locos produxiſti, cum interpretatione non ſolùm veterum Hebræorum, ſed etiam Græcorum & Latinorum, quibus idipſum fuſiſsimè & fortiſſimè comprobatur. Perge delectum habere librorum ſubſequentium.

DOCTRINA PVRGATORII

Librorum Ioſue & Ruth authoritate firmatur: contra 52. & 53. errorem.

CAPVT DVODECIMVM.

DOCTOR.

Inſtruct. pag. 93.

HOſtes charitatis & pietatis, in defunctos peruicaci odio flagrantes, à furore nõ diſcedunt, inquientes: *Ab ætate Moſis vſque ad tẽpora Chriſti, nuſpiam exemplum exſtat in libris Canonicis, vbi mentio fiat in exſequialibus officijs preces fuiſſe conceptas pro defunctis, &c.*

Confut. 1.

MINISTER. Semper ad eundem lapidem offendunt, & nouam nobis Logicam nuperi Prædicantes, vt nouam Theologiam comminiſcuntur, vbi fas ſit inuita ratione, & contra omnem artis diſciplinam, ex meris negatiuis, & puris particularibus concluſiones quaſlibet exſculpere. Nullum enim hic aliud probationis genus adferunt, niſi hæc & ſimilia, *Nuſquã ſcriptum eſt, Nuſquam præcipitur, Nulla exſtat mentio, Verbum ex ſcriptura nullum, &c.* vnde tamen nihil efficitur. Quot enim Chriſtianæ veritatis myſteria, quot orthodoxæ fidei capita, de quibus veteres Prophetæ ne quidem expreſſe loquuti ſunt? An ideò credẽda non erunt?

DOCTOR. Adde quod priſci Patres ac Doctores conſentiant, Purgatorij & precum pro mortuis doctrinam confirmari per librum Ioſue, qui Moſem proximè ſequutus eſt. Nam cùm ibi refertur Dominum dixiſſe Ioſue: *Loquere filijs Iſrael, & dic ad eos: Date ex vobis ciuitates illas refugij, de quibus dixi per Moyſem, vt confugiat illuc occiſor, qui percuſſerit errore per imprudentiam; vt ſint receptui à vindice ſanguinis illius. Qui vbi confugiens ad vnam ex ciuitatibus iſtis, ſteterit ad oſtium portæ ciuitatis, & expoſuerit audientibus ſenioribus illius rationes ſuas, tum recipient illum ad ſe, & dabunt ei locum vt habitet cum ipſis.* Habes textum, qui cum hiſtoriæ veritate, myſterium non vulgare habet adiunctum. MIN. Non equidem arbitror dubitandum. Nam & ipſe Dominus teſtatur, ſub figura ſerpentis ænei in deſerto, ſignatum fuiſſe, quod ſublimis in crucem attolleretur; ſicut per hiſtoriam Ionæ, quòd ad ſepulcrum & inferos deſcenſurus eſſet. *Prophetatum enim eſt,* (vt aduertit Tertullianus) *non ſolum verbis, ſed etiam operibus.* Et Auguſtinus: *Priſcorum non tantùm lingua, ſed & lingua prophetica fuit.* Quid ergo præ ſe ferunt ciuitates refugij? Antiquiſsimus & doctiſsimus Origenes ſic exponit: *Sunt peccata, quæ ſi ignoranter admittimus, decernitur nobis, credo, & præparatur ex præcepto Dei aliquis locus, vbi ad certum tempus habitare debeamus, ſi qui non voluntaria peccata cõmiſimus: & ob hoc ſecernuntur quædam ciuitates ad refugium, &c.* MIN. Digna ſanè magno authore allegoria, quæ ad animas damnatorum accommodari non poteſt. Horum enim pœna nullo fine circumſcribitur: proinde pertinet ad ſpiritus qui in Purgatorio detinentur. 2.

Ioſue 20. Num 35. Deut. 19. — Num 21. Ioan 3. Matth. 12. — Libro de reſurrect. — Lib contra Fauſtum. — Homil. 8. in Num.

Verùm, Origenes accuſatur, quòd in multis doctrinæ Chriſtianæ capitibus à veritate deflexerit. DOCT. Aſſentior. Sed capita illa in quibus aberrauit, diligenter à Catholicis hominibus notata & caſtigata ſunt. In hoc autem genere nunquam fuit hæc eius ſententia de purgatorio. Igitur non eſt hic hallucinatus: ſed receptam 3.

ceptam communemque totius eruditæ antiquitatis viam ſequutus. Min. Satis mihi facit hæc ratio.

4. Doctor. Sequitur liber Ruth, vbi Noemi ſanctiſsima matrona ſic nurus ſuas ſuper defunctis maritis earum alloquitur: *Faciat vobis Dominus gratiam & miſericordiam, quemadmodum feciſtis cum mortuis.* Quid hac verborum conceptione deſignari putas? Minister. Si addidiſſet, *cum mortuis, cum adhuc viuerent, & vigerent*, locus nihil faceret ad curam pro mortuis agendam: ſed cùm laudatur earum pietas erga mortuos, omnia ſimul officia comprehenduntur; quod ſcilicet & corpora honeſtè ſepelienda curarint, quod eorum memoriam luctu ac ieiunijs condecorauerint, & quòd precatæ ſint pro animarum eorum ſalute. Nam in ijs conſiſtit gratia & miſericordia viuentium in defunctos exercenda. Ruth. 1.

5. Tum autem non oſcitanter expendenda eſt Hebraica locutio. Cùm enim Dauid legatos mittit, qui gratias agant incolis Iabes Galaad, *quod oſſa Saulis & filiorum* eius in acie peremptorum ſepulturæ tradidiſſent, & ſeptem dies pro ſpiritibus ieiunaſſent: appellat id officium, *Facere gratiam cum defuncto Domino & rege ſuo.* Itàque defunctos ſepelire, & pro ijs ieiunare, & precari, (quid enim valet luctus & ieiunium, ni comitem habeat orationem?) eſt facere gratiam & miſericordiam cum mortuis. 1. Reg. 31. 2. Reg. 1.

6. Doctor. His adijce, quod in Nahzor ſanctæ Synagogæ, hoc eſt, in officio pro defunctis, memoriæ proditum eſt. Cùm enim corpora terræ mandantur, Leuita ijs verbis populum admonet: *Congregamini, & præſta[te] vniuerſi opera miſericordiæ.* His autem deſig[nantur] pitæ preces, quæ ſequuntur: *Anima veſtra vita ſempiterna perfruantur. Requieſcat anima ipſius in cubili ſuo in pace. Dormiat in pace, donec veniat conſolator, qui pacem audire faciat, &c.* Quam precandi pro defunctis formulam Spiritus ſanctus a Synagoga ad Eccleſiam Catholicam tranſtulit, vbi ritus ille orandi etiam num hodie viget. Nam cum fidelium corpora terræ committimus, precando dicimus: *Fac Domine, hanc cum ſeruo tuo miſericordiam, vt defunctus ſæculo tibi viuat, &c.* Nihil igitur aliud eſt Hebræis & Chriſtianis, *Facere gratiam & miſericordiam pro mortuis*, quam pro ijs ſuppliciter orare, indeque Purgatorium agnoſcere & profiteri.

HEBRAEI SIMVL ET CHRI-
ſtiani Purgatorium, precesque pro defunctis probant per quatuor teſtimonia deſumpta ex libris Regum, aduerſus 54. 55. 56 & 57. Caluiniſtum.

CAPVT XIII.

Minister.

Parentivs & comminiſtri eius ſcribentes, *ab ætate Moſis vſque ad Chriſti aduentum non extare exemplum, vnde probari poſſit in ſepulturis preces adhibitas fuiſſe pro defunctis*: côſentaneum eſt, vt negent, vllum eius doctrinæ veſtigium apparere in libris Regum, vbi tamen multorum mortes & ſepulturæ commemorantur. Audes, poteſque contrariam ſententiam tueri?

Doct. Poſſum, & quidem ipſis horum librorum conceptis verbis, etiam ſecundum interpretationem veterum Rabbinorum, qui populo Iſraelitico præfuerunt. Eſtne tibi quod huiuſmodi teſtibus hac in re obijcias? Min. Nihil eſt, quandoquidem nulla nobis aduerſus ipſos in hoc tractatu controuerſia eſt, vt ob ſuſpicionem gratiæ, vel odij, iure ſubmoueri poſſe videantur. Adhæc, nemo ex gente Prædicantum dicere audebit, hos à Pontificibus, Monachis, aut Sorbonicis quippiam hauſiſſe, ſicut de alijs impudenter aſſeuerant Huc addo, quod hi proprietatem linguæ ſanctæ melius norunt, quàm alij quiquam ab Hebræis alieni. Poſtremò, ſic in animum induco meum, eos non alio ſenſu [i]nterpretaturos loca Scripturarum, quàm vt à maioribus ſuis, & hi rurſus ab alijs, & Prophetarum diſcipulis acceperunt. Confut. 1.

Doct. Prudenter ſanè, ea quæ ad præmuniendum ſuperiorum teſtium fidem, ſuggeris. Nunc igitur ad ipſa teſtimonia accedamus. Cû Anna Samuelis mater in Cantico ſuo profitetur: *Dominus mortificat, & viuificat; deducit ad inferos, & reducit*, vocabulo *Inferorum*, veteres Hebræi intelligunt ſedem ac domicilium animarum cùm è corporibus migrarunt, quod Purgatorium dicitur; ad quem locum iuſtitia ſua quaſdam caſtigandas deducit, eaſdemque expiatas poſtea pietate & miſericordia ſua inde reducit, & cœlo beat. Min. Appoſitè ſanè, quandoquidem prior verſiculi pars ſpectet ad corpus, cui Deus moriendi legem indixit, & vitæ reducis per reſurrectionem promittit. Po-ſterior 2. 1. Regg. 1. Geneſ. 2. & 3.

Digitized by Google

Rom. 8. ſterior ad animam pertinet, quæ ad infera loca deprimitur, pœniſque piacularibus exercetur, vt à peccatorum ſordibus repurgata cœlo tandem afferatur. Itaque Propheti ſſa vnico verſu, totius hominis ſalutem egregiè complexa eſt.

3. Verùm, Hebræos interpretes adfer in mediũ, vt te facturum recepiſti. DOCT. Rabbi Iſaac Alfeci in Tractatu quem appellat *Ros Haſanah*, capite primo ſcribit: Tria hominum genera ſiſtuntur in iudicio, perfectè iuſti, omninò impij, & mediam ſortem tenentes. Primi ad vitam futuri ſæculi ſcribuntur & obſignãtur. Secundi, perinde ad Gehennam. Medij, quorum paria ſunt merita & demerita, deſcendunt in Gehennam, ibique exſpectantes clamant, & aſcendunt, quemadmodum ſcriptum eſt, *Dominus deducit ad inferos, & reducit.* MIN. Hæc Purgatorium planè deſiderant, nec aliò rapi poterunt.

4. DOCTOR Rabbi Schimeon filius Iochai, author libri *Zohar*, quem etiam laudat Rabbi Rakanati in ſuis ad caput vigeſimum primum Leuitici commentarijs, ſubſcribit ſuperiori interpretationi. Tertius etiam Rabbi anonymus, in Cathena ſeu collectione veterum Hebræorum, quos ſub vnum velut ſignum redegit, ita loquitur: *Dominus deducit ad inferos, ad certum aliquod & definitum tempus: poſtea verò reducit, & aſcendere ex eo loco facit.* Quartus item, qui nomen reticuit, in libro quem Hebræi vocant *Sem Tob*, Tractatu quinto, qui eſt de pœnitentia, cum præcedentibus his verbis conſentit. *Sunt qui deſcendunt in puteum corruptionis, & pro menſura ſcelerum ibi plectuntur. Sunt etiam qui poſtquam pro meritis pœnas luerint, exſcinduntur & pereunt. Sunt qui ad finem vſque anni integri puniuntur, poſtea aliquando aſcendunt, & habitant inter iuſtos.* Ac de his quidem Anna canit: *Dominus deducit ad*
2. Reg. 2. *inferos, & reducit.* Quinto loco teſtimonium dicet magnus ille Rabbi Samai, qui cum tota ſchola ſua, etiam ante Chriſtum noſtrum, eodem cum ſuperioribus modo prædictum Annæ vaticinium interpretatus eſt, vt ſequentes Hebræi teſtantur.

5. MIN. Dum attente ſingula conſidero, video vbique per *Inferos* certum locum in profunditatibus terræ ſitum, deſignari, vbi animæ detineantur; non autem foſſas vel tumulos, vbi corpora defunctorum conduntur, quemadmodum
Marotus, Beza. Caluiniani perperam interpretantur. Deinde, & illud obſeruo, conſtare inter omnes hanc ſententiam, quod ſcilicet animæ poſt ſtatuta tempora inde liberentur ac ſeruentur, quæ ipſiſsima eſt doctrina Catholica de Purgatorio. Denique, perſpicio huc referendum eſſe locum prædictum ex primo libro Samuelis. Quocirca quidquid obganniant & obſtrepant Prædicantes Lemannicolæ, perſuaſio hæc firmiſsimo fundamine Prophetarum, & Patrum, qui ab æuo Moſis vſque ad Domini aduentum in Synagoga vixerunt, nititur atque ſuſtentatur.

DOCT. Ab ijſdem authoribus Hebræis, ad preces fundendas pro defunctis, hæc verba ſapientis matronæ Abigail ad Dauidem, applicantur: *Erit anima Domini cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum:* 6. 1. Reg. 2
ſolummodò futurum tempus indicatiui, optandi modo commutant, vt etiam ipſe Munſterus hæreticus teſtatur & comprobat his verbis: *Sic enim bene precantur manibus defunctis, & tale votum eius tumulo curant inſculpendum: Sit anima eius colligata in faſciculo viuentium.* Annot. in 1. Reg. 29.

MINISTER Sed nominibus ſuis citandi ſunt interpretes Hebræi & authores; nam aliàs Miniſtralis arrogantia & peruicacia non expugnabitur. DOCTOR. Rabbi Rakanati Commentarijs in caput trigeſimum ſeptimum Geneſeos, & Authores operis *Midras Coheleth*, in caput duodecimum, ſuperiorum ſententias de precibus pro defunctis, ex illo loco deſumptis & vſurpatis inter Hebræos, ſuis calculis defendunt. Rabbi anonymus in libro cui nomen *Abkat Rokel*, hunc in modum diſſerit: Eſt iuſti anima, in qua ex peccato eſt aliquid ſordidum relictum. Huius ſpiritus igne lauatur, dealbatur, mundatur, purgatur, innocenſque & mundus ad locum ſuperiorem aſcendit, non aliter vt qui ſeipſum aqua purgat & abluit, quò mundus ſit. Eſt & alius, qui perinde vt expeditus aliquis viator, iter ſuum conficit, ita ille ignem pertranſit, ad hortumque voluptatis peruenit. Cumque id ſit aſſequutus, vt *faſciculum viuentium colligi debeat*, perinde etiam velut curſu quodam citus veloxque hunc ignem tranſit, in quo lauatur & purgatur, vt ſic *ligetur in faſciculo viuentium.* MIN. Hæ quinque probationes ſufficient, & ad inſtruendos dociles, & ad conuincendos peruicaces, quod nimirum priſca gens Hebræorum, ex Scripturis crediderit Purgatorium, & pro animabus illic detentis orauerit. 7.

DOCT. Tertiò, præcipua quadam animaduerſione dignum eſt Officium pietatis, quod mortuis exhibuerunt incolæ Iabes Galaad, quos idcircò Dauid publica legatione collaudari voluit, & exemplo imitari. Cùm enim ad eos miſerrimæ cladis Regis ſui, ac totius 8.

exercitus

exercitus Hebraici iam a perueniſſet, *Planxe-*
..Reg. 1. *runt, & fleuerunt, & ieiunauerunt ſeptem die-*
bus, ſuper Saul, & ſuper Ionathan, & ſuper
populum Domini, eò quòd corruiſſent gladio. Si-
militer Dauid, & commilitones, *ſciſſis veſti-*
bus, planxerunt, fleuerunt, & ieiunauerunt à
mane in veſperam, ſuper Saul, Ionatham, & do-
mum Iſrael, eò quòd gladio concidiſſent, &c.
Qui locus euidenti argumento eſt, quod vetus
ille populus Iſrael ploratu, ieiunio, & preci-
bus (quæ ſemper ijs adiunctæ ſunt) mœrorem
teſtatus ſit in funeribus ſuorum: & Deum ob
ſecrauerit pro eorum animabus. Min. Ita eſt
vt dicis. Nam Dauid miſerabiliter Amnonis &
Reg. 13. 18. Abſalonis filiorum ſuorum facta complorauit;
ſed à precibus & ieiunationibus temperauit,
quòd compertum haberet, eos impiam vitam
morte peſsima finiuiſſe, proindeque nullis am-
plius ſuffragijs iuuari poſſe. Sed cùm vice ver-
ſa, ieiunat ſuper Ionathan integerrimo Princi-
pe, cùm idem officium præſtat ijs, qui in acie
aduerſus patriæ & religionis hoſtes Palæſtinos
occubuerant, illuſtriſsimo exemplo teſtatum
facit, preces & ieiunia viuentium prodeſſe a-
nimabus, quæ in Purgatorio cruciantur.

Verùm, ſi quoſdam conſequentes Hebræos
9. interpretes habeas, non parua ad veritatem ac-
ceſsio erit. Doctor. Non Hebræos modò,
ſed & Chriſtianos veteres in hanc rem allega-
bo. Liber Hebraicus, qui inſcribitur *Scholia*
Beth-Ioſeph, diſertè confirmat preces & ieiu-
nationes pro fidelibus mortuis, tum ex prædi-
ctis locis, tum ex alijs bibliorũ hiſtorijs. Huc
adiungetur Rabbi Ioſeph Alfeci, qui in Tracta-
tu Ros *Aſanah* corroborat hanc doctrinam ſuf-
fragio magni doctoris Hillel inſtitutoris mul-
torum millium in Iſrael, etiam antequam æter-
nus Dei Filius hominem ex Virgine aſſumeret.
Citabo & virum inter Chriſtianos, ante non-
gentos annos præſtantem, ſanctum Dei Preſ-
Lib. 2. expoſit. allegor. in Samuelē. byterum Bedam, cuius hoc iudicium exſtat de
ſuperioribus locis: *Rectè pro mortuis ieiunaue-*
runt, vt ad requiem peruenire valeant.

Min. Eſtne aliquid reſidui, quod adme-
10. tiaris ex libris Regum? Doct. Non eſt cul-
pandus qui in copioſa meſſe aliquod ſpicilegiũ
relinquit. Neque verò ſuſcepi tantum oneris,
vt nihil tacitus prætereram: ſed hoc profiteor
me conſultò nihil omiſſurum, ex ijs quæ ſuper
argumento noſtro ex antiquis notare & obſer-
uare potuerim. Itaque, præter teſtimonia præ-
cedentia, exſtat locus non aſpernandus, in quo
Deus his verbis Regem Ezechiam alloquitur:
4. Reg. 19. *Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam propter*
me, & propter Dauid ſeruum meum. Hæc mag-
no iudicio ponderans, vir inſigni doctrina &
eloquentia Chryſoſtomus, diligenter expen-
dens vim & poteſtatem huius oraculi, tales in-
de concluſiones elicit: Fas & pium eſſe, dum Hom. 69. ad populũ Antioch.
id ratione ac modo fiat, lacrymis funera defun
ctorum decorare, & eorum dulciſsimam con-
ſuetudinem triſti recordatione deſiderare. *O-*
rantes, inquit, *& alios precantes, vt pro eis de-*
precentur, pro eis pauperibus largiẽtes continuè.
Cui ſententiæ ſuæ pondus aſtruit ex ſuperiore
loco. Deus dixit, *Protegam hanc vrbem propter* 4. Reg. 19.
me, & propter Dauid ſeruum meum. Si ſola me-
moria iuſti hominis, tantam vim habet, quid
de operibus ſentire par eſt? Nec temerè conſti-
tuerunt Apoſtoli, vt in ſacris atque tremendis
myſterijs mentio defunctorum adijciatur. Si-
quidem probè norant magnum inde commo-
dum atque emolumentum in eos redundare.
Si iuſti (inquit) memoria duntaxat tantum po-
tuit, cùm & opera pro ipſo fuerint, quantum
non valebit? &c. Quid iam de re tota tibi vi-
detur?

Min. Primùm, quantumuis perfrictæ fron- 11.
tis Prædicantes confiteri coguntur, has ad po-
pulum Antiochenum homilias eſſe magni illi-
us & facundiſsimi Chryſoſtomi, qui ante an-
nos mille ducentos Patriarchatum Conſtanti-
nopolitanum, & Græcas Eccleſias huic ſubie-
ctas adminiſtrauit. Secundò, non poſſunt infi-
ciari, quin iam tum in vniuerſo Oriente mos
inualuiſſet orandi & offerendi pro ſalute fide-
lium defunctorum, idque eo tempore quo Cal-
uinus & Beza fatentur, puram & Apoſtolicam
doctrinam per omnes orbis Eccleſias floruiſſe.
Tertiò, ne hoc quidem reliqui fiet eorum im-
pudentiæ, vt negent hanc eſſe traditionem A-
poſtolicam, ſi quid credendum putant non
modò Liturgijs Iacobi, Marci, Clementis, ac
Dionyſij, in quibus oblationes fiunt pro de-
functis, nedum Chryſoſtomi; qui ſumpto à
minori ad maius argumento, etiam è quarto
libro Regum hanc religionis Chriſtianæ par-
tem exponit & confirmat.

LIBER TOBIAE SANCTVS

& canonicus cenſeri debet: in eoque commen-
dantur eleemoſynæ pro defunctis: contra 58. &
59. errorem.

CAPVT XIV.

Doctor.

VEnio nunc ad librum Patriarchæ Tobiæ, in
quo iubentur eleemoſynæ pro defunctis,

Purga-

Digitized by Google

Purgatorij contemplatione. MIN. Prius eſt vt euincas hunc librum inter ſacros & canonicos referri debere: nam Geneuani Miniſtri in omnibus Biblijs ſuis tam Gallicis quàm Latinis, eam hiſtoriam apocryphis voluminibus connumerant. Sed & Munſterus, & Iunius, & Tremelius, totum opus illud è Biblijs ſuis exterminant. Aretius appellat, *librum extra canonē*. Parentius Marommiſta ſcribit: *Liber iſte Tobiæ eſt apocryphus, vt Hieronymus & alij atteſtantur*. Didicerunt hanc cantilenam à præcentore Flaccio Illyrico, in Antuerpienſi confeſsione, & Chemnitio in Examine Concilij Tridentini.

In paradoxis. *Pag. 13. 117. 118.*

Confut.

1. DOCT. Non difficulter aſtruere poſſum contrariam ſententiam, & has obiectiones ſoluere. Primum enim D. Auguſtinus, qui eodem tempore vixit, quo Hieronymus & arctiſsima neceſsitudine cum eo deuinctus, in librorum canonicorum catalogo citra vllam hæſitantiam hoc opus Tobiæ reponit, & quidem pari gradu quo librum Iob, de cuius authoritate Miniſtri non dubitant. Idem, in concilio Carthaginenſi tertio, decreta illius ſyngrapha ſua, cum reliquis patribus Africanis comprobauit. Præterea, in ſuis ſcriptis frequēter laudat hunc librum, tum ad fidem firmandam, tum ad mores Chriſtianorum componendos; nec vllo delectu aut diſcrimine ſegregat eum à cæteris, qui omnium conſenſu pro canonicis habentur.

Libro 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. *Can. 46.* *Epiſt. 102. 111.*

2. Prudentius excellens Poeta Chriſtianus, quem & Hieronymus plurimi facit, verſibus ſuis hiſtoriam Tobiæ complexus eſt, eoque authore vtitur, ad comprobandas cæremonias, quæ in exſequijs defunctorum ſuſcipiuntur.

Hymno pro exequijs defunctorū.

3. D. Ambroſius eum teſtem adhibet in confirmationem doctrinæ: quin & commentarios in eum librum ſcripſit: vocatque librum Propheticum, & ipſum Tobiam.

Lib. 1. de Tobia.

4. Phoſbadius Agennenſis ab eodem Hieronymo in ordinem ſcriptorum nobilium & eccleſiaſticorum relatus, probat contra Arrianos, nomen *Subſtantiæ* in ſacris ſcripturis reperiri, prolatis in eam rem duabus ex libro Tobiæ ſententijs.

Lib. de fide contra Arrianos.

5. Athanaſius magnus eundem librum in teſtimonium citat, in Apologia ſua ad Conſtantium, ſummum Arrianorum defenſorem.

6. Optatus Milenitanus vim ac energiam Baptiſmi aduerſus Donatiſtas adſerit huius libri virtute & authoritate.

Lib. contra Parmen.

7. Origenes ijs omnibus ætate ſuperior, ait quidem hoc opus à Iudæis pro canonica Scriptura non admitti: ſed continuò ſubijcit, in concionibus ac lectionibus publicis, ab Eccleſia Chriſtiana ſolere explicari: quæ prærogatiua ſolis libris canonicis tribuitur.

Epiſtol. ad Africanū. *Hom. 17. in Num.*

8. Cyprianus martyr hunc librum citat, libro tertio contra Iudæos; eumque ſæpè nominat Scripturam Diuinam, & profectam à Spiritu ſancto.

Serm. de eleemoſ. de orat. pro mort.

9. Alexander Papa & martyr in Epiſtola ad Orthodoxos: Anacletus Papa & martyr, in prima Epiſtola ſua: denique Clemens Pauli cooperator, Petri ſucceſſor, ſimiliter Papa & martyr, in Epiſtola prima, librum hunc inter alios libros Prophetarum annumerant, tanquam eiuſdem ſanctitatis & authoritatis apud Chriſtianos. Quid ad iſta reſpondendum putas?

10. MIN. Teſtes attuliſti & ætate antiquiſsimos, & authoritate grauiſsimos, & vita moribusque ſanctiſsimos, quorum æuo poſtremus Auguſtinus, Hieronymo æqualis, certè ſynchronus fuit: ac proinde potior eſſe debet talium totque virorum authoritas, quam quidquid contrà tota Miniſtrorum & ſatellitum cohors opponat. Porro hi omnes conſentientibus ſuffragijs Hiſtoriam Tobiæ v[illegible] ſacroſanctum Dei verbum recipiunt, a[illegible] ſanctum, honorant: quapropter extremæ d[illegible]entiæ eſt ſecus cogitare, credere aut pronunciare.

11. Sed cuperem ſcire ſi præter Origenem, alij Græci parem huic libro reuerentiam cum Latinis detulerint? DOCTOR. Non modio, neque trimodio, teſtes admetiar, ſed (vt Comicus ait) toto horreo centum & quinquaginta ſimul dabo, qui ſextum generale Concilium Conſtantinopolitanum tenuerunt. nam hi vna voce ratos eſſe decreuerunt omnes actus tertij concilij Carthaginenſis: ac proinde, librum Tobiæ tanquam canonicum admiſerunt, vt prius fecerant Africani.

12. MIN. Nihil comminiſci poſſum, quod contra regeratur. Sed quo flexu declinabis illud telum, quod Hieronymi lacertis intentatur? DOCT. Primùm hunc murum aheneum interponam, cuius præſidio periculum omne pro pulſetur. Illud diſcrimen quod inter libros canonicos & apocryphos conſtituitur, nequaquam ex arbitratu ſingularis cuiuſdam Patris aut doctoris pendere, ſed ex cōſenſu totius Eccleſiæ Catholicæ. Quo poſito, tametſi verum eſſet quod de vnius Hieronymi iudicio Miniſtri prætendunt, tamen non ideò cauſam obtinerent: ſiquidem demonſtrauimus, librum illum Tobiæ relatum eſſe inter ſanctos & canonicos ab Eccleſia vniuerſali, & ante, & poſt ætatem

tatem ipſius D. Hieronymi. Deinde, nec generaliter accipienda ſunt verba eius, cùm negat: *Hunc librum ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam allegari oportere:* ſed reſtringi debent ad concertationes aduerſus Iudæos, qui cùm eum intra canonicas Scripturas non recipiant, ſitque diſputatio munienda ex principijs de quibus inter partes conuenit, non poſſunt conuinci authoritate huius (*Præfat. in Tobiam.*) ſcripti, quemadmodum Moſis, Dauidis, Iſaiæ, & Prophetarum aliorum, quos citra controuerſiam admittunt. (*Præfat. in lib. Regũ*) Poſtremo, idem Hieronymus alibi teſtatur ſe hunc librum Chaldaica (*Præfat. in Daniel.*) lingua ſcriptum reperiſſe: non eſt igitur nuperùm, nec à Græcis, nec à Latinis confictus; ſed eodem tempore conſcriptus eſt, quo vixit Tobias; imò, vt multorum Theologorum ſententia eſt, ex officina eiuſdem ſanctiſsimi Patriarchæ & Prophetæ prodijt. Quin & Hebræi hoc opus, ijs quæ Hagiographa nominant, mancipanrunt, hoc eſt, inter ſacra ſcripta retulerunt, quo in genere ſunt libri Danielis, Iob, Dauidis, Salomonis; quos Canonicos eſſe nemo negauerit. Denique, cùm cenſuram eorum à quibus non recipitur, appellat *iudicium Phariſæorum*, & melius eſſe iudicat eorum diſplicere iudicio, &c. ſatis indicat ſe non ſtare ab eorum partibus; ſed malle ſequi iudicium, & obſequi ſtudio ſanctorum Epiſcoporum, qui ab illo petierant, vt opus illud Latinitate donaret, quò legi à ſe, & publicis lectionibus explicari poſſet.

13. *DOCTOR.* Quadruplici reſponſo nodum expediſti, nec dubito quin his æquiſsimis euidentiſsimiſque rationibus omnes piæ mentes libenter acquieſcant. Me quidem vltrò vinci volentem facilè mouent, vt manum herbamque porrigam. Venit præterea mihi in mentem Conrardvs Pellicanvs, vir pene inter Helueticos Miniſtros ſummus, qui in principio Commentariorum ſuorum ad Tobiam, Iudith, Baruch, & cæt. ita de ijs ſcribit: (*Præfat. ad Lectorem.*) *Hi libri perperam apocryphi, rectius autem Eccleſiaſtici ſunt appellati.* Quod & paulò poſt conſtantius aſſeuerat, dicens: *Hi libri ſic ſemper Eccleſiaſtici, & Biblici habiti ſunt, vt in Eccleſia Catholica, ab Apoſtolorum temporibus fuerint cum multa reuerentia lecti; licet non vt canonici in authoritatem prolati aduerſus Iudæos.*

DOCTOR. Non poſſunt expreſsius in canonem referri, quàm ab hoc Miniſtro factum eſt. Omnes enim ferè notas complexus eſt, vnde Scriptura Canonica meridiana luce clarius deprehenditur.

14. (*Com. in cap. Tob.*) Min. Idem nominatim de Tobiæ libro diſſerens, teſtatur ex ipſa dictione & materia operis clarè perſpici ſcriptorem à Spiritu ſancto inſpiratum, vereque Prophetam fuiſſe: quod ſi quis eum negauerit eſſe tantæ authoritatis, vt ad firmandam fidei doctrinam valere debeat, id ad Iudæos duntaxat pertinere, ſicuti ſupra docuiſti.

15. Videntur etiam Miniſtri Tigurini, Bernenſes, Baſileenſes, alijque de gente Zuingliana, tacito pacto aduerſus Caluinianos comprobaſſe Pellicani ſui iudicium, cùm multoties apud ſe curauerint ſuperiores Commentarios (*1538. & 1582.*) Pellicani typis mandandos, nec quidquam in ijs vlla reprehenſionis cenſura notauerint. Hoc itaque contra priorem errorem ſufficienter demonſtrato, librum Tobiæ ſanctum & canonicum cenſeri oportere: ſupereſt, vt probes aduerſus alterum, quod eleemoſynæ pro defunctis illic fieri præcipiatur, ac proinde doctrina Purgatorij ſanciatur. Doctor. Illic ſcribitur quod pius ille Patriarcha Tobias ſenior, opinione ſua morti proximus, filium ad ſe vocarit, & inter alias adhortationes hoc in mandatis illi dederit: *Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* (*Tobiæ 4.*) Attentus lector facilè aduertet, his verbis non contineri ſimplicem admonitionem exercendæ benignitatis erga viuentes, vt ineptiſsime annotant in Biblijs ſuis Gallicis Miniſtri Geneuenſes: ſiquidem paulò prius ſatis multis verbis hoc ei præceptum iniunxerat: *De facultatibus tuis fac eleemoſynam. Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Quomodo poteris, eſto miſericors. Si abundaueris, abundanter tribue, & cæt.* Supereſt igitur, vt locus accipiatur de donario quod offertur Deo; tum de eleemoſyna, quæ pauperibus erogatur in gratiam piorum defunctorum.

16. Minister. Legi quædam ſcripta Geneuenſium, vbi præceptum hoc interpretantur de cura ſepeliendi mortuos. Sed verba illa nullo modo hoc interpretamentum admittunt. Neque enim niſi detorto ſenſu, adaptari poſſunt *Super ſepulturam iuſti*, quàm ad eum qui iam ſepulchro conditus eſt. Proinde, euidenti certaque ratione conſequentiæ colligitur, hoc iuſtum referri ad oblationes & eleemoſynas erogandas pauperibus, vt obtineatur pax & requies defunctis fidelibus. Doctor.

Digitized by Google

CTOR. Adde, quòd præpoſitio GNAI, 2.Reg 1.
Super, tantum valet, atque, *In gratiam iuſti ſepulti; propter iuſtum ſepultum*: atque hoc intellectu ſolet accipi etiam ab ipſis Caluinianorum Miniſtris in hoc loco: *Doleo ſuper te mi frater Ionatha.* Id quod argumento eſt, non incommodè locum ita reſolui ac explicari: Conſtitue panem & vinum ad offerendum DEO. Deinde, ad elargiendum pauperibus in gratiam iuſtorum. Quod quid aliud eſt, quàm eleemoſynas, precationes & oblationes pro defunctis fieri velle; & per conſequens agnoſcere, quod bene facta viuorum defunctis ad ſalutem plurimùm conducant ac iuuent.

17. MINISTER. Suntne tibi ad manum interpretes non ſuſpecti, qui locum ſic intelligendum docuerint? DOCTOR. NICOLAVS LYRANVS, vir etiam Lutheri,
Lyranus. Oecolampadij, Munſteri, & aliorum Miniſtrorum iudicio, ob eximiam linguæ Hebraicæ peritiam, & literalis Scripturarum ſenſus obſeruantiam, numerandus, ducentis & quinquaginta annis, ante litem ſuper hac re motam, ita ſuperius nominatum Tobiæ præceptum expoſuit: Intelligit hic Tobias, quòd in morte iuſtorum paſcendi ſunt pauperes, pro animabus eorum.

MINISTER. Requirebam teſtes omni æuo vetuſtiores. *DOCTOR.* AMBROSIVS
L 8. com. ante duodecim ſæcula, non ſolùm ita locum
in Lucam. intellexit, verum etiam iudicauit eſſe figuram aut præſagium eius oblationis, quam Chriſtiani pro defunctis facturi erant. ea in re quam lector fidelis per ſe intelligit; infidelis noſſe non meretur. Quibus verbis ſancti ac veteres patres illi adumbrarunt Sacrificium incruentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod in Miſſa pro viuis & defunctis diebus ſingulis offerimus. *MINISTER.* Hic articulus ſatis enucleatè pertractatus eſt, veniamus nunc ad alium.

ETIAM EX LIBRO BEATI *Iob Purgatorij doctrinam ſancti Patres comprobarunt: aduerſus errorem ſexageſimum.*

CAPVT XV.

DOCTOR.

CVm multa alia ſint loca & argumenta in libro Iob, quibus Eccleſia Catholica ſuffragia pro defunctis, ac proinde Purgatorij doctrinam firmare ſolet, impræſentiarum vnum duntaxat adferam, quo ad eam conſtabiliendam ante mille & ducentos annos vſus eſt vir ab elegantia dictionis & præſtantia facundiæ nomen ſortitus Chryſoſtomus. *MINISTER.* Legi equidem Commentarios Borrhaij, Brentij, Oecolampadij, denique centum & quinquaginta nouem Gallicos Sermones Caluini ad hunc librum Iobi, ſed tantùm abeſt vt id fateantur, vt contrà, nihil æquè ſibi oppugnandum exiſtiment.

DOCT. Author huius libri, ſiue Moſes, ſiue Confut.
Iob ipſe fuerit, teſtatur eum ſanctum Patriar- 1.
cham & Prophetam ſolitum fuiſſe ſingulis diebus offerre holocauſta pro numero ſuorum liberorum, ne peccarent, aut maledicerent Deo in cordibus ſuis, hoc pacto ſanctificans eos Nónne hoc inſtituto declarabat, quàm ſibi cordi eſſet, vt filij ſui ſiſterent ſe puros & inculpatos Deo viuenti? Nonne præ ſe ferebat pluſquam paternam ſollicitudinem in procuranda eorum ſalute? MIN. Ita quidem tantiſper dum filij in terris viuebant. Sed nihil adhuc audio, quod à pio parente poſt eorum mortem geſtum eſſe dicatur. DOCT. Suſflaminandus es. Nimium enim feſtinas. Audi Chryſoſtomum quaſi quodam penicillo horridam illorum cladem, Patriſque mi- Hom 3. de
ſerandam calamitatem, & in colligendis hinc patientia
inde inter macerias filiorum artubus, conden- Iob.
diſque terræ, acerbam mœrorem deſcribentem. *MINISTER.* Eſto. Sed hoc officium pietatis ad corpora, teſtandamque reſurrectionis ſpem attinebat. Verùm, cardo diſputationis noſtræ in eo vertitur, An ſit licitum ac vtile, pro quiete animarum offerre, atque precari. Quod ſymbolum adfert hic Iobi locus ad eam rem corroborandam.

DOCTOR. Iam ante docuimus, cæremonias
funerales, lamentationes, & ieiunia Patrum ſu- 2,
per ſepulturas corporum coniuncta fuiſſe cum
feruidis

feruidis, humilibus, & deuotis precibus ad Deum pro pace & ſalute animarum. Hoc poſito, nefas eſt dubitare, quin tam pius pater impenſiſsima cura pro ſpiritibus orauerit, & miſericordiam Diuinam pro animabus tam ſuorum decem liberorum, quàm totius familiæ, quos eadem ruina pariter oppreſſerat.

3. Min. Veriſimili præſumptione nituntur quæ dicis: ſed clariorem & certiorem probationem deſidero. Doct. Duos ab eodem authore locos in medium tibi adfero. Primùm enim Chryſoſtomus ait: *Fer opem ijs qui migrant è vita, neque eorum memoriam intermittas. Nā ſi Iobi liberos ſpiritus hoſtia expiabat, dubitare ne ipſe poteris, nobis pro ijs qui deceſſerunt, offerentibus, ſolatij nihil illis ipſis adferri?* Min. Adhortationem audio ad orandum & offerendum pro defunctis, eamque nixam exemplo beati Iobi, argumentoque ductam à minori ad maius.

Catena Græca in Iob cap. 1.

4. Doct. Iterum ſcribit idem Chryſoſtomus: *Quantū fieri poteſt, iuuetur* (anima defuncti) *non lacrymis, ſed prece ſupplicationibus, eleemoſynis, oblationibus.* Non eſt temerè hoc excogitatum, nec fruſtra memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus pro illis Agnum illum peccata mundi tollentem deprecantes, vt ijs aliquod ſolatium & alleuamentum impartiri digneur. Nec idonea ratione caret, quod is qui ad altare diuina ſacrificia peragit, in tremendis myſterijs ſolet mortuorum agere commemorationem *Oramus te Domine, pro omnibus ijs, qui morte dormiunt in Chriſto, &c.* Paulò poſt exemplo Iobi propoſitum ſuum ſic tuetur: *Nam ſi Iobi liberos patris victima purgauit, quid dubites è nobis quoque ſi dormientibus offeramus, ſolatij quiddam acceſſurum? Ne ergo defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipſis offerendo, communis orbis victima preces ſunt, &c.* Nonne hoc eſt viuos hortari ad preces pro defunctis fundendas? Idque ex Iobi hiſtoria firmatum? Cedo nunc quid ea de re ſtatuendum exiſtimes.

Hom 41. in 1. Corinth.

5. Min. Mihi quidem negari poſſe non videtur, quin beatus ille Chryſoſtomus, ac proinde tota Græcia cuius erat Patriarcha, iam tum orare, offerre, ac eleemoſynas publicè erogare conſueuiſſet pro requie & ſalute defunctorum. Hoc autem non faciebant pro ijs, qui vel felicitate Paradiſi fruebantur, vel ſempiternis Inferorum cruciatibus addicti erant. reſtat igitur tertium genus eorum, qui in intermedia purgatorij ſede temporalibus pœnis expiantur. Deinde, etiam illud cogito, non tunc primùm doctrinam hanc excogitatam fuiſſe, ſed acceptam ab antiquis, lateque per vniuerſum orbem Chriſtianum, à viuis Apoſtolorum (vt ait alibi) vocibus & inſtitutis diffuſam ad poſteros permanaſſe. Denique, eandem video veteris ac noui Teſtamenti Scripturis, (quas tam Chryſoſtomus, quam alij citant) corroborari: iccircò illi, vt Apoſtolicæ traditioni, immò & Propheticæ diuinæque doctrinæ penitus acquieſco. Habes animum meum ſine fuco & fallacijs: vnde conijcere potes etiam me tacente, quid de ſeductore Caluino, & ſeducta gente eius ſentiam: Accedamus ad Pſalmos Dauidis.

ANTIQVI TAM HEBRAEI, *Græci, quàm Latini, rectè & ordine doctrinam Purgatorij quinque locis Pſalmorum Dauidis firmauerunt: aduerſus 61. 63. 64. & 65. errorem.*

CAPVT XVI.

Minister.

Legi commentarios Buceri, Muſculi, Brentij, Pomerani, Pellicani, Caluini, VVeſthameri, & rhapſodias Marlorati ad Pſalmos Regij Prophetæ Dauidis, ſed tātum abeſt vt ibi mentionem Purgatorij reperire ſe fateantur, vt contra, maledictis & conuitijs eos proſequantur, qui libri huius authoritate hanc doctrinam tuentur. Doct. At ego voluens monumenta ſanctorum Brunonis, Caſsiodori, Remigij, Gregorij, Rufini, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Baſilij, Theodoreti, Hilarij, Arnobij, Origenis: aliquot item Rabbinorum Iſraelis; obſeruaui quinque ad minimum locis, illam non obſcurè ſignificari, quos breuiter tibi proponam.

Primus locus eſt, cum Propheta toto pectore ſemel & iterum Deum precatur: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Hæc enim verba ſic exponunt Gregorius, Auguſtinus, & Ruffinus, triga lectiſsimorum virorum, vt per furorem, quæ breuis eſt animi paſsio, pœnas Purgatorij per iram, quæ diu reſidet, inferorum tormenta deſignari docerent: quibus Propheta in alio ſæculo liber & immunis eſſe deſiderat, puniri verò tantiſper dum in viuis ageret, vt ſalutari caſtigatione monitus officijs, ſanet offenſas, & pœnitentia culpam emendet. Gregorius ita ſcribit: *In hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne*

Confut. 1. Pſalm. 6. & 37.

Comment. in Pſalm. Pœnitent.

Digitized by Google

ignè non opus ſit.] Auguſtinus iſta paraphraſi vtitur: Quoniam ignis ille tranſitorius intolerabilior eſt omni pœna vel tribulatione præſenti, deprecor ne vel æterna damnatione puniar, vel purger in ira temporariæ correptionis.] Ruffinus, Caſsiodorus, Bruno, Lombardus, eandem prorſus interpretationem ſequuntur: & omnibus his antiquior Origenes eadem ſenſit.

2. MIN. Habes ex Hebræis, qui patrocinentur? DOCT. Rabbi DAVID Kimhi ſuperiorem textum ſic interpretatur. Quanquã intelligeret Dauid ob peccatum pœnam ſibi inflictam, eamque recepiſſet in hac vita, adhuc tamen de eo anxius & ſollicitus erat, eſsétne peccatũ omninò abſterſum atque deletum in hac vita: anne etiam in futuro ſæculo pœnam aliquam Purgatoriam deberet ſuſtinere. MIN. Hic admirabilis conſenſus & concentus tam diſparium Doctorum, perquam mihi ſatisfacit. Perſequere reliqua.

R. Dauid. R. Kimhi.

3. *Pſ. 48.* DOCTOR. Dauid ſcribens, *Verum tamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me*, de Purgatorij loco inferius conſtituto loquitur. Nam cùm ſatis exploratum haberet, animas damnatorum nulla redemptione liberari, per hæc verba *de manu inferi*, notauit locum illum profundum, tenebroſum, pœnis expiatorijs plenum: à quibus ſeſe redemptum iri confidit, ſi eò vnquam deuenerit. MIN. Quem habes iſtius ſententiæ ſuffragatorem? DOCT. Ex Latinis Caſsidorum, qui poſt Auguſtinum & Ruffinum, hunc locum exponit de Chriſti deſcenſu ad inferos, vnde animas priſcorum Patrum de ſinu Abrahæ, vt & de Purgatorijs doloribus plurimos eduxit. Ex Græcis, Baſilius & Theodoretus interpretantur de liberatione à ſupplicio poſt hanc vitam; quod pœna eſt Purgatoria.

4. *R. Menach.* Sed & priſci Hebræi ſic crediderunt, ſic docuerunt. Etenim Rabbi MENACHEM *Zerath* hac vtitur paraphraſi: Redimet ac liberabit Deus animam meam de manu inferi, & recipiet me ad ſe in vitam æternam.) Rabbi RABVENAKI adhuc apertius ſcribit: Redimet, & ſaluabit me, ne eò deſcendam: atque adeo ſi ob admiſſum peccatum eò venero, ipſe pro ſua miſericordia poſt aliquod tempus liberabit me.) MIN. Certè priores & poſteriores verſiculi ſatis oſtendunt Pſalmiſtam loqui de ſtatu animarum poſt hanc vitam. Proinde, cum nefas ſit de Dauide ſuſpicari, eum timuiſſe pœnas damnatorum, neceſſe eſt ita mentem eius interpretari, vt locutus ſit de animabus, quæ ad tempus relegantur in carceres, & tormenta Purgatorij: quemadmodum illi veteres & eruditi interpretes aſſeuerauerunt.

5. *Pſ. 65.* DOCT. Tertius locus in quo Regius vates teſtimoniũ de Purgatorio perhibet, iſte eſt: *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Loquitur enim ſub perſona Sanctorum, qui iam in Paradiſum peruenerunt, tam per huius ſæculi calamitates, quas præſenti fortique animo pertulerunt: quàm per formidabiles flammas, ardores, aliaq; ſupplicia Purgatorij, quibus exerciti, & tanquam aurum in fornace purgati fuerunt.

6. MIN. Lutherus, Bucerus, Muſculus, Caluinus, aliiq; Prædicantes, hanc expoſitionem deriſione traducunt. DOCT. Ecquid cùm tam impuris ſannionibus agas, qui vel conſulta malitia ſelectos Spiritus ſancti famulos contemnunt: vel ſtupida ignoratione occæcati non aduertunt eam ab antiquis patribus Græcis & Latinis hauſtam ac delibatam eſſe? AMBROSIVS namque aquæ Baptiſmum intelligit, quo ſacramento Chriſtianos omnes in hac vita oportet inſignari: per ignem verò declarari putat acerbos cruciatus, quibus in alio ſæculo expiantur, qui dum in terris eſſent, fructus pœnitentiæ dignos non peregerunt. Hîc per aquam abluuntur peccata inquit: illic per ignem exuruntur. PAVLINVS Ambroſij amicus, de meliore nota, Auguſtino autem & Hieronymo familiariſsimus, hunc intellectum conſtanter eſt ſequutus.

In Pſ. Ser. 36. in Pſal. 118. Epiſt. 9.

7. *Hom. 25. in Num. 1. Cor. 3* Et ne Græcos prætermittamus, ORIGENES multis ante temporibus, ſic viua voce per orientem docuerat: & poſt modum ſcriptis eãdem doctrinam conſignauit. Firmatque ſententiam iſtam authoritate Pauli ſcribentis, Quoſdam ſaluos fore quaſi per ignem, poſtquam detrimẽtis & cruciatibus perfuncti fuerint, &c. Nonne hæc tam ſeria, tamque grauium interpretũ doctrina, impudentibus leuiſsimorum hominum ſarcaſmis & ſcommatibus debet anteponi. MIN. Neminem inficiaturum arbitror, in quo aliqua iudicij tanquam ſalis mica reliqua fuerit.

8. *Pſ. 85.* DOCT. Quartus ex Dauide pro Purgatorio locus eſt iſte. *Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum; quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* MIN. Quid per hunc infernum inferiorem intelligit? DOCT. Beatus BRVNO religioſiſsimorum Carthuſianorum Patriarcha, ante quadringentos annos, docuit his verbis carcerem Purgatorium deſignari, vel ratione Limbi patrum, vel reſpectu iſtius terrarum orbis. Vterq; enim locus Purgatorio eſt altior & ſuperior. Quod vt aſtruat,

Com. in eundem Pſal.

aſſeruat, authore vtitur Auguſtino, & id quidem
In eun- iure. Nam eximius doctor ille, poſt aliquas ex-
dem. cuſationes religioſas, tandem ita ratiocinatur:
Vnde infernum inferius, niſi quia eſt infernum
ſuperius?) Dominum autem eò deſcendiſſe, at-
que inde (.i. Limbo & Purgatorio) ſeruorum
animas exemiſſe teſtatur: cui ſententiæ clariſſi-
mus Senator Caſsiodorus aſſentitur.

9. MIN. Non eſt igitur vnicum & ſolum (vt
Caluiniani garriunt) inferni habitaculum, ex
quo nulli vnquam emergant? DOCT. Imo ve-
R. Me- rò, vt etiam hæ voces *Inferi, inferna, inferos,*
nachē. indicant, & tam Hebræi quàm Græci & Latini
R. Meir ſcriptores ex hoc Dauidis loco & alijs ſimili-
R. Ioſue bus rectè colligunt, plura receptacula, plures
R. Ba- carceres atque cauernas, vbi miſeræ animæ pro
chaiai.] ratione flagitiorum pœnas expendant. Eſt enim
locus deſtinatus ſupplicio dãnatorũ in æternũ.
Eſt certa ſedes ad tempus relegatis, .i. Purgato-
rius locus. Eſt denique Limbus ſeu Sinus Abra-
hæ, in quo aduentum Meſsiæ expectabant. Hæc
porrò tria loca generali & plurali nomine In-
ferorum ſæpe comprehendũtur. Dicuntur autẽ
ſuperiora vel inferiora quatenus propiore vel
lõgiore interuallo diſtant à centro terræ, in quo
depreſſæ ac demerſæ in profundo abyſſorum
gurgite atque puteo deſperantes gemunt repro-
batorum animæ. Proinde, Limbus patrum, ſiue
Sinus Abrahæ altior eſt Purgatorio, Purgato-
rium altius Inferno, damnatorum mediam ſe-
dem occupat inter hoc & illum. Id quod pru-
denter aduertens Dauid in allegato verſu, ac
mente præſagiens futuram requiem, quâ ſtatim
poſt mortem obitam fruiturus erat, gratias a-
git Deo, quòd animam ſuam ex eo loco libera-
uerit, qui infra hanc terram, ipſumque Sinum
ſeu Limbum ſitus eſt, nimirum ex Purgatorio,
grauiſsimorum tormentorum referto, vt quie-
Luc. 16. tem & ſolatium vnà cum Abrahamo & alijs ſan-
ctis obtineret.

10. MIN. Hæc interpretatio pulchrè mihi cõgru-
Gē. 44. ere videtur cum alijs innumeris Scripturis, vbi
3. Reg. mentio occurrit Inferorũ numero multitudi-
8. nis, propter eorũ diuerſa tabulata & receptacu-
Iob. 7. la, quæ in regionibus illis inferioribus exiſtũt.
Prou. 2. Deinde, cùm Inferi opponũtur cælis, in quibus
Eccl. 9. iuxta Domini pronunciatum, *manſiones multæ*
Ioel. 2. *ſunt:* conſequens eſt, vt aliquot & diuerſa ſint in
Iob. 14. inferis diuerſorum ſuppliciorum loca. Accedit
Luc. 16. quod in Euangelio refertur, procul cõſpectum
fuiſſe ab anima Diuitis patrem Abrahamum, &
vnà cum eo Lazarum tanquam in ſedibus &
tabulatis valde diſsitis. Proinde ſinium regun-
dorum ratio in diſtinguendis Inferorum ſtatio-
nibus, authorem habet Scripturã ſacrã, quæ eſt
verum Dei verbũ: & ſuperior ille Dauidis lo-
cus de ſuperiore & inferiore inferno, non niſi
congruè & appoſitè à patribus pro Purgatorio
profertur atque laudatur.

DOCT. Cedo Caluinianorum de hoc Daui- *11.*
dis loco interpretamentum? MIN. Vim adfert
textui, & eſt impietatis plenum. Cùm enim *In-*
ferni inferioris vocabulo, nihil aliud indicari
ſcribant, niſi ſepulchrum, & corporum mortuo-
rum conditorium, vim & emphaſin comparati-
ui *Inferioris* eneruant, & funditus ſubuertunt.
Deinde, nemo pius illis aſſentitur, Animas im-
mortales, de quibus ſub perſona propria
Dauid dicit, *Eruiſti animam meam,* vnà cum
corporibus in ſepulchris ſepeliri. Quapropter
cum expoſitio Bezana & Caluiniana abſurdum
& impium contineat: Catholica verò intelle-
ctum maximè proprium, Scripturis conuenien-
tem, & antiquorum ſenſu fundatum, non eſt
quod vltra dubitemus, quin Dauid de Purgato-
rio ſit vaticinatus.

DOCT. Quinteus de eodem ſententia eſt. *12.*
Quis eſt homo qui viuet. & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi? *Pſ. 88.*
Hanc enim Hebræus Rabbi MENAHEM huiuſmodi expli- *Lib. Ce-*
cat paraphraſi, quæ non niſi de Purgatorio ca- *dab.*
pi poteſt: Redimet ac liberabit Dominus ani- *lade-*
mam meam de manu inferi: & recipiet me ad *reth.*
ſe in vitam æternam.) Rabbi RABVENAKI ad-
huc diſertioribus & apertioribus verbis in
hanc rem noſtram vtitur dicens: Neceſſe eſt ve-
nire in infernum, ad deradendum & expurgan-
dum inquinamenta tranſgreſsionum, quas fece-
rit homo, donec mundetur, & aſcendat in lo-
cum quietis ſuæ.) MIN. Præclara ſanè interpre- *In Pſ.*
tatio Hebræorum, & quæ maximè ad confirma- *65.*
tionẽ facit Purgatorij. Nam ſi Deus eruit quaſ-
dam animas de manu inferi, vt vitam beatam
eis impertiatur; eas liberat qui ſunt in inferno
Purgatorio, & non quæ in reprobatorum gur-
gite. Deinde, ſpiritus qui repurgantur & emun-
dantur, vt in locum quietis aſcendant, non poſ-
ſunt eſſe alij, præter eos qui relegantur ad Ere-
bi pœnas expiatorij.

Habesne Chriſtianos interpretes, qui cum *13.*
Hebræis hac in re conſentiant? DOCT. Habeo *In Pſ.*
inprimis magnum Antiſtitẽ AVGVSTINVM *88.*
ad hunc locum ita ſcribentem: Ille (Chriſtus)
qui eruit animam ſuam de manibus inferni, ip-
ſe eruet animas fidelium ſuorum: ipſi ſe eruere
non poſſunt. MIN. Satis eſt. Hic vnus mihi eſt
inſtar omnium, huic doctrinam tenear, ſiue fi-
dem quà excelluit. Quocirca coniectum Locũ

Digitized by Google

negotium eſt: & perſequi potes ordinem, quem inſtituiſti.

SALOMON TRIBVS IN LOCIS, ex interpretatione Maiorum, agnoſcit doctrinam Purgatorij: aduerſus 66. 67. & 68. errorem.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

MINISTER.

Dial. 12 Pag. 249. SCRIBIT ſcutigerulus fidei Caluinianæ, *Neminem vnquam in populo Iſraëlitico tam profligatum hominem exſtitiſſe, qui Purgatorium comminiſci auſus fuerit.* Quo poſito efficitur, Salomonem, nec quenquam alium de gente Hebræa, verbum vllum de illo feciſſe. Vides quid ſentiant: tute nunc intelligis contrarium tibi probandum eſſe.

Cõfut. 1. Eccl. 12 In c. 37 Gen. DOCTOR. Faciam Deo duce, & initium ducam ab excellente ſententia, quæ legitur in Eccleſiaſte: *Reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui miſit illum.* Quem locum exponens Rabbi RAKANATI, familiari ſimilitudine docet, non prius à Deo recipi defunctorum peccatorum animas, quàm penitus abſterſæ ſint, & repurgatæ ab omnium peccatorum ſordibus. Verba eius ſunt hæc interprete: Redde Deo ſpiritum talem, qualem eum tibi dedit. Eſt enim hoc ſimile Regi, qui pretioſas veſtes domeſticis diuidit. Cordati eas plicant, & in armarijs collocant: ſtolidi tum cùm ſordidæ ſunt & inquinatæ hoc faciunt. Poſt tempus aliquod Rex eas veſtes requirit. Hi producunt eas ſplendidas & nitentes, hi verò ſordidas. De illis lætatur Rex: his verò ſuccenſet. De prudentibus dicit: condantur veſtes meæ in theſauris meis. De ſtolidis verò: dentur veſtes meæ fulloni. Ipſi verò ſint in vinculis conſtricti, vſque ad tempus quo inde exeant.) MIN. Eſt igitur certum animas probris & peccatis maculoſas, non prius ad Deum reuerti, quàm ad ſtatutum tempus lotæ, ac pœnis expiatæ fuerint.

2. Concluſ. 8. Part. 2. DOCT. Rabbi ISAAC Abuhab in libro quem inſcripſit MENVRATH HAMAOR, adhuc apertius hanc doctrinam confirmat hoc ipſo textu Salomonis, ſcribens: Addunt doctores, eos qui libidinis impulſu, quaſique coacti à praua concupiſcentia peccauerunt, non eſt ijs omnimoda perditio exitiúmque decretum: ſed pœna quædam temporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeátque ad locum & Creatorem ſuum.

MINISTER. Non ſolum hoc loco rectè accommodatur textus Sapientis ad Purgatorij doctrinam: ſed etiam inde colligitur, hanc fuiſſe communem & receptam apud Hebræos interpretationem. Eſt ne prætereà quippiam à Salomone, quod huc pertineat?

3. Eccl. 2. Tract. 5 de pœnis. DOCT. eſt, & quidem in eodem Eccleſiaſtæ capite: *Cuncta quæ fiunt adducet Dominus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum.* Hebræi namque Scriptores, de quibus ſupra retuli, in Libro cui nomen SEM TOB, ita locũ interpretãtur: Sunt qui pro ſuis quiſq; iniquitatibus iudicãtur & puniũtur per multas generationes, cuiuſmodi ſunt hæretici, epicurei quíque ſuo exemplo multos ad peccandum inducunt, & omni pudore depoſito, palam peccare non verentur. Hi deſcendunt in puteum corruptionis, & pro menſura ſcelerum ibi plectuntur. Sunt etiam qui poſtquam pro meritis pœnas luerint, excinduntur ac pereunt. Sunt qui ad finem vſque anni integri puniuntur: poſtea aliquanto ſuperius aſcendunt, & habitant inter iuſtos. Ac de his quidem dixit Anna: *Deducit ad inferos, & reducit, &c.*] 1. Reg. 2. MINISTER. Manifeſtum eſt nouiſsimam periodum non poſſe aliouorſum applicari, quàm ad Purgatorium: vnde patet hanc doctrinam à Salomone non ſolùm perceptam ſed & prædicatam fuiſſe.

DOCTOR. Idem ille non Appollinis mendacio, ſed veritatis oraculo ſapientiſsimus mortalium iudicatus, cùm bonorum & malorum motes opponit, tandem concludit: *Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes, & exſpectatio ſollicitorum peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt:* Prou. 11 quibus doctrinæ de Purgatorio aſſentitur. Nam Author Commentariorum ſiue Beda, ſiue Hieronymus fuerit, ita in hunc locum ſcribit: Beda. Hieronym. Notandum quod & ſi impijs poſt mortem ſpes veniæ non eſt, ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui: vel pœnis videlicet caſtigati, vel ſuorum precibus ac eleemoſynis, Miſſarum ſacrorumque celebrationibus. Sed hæc quibuſcunque fiant, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis.] MINISTER. Hoc non eſt ſimpliciter credere, aut confirmare Purgatorium ſuffragatore Solomone, verum etiam vnâ opera docere, quibus modis, & piaculis animæ ibi detentæ ſubleuari poſsint ac debeant. Quocirca perſpicio miſerabiliter cæcutire Nouitios iſtos reformatores, dum non animaduertunt hanc doctrinam ſtructam eſſe ſuper fundamentum Prophetarum, prout à Sanctis Patribus intelliguntur. Nec ſolùm

igitur ipſimet cæci ſunt, ſed & cæcorum duces, quos in abyſſum erroris & perditionis ſecum præcipitant. Deus qui lucem habitat inacceſsibilem, eorum mentes radio veritatis ac doctrinæ Catholicæ perfundat.

LIBER ECCLESIASTICI SANCTVS ac canonicæ authoritatis eſt: & quatuor ex locis unde ſumptis, Patres orthodoxi doctrinam confirmauerunt Purgatorij: aduerſus 69. 70. 71. 72. 73. & 74. errorem.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

DOCTOR.

ANTIQVVM Latinorum ordinem in diſtinctione Bibliorum ſequutus, venio ad Eccleſiaſticum, quo authore, doctrinam Purgatorij probè confirmari commonſtrabo. MINISTER. Priuſquam huic teſti fides idonea tribuatur, neceſſe eſt vt eius authoritatem munias: nam tota ferè cohors Miniſtrorum hunc Li- *Tom. 2. Colloq. Menſal. f. 100.* brum tanquam apocryphum reijcit: imò & cachinnis impudentibus ſubſannat atque explodit, dicens cum ſuo principe Luthero: *Eccleſiaſticus eſt legiſta, non Propheta. Nihil de Chriſto ſcit, &c.*

Cōfut. 1. DOCT. In aciem aduerſus primùm educam comminiſtrum & collegam eorum Conradum *Tom. 5. Principio cōment.* Pellicanum, cuius hæc ſunt verba: *Hi libri perperam Apocryphi, rectius autem Eccleſiaſtici, & Biblici ſunt appellati. Siquidem in Eccleſia Catholica iam inde ab Apoſtolorum temporibus multa cum reuerentia legi publicè conſueuerunt:* Quid aduerſus hunc teſtem & ſymmiſtam ſuum adferent? Nonne tantum authoritatis & ſcientiæ in eo fuit, quantum in quoque eorum? Niſi fortè dicant eum tunc adhuc Papiſtam fuiſſe, poſtquam Monachatum eiuraſſet, & vxorem duxiſſet vt accederet numero Zuinglianorum & Sacramentariorum Prædicantum? Si hoc effugio elabi nequeunt, calumniabantur nos quaſi falſo titulo Libros eius Tiguri fuiſſe excuſos finxerimus, cum aprrobatione Miniſtrorum eius loci? MIN. Conuincentur ipſa voce veritatis, ſi tam impudenter mentiri non erubeſcant.

2. DOCT. Quid ſi Ioſephum hiſtoricum Hebræum, qui ante annos mille quingentos hu- *Lib. 2.* ius Libri citabat etiã aduerſus Appionem ethnicum, tanquam valentes & ſacras ſententias, So bonum ac Scholaſticum fuiſſe criminentur? Quid ſi negent hoc opus primùm Hebraica lingua, à ſummo populi Diuini Pontifice Syrach: deinde ab eius filio Ieſu Syracide Græcè redditum fuiſſe? Horum autem vterq; pater, & filius patre dignus doctrina, ſanctitate, & authoritate, in veteri & circunciſa Eccleſia floruit.

MINISTER. Memoria teneo S. HIERONYMVM dicere ſe hunc librũ Hebraicè ſcriptum vidiſſe: proinde non fuit incognitus veteri Eccleſiæ. Adhæc, DAMASCENVS ait, hoc ſcriptum initio Hebraico ſermone compoſitum fuiſſe à Syracho ſummo Pontifice Aaronis ſucceſſore: deinde, tranſlatum in Græcam linguam à Ieſu eius filio ac hærede: quo circa nefas eſt dubitare, quin Liber ſit planè Propheticus, vſuque conducibilis, authoritatéque grauiſsimus tam inter Græcos quàm Hebræos. 3. *Ep. ad Chrom. Lib. 4. de fide. c. 18.*

DOCT. Cùm ergo aut B. Hieronymus, aut quidam alij negant hoc monumentum inter canonicas Hebræorum Scripturas recenſeri, loquuntur de primo illo canone, quem Eſdras conſtituit diu antequam Syrach ſcribere cœpiſſet: non autem de ſecundo canone, quem viri magnæ Synagogæ poſtmodum ediderunt. 4. *Prologo Galeato.*

MINISTER. Poteſtne fidei faciendæ cauſa, veteris Eccleſiæ ſeu Græcæ ſeu Latinæ decreta citare, quibus id probari poſsit? DOCT. Vtriuſque planè. Nam quartum Concilium Carthaginenſe, cui interfuit & ſubſcripſit eximium illud Spiritus Dei organum AVGVSTINVS, ante annos mille ducentos, hoc Scriptum citra vllam hæſitationem inter ſacros & canonicos libros ad legendum cenſuit: cuius Canones cùm approbarit vniuerſa ſynodus ſexta Conſtantinopolitana, manifeſtum eſt Græcos Patres hunc quoque Librum Eccleſiaſticum probaſſe. 5. *Can. 47.*

Nec aliter docuit Concilium Florentinum, 6. cui Græcorum Patriarchæ, & Armenorum Legati conſenſerunt atq; ſubſcripſerunt. Eodem acceſsit Tridentina ſynodus, quæ vbique terrarum à Catholicis hominibus, imò & ab Aſſyriorum, Maronitarum, Alexandrinorum, & Ruſſorum Patriarchis etiamnum probatur. Nonne hæc ſufficiunt ad eorum fidem fulciendam, qui iuxta Symbolum Apoſtolorum, credunt in vnam, ſanctam & Catholicam Eccleſiam? Iuxta *Matth. 18.* Chriſtum, audiunt Eccleſiam? MINISTER. Mihi quidem ita prorſus videtur, nec dubitandum puto, quin tam vnanimis conſenſus, tam luculenta teſtimonia fidem huic Scripto conciliatura ſint apud omnes, qui ſe à recta ratione doceri ac perſuaderi non inuiti patientur.

DOCT. Quod ſi cupis vt ſigillatim accingar ad recenſendos veteres Theologos, qui præ- 7.

dictum.

dictum Librum tanquam ſacrum & canonicum admittere non dubitarunt, ordiar à S. GELASIO Papa, qui anno poſt natum Chriſtum 494. cum ſeptuaginta Epiſcopis pronunciauit illum ſanctum & canonicæ authoritatis Librum eſſe. *Ep. ad Exuuper.* INNOCENTIVS & ipſe Papa tempore longè anterior tantundem definierat. AVGVSTINVS eundem Librum ſacris voluminibus annumerat. *L. 2. de doctr. Chriſt. c. 8. & l. ad Oroſium.* AMBROSIVS Libro 4. de fide, cap. 24. eundem inter oracula cæleſtia reponit. BASILIVS libro quarto contra Eunomium, ac EPIPHANIVS contra Anomæos hæreticos, veluti ſacram & canonicam Scripturam citant. Et ad tempora Martyrum conſcendamus, CYPRIANVS martyr beatiſsimus Libro tertio, Epiſt. 9. Salomonem huius authorem faciens, illum Diuinum opus eſſe non dubitat. Denique CLEMENS Alexandrinus Libro ſeptimo ſtratomaton eiuſdem mentis & ſenſus fuit. MIN. Hæc luculenta grauiſsimorum hominum teſtimonia pluſquam idonea ſunt ad obſtinatas mentes conuincendas, nedum ad dociles confirmandas. Nec aliud præter ſpiritum contentionis & ſuperbiæ, Caluino, cæteriſque de genere hoc perſuaſit, vt in contrarium niterentur. Cùm itaque hæc prior pars abunde pertractata ſit, ad alteram veniamus.

8. DOCT. Eximius ille Author commendans opera miſericordiæ tum erga viuos, tũ erga piè *Eccl. 7.* defunctos, ait: *Pauperi porrige manũ tuã, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua: & mortuo non prohibeas gratiam.* MIN. Quid hic deſignatur per gratiam mortuo tribuendam? DOCT. Primò, honos religioſæ ſepulturæ. Quiſquis honos tumuli, quidquid ſolamen humandi eſt. Secundò, moderatæ lacrymæ, preces, ieiunia, eleemoſy- *Rut. 2.* næ, cæteraque pietatis exercitia, quæ Deo pro defunctorum animabus nuncupantur. Hoc ſenſu laudatur in Scripturis religioſa duarum ſedulitas, *quæ miſericordiam & gratiam fecerant cum mortuis.* *2. Reg. 31.* Ab hac mente Dauid gratias agit ciuibus Iabes, quòd gratiam exercuerint erga Saulem & filios eius, qui ceciderant in prælio. *2. Reg. 1.* Quin & ipſe Dauid & populus eius planxerunt, fleuerunt, & ieiunauerunt ſuper mortuos Iſraelitas, eò quòd corruiſſent gladio, vt copioſius ſupra declaratum eſt.

9. MIN. In memoria habeo, nec effluxit mihi ex animo, quod ex veteribus Rabbinis attuliſti, morem videlicet vſitatum fuiſſe apud Hebræos, vt iſtiuſmodi officia caritatis & humanitatis erga defunctos ſincetè religioſèq; ſe[x]uarentur. DOCT. Addam in auctarium, quæ præcipiuntur ab iiſdem Paſtoribus Iſraelis in Libro cui nomen SCHOLIA BETH IOSEPH. *Heb. Scholia* Annis ſingulis anniuerſario die Patris, ieiunandum eſt, preceſque recitandæ. Quòd ſi annus biſſextilis eſt, primo quidem anno menſe ADAR, ieiunabitur, & preces recitabuntur: ſequentibus verò annis, ſecundo ADAR, in quem cadit biſſextus. Cuius ratio inde ſumitur, quòd finis primi anni pertingit finem duodecim mẽſium, iuxta illud vulgatum: 12. menſes. (.i. tempus ſignatum à Deo) durat ſupplicium impiorum Iſraëlitarum in Gehenna: (.i. Purgatorio loco Gehennæ): &c.) MIN. Eſt igitur perſpicuæ veteres Hebræi plorando ac ieiunando pro defunctis, etiam pro eorum ſalute preces apud Deũ effuderint. Inſuper, hinc apparet, eos nunquam dubitaſſe, quin eiuſmodi officia illis profuerint plurimum ad eximendas è cruciatibus animas, poſtquam certum aliquod tempus patiẽdo exantlauerint. Id autem nefas eſt ad ſempiternas damnatorum pœnas porrigere: ergo conſequens eſt, vt ad Purgatorium referatur.

10. DOCT. Ne hoc item loco deſit Patrum conſenſio, accedunt quotquot interfuerunt concilio TRIBVRIENSE, iam anni ſunt ſeptingẽti, *13. q. 2. c. In Eccl. Part. 3. c. 215.* decretorũ ſuorũ Can. 16. & refertur à GRATIANO, beatóque IVONE quondam Carnotenſi doctiſsimo Præſule. Hi enim omnes ſuperiorem ſenſio, Eccleſiaſtici ſententiam laudantes, eam de gratuita ſepultura corporum, pariterq; de oblationibus ac eleemoſynis quę pro ſalute animarum fiunt, interpretantur. Omnino (inquiunt) interdictum ſit omnibus Chriſtianis terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi & amici defuncti, propter nomen Domini, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.) Huic ſententiæ conſonat iſta LYRANI expoſitio: *Lyran.* Mortuo non prohibeas gratiam, ſed magis ſepeli corpus, & ora pro anima eius. Sanctus item vir DIONYSIVS Carthuſianus, cuius ætas *Carthuſ.* nouiſsimas hæreſes iſtas feliciter ſuperauit, in hunc locum ſcripſit: Opera miſericordiæ non viuis tantum, ſed & defunctis impende, corpora ſepeliendo, animabus quoque per orationes, eleemoſynas, & oblationes ſubueniendo.

11. MINISTER. Profer indidem aliud teſtimonium. DOCT. Ecce præſtò eſt: *Eccl. 22.* *Supra mortuum plora. Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit.* Quaſi dicat. Poſtquam corpus pace placida compoſitum quieuerit in ſepulchro, ſubeat pectus tuum miſeratio animæ, cui per pias, lacrymabiles, ac effuſas preces ſubuenire ne-

 graue-

graueris. MINISTER. Tu ne ita interpretandum cenſes, an alium habes huius ſenſus
Lyran. authorem? DOCT. LYRANVS quem ipſimet hæreſiarchæ propter eximiam linguæ ſanctæ cognitionem mirari coguntur, viam mihi præiuit ad ſuperiorem interpretationem. Ait enim. Plora miſericorditer exequias impendendo, & pro ipſo orando.] Cui ijs ſuffragatur DIONYSIVS Carth. Magis orandum eſt plorando pro ipſo, vt Dominus ei ignoſcat.] Et paulò poſt: Per opera pietatis ſuccurrendum eſt ei. (Carthuſ.)

12. MIN. Tertiam ſententiam exſpecto ab eodem authore. DOCTOR. Illa pronuntiatur ab ipſa increata, ſed ab æterno genita Diuini Patris Sapientia, quæ eſt incarnatus Dei filius: cuius ſingula verba, quæſo, diligenter expende.
Eccli. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Nam hic locus præ cæteris clariorem facem extollit ad illuſtrandas Purgatorij tenebras, & depellendam omnis dubitationis caliginem. Siquidem & ex ſacris literis, & ex fidei Symbolo palam eſt Chriſtum (quod ad animam attinet) deſcendiſſe ad inferos, atque ibi prædicaſſe Spiritibus qui in carcere erant, perfectam eſſe humanam redemptionem. (Pſ. 15. Act. 2. & 13. Matth. 12. 1 Pet. 3. & 4.) Proteſtatur hîc Sapientia ſe illuminaturam omnes qui olim ſperarunt in Domino: quod ad eos reſtringendum eſt, qui lugentibus in Purgatorij tenebris, ſupplicijs, & ſqualoribus tenebantur. Hos enim aduentu ſuo Dominus propriè dicitur illuminaſſe, non Patres illos qui in ſinu erant Abrahæ, quietis & conſolationis loco. MIN. Et ratio tua valde mihi
Luc. 16. probatur, & authoritas valde me mouet. Cedo ſodes, ſi quem habes qui ſic locum interpretetur. DOCT. Ambo quos iam recens attuli, conſentiunt hîc ſermonem haberi de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos, vt e Limbo patres liberaret, inque meliori ſede reponeret. Proinde nobiſcum ſentiunt: nec quiſquam Orthodoxus aliter opinatur.

13. MIN. Abſolue penſum, & quartum Syraci-
Eccl. 38 dæ produc teſtimonium. DOCT. Eſt iſtud ad manum: *Fili, in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritorum eius, vno*
Ibid. *die, vel duobus propter detractionem.* RABBANVS ante ſeptingentos annos illic aſſeruit, & res ipſa clamat, hîc de mortuorum exſequijs tractari. MIN. Tria ex ſuperiore ſententia colligo. Primum, lege & præcepto Dei caueri, vt honeſtè ſepeliantur fidelium corpora, propter ſpem futuræ reſurrectionis. Secundum, vt moderato luctu memoriam mortuorum exſequamur communem noſtræ mortalitatis ſortem miſerando, & ſuauiſsimam amicorum conſuetudinem (cuius fructu priuamur) deſiderando. Tertium, obſeruatu dignum eſt, quòd cum illa ſepeliendi cura, lacrymæ, ieiunationes, ac preces pro animabus coniunguntur. Hæc porrò omnia cedebant in irritum, nec vllum vſum habere poterant erga eos qui ſempiternis cruciatibus damnantur: ergo vniuerſa hæc officia in gratiam fuerunt eorum, qui Purgatorijs pœnis expiantur.

DOCT. Iam anni ſunt mille ſupra ducentos & amplius, ex quo probus & inſignis Præſul PAVLINVS, Auguſtino, Hieronymo, & Seuero Sulpitio perfamiliaris, penè eadem ad hunc textum obſeruauit, ſcribens: Remedijs ſalutaribus, & viuis operibus, hoc eſt, eleemoſynis proſequimus (vxorem defunctam) debito ordine primùm caro funeri iuſta perſoluens, pijs lacrymis & largo caritatis rore perfuſus, religioſas exequias honeraſti. Itaque iſtius pietatis in te opus ante laudabo. Nam id quoque Deo placitum monſtrat ſcriptura Diuina, tum dicit: *Fili produc lacrymas in mortuos, &c.* Eccl. 38 Ex quibus verbis apparet huic Libro præclarum Scripturæ Diuinæ titulum ab authore magni ponderis tribui: à quo etiam preces, & eleemoſynæ pro defunctis approbantur: idque officium Deo acceptum eſſe firmat allegati loci authoritate. 14. (Epiſt. ad Pammachium.)

ISAIAS SEX IN LOCIS EX VETERVM interpretatione Purgatorium agnoſcit: aduerſus 74.75.76.77.78.79. errorem.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

MINISTER.

VENIAMVS ad Euangelicum Prophetam Iſaiam. Cùm enim ſcribant Prædicantes, *doctrinam Purgatorij figmentum eſſe Monachorum & Sorbonicorum.* ex eo procliue eſt colligere, eos nequaquam eſſe conceſſuros vllum vnquam verbum à Prophetis de hac doctrina factum fuiſſe.

DOCTOR. Conſentiens totius venerandæ antiquitatis vox dicam ipſis impingit: ac Côfut. 1.

primùm

primùm quidem contrariam huic prauitati ve-
Iſa. 4. ritatem aſtruit ex iſto textu Iſaiæ: *Abluet Do-*
minus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Ieruſa-
lem lauabit in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.
MINISTER. Quid appellatione filiarum
Sion & Ieruſalem ſignificatum putas? DOCT.
Animæ piorum in Deum Iſraelis adumbran-
Gal. 4. tur, cuius religio potiſsimum in ea ciuitate ce-
Heb. 12 lebrabatur, quæ & Eccleſiam Catholicam ſi-
Tim. 1. gnificabat, vt Apoſtolus teſtatur. MINI-
Ezech. STER. Quid per ſordes & ſanguinem?
24. DOCT. Peccata, peccatiſque debitas pœnas
Apoc. iuxta Diuinæ iuſtitiæ legem, ſicut alijs complu-
22. ribus in locis Scripturarum. MINISTER.
Quando, & quomodo lauantur & purgantur à
Deo per ſpiritum iudicij & ardoris? DOCT.
Cùm in particulari de ſingulis iudicio, qui de-
prehenduntur adhuc inquinati peccatis venia-
libus, & debitores pœnarum temporalium
pro reliquijs mortalium, ad terribilem & tre-
mendum Purgatorij carcerem amandantur.
MINISTER. Pulchra ſanè & maximè pro-
pria interpretatio, ſi Sanctorum authoritate
firmaretur.

2. DOCT. Iam in eo eram, ac primùm audi
Lib. 20. quid hac de re dicat AVGVSTINVS: Ex ijs
ciuitat. quæ dicta ſunt videtur euidentius apparere,
c. 25. in illo iudicio quaſdam quorundam pœnas
Purgatorias futuras. Dicit tale quid Iſaias:
Cap. 3. *Lauabit Dominus ſordes, &c.*] Huic ſuccentu-
riatorem audit alia ſimilia Malachiæ verba; de
quibus inferius ſuo loco dicetur. Nec vllo
modo diuerſus eſt ſenſus D. HIERONY-
In cap. MI, dicentis, Eos qui ſordibus polluti
3. Ma- ſunt, opus habere ſpiritu iudicij: qui ſangui-
lach. ne redundant, ſpiritu ardoris & combuſtio-
nis, vt è medio tollatur. Quam explicatio-
nem ſuam plurimis Malachiæ, Ezechielis, Pau-
li, Lucæ, ac D. Petri firmat teſtimonijs. MIN.
Quis tam inſigni confidentia ſubnixus incedet,
vt authoritatem talium heroum defugere au-
deat?

3. DOCTOR. Nec verò Græcorum mens &
Apolog. ratio à Latinis diſsidet. Sic enim ad hunc lo-
pro O- cum ſcripſit Origenes, vt etiam à Pamphylo
rigine. martyre, nec non ab ipſis Centuriatoribus
Magdeburg. citatur: Quomodo pœna per-
neceſſaria eſt, quam per ignem Deus in-
fert, de quo Iſaias dicit: *Abluet Dominus*
ſordes, &c.] quibus non obſcurè Purgatorium
innuit.

4. MINISTER. Cedo nunc ſecundum ex Iſaia
Iſa. 8. locum. DOCT. Ecce illum tibi: *Quærite à Py-*
thonibus & à Diuinis: Nunquid populus à Deo
ſuo requiret viſionem pro viuis & pro mortuis?
Quem hoc pacto exponit Petrus cognomento Epiſtol.
Venerabilis, Diui Bernardi amicus ſingularis: ad E
adiungatur Machabæorum exemplo Propheta piſc. A
Iſaias. Loquens quippe Iudaico populo, eoſ- relat.
que corripiens & inſtruens: Cùm dixerint:
quærite à Pythonibus, &c. Cùm dixerint de-
ceptores, vt ea quæ tantùm à Deo requirenda
ſunt, quærantur contra Deum à Pythonibus,
reſpondete: Nunquid non hic mos eſt omnium
populorum, vt à Deo ſuo quem colit, re-
quirat ea quæ quærenda ſunt ſiue pro viuis,
ſiue pro mortuis? MINISTER. Hinc
certè perſpicitur, orationes in orbe paſsim
pro mortuis conceptas fuiſſe: quo poſito, fides
Purgatorij neceſſaria conſequentiæ ratione
conſtabilitur.

DOCT. Baſilius multis nominibus magnus, 5.
eodem refert hunc tertium eiuſdem Prophetæ Iſa. 9.
locum: *Succenſa eſt quaſi ignis impietas, veprem*
& ſpinam vorabit: & ſuccendetur in denſitate
ſaltus, & inuoluetur vt fumus, &c. Non omni- Com. in
modam (inquit) internecionem & extermina- cap. 9.
tionem comminatur, ſed innuit expurgatio- Iſa.
nem, iuxta Apoſtoli ſententiam: quia *ſi cuius* 1. Cor.
opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſal- 3.
uus erit. ſic tamen quaſi per ignem.] MIN. Per-
ſpicio fructum vberrimum, vbi Prophetarum
obſcuritatem video tam perſpicuè illuſtrari lu-
ce Apoſtolicæ doctrinæ.

DOCTOR. Sanctus Hieronymus hanc 6.
ipſam doctrinam probat quartò eiuſdem Iſaiæ Com. in
loco iſto: *Mittet Dominus Deus exercituum in* cap. 10
pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloriam eius Iſa.
ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis. Et erit lu- Iſa. 10.
men Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma, &
ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres
in die vna. Hic eximius doctor & ſuam & prio-
rem ſcriptorum ſententiam referens, ſcribit:
Quidam per hoc intelligi volunt pœnas atque
tormenta Deum adhibere peccatoribus, vt Di-
uino igne purgentur.] Non poteſt id ſanè in-
telligi de ſupplicio Gehennæ in æternum per-
duraturo: ſupereſt igitur vt intelligatur de i-
gne, cuius ardor certo tempore circumſcri-
bitur.

Veteres Iſraelis paſtores hac eadem perſua- 7.
ſione imbuti fuerunt, & preces pro defunctis
concipiendas docuerunt etiam ex hoc altero
Iſaiæ loco: *Viuent mortui tui, interfecti mei* Iſa. 26.
reſurgent: expergiſcimini & laudate, qui ha-
bitatis in puluere. Vertunt enim per optandi
modum, *Viuant, reſurgant mortui.* Quin & ho-
dierno tempore, cùm mortuos ſuos efferunt,
preces

Digitized by Google

preces pro ijs hac penè verborum Iſaiæ formu-
la concipiunt, quemadmodum exſtat in eorum
Libro Mahzor ſanctæ Synagogæ, vt eſt à nobis
ſupra demonſtratum.

8. Denique, ſextum prædicti Prophetæ teſti-
Iſa. 57. monium ad eandem doctrinam aſſerendam al-
legant: *Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui
ambulauit in directione ſua.* Sic enim & Vete-
res & Recentiores Hebræi in exſequiarum mu-
nere perfungendo, defunctis ſuis benè precan-
tur: *Requieſcat anima ipſius in cubili ſuo in pa-
ce. Iaceat in pace. Dormiat in pace, donec ve-
niat conſolator, qui pacem audire faciat, &c.*]
Deſignatur autem Conſolatoris nomine poſte-
rior Meſsiæ aduentus, qui dicturus eſt Electis
ſuis, *Venite benedicti Patris mei, poſsidete re-*
Matth. *gnum, &c.* Hæ ſunt eorum preces pro defun-
25. ctis ex libris Prophetarum (vt cernis) delibatæ,
& in eorum ſacris rituum voluminibus
Mahzor, & Haſcaba, conſcriptæ, de quibus ante
diſſeruimus. MIN. Facilè patior me vinci ab
amica vi veritatis, & volens trahor in tuam
ſententiam. Quin hic ſermo tuus planè mihi
perſuaſit vt credam preces à Catholicis pro de-
functis fieri ſolitas, nimirum, *Requiem æter-
nam dona eis Domine. Requieſcant in pace, &c.*
à fontibus Iſraelis, id eſt, veteris Synagogæ, ad
Eccleſiam Baptiſmo renatam, vnà cum manda-
tis Dei, & Prophetarum libris profluxiſſe.

IEREMIAS AC EZECHIEL TRIBVS in locis, iuxta priſcos interpretes, doctrinam Purgatorij ſanxerunt: contra 80. 81. 82. errorem.

CAPVT DECIMVMNONVM.

MINISTER.

Cõfut. CENSORES noſtri ſine populi ſuffragio,
1. aſſerentes *ab auo Moſis vſque ad Chriſtum
nuſquam in Libris canonicis reperiri exemplum o-
randi pro defunctis*, ſi ſecum conſentire velint,
nunquam fatebuntur vllum verbum apud Ie-
remiam aut Ezechielem exſtare, quod huc per-
tinere videatur.

DOCT. Atqui ſunt in promptu mihi com-
plures horum duorum ſententiæ, quas antiqui
Patres non Hebræi ſolùm, verum etiam
Græci & Latini ſummo conſenſu ad hanc do-
ctrinam retulerunt. Ac imprimis Hieremias
Ier. 1. ſcribit ſe vidiſſe *Virgam vigilantem in manu Do-
mini, ollamque ſuccenſam à facie Aquilonis.* Eze-
chiel verò Deum ita loquentem inducit: *In-* Ezech.
terfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt 11.
*carnes, & hæc eſt lebes: & eduxi vos de medio
eius.* MINISTER. Annotatores Galli Geno-
uenſes fatentur duobus ijs locis eandem rem ſi-
gnificari. Quin etiam vocabulo *Virga & fer-
uentis ollæ*, punitiones a Deo peccatoribus præ-
paratas fatentur denotari. DOCT. His ad-
iunge quæ ſuper hac re ſcripſit ante annos mil-
le & trecentos celeberrimus ille Origenes: & Hom.
videbis doctrinam Purgatorij conſtanter ijs 2. in
roborari. Scripta ſunt hæc (inquit) hiſce Pſ. 38.
ſermonibus pro eo quòd lebetes vel cacabi nos
ſuſcipient flammis ſuccenſi, in quos inijciemur
nos, qui animas noſtras incarnauimus vel in-
craſsauimus, ſi non prius dum in hoc mundo
ſumus, præuenerimus per pœnitentiam.] De-
inde, clarius indicans mentem ſuam ait: Si hinc
adhuc carnes fuerimus egreſsi, mittemur in il-
los cacabos qui ſucceduntur lignis, vel fœno,
vel ſtipula; id eſt operibus noſtris quæ ſuperpo-
ſuerimus fundamento Chriſti.] MINISTER.
Curioſa profectò felicitas in enodandis Pro- 1. Cor. 3
phetarum arcanis, & penitus inueſtigandis eo-
rum conceptibus: vnde pronum eſt colligere,
deſtinatas eſſe Purgatorij pœnas ijs, qui pœni-
tentiam in hoc mundo facere neglexerint.

DOCTOR. Quid quòd hæc interpretatio to- 2.
tidem penè verbis ex Hebræorum fontibus de-
prompta eſt? MINISTER. Enuntia quæſo, ple-
nius hoc myſterium. DOCTOR. Perantiquus Alliga-
Rabbi Iſaac Haramach Libro quem inſcripſit tio I-
Hakedath Iſaac, hunc in modum loquitur: Ali- ſaac.
quis reperitur cuius anima magis vel minus
adhæreſcit corpori, quàm alterius. Hæc ægrè à
corpore ſoluitur. Nam ea puritate, qua ornatam
eſſe oportuit deſtituta, moram trahat neceſſe
eſt, ac minus facilè ac expeditè ad ſuum domi-
cilium redeat. Ideo aſcendere, & deſcendere
cogitur per certa temporum interualla, quoad
vltimo tandem pura aſcendit (ad locum quie-
tis): nec amplius addit vt deſcendat (ad ſedem
ærumnarum & tormentorum.)

Alter quidam nomine R. Iſaac Abuhab, in 3.
libro cui titulus Menurath Hamaor, *lucerna* R. Iſa-
lucis, ita ſcribit: His qui libidinis impulſu pec- ac.
cauerunt, non eſt omnino perditio exitiúmque
decretum: ſed pœna quædam temporaria, qua
eorum peccata repurgantur quoad animus mũ-
detur, redeatque in locum ſuum. Ac de ijs qui-
dem dicunt Doctores: Deſcendunt in Gehenna,
ibique cruciantur duodecim menſes (tempore
per Deum præfixo)· quaſi hoc dicant. Detineri
eorum animas in gehenna (.i. purgatorio haud
procul

Digitized by Google

procul ab inferno) quòd ſint praua deſideria ſectati, vt ibi pœnas luant debitiſque ſupplicijs expurgentur: vt poſt expurgationem redeant ad manſiones ſublimiores.

4. Alij rurſum Hebræi in libro quem Abkat Rokel vocant, hoc eſt *Myrothecium Pharmacopolarum, ſeu vnguentariorum*, ſentiunt, Quod animæ quæ ſe ſe carnalibus inquinamẽtis polluerunt, poſtquam è corporibus emigrarint, non protinus ad cœleſte lumen penetrabunt, nec ſuperna luce perfundentur: ſed antequam eò perueniant, grauiſsimis doloribus ac ærumnis conflictabuntur.

5. Poſtremò, ijdem partes circuncisi in Doctrinali Ieruſalem, Tractu Chaguigah, cõprobant omnia quæ ſupra diximus. Sic enim ex ſententia ſummorum magiſtrorum in Iſrael credunt ac docent: Nimirum, quod animæ peccatrices ex vſu & commodo ſuo deſcendunt in quendã locum Gehennæ. Nam ſicut veſtium ſordes (inquiunt) aqua deterguntur, ſic animæ flammis expiantur, & à ſquallore ſituq; repurgantur, quem ex contagione mortalitatis in corporibus extraxerunt, &c.] An non hoc eſt conſtituere Purgatorium animarum? Pœnas expiatrices peccatorum? fructum ſuauiſsimum ex amariſsima radice prouenientem? MIN. Non video certè quid planius ac plenius tradi poſsit à doctoribus Catholicis ad exædificandum Purgatorij doctrinam, quàm quæ veteres Hebræorum Rabbini hac de re in expoſitionibus & commentarijs ſuis ad Prophetas luculentè diſſeruerunt. Nec dubitandum reor quin talis ſemper perſuaſio profeſsioq; in priſca illa gente Dei viguerit. Sed perge commemorare ſi quid præterea ex ijſdem Prophetis promptũ ac paratum habes. Nunquam enim defatigabor audiendo res tam raras, tam exquiſitas, & ad ſalutis ſummam pertinentes.

6. DOCT. Ezechiel canit: *Vidi quaſi ſpeciem*
Ezech. *electri, velut aſpectum ignis per circuitum, à lum-*
1. *bis eius & deſuper: & à lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu, &c.* MIN. Niſi facem interpretationis tam obſcuræ viſioni præferas, hærebo hic in
Com. in tenebris. DOCT. Sequamur ergo ſimul per-
1. cap. ſpicaciſsimum ducem ac doctorem Hierony-
Ezech. mum, qui ſic locum illuſtrat: A lumbis & deorſum ignis erat ſplendens in circuitu, vt oſtenderet ea quæ ſuper lumbos ſunt, vbi ſenſus verſatur & ratio, non indigere igne nec flammis: ſed precioſiſsimo metallo & puriſsimo. Ea verò quæ ſunt à lumbis deorſum, vbi coitus, vbi generatio, vbi incentiua vitiorum ſunt, purgatione indigere flammarum, vt cùm purgata fuerint, habeant ſicut arcus ſimilitudinem, &c. Ex quo oſtẽditur, poſt pœnas, ſupplicia & purgationes peccatorum, futuram miſericordiam, duntaxat in his qui Deum meruerunt videre regnantem.] MIN. Iam propemodum aſſequor iſtius prophetiæ mentem. Nam effigies hominis & flammarum iuſtitiam ac iudicium Dei ſuper humanum genus adumbrat. Quidquid enim in hominibus culpæ ſceleriſq; purum deprehendetur, flammis vltricibus non luſtrabitur: ſed quod peccati labe contaminatũ exſtabit, purgatione flammarum egebit, priuſquam in regnum cælorũ ingrediatur. Hæc interpretatio Hieronymi maximè congruit cum Euangelica veritate, pertinetq; manifeſtè ad ardores & tormenta Purgatorij. Sed cedo, ſi placet, aliquem huic ſuccidaneum, ſi non ad neceſſariam probationem, certè ad ſubmouendam tergiuerſationem.

DOCT. Dabo, & quidem ex alia gente, vt 7.
conſenſus Eccleſiæ Græcæ cum Latina hac in re planius agnoſcatur. Is erit Origenes, qui Hom. 1.
ſic locum enarrat. Auriga quatuor animalium in E-
nõ totus eſt igneus, ſed pubetenus à pedibus: Zech.
& inde vſque ad ſummum electri fulgore rutilat. Igneus eſt à renibus, vt demonſtret eos qui in generatione verſantur, igne indigere. Quid conſumit ignis iſte? Non ligna quæ cernimus, non ſenſibile fœnum, non ſtipulam quæ videtur: ſed ſi superædificaueris fundamento Ieſu Chriſti opera peccati, venit ignis, & vniuerſa iſta examinat. Quis eſt ignis iſte ſic 1. Cor. 3
ſapiens, vt cuſtodiat aurum meum, vt argentum meum ſplendidius oſtendat? Vt illæ ſuum relinquat qui in me eſt lapidem pretioſum? Vt mala tantùm conſumat quæ feci? Scriptum eſt in Prophetis: *Sanctificauit illum in igne ar-* Zach.
denti, & vorauit tanquam fœnum, ſyluam.] 13.
MIN. Non ſolùm mirifica voluptate recreor, ſed & ſolidam vtilitatem ex ſermonibus tuis conſequor. Etenim videor mihi velut in rem præſentem deduci, cùm antiquos Patres audio tam grauiter ac ſapienter diſputantes de penetralibus fidei noſtræ myſterijs, deque mirabilibus Dei iudicijs, quæ apud hos Prophetas ſub inuolucris viſionum obſcurè delineantur. Supereſt iam tertius locus, vnde ijſdem authoribus doctrina Purgatorij confirmetur.

DOCT. Ezechiel memorat ſibi datum in mandatis à Domino, vt ollam ingentem ſuper Ca. 24.
igne poneret, moxq; ſubijcit: *Pone quoque eam ſuper prunas vacuam, vt incaleſcat & liqueſiat æs eius, & conſletur in medio eius inquinamentum eius,*

eius, & conſumatur rubigo eius, &c. MINISTER. Mihi hic nihil liquet, niſi caliginem diſcuſſeris. DOCT. Habent hunc morem
Lib. 5c. plerique Prophetæ, vt ſub figura rerum terre-
Hom. narum & corporalium, cæleſtia & ſpiritualia
16. ſecreta ſignificent. Porrò, ſublimis ille ductor & doctor Auguſt. ita locũ explicat. Sermo diuinus æneæ ollæ animam peccatricem comparat, dicendo. *Pone eam ſuper prunas vacuam, quoad ferueat & liquefiat æs eius.* Quibus verbis ſignificantur otioſi ſermones, fœdæ prauæq; cogitationes, & multitudo leuium peccatorum, quibus animæ puritas coinquinatur. Ea dilabentur, & in fumos euaneſcent. AEs & plumbum variorum flagitiorum, quæ pedetentim obrepunt, & obſcurant imaginem Dei, diſsipabuntur & abſumentur: quæ facilè deleri, & ex animo deleri poterant breuiuſcula tranſactione lacrymarum & eleemoſynarum. MINISTER. Satis nunc videor mihi ſententiam huius loci comprehẽdere. Per ollam vacuam anima peccatrix deſignatur: per ſubiectas prunas, Purgatorius ignis: per plumbũ, ſtannum, & ſordes, peccata ſignantur venialia: à quibus poſt decurſum huius vitæ ſtadium animam repurgari neceſſe eſt, priuſquam ad beatorum ſedes perueniat: quæ omnia magnum pondus habent ad hanc doctrinam corroborandam.

DANIEL TRIBVS IN LOCIS, VT antiqui Patres ſenſerunt, tractat de Purgatorio: contra 83. 84. & 85. errorem.

CAPVT VIGESIMVM.

DOCTOR.

VETERES Aëriani, VVicclefitæ, & Huſſitæ, quorum inauſpicatas hæreſes ab inferis poſtliminio Caluiniani, Bezani, & Hugnoſtici reuocant, peruicaciter contendentes, *Nullam à Moſis vſq; ad Chriſti ætatem, Purgatorij fuiſſe mentionem,* conſequenter pernegant Danielem eius meminiſſe.

Cõfut. 1. Ego triplici demonſtratione illorum errores ſic redarguo Nabuchodonoſor contemplatus Angelum cæleſti luce radiantem in medio fornacis accenſæ, quo tres Danielis ſocios præcipitari iuſſerat, ſic adſtantes Satrapas ſu-
Dan. 3. os alloquitur: *Ecce video viros quatuor ſolutos & ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis eſt; & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Com. in
Quem textum diuus Hieronymus primò ſe- cap. 3.
cundum literam interpretatur: deinde, per Daniel.
allegoriam ſic exponit: In typo præfigurat hic Angelus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ad fornacem deſcendit inferni, in quo clauſæ & peccatorum & iuſtorum animæ tenebantur: vt abſque exuſtione & noxa ſui, eos qui tenebantur incluſi, mortis vinculis li-
beraret.] Atqui non liberauit reprobatos: Luc. 16.
ſpiritus autem ſanctorum patrum cum Abrahamo degebant in loco conſolationis pleno: reſtat igitur vt credamus liberationem à fornace flammarum & vinculis ſolùm ad eas animas pertinere, quæ tunc in igne Purgatorio detinebantur.

MIN. Hæc conſecutio à ſufficienti enume- 2.
ratione prorſus euidens eſt ac neceſſaria. Verùm, occurritur ab aduerſarijs dicentibus hãc eſſe typicam interpretationem: à qua non poſſit doctrinæ controuerſæ litigium diiudicari.
DOCT. Præcludam illis hoc effugium autho- Ioan. 3.
ritate Chriſti, qui per typũ ſerpentis ænei ad- Matth.
firmauit ſe in crucẽ ſubleuandum. Per typum 12.
Ionæ, probauit ſe deſcenſurum in cor terræ. Quid igitur obſtat, quominus D. Hieronymus Purgatorium ignem, & animarum ex eo li-
berationem confirmet per typum iſtum Da- Dan. 3.
nielis? Adde, quod Apoſtolus per allegoriam Gal. 4.
duarum vxorum & filiorum Abrahæ, duplex Dei fœdus ac teſtamentum cum hominibus initum rectè confirmet. Nec non ſolùm, ſed & pleraq; redemptionis noſtræ myſteria ſub
typis legis Moſaicæ delineat, & graphicè de- Heb. 3.
pingit: eoque genere docendi Epiſtolæ ad He- 4. 5. 6.
bræos quartam partem conſumit. MIN. Nihil 7. 8. 9.
video quod his poſſit opponi. Stat igitur & 10.
immota manet tua ratiocinatio, conciditque futilis Miniſtrorum cauillatio. Perge ad ſecundum Danielis locum.

DOCT. Cùm ſupra hominem aſſurgens 3.
deſcribit ſolium omnipotentis Dei, quale cælitus demonſtratum fuerat, ſcribit: *Thronus* Dan. 7.
eius flammæ ignis: rotæ eius, ignis accenſus: fluuius igneus rapiduſque egrediebatur à facie eius, &c.
Quam viſionem exponẽs magnus doctor Hie- Hierõ.
ronymus, ait: Thronus eius flammæ ignis vt Ibi.
peccatores magnitudinem tormentorum pertimeſcant, & iuſti ſaluẽtur, *ſic tamen quaſi per*
ignem. Omnia Dei flammea ſunt, de quo & a- 1. Cor. 3
libi dicitur: *Deus ignis conſumẽs eſt,* vt lignum,
fœnum, ſtipulam arſura in die iudicij nouerimus. Deut. 7
] De particulari iudicio loquitur: poſt quod reſtat ignis Purgatorius ad ex-

piandas.

piandas culpas veniales, & ſufferendas temporales pœnas, quæ mortalibus adhuc debentur.

4. *Com. in Daniel.* MIN. Sanè hæc interpretatio tam vera, genuina, conſentienſque pluribus alijs Scripturarum locis eſt, vt eã Caluinus, Oecolampadius, Bullingerus, Lutherus, & Melancthon libenter ſecuturi fuiſſe viderentur, niſi leuitatis notam extimuiſſent, ſi quid alibi contumeliosè in Purgatorium ſcripſerant ſaniore ſtilo retractaſſent. Non enim diffitentur, quin Dei thronus tam horribili modo deſcribatur, ad oſtendendum quàm ſit eius ira formidabilis, & quàm tremenda ſupplicia quæ peccatoribus reſeruantur. Præterea, non dubito quin Plato, nonnullique alij tum Philoſophi tum Poëtæ, myſteria Iudæorum ſtudiosè rimati, ex hoc Danielis loco ſumpſerint, quæ de tartareo Phlegethonte, fluuiiſque pice & igne torrentibus apud inferos memoriæ prodiderunt. Quibus in locis, aiunt fontes animas exerceri pœnis, veterumque malorum ſupplicia expendere, priúſquam ad lætos locos, & amœna vireta fortunatorum deuenire poſ- *Lib. 12. & 13. de præparat. Eu.* ſint. DOCT. Iam elapſi ſunt anni mille trecenti & quod excurrit, poſtquam id Euſebius Cæſarienſis obſeruauit: vnde efficitur miſeros Ethnicos nec tam refractarios aduerſus Deum fuiſſe nec tam auerſos ab omni cura defunctorum, quam genus iſtud inuiſum Prædicantium, qui prorſus ipſâ humanitatē eiuraſſe videntur.

5. *Lib. 50. hom. hom. 16* MIN. Sed à diuerticulo redeamus ad locum illum notabilem Danielis, & proni veneremur ſublimem Dei thronum, pro cuius tribunali neceſſe eſt vt vniuerſa gens mortalium aliquando ſiſtatur. Eſtne quidam ex antiquis, qui has flammas ignis, has rotas, hæc flumina flammis torrida de Purgatorio ſit interpretatus? Non opus erit vt ſingulos ad teſtimonium citem: nam vna voce patres omnes tam Latini quàm Græci in hanc ſententiam conſentiunt. Etenim poſt D. Hieronymum ſic de hac re pronuntiat B. Auguſtinus: Hi qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, de quibus Apoſtolus *1. Cor. 3* dicit, *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem:* *Dan. 7.* per fluuium igneum de quo Propheticus ſermo commemorat, & vada feruentibus globis horrentia tranſibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & tranſeundi mora. Quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex nomine vendicabit quædam flammæ rationalis diſciplina. Et quantum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tantum ſapiens pœna deſæuiet.]

MIN. Nemo poſsit mea ſententia, nec ſanius, nec ſanctius loqui de Purgatorijs pœnis, *Hom. 2 de Epiphania.* nec ſententiam ſuam tueri conſtantius, quàm factum eſt ab hoc ſanctiſsimo, vetuſtiſsimo, & eruditiſsimo ſcriptore. Sed quia de conſenſu Græcorũ cum Latinis aliquid affirmaſti, lauda tuos authores. DOCT. In illis elegantibus Homilijs, quæ Euſebio Emiſſeno tribuuntur (is autem lõgo ſpatio ætatem Auguſtini interuerterit) ſuperior interpretatio, iiſdē ferè verbis aſſeritur. Quocirca alterutrum ſtatuendũ eſt, vt vel Auguſtinus tanquam pius hæres in pietatem Patris huius ſucceſſerit: vel vt quiſpiam ætate poſterior, eas Homilias ex Auguſtino tranſcriptos in vſum boni publici Græcis hominibus fruendas conceſſerit. Sed vt ſit, illud certè palam eſt, vtrióſque in eandem propheticæ viſionis interpretationem conſpirare.

Ante hos omnes magnus ille Adamantius 7. Origenes de ea re ſic ſenſerat: Qui non ſunt tales quales Araon & Iſaias, de quibus etiam me ipſum computo, alio igne purgabuntur. Timeo *Hom. 9 in Leuit.* ne illo de quo ſcriptum eſt, *Fluuius igneus currebat ante ipſum, &c.*] Eandem ſententiam de- *Dan. 7.* fendit homilia tertia ad Pſ. 37. & rurſus homilia 24. in Euangelium Lucæ. MIN. Haſtenus de ſecundo teſtimonio Danielis: progrediamur ad tertium.

DOCT. Propheta præſagiens ea quæ paulò 8. ante nouiſsimum & generale iudicium euentura ſunt ita loquitur: *Eligentur, & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi, &c.* *Dan. 12 Theodoret.* MIN. Quid hoc ad Purgatorium attinet? DOCT. *ibidem.* Theodoretus orientalis paſtor rem tibi aperiet. Is enim ab Apoſtolo Paulo lucem mutuatus, ita obſcurum hunc locum illuſtrat: Omnia *1. Cor. 3* enim incendium probabit. Hoc B. quoq; Paulus tradidit. *Vniuſcuiúſque enim opus*, inquit, *manifeſtum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur. &c.* Alibi porrò Theodoreti verba citauimus, quibus prædictum Pauli locum de purgatorio igne diſertè nominatimq; interpretatur. Non poteſt ergo aliorſum locus Danielis detorqueri.

MIN. Suntne alij qui in hanc ſententiam 9. concedant? DOCT. Quod iure mireris, etiam permulti Iudæorum Rabbini. Nam R. *R. Alfeci. 1. Principium anni.* Alfeci in tractatu quem nominat ROS HASANAH, tradidit, à Daniele, & alijs Prophetis, genera hominum, qui ſupremo generalique iudicio ſiſtentur, in tres claſſes diſparari. Quoſdam enim eſſe iuſtos atque perfectos, quibus æterna vita reſeruatur. Alios

Digitized by Google

profligatè malos, qui perennibus pœnis ac tormentis cruciabuntur. Mediæ ſortis eos cēſet, qui deſcendent quidem ad flammas, ibiq; miſerabiliter eiulabunt & ingemiſcent: ſed perfecto temporis orbe, liberabuntur, & cœleſti felicitate perfruentur. Tandem ait, Magnum illum doctorem Samai, qui natiuitatem Domini noſtri præceſsit, cum vniuerſa academia ſua, in eadem ſententia fuiſſe.

10. Aſij rurſum in libro quē vocant MIDRAS-NEHELAM, .i. *Gloſſam ſecretam*, ſic de eadem re definiunt: Qui præcepta violauerint, neque pœnitentiam egerint, foras pellentur, donec debitas pœnas receperint.] MIN. De triplici Danielis teſtimonio cumulatè munus tuum, & deſiderium meum expleuiſti. Nunc à patribus (vt ita loquar) ad plebem Prophetarum deſcendamus.

OSEAS ET AMOS SANCTORVM Patrum iudicio, duobus in locis dogma tradunt Purgatorij: aduerſus 86. 87. errorem.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

MINISTER.

Cõfut. 1. SI fieri poteſt, vt demonſtres à minoribus Prophetis factam eſſe Purgatorij mentionem, Caluinianos falſi crimine condemnabis, qui peruicacibus animis contrarium defendunt.

DOCT. Nihil eſt quod promptius expedire queam. Ac primùm, ne multitudine teſtium deterreantur, duos duntaxat vno congreſſu producam: nimirum Oſeam & Amoſum, quorum ille primus in catalogo minorum Prophetarum cenſetur, hic tertius. Prior Meſsiam inducit pollicentem ſuis: *De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. Ero mors tua, ô mors: ero morſus tuus, inferne.* (Oſe. 13.) Quæ verba ſic interpretatur D. Hieronymus. (Hieronym.) Inter mortem & inferos hoc intereſt. Mors eſt quâ anima ſeparatur à corpore: Infernus, locus in quo animæ recluduntur, ſiue in refrigerio, ſiue in pœnis, pro qualitate meritorum.] Paulo poſt: Vaſa deſiderabilia, quæ in theſauro retinebantur, inferni ſanctos intelligimus, quos alligatos Dominus eripuit, & tulit de inferis, & quaſi vaſa pretioſiſsima ſecum duxit in paradiſum, &c.] Iam fidem tuam appello, qui ſunt hi, quos liberat de manu mortis? quæram illa vaſa quæ rapit ab inferis niſi animæ fidelium, quas quotidie redimit à Purgatorio, qui locus vnus ex inferis eſt? Quam porrò ſedem aliam commiſci poſſumus, in qua concluſæ ſint animæ ſiue in refrigerio, ſiue in pœnis pro qualitate meritorum; & vnde Dominus quaſdam eximat, & ſecum ducat in paradiſum, niſi temporarium illum Purgatorij carcerem, de quo diſputamus? Poſtremò, quid aliud ſignificant vaſa illa pretioſa, ſeu (ex interpretatione eiuſdem S. Hieronymi) ſanctorum animæ ſolutæ vinculorum, niſi ſpiritus flammis expiatos, quos Dominus noſter Ieſus Chriſtus tandem liberat, & cælis beat?

MINISTER. Non audebunt Caluiniani id de reprobis interpretari, quos nunquam liberandos conſentiunt. Multominus adduci poterunt, vt de patribus in Limbo detentis locum ſuperiorem. Neque enim Limbum admittunt, ſed petulanter irrident velut *ſuperſtitionem, & anicularum fabulam.* Quapropter neceſſe eſt, vt aut Prophetam, eiúſque fidum interpretem falſitatis inſimulent: aut Purgatorij doctrinam fateantur & agnoſcant. Nam ſi confugere velint in has latebras, vt dicant infernum & mortē allegorico ſenſu accipi debere, præterquam quod puerile eſt hoc effugium, pernicioſiſsimum inducent genus interpretationis. Nam huiuſmodi cauillationibus quidquid in Scripturis de cælis, de inferis, de reſurrectione, déque vita æterna Diuinitus reuelatum eſt, eludi & ſubuerti poterit. 2.

DOCT. Alter locus ex hoc Amos verſiculo ſumitur: *Ecce vocabit iudicium ad ignem Dominus Deus: & deuorabit abyſſum multam, & comedet ſimul partem.* MIN. Hæc ſunt mihi obſcuriora Sphyngis ænigmate, niſi tu mihi Oedipus fueris. DOCT. Imò B. Hieronymus officium iſtud præſtabit, dicens: Eccleſiæ peccatores, qui confitentur quidem rectam fidem, ſed propter vitiorum ſordes purgantibus ſe indigent flammis, nunc Dominus ad ignem iudicium vocare ſe monſtrat: vt vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probet & impleatur quod ſcriptum eſt, *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis.* Vocatus autem ignis ad iudicium, deuorat primam ambyſſum, id eſt, omnia genera peccatorum, ligna, fœnum, ſtipulam: & poſtea comedit ſolus partem, hoc eſt, ad ſanctos illos peruenit, qui peculium Domini reputantur. In Apoſtolo legimus, *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* MIN. Video equidem fore, vt ſaluentur fideles qui permanent in Eccleſia? ſed luſtralibus flammis eos oportet expiari; quæ cùm ſine vitio de inferis

(3. Amos. 7. Hieronym. ibidem. Iſa. 50. 1. Cor. 3.)

dam-

Digitized by Google

damnatorum accipi nequeant, ſupereſt vt de Purgatorio intelligantur. Nec poteſt niſi detorto collo trahi locus ad miſerias & calamitates huiuſce mundi: ſiquidem Propheta manifeſtè loquitur de iudicio Diuino, quod fit poſt cuiuſque deceſſum.

4. DOCT. Adde, quod Pauli adiunctus locus, conſentientibus etiam Comminiſtris veſtris, refertur ad examen, quo Deus poſt hanc vitam exploraturus eſt opera ſingulorum. Ad hæc, vniuerſa venerabilis doctaque antiquitas conſtanter interpretata eſt textum Apoſtoli de pœnis & cruciatibus Purgatorij, ſicut ſuo loco & ordine demonſtrabitur.

MICHEAS ET IONAS, VTI CENſuerunt ſancti Patres, duobus in locis Purgatorium confirmant: aduerſus 88. 89. errorem.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

MINISTER.

IMPII propoſiti tenax Miniſtrorum natio nullis rationibus dimoueri poteſt, quin
Inſtr. prætendat, *Non eſſe rem probabilem ſi quis dicat,*
p. 266. *veterem populum Iſraëlis, & poſteros eorum oraſſe pro defunctis*: tantum abeſt vt præfracti iſti fateantur vllam eius mentionem in vaticinijs Micheæ vel Ionæ reperiri.

Côfut. 1. DOCT. Ego contrà, fretus ope numinis, & veteris Eccleſiæ patrum, contẽdo duobus horum Prophetarum teſtimonijs, illius catholicam doctrinam ſanciri. Prioris teſtis depoſitio
Miche. 7. hoc eſt: *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam: cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum.* Verba ſunt animæ peccatricis, quæ paternam Dei correctionem ſentiens, tali ſermone Diabolicam ſæuitiam & inuidiam, malis ſuis inſultantem alloquitur.

2. Atque D. Hieronymus non ſemel eum locum interpretatur de pœnis purgatorijs, quas
Com. in cap. 7. Miche. fidelis anima conſtanter & patienter tolerat, ſub certa ſpe finalis liberationis. Alicubi ſic ſcribit: Denique poſt cruciatus & ſupplicia, educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouiſſimo quadrãte, dicit: Videbo iuſtitiam eius, & dicam ei: Iudica tua domine, ſunt æqua & iuſta. &c.

3. Alibi citat eundem textum, & poſtquam de
in fine tormentis animarum in altero ſæculo diſſeruit, tandem ſic præclarè pronunciat: *Sicut* Comment.
diaboli & omnium negatorum, atque impiorum qui dixerunt in corde ſuo, Non eſt Deus, in Iſa.
credimus æterna tormenta: ſic peccatorum atque impiorum, & tamen Chriſtianorum, quorum in igne peccata purganda ſunt, moderatam arbitramur & mixtam clementiæ ſententiam iudicis. [MIN. Non poteſt id intelligi de viuentibus ſuper terram, cùm loquatur de tormentis alterius ſæculi: multo minus reprobis applicari debet, quorum ſupplicia nullo fine terminantur: reſtat igitur medium genus eorum qui in Purgatorio detinentur.

DOCT. Grauis & ſanctus Præſul AMBROSIVS hunc ipſum Micheæ locum exponens 4. Com. in
ſcribit: Conuertere cupiens Deus peccatorem, Pſ. 1.
punit eum & vrit vt purget, vnde ait: *Et educet me in lucem.* Nam & ceram vrit ignis, & liqueſcit, vt purgetur. Et nos per ignem purgamur, &c.]

MIN. Ad ſecundum Scripturæ locum accede. 5.
DOCT. In iſta exclamatione Ionæ eſt: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam.* Ion. 2.
MIN. Hæc de Ceto dicuntur, in cuius aluo per triduum viuam mortem, & mortuam vitam egit velut in inferorum barathro. DOCT. Aſſentior tibi, ſi literalẽ ſenſum ſolummodo ſpectes: ſin Euangelio, & ipſi Filio Dei credis, ſub generali appellatione ventris inferorum, ſignificatur inferior pars terræ, quo ſecundum animam & Deitatem Dominus Matth.
IESVS deſcendit ad liberandos & è Limbo 12.
patres, & è Purgatorio ſpiritus peccatorum, qui illic expiari meruerant: id quod olim annotarunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, & alij qui commentarios in hunc Prophetam ediderunt. MIN. Nec poſſum, nec fas eſſe puto talium virorum authoritati refragari.

DOCT. Si memoria recolis quæ ante diſſeruimus, animaduertes ab antiquis Hebræorum Rabbinis eandem allegoriam comprobari. 6.
Præter cæteros R. RAKANATI Com. in cap. 21. Leuit. teſtatur hanc eſſe receptam Patrum circunciſoru traditionẽ, nempe, quod venter ille Balænæ domos infernas ſignabat, in quibus per aliquod tempus detinebantur, & ſupplicia ob culpas ferebant peccatores cuiuſmodi fuit Ionas: atque inde poſtea liberati cæleſtem gloriam conſequebantur. IDEM huius expoſitionis ſuæ comprobatores adhibet vetuſtiores authores R. NAHAMAN, & R. SIMONEM filium Iochai, vt iam nemo ſanæ

Digitized by Google

mentis in dubium vocare poſsit, quin apud veterem illum populum Dei penitus hæc opinio percrebuerit.

SOPHONIAS VNO, ZACHARIAS tribus in locis, ex ſanctorum Patrum interpretatione, Purgatorij doctrinam defendunt: contra 90. 91. 92. 93. errorem.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

Minister.

SVNTNE tibi præ manibus argumenta, quibus doceas Sophoniam & Zachariam prophetas Purgatorij doctrinę fauiſſe? Id enim Caluiniani planè inficiantur.

Cõfut. 1. Soph. 1 Doct. Sunt quatuor, & vnumquodque non imbelle, ſed palmarium. Primum à Sophonia eſt: *Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis, vox Dei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, &c.* Min. Quiſnam è patribus iſthæc ad Purgatoriũ accõmodat: Doct. Doctus ac eloquens pater Hieronymus poſtquam textum hunc ad literam interpretatus eſt de excidio Ieruſalem tum à Chaldæis tum à Romanis: tandem eum ad finem ſæculi, & ad obitum cuiuſque noſtrum ait: Vox diei Domini amara, neceſsitate plena, & irâ, & tribuletur ibi fortis: cùm etiam qui ſancti ſunt ſaluentur quidem, ſed tamẽ ſic quaſi per ignem:]
1. Cor. 3 Purgatorij nimirum, de quo Apoſtolus pro certo loquitur. Min. Res clara eſt, nec longiorem orationem deſiderat. Dic ex Zacharia.

2. Zach. 5 Hom. 6. in Exod. Doct. Is ita ſcribit: *Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ, & dixit (Angelus.) Hæc eſt impietas.* Quem locum enodans Origenes ait: Iniquitas ſuper talentum plumbi ſedere monſtratur.
1. Cor. 3 Idcirco qui ſaluus fit, per ignem ſaluus fit, vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & reſoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum.] Min. His certè verbis non aliud innuit, quàm ignem Purgationis, vt ſæpius ipſemet explicat.

3. Zach. 9 Doct. Idem Propheta ſic alibi Meſsiam, poſt reſurrectionem ſuam, adimpletumque redemptionis humanæ myſterium, alloquitur: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.* Min. Quis
Matth. 26. eſt ille ſanguinis Teſtamenti? Doct. Is ille de quo Seruator ait: *Hic eſt calix ſanguinis mei, ob-*
Luc. 22 *ſignator noui ac æterni Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum.* Marc. 14. Min. Quinam deſignantur nomine vinctorum, quos Dominus è lacu emiſiſſe perhibetur? Doct. Non ſpiritus cæleſtes & beati, qui ſuprema felicitate potiuntur: non deportati ad æternum ignem quibus nunquam ad libertatem proclamare licet, ſed perpetua captiuitas, & penæ ſeruitus incumbit. Igitur ſoli ſuperſunt ſpiritus ij qui in Limbo, & in Purgatorio erant, vnde Dominus deſcendens ad inferos olim eos eduxit. Nunc quoque educere perſeuerat vi & efficacia ſanguinis ſui, cuius quotidie fiunt participes, clauium regni cælorum quas Eccleſiæ ſuæ tradidit, beneficio: ac meritis ſacrificiorũ, orationum, ieiuniorum, eleemoſynarum: quibus officijs viuentes mortuis ſubuenire non ceſſant.

Min. Cur Purgatorium vocatur *Lacus ſine aqua?* 4. Doct. More prophetarum huiuſcemodi figuris ac ænigmatibus reuelata ſibi myſteria inuoluentium. Deinde, quia Purgatorium meros cruciatus, & flammarum ardores in ſe habet, caretque ſolatio, quo Lazarus in ſinu Abrahæ fruebatur. Luc. 16. Poſtremò, quia ſpiritus illic detenti nõ prius recreantur & reſpirant ab ærumnis, quam ad cælos euolauerint. Min. Pulchrè cum re mihi videtur congruere hæc interpretatio: ſed ne quid d.ſit, cuperem eam Patrum aut oritate firmari.

Doct. Hieronymus ad eum locum ita ſcribit. 5. Com. in Zach. Ad ipſos qui vincti erant, & Chriſti miſericordia liberandi, ſermo dirigitur. *Conuertimini cap. 9. ad munitionẽ vincti ſpei.* Et eſt ſenſus: Qui nunc vincti eſtis, & muniti, & terribili inferno tenemini: qui ſolutionem vel calorum in Chriſti ſperatis aduentu: conuertimini ad munitionẽ, ſiue ſedebitis in munitione.] Min. Cur immitis inferni nomen induitur Purgatorio? Doct. Ob ſitum loci, qui depreſſus eſt ad infimas terræ partes. Ob grauitatem pœnarum, quæ ſunt eiuſmodi (vt tradit Auguſtinus) vt cum ijs nullæ calamitates huius mundi, nullæ dolorum, In Pſal. 6. & 37. acerbitates vllo modo queant comparari: à quibus tamen aliquando liberabuntur. Min. Cur eos qui in Purgatorio ſunt *Vincto ſpei* vocat? Doct. Quia cùm gratiæ & amoris Dei confirmationem acceperint, ſine vllo metu amiſsionis, ſuſtentantur certa ſpe futurum vt aliquando ſeruentur. Min. Locus hic ad liquidum perductus eſt.

Doct. Tertium Zachariæ de Purgatorio Zach. 13. teſtimonium tale eſt. *Ducam tertiam partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum: & probabo eos ſicut probatur aurum.* Quod non ſolum

Digitized by Google

lùm doctores Chriſtiani, verũ etiam Hebræi, ſummo conſenſu de igne, quo purgantur peccatrices animæ poſtquam è corporibus excesſerint, ſunt interpretati.
R. Iſaac. Nam Rabbi Iſaac Alfeci Tractatu quem vocat Ros Aſanah, ſic in hanc rem diſſerit: Tria hominum genera ſiſtentur in iudicio: perfectè iuſti, omnino impij, & mediam ſortem tenentes. Primi ad vitam futuri ſæculi ſubitò obſignantur: ſecundi perinde ad Gehennam: medij deſcendunt in Gehennam, ibique exſpectantes clamant, & aſcendunt, ſicut ſcriptum eſt: *Et adduxi tertiam partem ad ignem, ibique expurgaui eos, vt purgatur argentum, &c.*

7. Et vt nemo dubitet hanc fuiſſe vniuerſæ gẽtis Patriarcharum perſuaſionem, addit paulò poſt, omnes collegas Doctorum Hillelis & Samai, qui doctrinæ pietatisque laudibus floruerunt, etiam ante partum Virginis, in eandem ſententiam vnanimiter conſenſiſſe.
R. Nikin. Quod & Rabbi Nikin eius ſcholiaſtes atteſtatur. MIN. Vix credere poſſum quenquam Hagnoſticum repertum iri tam refractariæ ceruicis, qui tam euidentibus indicijs, tamque locupletibus teſtimonijs non magnopere commoueatur, vt Purgatorium aut ex animo credat, aut ſaltem credendum eſſe putet, niſi prorſus à Deo derelictus conſcientiæ ſenſum abiurare, & viam perditionis inſiſtere non vereatur.

ETIAM AB ANTIQVIS CONFIRmata eſt doctrina Purgatorij tribus Malachiæ Prophetæ teſtimonijs: aduerſus 94. 95. & 96. errorem.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

MINISTER.

QVID IAM? ſuperſuntne alij loci apud minores Prophetas, vnde Purgatorium aſtruatur? DOCT. Equidem hoc munus non aſſumpſi mihi, vt omnia commemorem quæcunq; ſuper hoc argumento dici poſſunt: eam enim diſquiſitionem ijs relinquo, qui feliciore ingenio pollent, & copioſiore doctrina excellunt. Satis impræſentiarum fuerit, ſi ſtudio tuo morem gerens, breuiter exponam quæ à Patribus didici, qui tribus Malachiæ teſtimonijs temerariam Caluinianorum aſſertionem falſitatis conuincunt, quod ſcilicet *veteres Hebræi de Purgatorio nihil vnquam fando audierint.*

Prior locus occurrit, cùm Propheta præ- Cõfut.
nuntiàs nouiſsimum Chriſti aduentum, & lu- 1.
ſtrales pœnas quibus nonnulli peccatores tandem expiati ſeruabuntur, ad hunc modum
ſcribit: *Ecce venit. Et quis poterit cogitare di-* Malachiæ 3.
em aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, id eſt animas credentium in eum.

Secundus elicitur ex hac ſequentis capitis 2.
ſententia: *Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi* Mal. 4.
caminus, & erũt omnes ſuperbi, & omnes ſapientes impietatem, ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum. MIN. Nihil grauius dici poteſt hiſce duobus teſtimonijs, quæ quidem eandem ſententiam exprimunt:
probéque recordor, te ſuprà confirmaſſe Au- Lib. 20.
guſtino authore, priorem locum intelligen- ciu. ca.
dum eſſe de Purgatorio, cuius igne expiati 25.
mortales multi ſeruabuntur.

DOCT. Addam nunc illi comprobatorem, 3.
Ambroſium præceptorem eius, qui nos omnes In Pſal.
exploratum iri per ignem ſcribit. Quod & per 36.
hunc Dauidis locum confirmat: *Tranſiuimus* Pſ. 65.
per ignem & aquam tandem eduxiſti nos in conſolationem. Quod ſi Deus fideles ſuos ſalute donat, nos quoque ſaluos fere, ſic tamen quaſi per ignem, de quo loquitur Apoſtolus, 1. Corinth. 3.

Et ne qua dubitatio reſidua ſit, adiungam 4.
duos è Græcia patres Oecumenium & Orige- In 1.
nem. Prior ait. Quoſdam per ignem ſeruatum Corint.
iri, ſicuti poſt Prophetam ait Apoſtolus, non cap. 3.
tamen ſine perpeſsione dolorum ac ærumna- 1. Cor. 3
rum, vt æquitatis Diuinæ regula poſtulat. Hanc interpretationem ſuam firmat ſuffragio magni B. ſilij, qui ad Iſaiam, ſæpe huius ignis mentionem facit.

Origenes verò ante ſæcula tredecim pro Hom. 6
concionibus pronuntiabat: Veniendum eſt in E-
omnibus ad ignem, veniendum eſt ad confla- xod.
torium. Sedet enim Dominus, & conflat, & purgat filios Iuda. Si quis multa opera bona & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud tanquam plumbum igne reſoluitur atque purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, &c.]

MIN. Accede ad tertiũ teſtimoniũ. DOCT. 6.
En tibi: *Calcabitis impios cùm fuerint cinis ſub* Mal. 4.
planta pedum veſtrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. MIN. Quis hoc ad Purga-

Purgatorium accommodat? Doct. Non modò Chriſtiani patres, ſed etiam veteres Hebræi. Prædictus enim Rabbi Iſaac Alfeci Tractatu prææallegato, non ſolùm id refert ad ignem, quo poſt hanc vitam peccatores Iſraelis expiantur verum etiam teſtatur totam ſcholam clariſſimi doctoris Hillel in eadem ſententia permanſiſſe.

7. Rabbi Iſaac Abuhab, in libro cui titulum indidit Memurath Hamaor, eandem interpretationem & doctrinā conſtanter amplexatur.

Inſignis, & antiquus doctor Rabbi Bachaiai in commentarijs ad caput 34. Deuteron.

8. Item author Libri qui inſcribitur Sem Tob, *1. Bona fama.* hunc Malachiæ locum expoſuerunt de carceribus, & flammis expiatricibus peccatricum animarum ſupra quas iuſti beatiq; ſpiritus in triumphum & quietem glorioſè extolluntur. Min. Quicunque faſces non ſubmittet tot Prophetarum authoritati, non credet tot Scripturis, tot præclaris interpretibus Latinis, Græcis, Hebræis, non ſibi perſuadebit eſſe aliquod Purgatorium animarum poſt hanc vitam: is meo iudicio prorſus omni timore Dei deſtitutus eſt, nullaque ſalutis ſuæ cura tranſigitur, ſed ſe totum patri mendaciorum mancipandum tradit, vt ab eo tandem in barathrum perditionis præcipitetur. Ad me quod attinet, equidem vltrò manus do, meque libenter cognitæ veritati regendum permitto. Sed quia nihil ſupereſt è veteri Teſtamēto quod excutiamus, præter libros Machabæorum, de quibus varij ſunt ſenſus atque diſſenſus, quæſo te paulò diligentius, ac lente diſtincteque pedem hîc figamus.

HISTORIA MACHABAEORVM accenſenda eſt libris ſanctis & canonicis: contra 97. errorem.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

Doctor.

Mvltis abhinc ſæculis eruditiſſimus ſcriptor Tertullianus obſeruauit tantam eſſe in hæreticis improbitatem, vt ad propagandos pertinaciter errores ſuos, non recipiant Scripturas, dicentes eas eſſe apocryphas: aut quas recipiunt, eaſdem ad inſtituti ſui diſpoſitionem prauis interpretationibus interuertant. Quod quidem ita ſe habere demonſtrabant. Ebionitæ, veterum nouum Teſtamentum aſpernantes. Marcionitæ, vetus explodentes. Alij nihil admittebant præter Euangelium Marci: quidam ſolum Lucam amplectebantur. Valentiniani faſtidioſo contemptu Matthæum, Marcum, & Lucam reijciebant, vt vni tantùm Ioanni locus eſſet, &c. Iſtius æui Hugnoſtici Gnoſticorum effrenatam audaciam ſecuti non ſolùm Tobiam, Iudith, Baruch, Sapientiam, Eccleſiaſticum, id eſt, quinque veteris Teſtamenti integros Libros tanquam apocryphos, nulliuſque momenti reputant inſuper, Danielem Eſtheramque multis capitibus imminuunt: verumetiam acerbitatis ſuæ virus contra vniuerſam S. Machabæorum hiſtoriam euomunt, *autumantes eam eſſe apocrypham, nec tantæ authoritatis, vt inde ad confirmationē Eccleſiaſticorum dogmatum argumenta duci queant.* Audi quam præclarum de toto opere illo teſtimoniū perhibeant Parentius & comminiſtri. *Prior Machabæorum liber* (inquiunt) *inter apocryphos cenſetur: poſterior apud Hebræos nuſquam extat. Sed quidam ignobilis, & illaudatus ſcriptor cupiens in compendiū redigere quinque libros cuiuſdam Cyrenaici, centonem hunc contexuit.* *Inſtr. p. 234.* Minister. Non eſt quod alios teſtes adhibeas ad huius rei exquirendam probationem, quàm non tantùm vltrò, verumetiam libenter confitentur, & præ ſe ferunt. Ac vt ingenuè ſenſum meum tibi aperiam ægrè adducor vt opus iſtud magni deputem, niſi contrariam ſententiam ſolidis rationibus & authoritatibus confirmaueris: ac penitus ea quæ aduerſus dici ſolent confutaueris.

Doct. Quando ita in animum induxiſti, *Cōfut. 1.* geretur mos voluntati tuæ. Ac primùm quæro ex te, Nonne tu eos libros arbitraris eſſe canonicos, & authoritatis diuinæ, quos Filius Dei in Euangelio comprobat, Paulus in Epiſtolis inter ſanctos allegat, vniuerſa Eccleſia in diuinis officijs legere conſueuit, antiqua Concilia in Catalogis ſacrorum recenſet, doctores Hebræi, Græci & Latini in ſcriptis ſuis laudant ad teſtimonium dicendum de fide aduerſus hæreticos, imò quos ipſimet hæretici tanquam ſacroſanctos amplectuntur? Min. Paucis tu verbis complexus es omnes veras & geminas notas, quibus canonici libri ab apocryphis ſecernuntur. Nam ſi quis confugere velit ad particulares illas Spiritus ſancti prætenſas reuelationes, vt ſolet pleraque natio Miniſtrorum, non tantùm aberrabit à regulis, quas in hac repoſuerunt Patres; ſed & vniuerſa ſacrā Biblia cenſuris fanaticorum hominum diiudicanda permittet: qui varijs

Lib. de carne Chriſti. L. præſcripſ. Ierem. l. 3. c. 11

Digitized by Google

rijs agitati erroribus, pro libidine ſua rejcient quæcunque ſibi aduerſari putabunt, hoc pallio omnium malitiarum tecti, quod Spiritus ſic ipſis reuelauerit. Non minus itaque aſſentior primæ tuæ propoſitioni, quàm liquidiſsimæ veritati. Sed in aſſerenda minore, nodus omnis hæret atque difficultas. Si quod promittis comprobes, eris mihi magnus Apollo.

2. DOCT. Probabo ſingulas partes ordine quo propoſui. Primum, Filius Dei ambulans
Io. 10. in templo celebrauit feſtum Encæniorum inſtitutum à Machabæis, eumque diem non ſolùm verbi ſui prædicatione, ſed & illuſtri miraculo inſignem fecit: quibus factis oſtendit
Lib. 1. ſatis ſe ratos habere Libros Machabæorum,
Mach. quibus id ſancitum & præceptum eſt. MIN.
c. 4. Quemadmodum ſanè feſta Paſcatis Pentecoſtes, Tabernaculorum, dieſque Sabbathorum obſeruando, declarabat ſe Moſis libros probare, quibus hæc omnia præſcribuntur: ad eundem modum Libros Machabæorum dignos approbatione iudicauit, cùm eorum inſtituta religiosè ſeruauit.

3. DOCT. Hinc Paulus citans hanc hiſtoriam
Hebr. ex poſteriore Machabæorum libro, *Alij autem*
11. *diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem:* & eam cenſens eodem ordine, quo cæteras quas breuiter perſtringit exceptas è Libris Geneſeos, Exodi, Ioſuæ, Iudicum, & Regum, nonne hoc pacto
2. Machab. 7. demonſtrat opus Machabæorum ſibi ſanctum & canonicum videri? MIN. Non eſt dubitandum, quin Apoſtolus ad ſupplicia ſeptem fratrum reſpexerit, quin cum generoſa matre propter legem Diuinam atrociſsimos cruciatus in corporibus pertulerunt, animos ob firmando certa ſpe futuræ reſurrectionis, vt expreſsè textus proloquitur. Quin etiam idem verbum ἐτυμπανίσθησαν diſtenti ſunt, (quemadmodum corium in tympano diſtenditur) vſurpauit Apoſtolus, quo & author libri ſupradicti vſus eſt. Sed & Caluinus, & Beza, & Marloratus non dubitant, quin Paulus eam deſignet perſequutionem, quam Antiochus exercuit, & libro ſecundo Machabæorum refertur. Quæ cum ita ſint cuiuis apparet, Apoſtolum Paulum libris Machabæorū eundem honorem habuiſſe, quem alijs cæteris libris canonicis: quandoquidem & hos & illos ſine vlla authoritatis prærogatiua citat & laudat. MIN. Nihil habeo, quod ijs op[illegible]m. Dic ue rtio.

4. DOCT. Anni ſunt circiter quadringenti, poſtquam Petrus cognomento Venerabilis, intimuſque B. Bernardi amicus, obſeruauit, moris fuiſſe in Eccleſia Catholica, vt ex hoc libro, vice Epiſtolæ lectio in publicis defunctorum funeribus caperetur: quam conſuetudinem, ante duodecim ſæcula, B. Auguſtinus ſuffragio ſuo confirmauit. Adde quod ex vltima vetuſtate morem hunc vniuerſa Eccleſia cuſtodit, vt à primo die Dominico menſis Octobris, ad primum Nouembris, duo lib. Machabæorum in officijs Diuinis publicè recitentur. Scimus autem Concilio tertio Carthaginenſi prohibitum fuiſſe ne libri præter Canonicos vlli in Eccleſia legerentur. Quid amplius deſideras? *Epiſt. contr. Petro 6. ruſticanos. Lib. de cura pro mortuis. Can. 47.*

MIN. Vt ordinem à te propoſitum ſequens, 5.
oſtendas generalia Concilia hos libros in cathalogum Canonicorum repoſuiſſe. DOCT. Prædictum Concilium tertium Carthaginenſe, cui ſubſcripſit B. Auguſtinus; & cuius acta, canones, atque decreta firmata ſunt aſſenſu Concilij generalis Conſtantinopolitani, hoc inquam, Concilium libris Machabæorum canonicam dignationem & authoritatem attribuit: quod & pluribus in locis ab Auguſtino factum legimus. Idem ſancitum eſt decreto Concil. j ſub B. Gelaſio celebrati. Denique Florentina ſynodus, in qua Græci, Armeni, & Orientales cum Eccleſia Romana & occidentali pulchrè conſenſerunt, eandem ſententiam authoritate ſua comprobauit. *Ca. 47. Lib. 18. ca. 36. Lib. 2. de doctrina Chriſt.*

MINISTER. Quid de Hebræis ſtatuendum? 6.
Num quid nos libros tanquam canonicos admittendos eſſe cenſuerunt? DOCT. Daniel propheta eorū multis ante annis, aduetum, zelum, pietatem, bella pugnanda pro legibus Diuinis & traditionibus paternis, & admirabiles victorias Machabæorū de infidelibus atque tyrannis, haud aliter quàm in illis duobus libris deſcribuntur, palam reuelauit atque prædixit: quod plurimam ipſis authoritatem conciliat. Deinde, viri doctrina & ingenio inter Hebræos excellentes, Ioſephus Mathatiæ, & Ioſippus Gorionis filius, Author item libri cuius nomen Seder Olam Zuta, alijque veteres Rabbini citant ſæpius hiſtorias his libris comprehenſas: quod euidenti argumento eſt, lectionem eorum in hoc populo frequentem ac vſitatam fuiſſe. *Dan. 11*

MIN. Quinam ſunt Græci & Latini Patres, 7.
à quibus hi libri in diſputationibus de fide ac religione allegantur? Apud Græcos ſunt Epiphanius contra tertiam hæreſim: Nazianzenus in oratione de ſanctis Machabæis, Theodoretus

Digitized by Google

dor tus ad vndecimum caput Danielis: & ne multis n oner, Origenes, Clemens, Dionyſius, Ignatius viri apoſtoli.

8. Inter Latinos eſt Tertullianus Cyprianus in libris contra Iudæos, Hieronymus aduerſus Iouinianum, Auguſtinus libro ſecundo contra Epiſtolam Gaudentij Donatiſtæ, &c.

9. MIN. Si demonſtrare potes hos libros ab hæreticis ipſis tanquam canonicos allegatos fuiſſe, minor propoſitio Syllogiſmi tui omnes probationis numeros in ſe cótinebit. DOCT. Auguſtinus Epiſt. 71. & libro ſecundo contra Gaudentij Epiſtolam, recitat Donatiſtas ſolitos eſſe facta Eleazari & Raziæ Catholicis hominibus obiectaſſe, vt horum exemplis voluntarias mortes, & ſui ipſius homicidia defenderent: quas hiſtorias licet prauo intellectu detorquerent in aliam partē quàm oportebat: tamen hinc apparet illos Donatiſtas Machabæorum hiſtoriam pro canonica Scriptura deputaſſe.

Lib. 1. Mach. cap. 6. Lib. 2. cap. 14.

10. Iam verò ſupra notauimus, quid hac de re ſenſerit Conradus Pellicanus Miniſter Tigurinus. Is enim increpitat eos, qui Machabæorum libros vocant apocryphos, atque rectius Eccleſiaſticos & Biblicos appellari: ſiquidem ab Apoſtolicis temporibus in Eccleſia Catholica ſemper habiti ſint in honore ac reuerentia.

Præfat. in tom. 5.

11. Poſtremò, Martinus Lutherus omnium huius ſæculi hereſeon ſator, in publica Diſputatione Lypſica contra Doctoren Ekium, primò verbis teſtatus eſt, deinde ſcriptis conſignauit, quid de Libris Machabæorum iudicaret, his verbis: *Tria per ordinem dominus doctor copioſiſsimè contra me proſequutus eſt. Primùm canonem ſacræ Scripturæ comprehendere Libros Machabæorum: deinde, Purgatorium probari etiam alijs Scripturæ locis. Reſpondeo. De duobus primis nulla eſt inter me, & dominationem ſuam controuerſia, &c.* MIN. Viderint alij, quid ſentiant: equidem haud inuitus tranſeo in tuam ſententiam, & hoſce Libros tanquam ſacros atque canonicos amplecti non tergiuerſor. Reſtat vt veritatis radijs quaſdam obiectionum nebulas, quibus horum voluminum authoritatem obſcurare conantur, longius propellas atque diſsipes.

F. 250.

12. Aiunt primò, *ſcriptum eſſe ab Hieronymo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum Libros legit quidem Eccleſia: ſed eos intra canonicas Scripturas non recipit, vt inde authoritas Eccleſiaſticorum dogmatum confirmari poſsit.* DOCT. Collega eorum Pellicanus apta diſtinctione hoc telum ſic declinat. *Non ſunt vt canonici in authoritatem prolati aduerſus Iudæos.* Et ſi pluris æſtimant (vt certe debent) authoritatem D. Auguſtini, quàm commentitiam ſui teſtationem, ſciant à magno illo doctore ſuprà ſcriptam ſolutionem deſumptam eſſe. Ait enim. Libros Machabæorum non Iudæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet.] Quam ſententiam continenter retinens, alibi ſcribit: Hæc Scriptura recepta eſt ab Eccleſia non inutiliter ſi ſobriè legatur & audiatur.] Quam cautionem prudenter audit, ob præpoſteram imitationem aliquorum, qui ſibi propria manu conſciuiſſe illic memorantur: quorū exempla mirari licet, non imitari, vti circuncelliones putabant.

Inſtr. Pag. 234. *Præfat. in Tom. 5.* *Lib. 18. ciuit. c. 36.* *Lib. 2. contr. Gaudent. c. 23.*

Idem libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite octauo, non dubitat hoſce libros, ſine vlla exceptione numerare inter canonicas ſcripturas, à Spiritu ſancto dictatas: iiſque poſtea vtitur ad faciendam fidem de precibus & orationibus pro defunctis: quam doctrinam ſatis indicat pertinere ad ſummam religionis, cum hæreſeos damnat Aerium, contrarium opinantem. 13.

L. de cura pro mort. Lib. de hereſ. ca. 53.

MIN. Obijeiunt Parentius & gregales. *Poſteriorem Machabæorum librum non reperiri apud Hebræos?* vnde concludunt non eſſe a Chriſtianis recipiendum. DOCT. Si hæc argumentandi ratio procederet, attende quæſo, quam latè, pernicioſéque diſſeminaretur. Poſſet enim pari modo colligi, Non eſſe admittenda Euangelia ſecundum Marcum, Lucam, & Ioannem: non Epiſtolas Pauli, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, non Acta Apoſtolorum: non Apocalypſin, quia non hebraico ſermone ſcripta ſunt. Quid quod iuxta regulam oppſitorum, à contrario ſenſu aduerſus illos argumentum retorqueam? Hodie reperiuntur libri Tobiæ, Iudith, & Machabæorum hebraicè ſcripti, typis excuſi, & annotationibus Munſteri, aliorum Miniſtrorū communiti: ergo planè ſunt canonici & ſancti? Poſtremò ſi repudianda ſunt ab Eccleſia Chriſtiana quæcunque non exſtant ſcripta Hebraicè, ſicut baſis argumenti eorum ſupponit, optima certè pars Chriſtianorum dogmatum funditus corrueret ac ſubuerteretur. Atque hęc peritia, vel potius ſumma pernicies Caluinicarum argumentationum. 14.

Inſtr. Pag. 243.

MIN. Tertio loco dicunt, *Auctorem poſterioris libri nuſquam nominari: ſed fuiſſe quendam Abbreuiatorem, qui libros quinque Iaſonis Cyrenaici in Epitomen coarctare voluerit.* DOCT. Tametſi omnia hæc ipſis largiremur, nihil tamen 15.

Inſtr. Pag. 2..

men pro eorum errore conficitur. Enimuerò Author librorum Iudicum, Ruth, Regum, Paralipponienon, & Iob, nuſquam apparet: nec ideo quiſquam dubitat, quin Canonicis voluminibus annumerari debeant. Alpha Prædicātum Caluinus negat ſibi liquere, quiſnam ſit Author Epiſtolæ ad Hebræos: nec audet vir modeſtus ſcilicet ac verecundus, certò definire, Apocalypſin ab Apoſtolo Ioanne compoſitam eſſe: nunquam tamen apertè dixit (quod ſciam) vtrunq; ſcriptum vt apocryphum reijciendum eſſe.

16. Adhæc, Nec pauci, nec contemptibiles viri opinantur Deuteronomium eſſe compendium Exodi, Leuitici, & Numerorum: Paralipomena nihil aliud eſſe, quàm in Epitomen redactos Annales Regū. Nec deſunt, qui putent B. Marcum fuiſſe B. Matthæi Abbreuiatorem. Simile iudicium faciunt de beati Iudæ Epiſtolio, quod ſit quoddam duarum Epiſtolarum Petri ſummarium. Nec hoc tamen quidquam derogat de talium Scriptorum veritate vel authoritate.

17. MIN. Quartum telum quod intentant, hoc
Infir. eſt. *Concilium Laodicenum enumerans omnia*
p. 255. *Scripta Diuina, nullam inibi Machabæorum mencit mentionem: quod Concilium ſub Iouiniano cōuocatum eſt, hoc ſolo fine, vt Eccleſiaſtica politia conſtitueretur.* DOCT. Vide mihi primùm quàm turpiter, quamque pudendum in morem res penitus aduerſas effutiāt. Habitum eſt hoc Concilium (inquiunt) hoc ſolo fine vt Eccleſiaſtica politia conſtitueretur: atqui, definit de fundamento totius religionis, id eſt, de libris canonicis. Deinde, conſidera, quàm ineptè ratiocinentur ex meris negatiuis, iiſque particularibus: vnde iuxta Logices diſciplinam nihil efficitur. *In hoc concilio nulla fit mentio librorum Machabæorum: igitur non ſunt canonici.* Quanquam reſponſo digna non eſt tam futilis argumentatio, tamen ne ſilentium pro conſenſu interpretentur, dicam breuiter. Nullos in eo Concilio libros recenſeri, niſi eos de quibus nunquam eſt ab Orthodoxis dubitatum, quique ſine controuerſia ſemper in Eccleſia lecti receptique fuerunt. Diſceptabatur autem tunc temporis non ſolùm de duobus Machabæorum libris: ſed etiam de Epiſtola ad Hebræos, de duabus poſterioribus Ioannis, de iis quas Iacobus & Iudas ſcripſerunt, de ſecunda Petri, déque Apocalypſi, quorum authoritatem Eccleſia poſtea conſtanter aſſeruit, aduerſus importunas hæreticorū rixas, vt ſuprà demōſtrauimus. Non eſt igitur de illis nunc dubitādū.

18. Sed vehementer ſtudeo ſcire à te vtrum ex animi ſententia Miniſtri veſtri citent hoc Concilium, & An viginti duos Epiſcopos qui tum adfuerunt, idoneos exiſtiment, ad imponendū toti Chriſtianiſmo legem, vtrum denique, ipſimet ſine ſimulatione velint huius Concilij ſtare decretis. MIN. Non eſt illis integrum vtrum velint: ſiquidem eius authoritati tantopere confiſi ſunt. DOCT. Neceſſe eſt igitur vt in poſterum per totam Quadrageſimam ieiunent, vt Chriſmate vngantur in Baptiſmo, vt Cap. 7.
reuerentiā exhibeant ſacris altaribus vt Con- 15. 19.
feſsioni peccatorum operam nauent, vt exor- 44. 48
cizent catechumenos, vt abſtineant carnibus 49. 50.
ieiuniorum diebus nec fas ſit mulierculis eo- 52.
rum cantitare in publicis concionibus. Hæc enim omnia cauentur decretis dicti concilij Laodiceni. MIN. Præoptabunt ſcio, nullam eſſe huius Concilij authoritatem, quàm ſuperioribus vllo modo ſubiacere.

Proponunt verò & hoc quintum argumen- 19.
tum. *Cyprianus in tractatu quem compoſuit ſuper Symbolo Apoſtolorum, delectum habet librorū canonicorum, his verbis. Omnis ſcriptura, &c. nec ibi vſquam comparet mentio Machabæorum, &c.* DOCT. Paucis verbis in tribus peccant. Primus error eſt ab ignoratione antiquitatis. Tribuunt enim hunc tractatum Cypryano martyri, & Antiſtiti Carthaginenſi in Africa, cùm eius author ſit Rufinus Presbyter Aquileienſis in Italia, duobus ſæculis natu minor quàm Cyprianus, & authoritate, doctrina, ſanctitate, multis paraſangis inferior. Deinde, plagis afficiunt præceptorem ſuum Caluinum, & cōminiſtros ſuos Spinam & Sureum, qui nunquam ſuſtinuerunt confiteri *prædictum Symbolum eſſe Apoſtolorum*: ne traditiones non ſcriptas admittere cogerentur. Poſtremò, vt antè diximus, committunt in legem rectæ ratiocinandi, & totam ignorant viam Logicæ diſciplinæ, cùm ex puris negantibus concluſiones ſuas colligant. Sed ne videar tergiuerſando ipſorum argumenti aciem declinare breuiter reſpondeo, non aliud propoſitum fuiſſe Rufino in enumeratione librorum canonicorū, quàm vt eos recenſeret, qui citra controuerſiam à principio recepti fuerunt in eum ordinem, non alios de quibus adhuc erant diſsidentes ſententiæ, in quo genere non tantum fuerunt hi Machabæorum libri, Epiſtola ad Hebræos, quinque Canonicæ, Apocalypſis, &c. Iam verò poſtquam Eccleſiæ voce Spiritus ſanctus edixit, libros iſtos verè ſanctos & canonicos cenſeri oportere, nefas eſt litem tam graui iudicio deciſam, retractare.

In. I. pr. pag. 258. MIN. Tamen à pertinacia non diſcedunt, nec tamen conuicti victos ſeſe confitentur. Audi quid rurſum exclamant. *Melito Sardenſium Epiſcopus* (inquiunt) *non commemorat eos inter libros canonicos, vt videre eſt apud Euſebium. Nec item Epiphanius.* Inde velut fuſis fugatiſque hoſtibus, ſic glorietur ventoſus author inſtructionis eorum aduerſus ſcriptum tuum: *Hæc eſt opinio antiquitatis. Atque ita rem factam habeo, librum Machabæorum non eſſe canonicum, licet Franciſcanus iſte neget, me id præſtare poſſe.* DOCT. Nihil me terret glorioſus iſte Thraſo quo minus conſtanter in priſtina ſententia perſeuerem. Satis enim mihi retudiſſe videor omnes eius probationes: contrariam verò, id eſt Catholicam ſententiam defendiſſe firmis rationibus ac teſtimonijs Domini noſtri IESV Chriſti, Pauli Apoſtoli, totius Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ, necnon veterum Hebræorum, adeoque ipſorum hæreſiarcharum confeſſionibus. Cæterùm, ne ſolutione careat vltium aduerſariorum argumentum: primum repono ipſorum importunitati Crambem aliquoties repetitam, videlicet, ex duris negatorijs propoſitionibus nihil effici. Deinde, nego eos citra iuſtiſsimam inconſtantiæ & malitiæ exprobationem Epiphanij teſtimonio vti poſſe, quem ibidem conuitijs & probris onerant, & cuius æquiſsimam cenſuram aduerſus Aërium iniurioſè criminentur. Sed vt demus illis hanc veniam, ſi Epiphanius hos libros non numeret inter canonicos, cur eorum authoritate, aduerſus tertiam hæreſin, velut valentiſsima vtitur? Poſtremò, nec ille, nec Melito mentionem horum librorum fecerunt, ſicut nec aliorum plurium, (qui tamen ante annos mille ducentos relati ſunt in canonem) eo quòd ſequuti ſunt canonem Hebræorum, quibuſcum aſsiduè verſabantur & confligebant, vt eos ad Chriſtianiſmum inuitarent atque pertraherent.

IVDAS MACHABAEVS NIHIL ADmiſit contra diuinam legem: ſed potius opus huic conforme, pium, & laude dignum fecit, quando preces & oblationes fieri procurauit pro defunctorum ſalute: aduerſus 98. 99. & 100. errorem Caluiniſtarum.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

DOCTOR.

LIBIDO conuitiandi tantopere mentes Miniſtrorum inuaſerat, vt periculum fuerit [illegible] creparent, niſi [illegible] ac venenum acerbitatis ſuæ cormouiſſent aduerſus illud fulmen belli, Aaronis ſucceſſorem, Diuini cultus inſtauratorẽ, ſummũq; populi Iſraelitici Põtif. Iudam Machabæum: quem nefariè accuſant propter caritatis & pietatis officia, quæ præſtanda curauit erga eorum animas qui in prælio ceciderant. Siquidẽ non contenti ſub Miniſtri Parentij titulo ſemel dixiſſe: *Iudas deliquit*: iterant ſæpius eundem cocyſmum: *Iudas deliquit, & grauiter peccauit, cũ nullo Deo verbo nixus, putauit ſe redimere poſſe animas à ſtatu in quo erant, vt cœtui fidelium aggregarentur.* Inſtr. p. 13. & 247. Mox quaſi reſumptis viribus, altiore tono vociferantur: *Immiſcuit ſe temerè huic rei ſine mãdato Dei. Nec volo, nec poſſum ſalua conſcientia, concedere, quod Iudas rectè fecerit.* Haud procul inde reuertuntur ad vomitum, clamitantes: *Iudas perperam fecit. Iudas in Leuitico non reperit, ſacrificia pro leuamine animarum ex hac vita commigrantium fieri oportere. Factũ Iudæ iure condamnatur.* P. 247. 248. 249. 252. & 254. Deinde, pro ſolita miniſtrorum Caluiniſtarũ modeſtia, comparant ſacrificium B. Iudæ, cum Dauidis ſcelere, quo Vriã trucidandum ablegauit: ſubeuntque: *Factum eius caret omni laude pietatis: In hac particulari actione declarauit zelum inconſideratum erga peremptos.* Poſteà quaſi tædeat eos impudentiæ ſuæ, culpam ſuam in me transferre conantur, quòd modeſtis ſcilicet hominibus, & virginali verecundia prædictis, neceſsitatem perfricandi oris impoſuerim. *Nollem factum* (aiunt) *vt Franciſcanus iſte præbuiſſet occaſionem Iudæ Machabæi culpam retegendi.* P. 256. 258. 269. Poſtremò, veritus ſycophanta ne tam præclaræ voces ex animo Lectoris elaberentur, addit hoc ſpecioſum Epiphonema: *Quamuis Iudas dux & vir excellens fuerit, nihilominus tamen hic peccauit, & verbo Dei condemnatur.* MIN. Sit quæſo, pudor, aut modus calumniandi virum inculpatiſsimum. Aures meæ diutius tantam maledicendi atrocitatem ferre non ſuſtinent. Si qua ſcintilla modeſtiæ in iſtis effrontibus ingenijs reſidua foret, non toties ad eundem obtrectatis ſcopulũ adhæreſcerent. Sed vt ſcabioſi fricatu gaudent, ſic malignæ mentes criminando ſe oblectant. Et vt muſcæ læuibus locis non diu inſident, ſed ſcabris & impolitis: ita qui ſunt ab ingenio improbi laudes clarorum virorum vel ſilentio tranſeunt, vel leuiter prætermolant: ſi quid verò eſt quod dente Theonino circũrodere poſſunt, ægrè ab illo diuelluntur.

DOCT. At omiſsis recriminationibus, rem inſpiciamus, & quæramus vtrum Iudas Machabæus culpam in Deum admiſerit, in pro- Cõfut. 1.

curandis.

Digitized by Google

curandis precibus & oblationibus pro defun-
ctis, vt voluntrℓ: ac primùm quidem velim
ſcire, quid ea de re tibi videatur. MIN. Quid
cùm illis aſſentirer, quando mutuis in hac re,
vt in alijs pleriſque, à ſe contradictionibus
diſsident? Nam Miniſter Parentius de re lo-
Pag. quens ſcribit: *Quod ait iſte Franſcicus pietatem*
246. *Iude Machabæi in crimen à me vocari, nuſquam*
in toto ſcripto meo deprehendetur: nec longo
poſt interuallo duodecies eum accuſat ſimili
crimine, quo Dauid per ſummum ſcelus Vriæ
mortem machinatus eſt. Quid hac impudentia
fœdius? Hac leuitate contéptius dici poteſt?

2. Cùm item alibi confiteantur *nuſquā in Scri-*
Pag. 92 *ptura diſertis verbis exprimi, quod non ſit Purga-*
torium, aut quod pro defunctis orare non oporte-
at, hac pronuntiatione factam Iudæ vindicant
ab omni crimine, ſuaſque accuſationes exar-
mant táquam nihil admiſerit contra verbum
Dei, vt eo iudice condemnari mereatur. Nam
ſi Scriptura nō prohibet orare pro defunctis,
nec ex eorū ſententia) verbū Dei vſquam eſt
niſi in Scriptura: Iudas orando & offerendo
pro defunctis, verbo Dei non condemnatur.

3. DOCT. Sed cùm ex præſcripto Iuriſcon-
L. Præ- ſultorum, non ſit temerè proſiliendum ad ac-
ter. ff. cuſationem, nec oporteat vagari cum diſcri-
de in- mine alienę exiſtimationis, velim mihi ſpeci-
iur. aliter deſignari locum, vnde Miniſtri colligāt,
Iudæ Machabæi factum à Scriptura condem-
nari. MIN. Non aliundè, quod ſciam, haute-
runt hanc cenſuram, quàm ex ſolennibus ne-
gationibus ſuis: ſic enim libellum ſubſcriptionis
in crimen concipiunt: *Iudas id fecit ſine verbo*
Dei. Illud aggreſſus eſt citra vllum Dei mandatū.
Non reperit in Leuitico talem actionem eſſe ſuſci-
piendam, &c. Qua in re turpiter hallucinan-
tur cùm tanquam expreſſum Dei verbum ſu-
perbè venditant tres aut quatuor negatorias
enuntiationes ex lacunis Lemanicis hauſtas:
eoſque velut teſte Scriptura, damnant, qui-
cunq; huiuſmodi deliramentis continuò non
aſſentiuntur. Sed hæc ætas non amplius tam
oportuna eſt fraudibus, & inſidijs impoſto-
rum, vt ſe facilè ineſcari patiatur.

4. DOCT. Examinemus igitur ordine capita
rationum, quibus innixi tam petulanter inſur-
gunt: aduerſus hunc eximium heroëm. MIN.
Prima accuſatio eſt, quod ſine verbo ac man-
dato domini, factum illud ſuſcipere præſump-
ſerit: condemnari autem à Deo quæcunque fi-
Cal. In- unt præter expreſſum eius verbum. DOCT.
ſtit. l. 4. Cùm alibi non agnoſcant aliud Dei verbum
c. 8. §. 8 niſi expreſſam Scripturam veteris & noui Te-
ſtamenti, plura hic committunt errata, quàm
verba pronuntient. Primùm enim cùm Iudas
id fecit, habuit in cōſilio verbum Dei, qui per
os Danielis prædixerat fore eum qui popu- Daniel.
lum ſuum in libertatem vindicaret, ſanctua- 11.
rium repurgaret, & in integrum reſtitueret
antiquam religionem Hebræorum: apud quos
(vt docuimus, & Miniſtri confiteri cōmpel- Apol.
luntur) ab omni æuo, ieiunia, preces, eleemo- Latin.
ſynæ, & oblationes pro ſalute defunctorum
fiebant. Secundò, ſequutus eſt antiquam & ſan-
ctam Traditionem Patriarcharum, Propheta-
rum, Pontificum, Regum, moremque veteris
Hebræorum Eccleſiæ, qui omnes (vt pluribus
ſuprà euicimus) pro defunctis orarunt. Hæc
porrò traditio nihil aliud fuit, quàm verbum
Dei reuelatum & inculcatum per Spiritum
ſanctum, qui verè Deus eſt, atque perpetuus
Eccleſiæ doctor & rector. Sequutus eſt item ex-
preſſa illa verba, & mandata Dei, in Leuitico
tot genera præcipientis ſacrificiorum, quæ (vt
eſt etiam veterum Synagogæ Doctorum ſen-
tentia, ſuperius allegata) tam pro defunctis,
quàm viuentibus offerebantur, ac vtriuſque
plurimum proficiebant. Denique authores ha-
buit libros Moſis, Iudicum, Ruth, Regum, Pſal-
mos Dauidis, & Prophetas omnes, in quibus
Purgatorij doctrinam contineri tam luculen-
ter demonſtrauimus, vt talpa cæciores ſint, qui
perſpicere nequirent.

MIN. Abundè confutata eſt prior ratio, ve- 5.
niamus ad alteram, quæ ſic decernit: *Id omne*
à Deo condemnatur, quod fit citra verbum eius.
DOCT. Cùm nullum aliud verbū Dei agnoſ-
cant Caluiniani, quàm quod in veteri ac nouo
Teſtamento expreſsè ſcriptum ſit: neceſſe erit
ex hac eorum hypotheſi, vt à Deo damnentur
Abelis ſacrificia, Sethi pietas, Enochi religio,
labores Noë, Melchiſedechi oblationes, pati-
entia Iobi, fides Abrahæ, obediētia Iſaac, ſpes
Iacobi, Ioſephi caſtitas, & (vt generaliter di-
cam) omnes virtutes, omnia officia, omnia be-
nefacta Sanctorum qui ab orbe condito, vſque
ad tempus quo Moſes verbum Dei ſcriptum
promulgauit, à Deo damnata & reprobata fue-
runt. Caruit enim omnis ætas illa ſcripturis
canonicis, quibus ſolis verbum Dei, iuxta Mi-
niſtrorum cenſuram, comprehenditur. Quod
quid eſt aliud, quàm vniuerſum cœtum filio-
rum Dei contumelijs inceſſere? Tollere omne
virtutum & vitiorum diſcrimen? Miniſtros &
ſatellites Caluinianos ſupra Dei thronum at- Iren. l.
tollere, vt eis liceat infirmare ac ſubuertere, 1. c. 29.
quæ Deus omnibus probat & conſtituit? Mar- & 35.

[Eb]ionitarum, Cainitarum, & Manichæorũ ad-
uerſus patres veteris Teſtamenti maledicta ab
Tertull. inferis reuocare? MIN. Ex animi ſententia ni-
Auguſt. hil eſt quod replicare poſſim, cogorque fate-
ri non modò labile & imbecillum eſſe Prædi-
cantium fundamentum, quo nixi damnant fa-
ctũ fortiſsimi Machabæi, verũ etiam innume-
ras inde abſurditates & impietates reſultare.

6. DOCT. Si clarioribus exemplis, velut ar-
gumentis, Hugnoſti cum axioma refelli deſi-
Mat. 2. deras, dic mihi quæſo, quibus Scripturis iuſſi
8. 15. ſunt Magi venire ab Oriente, vt proſtrati in-
& 35. fantiam Christi adorent? Tantis muneribus
condecorarent? Quæ Diuina vox literis com-
Io. 4. 9. prehenſa, perſuaſit Centurioni, Chananeæ,
Principi ſynagogæ, Cæco illuminato, Matri
filiorum Zebedæi, & alijs quāplurimis, Chri-
ſtum hominem cum omni demiſsione in ter-
ris adorare? Quonam ſcripto, iuſſi ſunt A-
poſtoli pallijs ſuis ornare pullum & aſinam
Mat. 21 Plebs Iudea, vias veſtibus inſternere, ramos
Luc. 7. palmarum deferendo, cantare *Hoſanna filio*
Matth. *Dauid?* Mulier peccatrix proprijs lacrymis
26. & rigare, & capillis tergere pedes Domini? Ca-
27. put totumque corpus eius perfundere? Ioſeph
Io. 19. & Nicodemus corpus eius vngere, ſyndone
munda inuoluere, & monumento nouo, in pe-
tra exciſo imponere? MIN. Profectò hæc om-
nia ſummæ laudis exempla nullam habuerunt
expreſſam Scripturam, aut ſpeciale mādatum
Dei ſcriptum, quo ea facere iuberentur: ſed
profecta ſũt ab inſtinctu quodā Diuino ἀγράφω,
& ab vltronea pietate, quam fides, ſpes, & ca-
ritas comitabantur. Proinde, ſua ſponte cor-
ruit ſecunda Miniſtrorum ratio, adeòque to-
tius irreligioſæ reformationis eorum funda-
mentum: Machabæus autem nulla culpa no-
tandus, ſed eximiè laudandus, quod cum mor-
tuis miſericordiam fecerit.

7. DOCT. Quid verò dici poteſt malignius
aut impudentius illa diſsimilima ſimilitudi-
ne, qua comparant iſtam Iudæ Machabæi pie-
tatem, cum teterrimo Dauidis homicidio, quo
fidelem ſeruum, militémque ſtrenuum Vriam,
turpiſsima fraude necandum curauit? Omnes
enim qui communem ſenſum non amiſerint,
aſſentiuntur factum Dauidis multiplici cru-
ce dignum fuiſſe: ſoli Caluiniſtæ factum Iudæ
reprehendunt & damnant.

8. Quin ipſa comparatio ſuis ponderibus exa-
minetur, apertè eos refellit, & ſanctiſsimum
Dei Pontificem omni culpa liberat. Spiritus
enim Dei conceptis verbis factum Dauidis a-
criter coarguit, & authorem grauiſsimis pœ-
nis multat: Iudæ verò pietatē Scriptura nuſ-
quā reprehendit, nemo Propheta condēnat,
nullo ſupplicij genere factorē Deus plectit, vt
exigebat iuſtitiæ ratio, ſi hac in re deliquiſſet.

Accedit, quod expreſſæ ſunt in ſacris pro- 9.
hibitiones, quibus Dauidis ſcelera aduerſan-
tur, prohibentur, damnātur. *Non occides, Non*
effundes innoxium ſanguinem, Non mœchaberis,
Non concupiſces vxorem proximi tui, &c. nul-
libi vero prohibitum eſt Purgatorium credē-
re: nullibi offerre, aut bene precari fidelibus
defunctis, vt & ipſi Miniſtri nolentes volentes
confitentur. Ergo falſum & impium eſt quod
ſcribunt: *hunc beatum virum expreſſo verbo Dei*
damnari. Quo circa rectè & ordine concludo,
non ſolùm ex regula contrariorum ſed etiam
ex Antagoniſtarum hypotheſi, Iudam rem fe-
ciſſe ſanctam, laudabilem, & acceptam Deo,
quando curauit orandum & ſacrificandum
pro defunctis.

Nec verò celandum te arbitror, me literis 10.
interpellaſſe Miniſtros, vt aliquem Ortho-
doxum hominem mihi ſiſterent, qui per illud
ingens ſpatium temporis, quod inter ætatem
Iudæ Machabæi, & hæc infœlicia tempora in-
terceſsit, hoc eſt, pene per annos bis mille, fa-
ctum eius non dicam impietatis damnarit,
verùm culpæ ſuſpitione perſtrinxerit. Quan-
quam ſunt & ingenio parati ad excogitandum,
& ingenio parati ad excogitandũ, & ore per-
fricti ad mentiendum, tamen neminem vn-
quam producere potuerunt, qui id ante eos
fecerit. MIN. Idem iſtud & ego ſæpius ex ijs
quæſiui in conſiſtorijs, in diſputationibus, in
concionibus, quibus interfui dum Miniſtrum
agebam: ſed omnes habuerunt os, occluſiſsi-
mum ad iſtud, & grauiſsimo taciturnitatis iu-
dicio conuicti ſunt. Non debent itaque nunc
admitti ad accuſandum ſummum Dei Sacer-
dotem, poſt tot ſæculorum præſcriptionem.

DOCT. E contrariò verò ſunt mihi ad ma- 11.
num ſolidæ probationes à magnis authoribus
Latinis, Græcis, Hebræis, hoc eſt, ab omnibus
linguis & Gentibus, vnde peruincam factum
beati Iudæ Machabæi laudatum, probatum,
& allegatum fuiſſe, veluti rem Deo gratam,
& animabus defunctorum conducibilem.
MIN. Hoc opus, hic labor eſt. Nam id con-
ceptiſsimis pernegat Parentius commini-
ſtrorum cohorte, ſcribens: *Nuſquam reperi-* Inſtr.
tur author Hebræus, Græcus, aut Latinus, qui Iu- p. 254.
dæ factum approbarit, vt hic Franciſcanus aſſerit.
DOCT. Antè annos quadringentos Petrus
cognomine Venerabilis, Epiſtola contra Pe-
trobuſsianos, & Rabanus Maurus ante octo
ſæcula in Comment. Iudæ factum allegarunt,

expoſuerunt, probauerũt, tanquam opus pro-
batiſsimum, & Deo peracceptum. Magnus do-
ctor AVGVSTINVS qui tot ſæculis floruit
antequam infeliciſsima Lutheranorum, Cal-
uinianorum, *Zuinglianorum*, Bezanorum,
Hugnoſticorum & Anabaptiſtarum nomina,
factáque vſquam gentium audirentur, ſic de
Lib. de facto Machabæi pronuntiauit. In Machabæo-
cura rum libris legimus oblatum pro mortuis ſa-
pro mor criſicium. Sed & ſi nuſquam in Scripturis ve-
tuis a- teribus legeretur, non parua eſt vniuerſæ Ec-
genda. cleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, autho-
cap. 1. ritas.] Audis hic citari ſacrificium Machabæi
pro defunctis, non animo carpendi ac velli-
candi, qua in arte excellunt Miniſtri: ſed vt
hoc exemplo cura pro mortuis gerenda con-
firmetur. Audis allegari hanc hiſtoriam, velu-
ti partem veteris Teſtamenti, quod quidem
vir æquè pius ac doctus minimè feciſſet, ſi do-
ctrinã impiam, & Scripturis Diuinis contra-
riã (vt Miniſtri blatterunt) contineret. Adde
quod reciprocè factum Machabæi authoritate
cõſuetudinis Eccleſię cõprobat: & huic cõſue-
tudini vim ac pondus adijcit a facto Macha-
bæi, quod ſub lege & politia Moſis geſtu eſt.
12. Poſtremò, cùm idem author ſcribit: Ma-
chabęorum libros non Iudæi, ſed Eccleſia pro
Lib. 18. canonicis habet:] Fateberis Eccleſiæ vocabu-
ciuitat. lo Latinam ſaltem contineri. Quare ſi omnes
c. 36. Latini Chriſtiani hos libros pro ſacroſanctis
Scripturis habent, per conſequens non poſ-
ſunt quin laudent & approbent iſtud pro de-
functis ſacrificium, à Machabæo procuratum,
cui tribuitur elogium ſanctæ & ſalubris cogi-
tationis. MIN. Non habeo quod conſenſui
totius Eccleſiæ Latinæ opponam: ſi quam à
Græcis contribuere potes ſymbolam, mirifi-
cè fidem confirmaueris.
13. DOCT. Sunt anni plures ſeptingentis, ex
Damaſ. quo Ioannes Damaſcenus in illa præclara ora-
tione, quam pro defunctis habuit, laudans hoc
factum Machabæi ſic loquitur: Animaduertite
quod Scriptura ſacra de Iuda Machabæo me-
moriæ prodiderit. Nimirum, eum in Sion
magni regis ciuitate, cùm populum cui præ-
erat, ab exteris hoſtibus cæſum vidiſſet, ſinúſ-
que eorum excutiens, condita in ipſis idola cõ-
periſſet, ſtatim expiandi huiuſce ſceleris cauſa,
Domino ad miſericordiam prompto, pro vno-
quoq; eorũ munera obtuliſſe in eáque re ſum-
mæ pietatis caritatiſque munere perfunctum
fuiſſe. Vnde etiam factum eſt, vt Diuina Scrip-
tura quemadmodum omnibus alijs nomini-
bus, ita hoc quoque nomine, ſummis eum lau-
dibus euexerit, ac mirificè commẽdarit.] MIN.
Hic primùm obſeruo libros Machabæorum ſa-
cram & Diuinam Scripturã, non apocrypham
cẽſeri. Deinde, ſacrificia & orationes pro mor-
tuis ſummæ pietatis laudibus cumulari. Po-
ſtremò, Iudam hoc nomine manifeſtè laudari,
nedum vt condemnandus videatur.
DOCT. Addam huic ſingulari teſti, trecen- 14.
tos & quinquaginta alios patres Græcos, à qui-
bus celebratum eſt tertium generale conciliũ
Conſtantinopolitanum, à quibus confirmata
ſunt decreta tertij concilij Carthaginienſis. V-
trobique recepti fuerunt libri duo Machabæo-
rum tanquam canonici, & ſacroſanctæ autho-
ritatis. Eodem igitur aſſenſu comprobatum Iu-
dæ ſacrificium pro ſpiritibus defunctorum: i-
tem, ſanctam & ſalubrem eſſe cogitationem
exorare pro defunctis, vt à peccatis ſoluantur.
Ad hæc, cùm Epiphanius cenſura notet Aë- 15.
rium, quòd ſacrificia pro mortuis repudiaret,
planè ex aduerſo laudat pietatem eorum qui
pro defunctis ſacra faciunt, quod beatus Iudas
religioſè præſtitit. Quî enim conueniret, vt
Græci patres hoc ſacrificium ſub lege Moſis fa-
ctum pro mortuis reprehenderent, cùm ſub le-
ge Chriſti, in omnibus Liturgijs ſuis tam de-
notè offerant corpus & ſanguinem Domini
IESV ad impetrandam requiem pro vita fun-
ctis? Et id genus ſacrificij teſtentur eſſe Tradi- *Chry-*
tionem Apoſtolicam, toto orbe receptam at- *ſoſt.*
que propagatam?
Denique, nemo ex omni grege Prædican- 16.
tium, negare audebit, quin hi libri Græcè ſcri-
pti fuerint, Græcè publicati, & lecti ab omni-
bus doctis in Græcia viris, ab eo tempore quo
Iaſon Cyrenaicus, & abbreuiator eius prædi-
ctos libros conſcripſerunt, vſque ad noſtram
ætatem. Nec quiſquam extitit, qui eos culpa-
uerit: multi contrà vt canonicos allegarunt,
nemo non approbandos cenſuit. MIN. Non eſt
credibile, aut veriſimile, quin inter tot homi-
num myriadas, qui hæc monumenta vide-
runt, legerunt, & expoſuerunt, complures
Iudam accuſari fuerint, ſiquidem contra Di-
uinam legem feciſſet. Etenim reprehenſus
eſt, ob fœdus ictum cum Ethnicis: & temeri-
tatis inſimulatur, quòd aduerſus copias vi-
ginti duorum millium, ipſe ſolis octingentis
hominibus comitatus congredi non dubita-
uerit. Quî fieret igitur, vt ab omni antiquita-
te nemo reperiretur, qui ſacrificium iſtud pro
mortuis in culpam vocaret, ſi ab ipſo confi-
ctum, & contra Dei mandata temerè vſurpa-
tum fuiſſet? Vt cõpẽdio abſoluã, clarè cõſpicio
con-

temporali æternaque morte plectendum; proinde, niti debent argumentis meridiana luce clarioribus. Hactenus quidem id non comprobauerunt, nec eſt vt vnquam facere poſſint. Non enim illis liquet, quis primus tam temerarium facinus aggreſſus ſit, nec quo tempore, nec in quot, quibuſque exemplaribus id factum ſit, verum in Græcis pariter & Latinis: in Aſia, Africa, vel Europa: verum ante hoc poſtremum ſchiſma quiſquam hoc nomine Catholicos accuſauerit, &c. Conuincuntur itaque damnabilis calumniæ, aduerſus ſanctam Dei Eccleſiam, crimenque committunt & in hoc, & in futuro ſæculo vindicandum.

2. Minister. Sanè in multis Biblijs quæ mihi legere contigit, Græcis, Latinis, Gallicis, Anglicis, Italicis, Germanicis; ſiue manuſcripti codices eſſent, ſiue typis exarati; ſiue eos vertiſſent, recenſuiſſent, & correxiſſent Catholici homines, ſiue hæretici, recentes vel antiqui: ſemper hanc de qua agimus, ſententiam eodem ſenſu comprehenſam reperi, quo citari ſolet, eodem loco, & ordine: nõ ad marginem neque in gloſſa. Manet igitur firmum & ſtabile, gnomen hanc legitimam eſſe, non ſuppoſititiam: naturalem, non adoptiuam: ab Authore libri compoſitam, non ſubtiliter inſertam, vt præ inopia reſponſi Prædicantes cauillantur.

3. Doct. Tute nunc tecum cogita, quãta labes pateſiat fraudibus & impoſturis malitioſorum hominum, ſi admittatur exemplum reijciendi ſententias Scripturarum, quæ ſemel conceptis opinionibus aduerſari videntur. Hac enim licentia conceſſa, nemo erit tam deteſtabilis Arianus, tam furioſus Manichæus, tam damnabilis Sabellianus, Valentinianus, Cerinthianus, Ebionita, qui non eodem impoſturæ clypeo vim veritatis propulſare conabitur. Dicent enim veſtrorum Miniſtrorum exemplo: *Hæ ſententiæ non ſunt ab Authore libri ſed additæ textui. Sunt allegationes falſæ, quæ ſubtiliter è margine irrepſerunt in textum:* Nonne hac ſacrilega temeritate Marcionitæ cauſam ſuam inſultabant, eradendo ex Euangelijs, & Apoſtolicis Epiſtolis quaſcunq; ſententias contra ſe facere animaduertebant? Cõſule Tertullianum ac Epiphanium, & dices Caluinianos in eodem ludo edoctos fuiſſe, ad ſuppilandum & mutilandum ſacras vtriuſque Teſtamenti ſcripturas. Nonne Ariani reijciebant hanc Ioannis ſententiam: *Pater, Verbũ, & Spiritus ſanctus, hi tres vnum ſunt*, vt illis Athanaſius & Hieronymus probro vertunt?

Lib. de carne Chriſti; & lib. 5. aduerſus Marcion.

1 Ioan. 1.

Vitam Caluin Tomo ſecundo.

An non Caluiniſtæ, Poloni, Lituani, Liuones, Tranſſiluani, nunc certatim in caſtra Trinitariorum transfugientes, idem inſtitutum palam imitantur? MIN. Ita ſanè perhibent, & miſerabiliter quiritantur in ſcriptis publicis Volanus, Sarnicius, Vvigandus, & Simlerus miniſtri Germani & Poloni.

Sed vehementer miror horum hominum improbitatem, qui ſic ordine ſuo mouent dictam ſententiam è ſecundo Machabæorum libro, cùm ipſe Martinus Lutherus, vir ad omnem audaciam obfirmatiſsimus, nunquam id facere ſuſtinuerit. Nam in publica diſputatione Lypſica contra doctorem Ekium, ſine hæſitantia coram omnibus qui aderant, hanc confeſsionem edidit: *Admitto & illud ſecundi Machabaorum duodecimo, Sancta & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſaluentur.* Quandoquidem primus ille author reformationis huius, Apoſtolus & Euangeliſta Germaniæ, ſecundus Elias, de cuius plenitudine Melanchton, Bucerus, Caluinus, & tota natio Miniſtrorum riuulos ſuos hauſerunt: cùm, inquam, talis ac tantus vir non reiecerit, ſed palam probauerit hanc de Machabæo ſententiam; non tantum à veritate deſciſcunt, ſed etiam à parente ſuo degenerant filij rebellionis & viperarum traduces, cùm eam veluti ſpuriam & adulterinam repudiant. 4.

Illyricus. Vvigandus. Aurifaber.

DOCT. Hactenus curioſè ſatis quæſiuimus Purgatorij doctrinam apud pleroſque libros Prophetarum veteris Teſtamenti, & compertum nobis eſt, eius perſuaſionem à Spiritu ſancto inſculptam eſſe cordibus omnium Gentium ac nationum, quæ credant, animas eſſe immortales, & ſupereſſe poſt hanc vitam iudicium: Præterea, vnanimi aſſenſu Latinorum, Græcorum, Hebræorum, Aethiopum, Syrorum, Chaldæorum, Moſchorum; immò & ſuffragio Philoſophorum, Poetarum, Oratorum, Turcarum & Arabum; recitauimus etiam pudendas aduerſariorum contradictiones & calumnias: tandemque ad metam huius diei peruenimus, quem vt à precibus auſpicati ſumus, ita etiam in preces deſinemus.

Digitized by Google

LIBER DVODECIMVS.

IN QVO EXAMINANTVR ET REFELLVNTVR OCTOGINTA ET QVINQVE CALVINIANORVM ERRORES ADVERSVS PVRGATORII doctrinam.

ET PRIMO ADVERSVS TRES, QVIBVS negant illud comprobari tribus locis B. Matthæi.

CAPVT PRIMVM.

MINISTER.

TANTO deſiderio teneor audiendi rationes, quibus confirmatur Purgatorium ex Euangeliſtis, Apoſtolis, atque conſenſu totius Chriſtianiſmi, vt cætera mea nihil ducam, quò liberius huic vni ſedulam poſſim nauare operam. Nam Archiminiſtri noſtri illos irrident, & pro viribus vulgi exponunt ludibrio, qui id aſſequi nituntur quibuſdam Matthæi locis, affirmantes, hunc nunquam tali cogitatione mentem ſuam imbuiſſe.

Caluin in Harmon. Beza in Annotat. Marloratus in Rhapſod.

Confut. 1.

DOCT. Ego Dei ope fretus, (quem obnixè rogo dignetur ac velit hiſce meis conatibus indulgere) docebo, antiquos patres & theologos id ſanè ſanctèque tribus potiſsimum ſententijs ab eo pronuntiatis comprobaſſe. Prima eſt adhortatio illa, qua Ioannes Præcurſor populum Iudaicum ad excipiendum Meſsiam, iam inter eos agentem excitauit; & opera officiaque illius expoſuit, dicens: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu, & igni.* MIN. Non dubium, quin prior hic Baptiſmus is ſit, de quo idem ipſe Seruator aſſerit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei.* Itemque, *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* quod & toto orbe fecerunt, & faciendum ſucceſſoribus ſuis reliquerunt. Sed quis tandem, & qualis ſit alter Baptiſmus ignis, non ita mihi liquet. DOCT. D. Hieronymus probat illum eſſe ignis poſt mortem futuri, de quo his verbis loquitur Apoſtolus: *Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.* Conſtat autem (vt poſtea probabimus:) eſſe ignem expiatorium animarum, quæ nimia remiſsione & negligentia laborantes, fructus pœnitentiæ dignos, quamdiu corporeis ergaſtulis detentæ fuerunt, facere neglexerunt.

Matth 3. Ioan. 3. Matt. 28

In cap. 3. Matth. 1. Cor. 3.

MIN. Non alibi ſibi ipſi contradicit, aut ſententiam ſuam reuocat? DOCT. Nequaquam ſanè, quin imo pluribus alijs, & manifeſtioribus Scripturæ locis hanc ſuam explicationem confirmat, vt patet ſequentibus his illius verbis: *Altare Dei plenum eſt ignitis calculis, & prunis peccata purgantibus*, vnde ſcriptum legimus: *Carbones ſuccenſi ſunt ab eo* Et de ipſo Domino dicitur, quòd *Ignis conſumens ſit.* Et Saluator in Euangelio: *Ignem veni mittere in terram*, vt baptizaret in Spiritu ſancto, & igni. *Qui ſaluandus eſt, ſic ſaluabitur quaſi per ignē.* 2.

In cap. 6. Iſaia. Pſalm. 6. Deut. 4 Luc. 12. 1. Cor. 3.

MIN. Non parum recreor audiendo Patres ſuas interpretationes ita ſacris authoribus cōfirmantes, vt ne lato quidem vngue Diuinorum inſtitutorum regulas tranſgrediantur. Sed verum ſolius Hieronymi interpretatione niteris? DOCT. Minimè. Nam Baſilius Magnus paucis plura complectens, & in eundem ſcopum collimans, ſcribit: Ignis baptiſmus probationem quæ fiet in iudicio ſentiens: quemadmodum ait Apoſtolus: *vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.* Et rurſum; *Dies Domini declarabit, quod in igne patefit.* Quibus, illum ignis baptiſmum non ad iuſtos refert, ſed ad peccatores, qui in die Domini, id eſt, priuato ciuilique iudicio examinātur, expiatorio igne probātur, quaſi aurum in fornace, eliquantur, purgantur, denique ſecundum Apoſtolum, *ſaluantur, ſic tamen quaſi per ignem.* 3.

Lib. de Spiritu S. cap. 15. 1. Cor. 3.

MIN. Num quiſquam occurrit interpres etiam antiquior? DOCT. Origenes ducentis prior annis, & manifeſtioribus verbis rem ſic expoſuerat IESVS baptizat Spiritu ſancto, & igne, non quia eundem in Spiritu ſancto atque igne baptizet; ſed quod Sanctus baptizetur Spiritu ſancto, & is qui poſt fidem & magiſterium [illegible], rurſus ad peccata conuerſus eſt, 4.

Hom. 3. in Ieremiam.

 cruciatu

pedes efferes, quin iuſtum mulctæ tuæ pretium ſolueris. MINIST. En ergo iudex, peccatorum diuerſitas, ac ſuppliciorum illis irrogatorum diſcrimen: quandoquidē par eſt vt pœna prius ſubeatur, quam libertas concedatur. Hæc ſine dubio de Purgatorij carcere tantum intelligi & poſſunt & debent.

11. *Quæſt. 61. ad Ant.* DOCT. Suffragatores hac in re Origenes habet Athanaſium magnum, Emiſſenum Hom. tertia de Epiphania, Theophylactum in cap. 12. Lucæ ita hunc Euangelij locum explicantes: quibus perſpicis prioris & purioris Eccleſiæ tam Græcæ quam Latinæ in iſtius doctrinæ aſſertione eximium conſenſum.

12. *Matt. 12.* MIN. Iam age de tertio Matthæi loco DOCT. His verbis Saluatoris conſtat: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei. qui autem dixerit contra Spiritum ſanctū, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* Sancti ac veteres Theologi expendentes nullā eſſe in verbis dominicis dictionem, quæ emphaſi ſua careat, ex ijs fortè collegerunt, quædam peccata eſſe quæ remittuntur in hoc ſæculo, alia verò quæ in altero: hancque ſolam ob cauſam Chriſtum addidiſſe, *Neque in futuro.* Hanc enim nunquam addidiſſet, niſi in eo quædam remitterentur. Non remittuntur autem in reproborum inferno, nec in Paradiſo cæleſti: ergo in tertio loco, quem Purgatorium Erebum vocamus. Remittuntur etenim illic delicta venialia quò ad culpam & pœnam: mortalia verò quantum ad pœnas temporarias, quibus addicuntur. Subijciunt præterea. Quandoquidem valet argumentum: Non remittetur peccatum blaſphemiæ in hoc ſæculo, ergo alia peccata, hac non excepta remittuntur: hoc etiam illi conforme ſecundum argumentum optimè valet; Non remittetur in futuro ſæculo, ergo peccata alia à blaſphemia, ibi vere remittuntur.

13. MIN. Lutherus profectò hoc argumento conuictus, in publica diſputatione Lypſica cum *Fol. 263.* Ekio, hæc ingenue confeſſus eſt: *Ego qui credo fortiter, imo auſim dicere ſcio eſſe Purgatorium, facile perſuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem, quemadmodum illud Matthæi duodecimo* *L. 4. Dial. c 39.* *inducit Gregorius, Non remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro: volens quædam peccata remitti in Purgatorio.* DOCT. Certè ſi Beza *L. I. on.* verè & ex animo ſcribit, *Lutherum me toto diuturnoq; ſtatū fuiſſe*, eius hac in parte debet aſſentiri confeſſioni, non tam frequenter & furioſe Purgatorio reclamare.

14. *Epiſt. cōt Petrobrn* *Ser. 66 in Cantic.* Verùm, ad priſcos ſanctoſque huius loci interpretes accedamus, qui diui Gregorij ſententiam ſunt ſequuti. Petrus cognomine Venerabilis, & D. Bernardus obijciunt Petrobruſianis Purgatorium oppugnantibus, iſtum B. Matthæi locum, vt inde illum cum D. Gregorio eſſe confirment. Ante hos Rabanus Maurus, Chriſtianus Druthmarus, Haymo Alberſtatenſis, Alcuinus Caroli magni præceptor, Beda venerabilis Chriſti Presbyter, & Iſidorus Hiſpalenſis, eodem modo ſenſuque expoſuerunt.

15. *L. 6 cōtr Iul c. 5.* *L. 3. ciu c. 12 & 21. c. 13.* MIN. Et qui præceſſerunt Gregorium, nunquid in eadem fuerunt ſententia? DOCT. In eadem prorſus. Nam D. Auguſtinus tribus in locis eandem interpretationem adfert. Scribit quoque quarto in loco nimirum lib. 21. ciuit. Dei, cap. 24. Neque enim de quibuſdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc ſæculo neque in futuro, niſi eſſent quibus, & ſi non in iſto, tamen remittetur in *Com. in 12. Iob.* futuro. Philippus Presbyter beati Hieronymi beatus diſcipulus, eundem locum exponendo adfirmat, peccata venialia remitti in altero ſæculo, vel ob eximias virtutes, vel per interceſſionem Sanctorum, iuxta allata Domini verba. Non diceret Dominus, inquit, hoc peccatum non remittetur, ſi alia peccata illic nō remitterentur. Perſpicis hos ſanctos & priſcos Theologos nequaquam dubitaſſe de precibus pro defunctorum animabus fundendis: huiuſcemodi preces ijs vtiles eſſe: quoſdā in alio ſæculo caſtigari ac expiari; denique, has aſſertiones allatis Chriſti verbis ex Euangelio conſtanter firmari. MIN. Abunde mihi feciſti ſatis, nec dubito Spiritum ſanctum hos ſenſus Patribus aperuiſſe. Quamobrem obganniant quantum velint, & in contrariam partem pro voluntate comminiſcantur quæcunque placuerint, oblatrantes Caluini catuli: apud me ſtatui ſententijs patrum ſubſcribere & in perpetuum adhærere.

AB ANTIQVIS THEOLOGIS

Purgatorium confirmatur tribus B. Lucæ ſententijs: aduerſus 4. 5 & 6. errorem Hugonotticum.

CAPVT SECVNDVM.

MINISTER.

OCCVRRITNE tibi apud D. Lucam vlla Purgatorij confirmatio? Nam Bullingerus,

 Gualthe-

ber à Beza tantoperè laudatus.
6. MIN Non aliquis antiquorum hanc inter-
Epiſt. ad pretationẽ attigit? DOCT. Sanctus Paulinus
Adelphiũ. vir eruditus & probatæ antiquitatis, tribus in
Epiſt. ad locis hanc hiſtoriã referendo, occaſionẽ hinc
Amandũ. accipit, iniungendi & cõmendandi vt preces
Ep. ad Pã- fiãt pro ſalute & requie defunctorum. Et expe-
machium tens vt anima fratris ſui defuncti, particeps
fieret orationum SS. Delphini & Amandi Epi-
ſcoporum, ab eis poſtulat, vt vel de minimo
ſanctitatis eorum digito, diſtillante refrigerij
gutta animam illius refrigerent: & per orati-
ones velut per ſtillicidia miſericordiæ ſuæ,
Purgatorij flammas mitigent. Quibus verbis
meditandum ac credendum relinquit, expli-
cationem illam non eſſe aſpernandam.

7. MIN. Quis tertius Lucæ locus Purgatorio
Luc. 23. fauet? DOCT. Hæc pœnitentis Latronis ora-
tio: *Memento mei Domine, dum veneris in reg-
num tuũ* Neglecta ſiquidem corporis ſui libe-
ratione, de ſolius animæ ſuæ ſalute anxius eſt
atque ſollicitus: ideoq; illã impenſius cõmen-
dat Domino noſtro, quem & ſi tanquam homi
nem mori videret, credebat tamen tũ vt Deum
in altero ſæculo animas ſeruare poſſe, ſic tamẽ
vt per ignem expiatorium. Enimuerò non pe-
tit, vt mox ſtatimque ſaluetur, ſed vt ſaltem
eius aliquando memor eſſet, cùm in cœlis, de-
uicta morte, glorioſus regnaret. MIN. Equi-
dẽ non dubito, quin cum ille Latro Hebræus
eſſet, doctrina in populo ſuo vulgatiſsima
(vt manifeſtis plurimiſque argumentis ſuprà
docuiſti) didiciſſet & crediſſet eſſe quoddã
Purgatorium, in quo animæ expiabãtur, tum-
que liberæ euaderent in cæleſtem requiem. Et
eam ob rem rogabat Dominum, vt ſui recor-
daretur, vltroque tandem miſereſceret.

8. DOCT. Auguſtinus id prudenter aduertit,
L. 6. cont. & ſapienter declarauit paucis his verbis: Pec-
Iulian. c. 5 cata quidem nulla remittuntur in regno, ſed
ſi nulla remitterentur in iudicio illo nouiſsi-
mo, puto quod Dominus non dixiſſet de quo-
dam peccato: *Non remittetur neque in hoc ſa-
culo, neque in futuro*: quando ſibi remitti ſpe-
rabat ille qui dicebat, *Memento mei cũ veneris
in regnum tuum*. MIN. Iam ad beati Ioannis
Apoſtoli, Euangeliſtæ, ſimul atque Prophetæ
ſcripta deſcendamus.

DVABVS SENTENTIIS D. IOAN-
*nis comprobatur Purgatorium. contra 7. &
8. errorem.*

CAPVT TERTIVM.

DOCTOR.

QVIDAM trecentis memoriæ Theologi,
nec doctrina, nec pietate vlla in re pleriſq;
vetuſtioribus concedentes, animaduerterunt
in colloquio Saluatoris cum Martha, de morte
& reſurrectione Lazari, eam pro requie animæ
illius obſecraſſe iſtis verbis: *Scio, quia quæcũ- Io. 11.
que popoſceris à Deo, dabit tibi Deus.* MIN. Id
ſcio, obfirmatè negabit, imò & ſubſannabit
tota gens Prædicantium, ni firmis rationibus
eos peruiceris.

DOCT. Hæ rationes quibus pij nituntur. Confut.
Prima, cùm Martha & Magdalena fratrem vo- 1.
cant hunc defunctum, ſicut etiam Dominus
dicit, *Reſurget frater tuus*: hoc agendo decla-
rant fouendam eſſe erga defunctos fraternam
dilectionem, adeoque ex feruenti caritate o-
mnem ſalutem eis exoptandam. MIN. Hæc
naturæ lex, Alijs præſtandum, quod nobis fie-
ri velimus: deinde, hæc diuina præcepta, *Di- Matth. 7.
lige proximum ſicut teipſum Omni tempore dili- Exod. 20
git qui amicus eſt, &c.* idipſum confirmant. Luc. 10.
Præterea, lachrymæ ab ijs emiſſæ ſatis patefa-
ciunt, quàm arcta caritate illum quamquam
vita functum adhuc proſequerentur.

DOCT. Obſeruant ſecundò, quòd cùm Mar- 2.
tha tantùm ſperaret in vltima & generali re-
ſurrectione fratrem reſtituendum, dicendo ta-
men Domino. *Quæcunque popoſceris à Deo, da- Io. 11.
bit tibi Deus.* ſanctis eius precibus animæ fra-
ternæ ſalutem, in altero ſæculo commendabat:
nullatenus dubitando, iuxta communem po-
pularium ſuorum, de iuuandis per orationes
defunctis fidem & religionem, viuorum ſuf-
fragia mortuis non parum prodeſſe. MIN. Id
profectò maximè congruit tot probationibus
hactenus in medium adductis.

DOCT. Aiunt præterea, quod cùm anima 3.
Lazari neque a Paradiſo cæleſti nondum enim
adhuc propalata aut patefacta erat Sanctorum
via reuocata eſſet, neque ab inferno reprobo-
rum, cùm vtriuſque ſtatus ſit perpetuus, ſu-
pereſſe colligendum, vt vel à Limbo Patrum
(quem pernegant) reuocata ſit, vel Purgatorij
loco, quẽ ſic nobiſcũ admittere compellẽtur.

MIN. At, idem dici poſſet, de tribus mor- 4.
tuis excitatis ab Elia & Eliſæo: ac proinde, de 3 Reg. 17.
alijs ſuſcitatis a Domino, a Petro, à Paulo, cæ- 4 Reg. 4.
terìſque Apoſtolis, & apoſtolicis viris: quod & 13.
quidem inter Miniſtros dudum diſputatur,
nec ſoluitur. Adhuc ergo ſub iudice lis eſt.
Cùm enim ab illis quæritur, quibus in locis
verſarentur animæ defunctorum, & a quibus
receptaculis reuocatæ ſint tam miris ſuſcita-
tionibus ad humana corpora reſumenda?
E-u h

Eruditiores ſeipſos ignorantiæ damnantes, id neſcire ſe profitentur. Caluinus namque illas conſtituit in quadam veluti ſpecula, in qua eminus ſalutem ſpectent, vigiliasque peragant:
11 cap. 14. Ioan. nec poteſt aliud de illarum ſedibus proferre, vbi, vel quales ſint: ita ſuos argutè ludificans. Vermilius, Bullingerus, alijque complures in cœlis eas conſtituunt, etſi Chriſtus nondum illuc aſcendiſſet. Ita vt omnes tali ſententiarum repugnantia proprio iudicio mendacij ſeipſos coarguant & conuincant. DOCT. Hac noſtrema reſponſione, quæ vſitatior eſt illis, Chriſtum ſuo triumpho & gloria, quod filiorum hominum primus cœlum intrauerit, ſpoliant, deſcenſum eius ad inferos negant, aſcenſionem reſurrectioni anteferunt, quadragenam dierum, quibus apparens Diſcipulis, loquutus eſt eis de regno Dei, penitus inficiantur, & gloriam cœleſtis Paradiſi interruptam comminiſcuntur.

5. MIN. Quid ergo de propoſita quæſtione ſentiendum? DOCT. Scilicet, ante Aſcenſionem Domini, Sanctorum animas, quæ reſurrectione in hanc lucem ſunt reuocatæ, fuiſſe in ſinu Abrahæ, qui vulgo dicitur Limbus
Luc. 16. patrum: animas vero peccatorum ſordibus aſperſas, eductas fuiſſe e Purgatorio: ſiquidem vtriuſque loci conditio temporaria eſt, non ſempiterna. Poſt aſcenſum autem Saluatoris
Act. 9. & 10. noſtri animæ Dorcadis, Eutychi, & innumerabilium aliorum, ab Apoſtolis, Diſcipulis, Martyribus, Confeſſoribus, & Virginibus, reuocatæ fuerunt ad corpora ſua ex eodem ipſo Purgatorio, in quo ad tempus fuerant collocatæ, expectantes vt à Deo in hunc mundum redirent, Diuina eius iudicia narraturæ; ſicut
1. Reg. 28. de Samuelis anima plerique iudicant, & com-
Eccl. 46. muni omnium conſenſu, Moſes & Elias in
Matt. 17. Chriſti transfiguratione præſtiterunt. Atque
Ioan. 11. ſic purgatorij doctrina tam reſurrectione Lazari, & precibus pro eo nuncupatis a Martha, quam alijs omnibus commemoratis ſiue ex Scriptura, ſiue ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, apertè comprobatur. Illi denique Theologi nituntur ij, ſolennibus precibus, ab hac mirabili ſuſcitatione depromptis: *Qui Lazarum reſuſcitaſti à monumento fœtidum, tu eu Domine, dona requiem, & locum indulgentiæ.* Dominus ſiquidem eadem virtute poteſt animas è Purgatorio liberare, ac æterna cœleſtique vita donare, qua corpus illud iam horrendum exhalans, e ſarcophago in lucis humanæ vſuram reduxit. MIN. Huiuſmodi pias ſanctaſque meditationes arbitror & ad Dei gloriam, & ad animarum ſalutem maximè pertinere. Alterum ex D. Ioanne locum recita.

DOCT. Scribit ille; *Qui ſcit fratrē ſuū peccare peccatū non ad mortē, petat, & dabitur vita* 6.
peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortē 1. Ioan. 5.
non pro illo dico vt roget quis. MIN. Ecquodnam eſt peccatum illud, quod nullis orationibus condonatur? DOCT. Omne illud quod extremæ contumaciæ, ac impœnitentiæ finali coniungitur: quale exſtitit peccatum Caini, Sodomæorum, Pharaonis, Core, Abſalomi, Achitophelis, Iudæ, Simonis magi, Ebionis, Cerinthi, Sabellij, Arij, Neſtorij, & ſimilium, qui in peccatis apertis pertinaces moriuntur. Beatus Ioannes autem prohibet, ne quis oret pro eorum ſalute: quandoquidem Deus talem orationem auerſatur & reprobat. Inſuper, prorſus illis eſt inutilis, quoniam peccatis ſuis commorientes, certam & manifeſtam reddunt damnationem ſuam, quam cum Diabolis habent communem & perpetuam, pro quorum ſalute non eſt orandum.

MIN. Peccatum vero quod non eſt ad mortem, quomodo internoſci, & ab illo diſtingui poteſt? DOCT. Vera, & ab omni ſimulatione remota pœnitentia, quam peccator apud ſe concipit de peccatis, antequam vltimum reddat ſpiritum. Pro huiuſmodi pœnitente & decedente conſulit, immo & iubet orandum eſſe beatus Euangeliſta, ſimulque affirmat, Deum has preces auditurum & exauditurum. *Petat,* inquit, *& dabitur vita peccanti non ad mortem.* MIN. Ergo precandū pro defunctis fidelibus & pœnitentibus, vt vita beata, quam nondum poſſident, donentur a Deo: & preces illæ Omnipotenti gratæ ſunt, defunctis autem vtiles & fructuoſæ; & hæc præſtare & ſeruare, doctrina eſt plane Apoſtolica. Hæc ſanè interpretatio plana, facilis, & natiua eſt, inſuper, & maxime conſentanea locis illis, quibus Ieremias prohibetur orare pro populo, & Samuel pro reſtitutione
Saulis. Congruit denique magno Auguſtino, Lib. 21. de
dicenti: quod ſi noſſet Eccleſia, quinam damnationis extremæ ſententiam incurrerunt, Trinitate.
nullas omnino preces pro illis offerret. Ex quo vir prudens & ſanctus in partem contrariam rectè infert, preces oblatas defunctorum fidelium pœnitentium nomine, illis conducibiles eſſe ac ſalutares.

DOCT. Vigil quoque ac eruditus paſtor 8.
Chriſtianorum Gregorius, peccatum ad mor- Lib. 21.
tem illud eſſe indicans, quod non emendatum Moral.
fuit pœnitentiæ remedio antequam peccator cap. 28.
obi-

Digitized by Google

obiret, affirmat, preces pro illius remiſſione fuſas, irritas eſſe, quia peccatum quod hic non corrigitur, eius venia fruſtra poſtulatur. Ex argumento ab oppoſitis recte concluditur, nos cum eximio fructu & poſſe & debere pro illis apud Deum intercedere, qui ante vltimum vitæ ſpiritum, de peccatis ſuis aliquam pœnitentiam egerint.

Idem præterea ſcribit: *Peccatum ad mortem* 9 *In 1. cap. L.1. Regg.* *eſt, quod ab eo committitur, qui reſipiſcere nunquam poteſt. Quod nimirum à præpoſitis non portatur, quia Sacerdotum orationibus, aut oblationibus non deletur.* MIN. Ergo ex oppoſitis aperte conſequitur: Pœnas temporarias illorum peccatis debitas, qui pœnitudine aguntur, precibus & oblationibus Sacerdotum leuari atq; remitti. DOCT. Hoc ipſum alibi comprobat mirabili hiſtoria cuiuſdam Paſchaſij Diaconi, *L. 4. Dialog. c. 40.* flammas Purgatorias ſuſtinentis: à quibus tamen liberatus fuit precibus & oblationibus B. Germani Capuenſis Epiſcopi: quod planè eſt iuxta doctrinam Apoſtoli, orare pro fratre peccante peccatum non ad mortem, & vitam *1. Ioan. 5.* illi impetrare.

10. MIN. Quò accuratius intueor hanc interpretationem, eamque video aptam, facilem, & ab antiquis depromptam, eò mihi apparet violentior, improbior, ac fœdis repugnantijs, contradictionibus plenior Caluini & affectatorum explanatio. Aiunt enim: *Electorum peccata quantumcunque atrocia nonniſi venialia eſſe, nunquam verò ad mortem: & ad illorum remiſſionem ſatis eſſe petere veniam, quæ nunquam denegatur. Reproborum autem peccata, quantumcunque leuia eſſe lethalia, ac proinde nullâ prece, nullâque ratione remittenda* *Annotationibus Gallicis in hunc locum.* DOCTOR. Reipſa quidem videtur tot errores complecti quot verba. Nam aſſerendo peccata electorum venialia eſſe, repugnant Caluino, vel Caluinus ipſe ſibi alibi neganti vlla venialia eſſe. Deinde, adijciendo illa nequaquam mortalia eſſe, contradicunt Scripturæ, docenti peccata Adami & Euæ, Simeonis, & Leui, Loti & filiarum eius, Samſonis, & Dauidis, Ionæ fugam, Petri negationẽ, Thomæ incredulitatẽ, Magdalenæ laſciuiam, Latronis furta, & aliorum plurima electorum crimina æterna morte digna fuiſſe.

MIN. Veniunt etiam in mentem abſurdita-
11. tes & improbitates, quæ conſequentur, ſi ſemel interpretatio Caluiniana obtinuerit, nimirum, peccata electorum tantùm venialia eſſe, nulla mortalia. Hi enim omnes qui conciones & Cœnas Caluinicas frequentant, & electos ſeſe putant, audacter fornicationes, adulteria, inceſtus, ſacrilegia, vſuras, rapinas, veneficia, proditiones, periuria, homicidia, latrociniaque perpetrabunt, ſecundum Caluinum iudicantes, hæc ſcelera tantùm venialia eſſe, non mortalia Deinde, virgines, matronæ, heroinæ ſine vllo pudore ad lupanaria curſitabunt, adulterinos hæredes ſubſtituent, abortus procurabunt, viros legitimos veneno tollent, ſiquidem à Prædicantibus didicerint, talia peccata leuia eſſe, non æterna damnatione plectenda. Non poſſum ſine horrore commemorare cætera: tacere ergo ſatius erit.

DOCT. Secunda pars explanationis Caluinicæ non minori vanitati ac improbitati coniuncta eſt, quam prima; Nam ſi omnia reproborum peccata ſunt ad mortem, nec vnquam remittuntur, qui peccant in Patrem, & in Filium æquè peribunt, atquè ij, qui dicunt verbum blaſphemiæ in Spiritum ſanctum: nec verum dicit Chriſtus: *Remittetur ei*: ſed mendacij damnandus, vt iuſtificetur Caluinus. Et ſi ex cauſa reprobus aliquis iraſcatur fratri ſuo, dixeritque illi *Raka*, non ſolum reus erit qui in concilio arguatur, vt idem Chriſtus reuelauit; ſed etiam (vt Caluinus cenſuit;) reus erit gehennæ ignis, &c. MIN. Hæc dixiſſe ſufficiat: ad alia properemus.

Marg.: 12. — *Matth. 12.* — *Matth. 5.*

D. PAVLVS PRIMAE AD COrinthios tertio capite, ignem Purgatorij, quo plurimi ſaluantur, palam aſſerit; contra 9. & 10. errorem.

CAPVT QVARTVM.

MINISTER.

VNiuerſi tam Lutheri, quam Zuinglij, & Caluini ſectatores, qui de loco Pauli ad Cor. cap. 3. diſſeruerunt, etſi in plurimis alijs ſecum litigent, in hoc tamen conueniunt, vt nullam mentionem Apoſtolus illic fecerit de Purgatorio.

DOCT. Equidem contrariam partem tuebor, illius expreſsis verbis, & admirabili conſenſu Patrum tam Græcorum, quam Latinorũ, ſcilicet aliter non poſſe hunc locum conſtare, quam Purgatorij commemoratione; ac in hunc finem Apoſtoli verba ſubijciam, & ordine diſcutiam: *Fundamentum*, inquit, *aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos: ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.* Si cuius

Marg.: Conf. 1. — 1.Cor. 3.

cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. MIN. Id agnoſco, & tanquam diuinum oraculum, cui nefas ſit non adhærere, toto corde, credo: verum, multis obſcuritatibus inuolutum iudico: quas ſi diſcuſſeris, magno me beneficio affeceris, DOCT. Percontare quæcunque velis, ego ex Dei, patrumque auxilio ſatisfaciam. MIN. Primùm rogo, num in hæreticorum numerum omnes illos referas, qui locum illum de alio quam de purgatorio igne ſunt interpretati? DOCTOR. Nequaquam, ſi tamen nec illos coarguerint, qui de hoc igne locum intelligant. Scriptura namque ſenſuum & interpretationum varietate adeò fœcunda eſt, abundatque myſterijs, vt cum rei veritate varijs poſſit modis intelligi. Etenim B. Auguſtinus cenſet hoc ipſum S. Pauli teſtimonium, de igne afflictionis, quo Deus ſuos examinat & purgat in hoc ſæculo, rectè explanari: ſed idem ipſe pluribus in locis de purgatorij igne illud exponit, vt paulò poſt fuſius dicetur: Adhæc, Chryſoſtomus & Theophylactus non expunguntur ex numero piorum doctorum, quòd locum illum ad inferorum ignem, in cuius ardoribus perditi perſeuerant immortales, pertrahant: quoniam & alibi Purgatorij doctrinam comprobant.

L. 11. ciuit. ca 26. Enchirid. cap. 66.

2. MINISTER. Qui ſunt hi, qui ſuper fundamentum, id eſt, Chriſtum ſuperædificant? Paſtoreſne populorum, an auditores & diſcipuli? DOCTOR. Vtrique. Etenim ſicut Ambroſius, Hieronymus, Sedulius, & Anſelmus, prioribus hoc tribuunt: ſic Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, poſterioribus rectè id adſcribũt. MIN. Iure profectò. Quoniam & hi & illi omnem fidem & ſpem ſuam in Chriſto conſtituunt: ab eo vno iudice examinabuntur: Apoſtolus denique *Vniuſcuiuſque* operum meminit, non ſolùm doctrinæ.

Quæſt. 1. ad Dulcit. Enchirid. cap. 68. Serm. 41. de Sanctis. L. de fide & op. capite 6.

Sed quid nobis per aurum, argentum, lapi-
3. des pretioſos gemmaſque deſignat? DOCT. Puram, feruentemque doctrinam paſtorum Eccleſiæ, qualis fuit Apoſtolorum, Diſcipulorum, Apoſtolicorumque virorum, & innumerabilium per orbem huius pietatis & ſinceritatis ſectatorum. Deinde, virtutes, ac bona opera tam auditorum & populorum, quam clariſsimorum Doctorum & Paſtorum, qui illis præfuerunt.

MINISTER. Quid verò per lignum,
4. fœnum, & ſtipulam? DOCTOR. Peccata humana, leuia, venialia, & temporarias pœnas deſignat, vtriſque iudicio Dei reſeruatas. Ita enim locum exponunt Hieronymus, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus libro decimoquarto in Leuiticum. MINISTER. Auguſtinus verò quid? DOCTOR. His amorem mundanum intelligit cum fide non pugnantem; & omnia peccata venialia, quæ paſsim minuta nominat. Gregorius autem peccata minima & leuiſsima, quæ ignis conſumit, nec difficilius, quam lignum, fœnum, atque ſtipulam: quod & ſenſerunt Sedulius, Theophylactus, Oecumenius.

Libro 1. adu. Ioan. Ieroſ. Libro 4. Dialog. cap 39. Com. in 1. Cor. ca. 3.

MINISTER. Quod tempus deſignatur 5.
per diem Domini? DOCTOR. Illud quo Chriſtus reapſe declarabit, ſe eſſe iudicem viuorum & mortuorum, quod etiam manifeſtat poſt obitum vniuſcuiuſque oblati ſibi ad reddendum de factis proprijs rationem, & recipiendum *prout geſsit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum.* MINISTER. Verè quidem talis eſt Apoſtolicus loquendi modus, velut cum alibi ſcribit: *Vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Dies Domini tanquam fur, ita in nocte veniet. Reddet mihi in illa die, &c.* Habita quoque ratione phraſis græcæ, apud probatos authores comperio vitam alteram deſignari, non præſentem, quotieſcunque articulus Græcus ἡ coniungitur cum nomine ἡμέρα.

1. Cor 5. 1. Theſſ. 5. & 2 ad Tim. 4.

DOCTOR. His addendum, per verbum 6.
ἀποκαλύπτεται, reuelabitur, aut potius reuelatur, quo vtitur Apoſtolus, tempus notari propinquum, non euentu diuturnum. Subijciens, *qui in igne reuelabitur,* declarat ſe non loqui de generali & poſtremo iudicio: ſed de peculiari, quod ſingulis quibuſque momentis, quibus vltimum efflamus ſuſpirium: Adde, quod Auguſtinus aſſeuerat, nullas poſt extremum & vniuerſale iudicium futuras eſſe pœnas expiatorias: Purgatorias pœnas nullas futuras eſſe homo opinetur, niſi ante vltimum tremendumque iudicium. Is vere dies Domini eſt, de quo dicit: *Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam. Veniet Dominus in die illa de qua non ſperat, &c.* & Ieremias ait: *Diem hominis non deſideraui, Domine, tu ſcis.* MINISTER. Profectò quidem dies eſt & hominis, & Domini, cum in illo vnũquemque hominum cõſpectibus ſuis exponit, cum de cunctis cogitationibus, verbis, & operibus examinat, probat vel improbat, &c.

Lib. 11. de ciuit. cap. 16 & 24. Matt. 24. & 25. Marci 13. Ierem. 17. Matt. 12. Apocal. 12.

Cæterùm, quis eſt ignis ille, de quo agit Apoſtolus? DOCTOR. Non propriè ignis afflictionum iſtius ſæculi, quandoquidem Apoſtolus loquitur de altero & futuro: nec item

Ignis

Digitized by Google

Ignis inferni reproborum, nemo enim per illum ſaluatur: eſt igitur ignis ille Purgatorius, cuius flammis & ardoribus homines venialium delictorum maculis conſperſi, & temporariarum pœnarum adhuc debitores, ad tempus expiantur & ſoluuntur: donec (velut aurum in fornace purgati) in vitam aſſumantur æternam. MIN. Tam ſimplex, ac germana textus inductio, oblatarum difficultatum diſſolutio, & aliarum Scripturarum eodem adducta conformitas, mihi adeo ſufficiens ſanctaque videtur, vt nullatenus dubitem, quin D. Paulus cum ſua Hebræorum gente credens Erebum expiatorium eſſe, in hoc loco tradiderit, quidquid fidei ac doctrinæ de Purgatorio ſuſcipiendum atque credendum per hanc interpretationem decernebat. Supereſt, vt conſentientibus ſanctorum patrum, & tam Græcorum, quam Latinorum Doctorum teſtimonijs (quod pollicitus es:) hanc ſententiam comprobes, vt eam Caluinianis commentis ac corruptelis obijciam.

9. *Com. in 1. Cor. 3.* DOCTOR. A patribus Græcis exordior. Oecumenius, qui ante quingentos annos, ea quæ alij copioſius tractarunt, paucis complexus eſt, ſic loquitur: Saluabitur quidem, & ipſe cum dolore vt par eſt, qui per ignem tranſierit; à quo eas quæ ei adhæſerint ſordes repurgabit. Quam expoſitionem magni Baſilij firmo *In c. 5. & 9. Iſa.* teſtimonio corroborat, qui tractans de hoc igne ab Apoſtolo commemorato, ſemper de purgatorio intelligit.

10. *In c. 3 prima Cor.* S. Theodoretus, qui in Oriente circa annum quadringenteſimum & quinquageſimum à partu Virginis floruit, hæc omnium nomine profitetur: Hunc ipſum ignem purgatorium credimus: τῦτο τὸ πῦρ πιστεύομεν καθαρτήριον, in quo purgantur animæ, perinde atque aurum in conflatorio. MINISTER. Obſeruo tres patres citos, non opinatione dubia, aut ſimplici quadam ſuſpicione, ſed conſtanti fide, atque cæterorum Græcorum profeſſione, non aliter ſentire de hoc Pauli loco, quam de vero igne, quo animarum ſordes eluuntur, vt ſalute tandem potiantur.

DOCT. Ammonius Alex. hoc adhuc ætate ſuperior, eandem doctrinam & fidem profeſſurus, etiam nunc ignem vocat καθάρτιμον, id eſt, mundatorium, ac expurgatorium animarum. Eademque cum Aſiaticis proteſtatione viuens, ſcribit: Credimus hunc ignem expiatorium eſſe, in quo defunctorum animæ probantur ac repurgantur, ſicut aurum à ſcoria in fornace.

S. Cyrillus Alexandrinus eandem inſequendo fidei profeſsionem, verbis ſequentibus vtitur: Natura peccati ſimilis eſt materiæ, quæ igne conſumitur, quam Apoſtolus dicit ædificari à peccatoribus, qui ſuper fundamentum Chriſti ædificant, lignum, ſtipulam, & fœnum: in quo oſtendit, quædam peccata eſſe ita leuia, vt ſtipulæ comparentur, cui ignis illatus diu immorari non poteſt. Alia fœno ſimilia, quæ & ipſa quoque non difficulter abſumat; verùm & aliquanto tardius, quam ſtipulis immoretur. Alia quæ lignis conferuntur, in quibus pro qualitate criminum, diuturnum ac grande pabulum inuenias. Ita ergo vnumquodque peccatum pro quantitate vel qualitate ſui pœnarum iuſta perſoluit. MINISTER. Fieri non poteſt, vt à quoquam apertius Apoſtoli textus confirmatur cum pœnis peccato debitis & reſeruatis, iiſque quas in Purgatorij carcere pati neceſſe eſt. 11. *L. 14. in Leuitic.*

12. *Hom 12 in Ierem* DOCTOR. Origenes anno circiter à Chriſto ducenteſimo, poſtquam declarauit eos, qui cum aureis, argenteis, & exquiſitiſsimis operibus, mixta habebunt vlla vel minutiſsima delicta, cum ligno, fœno, & ſtipula comparata, non poſſe ita conſtitui & Paradiſi delitijs perfrui; nec tamen eſſe immergendos barathro damnatorum; addit hanc Quæſtionem omni ſecuritate refertam: Quid ergo ſequitur, niſi vt primùm propter ligna, ignis tibi detur, qui conſumat fœnum, lignum? Deus quippe ignis conſumens eſſe dicitur, &c. Equidem Deus eſt ignis conſumens, non quidem creaturas ſuas, ſed delicta quæ commiſeris. Nos ergo omnes in quibus talis materia côperietur coniuncta alimentis (peccata ſunt venialia) pœnas excipiemus delictis noſtris adæquatas, vt plenum ſortiantur exitum hæc Apoſtoli verba: *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur; ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem* 1. Cor. 3. MIN. Hi ſex ex oriente patres ſufficiunt; totidem ex occidête numerato, & mirandâ patefeceris quod ad hanc ſentêtiam pertinet, orbis conſenſione.

13. *Com. in 1. Cor. 3.* DOCT. S. Pater Bruno quingentis has controuerſias annis præcedentibus, hanc in rem ſcripſit quod ſequitur: Diem Domini vocat Apoſtolus ab hora diſſolutionis vniuſcuiuſque vſq; ad iudiciû: ex quo enim anima ſeparatur à corpore, dies Domini eſt. Et ſi quid purgandum eſt, purgat per adhibitum ignem: ſi verò nihil purgationis eſt opus, ipſa cuſtio ignis reuelat bonitatem operis. Sed quia nondum planè poteſt hoc videri in igne Purgatorio, ſingulis ſingulorum opera reuelabuntur.

Digitized by Google

14. Alcuinus ante octingentos annos Caroli magni præceptor, hanc doctrinam tutatus eſt, & eandem textus Apoſtolici explicationem amplexatus. Min. Minus videtur neceſſe, vt literam eius cites. Miniſter enim Loſsius, alijque profitentur illũ & credidiſſe, & docuiſſe Purgatorium eſſe. Doct. Sunt igitur frontis nimis perfrictæ, cùm alibi aſſerunt, *eſſe hoc commentum Sorbonicorum & Monachorum:* ſed accedo ad quatuor principes Eccleſiæ Latinæ doctores.

15. *L. 4 Dial. c. 39.* Gregorius ſummus eius Pontifex, ante mille annos ſic hunc Apoſtoli locũ interpretatus eſt: Penſandum ſollicitè eſt, quia illũ per ignẽ dixit poſſe ſaluari, nõ qui ſuper hoc fundamentũ ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt, peccata maiora: ſed lignum, fœnum, & ſtipulam, id eſt, peccata minuta & leuiſsima, quæ ignis facilè conſumat. Hoc tamen ſciendũ eſt, quia illic ſaltẽ de minimis, nihil quiſq; purgationis obtinebit, niſi bonis hic actibus, in hac adhuc vita poſitus, vt illic obtineat promeretur. Min. Comminiſtri quidẽ fatebãtur Gregoriũ credidiſſe & docuiſſe Purgatoriũ, & quod amplius eſt, B. Pauli verbis, & Machabæorum hiſtoria cõprobaſſe. DOCT. Conſtat ergo illos cauſa cecidiſſe, propriæque conſcientiæ teſtimonio conuictos eſſe, quod nec Dei verbo, nec Eccleſiæ Chriſti credunt aut obtemperant.

16. *In pſ. 37.* S. Auguſtinus hunc Apoſtoli locũ in memoriam ſibi reuocando, & grauitatem pœnarum Purgatorij perpendendo, huiuſcemodi preces offert Deo, Domine, in hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne nõ opus ſit, propter eos qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Quare, niſi quia hic ædificant ſupra fundamentum ligna, fœnu, ſtipulam? Si ædificarent aurum, argentum, lapides pretioſos, & de vtroque igne ſecuri eſſent, nõ ſolùm de illo æterno, qui crematurus eſt impios, ſed etiã de illo qui emẽdabit eos qui per ignẽ ſalui erunt. Min. Diſcernẽs damnatorum ignẽ ab eo, quo ſaluãdi expiabuntur Purgatorij doctrinã ex Apoſtolo manifeſtè tuetur. Deinde, rogando, vt hic potius quã ibi purgetur, hunc ignem quaſi diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum formidandum eſſe deſignat.

17. *Auguſtini conſtãtia in aſſerẽdo Purgat.* Sed quia in Synodis & Quæſtionibus Prædicantũ reſponderi ſolet, hunc fuiſſe in hac doctrina varium & inconſtantem: prætereа, Danæus miniſter ſcribit illum, *Purgatorium nec credidiſſe, nec docuiſſe;* cæterа quæſo, hæc dicere illius teſtimonia in mediũ proferas Doct. Veſtri ergo nimiũ impij ac contumelioſi ſunt in hoc ſanctum Spiritus ſancti organum: Danæus præſertim, qui in pudenti ore iam magnum mendacium effutiens. Etenim hic ſanctus Doctor eandem aſſertionem & expoſitionem ſuam tuetur ac propugnat in Pſalmum octogeſimũ, & centeſimũ tertium, Enchiridij c. 67. & 68. Libro de fide & operibus cap. 15. Lib. 21 de ciuit. Dei, c. 24. & 26. lib. 50. Homiliarũ, hom. 26. & pluribus alijs locis tum ſupra citatis, tũ infra laudandus. Minit. Quàm ergo periculoſum, imo & pernicioſum eſt, autem fidemque ſuam accommodare talibus ſeductoribus qui nulli religioni ducunt ſponte ſua mentiri, vt fallant, aut potius prodant ſibi nõ conſtantes animas.

Doct. S. Hieronymus tanto à Latinis honore exceptus, & Græcis, Hebræiſque tam ob nõ vulgarem variarum linguarũ notitiã, quã propter heroicas animi virtutes, quibus inuita enituit, ſuperioribus Apoſtoli verbis inſiſtens, hæc ſcribit: Peccatores Eccleſiæ, qui confitentur quidem rectã fidem, ſed propter vitiorum ſordes purgantibus ſe indigent flammis, idcirco nunc ad ignem vocare iudicium ſe monſtrat, vt vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probet. 18.

Et ne veſtri, inopia ſolidioris reſponſionis dicãt, vt ſolent, Hunc ſanctum virum in hac re inconſtantia laborare, hunc in modum rurſus loquitur: Sicut Lot ereptus fuit à Sodomæ incendio, quãuis cum iactura facultatũ, domus & vxoris ſuæ; ita diuitiarum voluptatumque amatores nudi ſaluabuntur, iuxta id quod legitur apud Apoſtolum: *Saluabitur quaſi per ignem.* Qui igitur hinc ſaluatur, ab igne educitur quaſi titio ab incendio. Eandem retinet interpretationem & religionem Commẽtarijs ſuis in ca. 6 & 66. Iſaiæ: in 2. & 17. Ierem. in 4. 14. 30. 41. & 44 Ezechiel. in 7. Danielis, in 2. Ioelis, in 4 *Zachariæ*, in 3. Malachiæ, in pſal. 77. in 3. Matthæi: & in commentarijs qui eius nomine feruntur in hunc quo de agimus, locũ beati Pauli; vti Lector ſtudioſus videre poterit vel in ea Confeſsione Hieronymiana, quã ex cunctis eius ſcriptis, pro ſuo in religionem Catholicam eximio zelo, magno labore & ſtudio collegit & vulgauit D. Cornelius Schultingus Stein. VVichius, ſacræ Theologiæ apud Coloniam Agrippinam Licentiatus, ſingularis noſter amicus. Tomo 4 cap. 1. octo articulis integris. Min. Locos perlegam, & vt alij permulti eos perlegant author ero. Sed perge quo cœpiſti. *Com in 4. c. Amos. Gen. 19. 1. Cor. 3.*

DOCT

19. DOCT. S. Ambroſius eandem fidem & doctrinam amplexus, ait: Cùm dicit Apoſtolus, Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, oſtēdit quidem ſaluum eum futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus: & non ſicut perfidi, æterno igne in perpetuũ torqueatur. Quam verò conſtans fuerit in huius doctrinæ aſſertione demonſtrans, ſcribit: Quia talis conuerſatio (eorum qui matrimonio iũguntur) ſine crebris offenſionibus eſſe nō poteſt, dicit Apoſtolus, per ignem eſſe ſaluãdos, id eſt, per ignem Purgatorium; & hoc fiet ſi à grauibus peccatis ſe abſtinuerint, & per eleemoſynarum largitionem, hoc promeruerint, vt poſt mortem per ignem Purgatorium ſaluari poſsint.

Com in 1. Cor.

Com in c. 21 Apoc. 1.Cor.3.

Vtque aditum omnem impoſtorũ intercludat calumnijs, idem reipſa ad praxim reuocaturus, quod verbo ſuadebat & ſcripto, ore proprio preces publicas inſtituat in Satyri defuncti fratris ſui gratiã: & hoſtias offert Deo pro Valentiniani, Gratiani, & Theodoſij Imperatorum animabus: denique ſeipſum parans ad Miſſam celebrãdam, rogat vt tale Sacrificium proſit animabus fidelium defunctorum. Quid plura requiris? Habes textum Apoſtoli appoſitè explicatum de igne Purgatorio: idque à priſcis Græciæ & Latij Patribus: Orientis, Occidentis ac Meridiei mirificum hac in re conſenſum: Eccleſiarum omnium catholicam traditionem. Nonne igitur hi pro ethnicis & publicanis habendi, qui præfractè repugnant? MIN. Omnes animi ſcrupulos de hac re diſſipaſti, ad alias ex Apoſtolo probationes deſcende.

Orat. funeb.

Matt.18.

S. PAVLVS CAPITE DECIMO-*quinto prima ad Cor. ſuffragia in defunctos collata probat: contra errorem vndecimum.*

CAPVT QVINTVM.

MINISTER.

PERCVRRI diligenter Bullingeri, Pellicani, Vermilij, Muſculi, Caluini, Marloratique in Apoſtolum Commentarios, ſed omnes pernegant Paulum vel Purgatorij meminiſſe, vel ſuffragiorum pro defunctis, in vllis Epiſtolis ſuis.

Confut. 1.

DOCT. Ego Dei ope fretus, vt ſanctorũ patrum ſcriptis munitus, ſtatuam oſtenduã Paulum de iis diſſerere prioris Ep. ad Cor. cap. 15 in hac ſententia: *Quid facient qui baptizãtur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? Vt quid, & baptizantur pro illis?* De quacunque enim baptiſmi ſpecie loquatur, ſatis conſtat illos credidiſſe, ſuſceptionē talis lauacri mortuis fuiſſe vtilem atque ſalutarem. Deinde nemo dubitare poteſt, quin Apoſtolus intentionem eorum vt piam ſanctamque probauerit: nequaquam enim aliter opus illorum pro argumenti ſui fundamento aſſumpſiſſet. Deniqꝫ talem conſequentiarum cathenam aptiſsimè vult cōnectere: officia fiunt pro defunctis; ergo defuncti reſurgent. Defuncti ſuſcitabũtur; ergo pro eis orandũm & offerendum eſt. Mutuas hinc inducendo conſequutiones; quemadmodum etiam colligit author libri 2. Machabæor. MIN. Nunquam profectò factum illorum citauiſſet Apoſtolus, minus ſuperſtitionem, aut impietatem laudaſſet, ad tuẽdum vel confirmandum hoc religionis Chriſtianæ (de reſurrectione carnis) maximũ fundamentum; proindeque manifeſtè comprobat ſuffragia, & ſubſidiarias preces pro defunctis ſuſceptas à viuentibus.

1.Cor.15.

2. Mach. 12.

2. Sed quinam veteres hac de re pronunciarũt? DOCT. Quadringentis annis antequã hi Aerij ſatellites aduerſus defunctos bellum gererent, hæc ſcripſit Petrus cognomento Venerabilis; Planè intentionem eorum baptizatorũ (Apoſtolus) approbat, qui bonis operibus viuorum mortuos poſſe iuuari huiuſmodi opere, hoc eſt, tali baptiſmate, videbantur ſentire. Quaſi diceret: Si non eſt reſurrectio, quid prodeſt bonum opus, vel bona pro mortuis viuorum intentio? Sed quia hoc patet, quod mortui reſurgunt; neque hoc latet, quod mortuis bona viuentium prodeſſe poſsint. Hic planè, hic ſenſus, hic intellectus eſt Apoſtolicus, cui qui concordat Catholicus, qui ab hoc diſcordat, hæreticus eſſe probatur. Ac ne fortè veſtri præceptores eum leuitatis arguant aut inconſtãtiæ, vt alias ſolent, cùm nihil habent quod reſpondere poſsint, accuſare, hæc quæ ſubijcit ille lubens adijcio. Apoſtolus ſic de eorum opere loquens, ſermonem temperat, vt baptiſmum talem non approbet, & baptizatorũ voluntatem collaudet, qui bonis operibus viuorum mortuos poſſe iuuari videbantur ſentire.

Epi. cõtra Petrobruſ.

3. MINIST. Appoſitè omnia. Sed alios non habes, qui ſic de loco iſto ſenſerint? DOCT. S. Bruno religioſorum patrum Carthuſianorum norma, hæc ante ſcriptis ſuis inſeruerat.

Com in 1 Cor c. 15.

 Qui-

Quidam, audito quod reſurrectio futura eſſet eorum, qui baptizarentur, cùm eſſent baptizati, iterum loco infidelis patris iam mortui baptizabant ſe, vt ſic pater vel mater ſaluarentur in reſurrectione. MIN. Explicationes iſtæ euidentes ſunt, non obſcuræ: genuinæ & faciles, non coactæ: iiſque declaratur quid ſubſidij poteſt à viuis in defunctos conferri. Sed ſcire admodum cupio, vtrum patres Græci cum Latinis in hac interpretatione conſentiant?

14. *L. 4 fidei or. c. 10* DOCT. Damaſcenus ex Scripturis octo ſpecies baptiſmatum recẽſens, adfirmat quintam perfici per futuri ignis punitorium baptiſma, quale eſt illud Purgatorij: deinde ratione habita huius Apoſtolici loci, aſſeuerat, Pœnitentiam lacrymis ſufficientibus coniunctam, etiam eſſe baptiſmum conducibilem viuis atque defunctis. Sicque ſiue hi Corinthij in aqua baptizarentur, ſiue in pœnitentiæ lacrymis, credebant nihilominus, id prodeſſe defunctis ſuis parentibus. Quod D. Paulus ratum habet & confirmat, ab ea parte argumẽti ſui baſim & vim repetendo.

15 *In Teſtamẽto ſuo.* MIN. Vtrum præterea alij quippiam ſuppetũt, ſuperioribus antiquiores huius loci interpretes? DOCT. Ephrem Syrus, qui ante annos mille trecentos in oriẽte floruit, huic textui Apoſtolico innixus, aſſerit Sacerdotes Eccleſiæ ſalutem poſſe accelerare defunctorum, precibus ac oblationibus ſuis, atque ſcribit:
1. Cor. 15. *Si mortui non reſurgunt*, ait Apoſtolus, *vt quid baptizantur pro mortuis?* Etenim qui ſub lege viuebant, propter reſurrectionis ſpem in myſterijs tenebantur incluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat, ſicut legiſtis, quandoquidem Sacerdotes legis in oblationibus culturæ mũdabant. Quod ſi hæc illi poterant, multo magis Teſtamenti noui aScerdotes debitũ mortuorum ſanctis precibus & oblationibus diſſoluere poterunt? MIN. Ecce quidem preces & oblationes, & Sacerdotes, & redemptio defunctorum nomine, rationibus, & authoritatibus comprobatas; nunc verò vtrum plures adhuc alios potes numerare.

16. *L. de reſurrect.* DOCT. Euſtrathius Conſtantinopolitanus, Apollinaris, & ante hos omnes Tertullianus eandem obſeruarunt Apoſtolicorum verborũ interpretationem: quo ſatis apertè conſtat talem exſtitiſſe doctrinam, fidemq; Latinarum, Græcarum, Syricarum, & Africanarum Eccleſiarum. MIN. Id quidem negari non poteſt; interim qualis eſſet baptiſmus ille pro defunctis, non eſt ſatis ab eis expoſitum.

DOCT. Epiphanius & Ambroſius arbitrantur fuiſſe baptiſmum aquæ, quem nomine parentum & amicorum, qui ſine illo ex hac vita migrarant, ſumebant, exiſtimantes hoc illis profuturum eſſe in altero ſæculo, vti paulò ſupra à ſancto Brunone dictum fuit. MIN. Reuera ſi iſti denuò baptizati Iudæi erant ad Chriſtum conuerſi, non dubitabant quin viuẽtium preces, oblationes, & officia prodeſſent defunctis, vt ſatis antea probatum fuit. Si ex Ethnicis Chriſtiani, idem retinebant ex Philoſophorum, Poetarum, & Oratorum ſententiis.

DOCT. Alij plerique huius baptiſmi nomine intelligunt ieiunia, abſtinentias, diſciplinas, cilicia, & alia veræ pœnitentiæ ac laborioſa opera, quibus nonnulli Corinthij vacabant, ad requiem defunctis ſuis procurandam. MIN. Nec abſurda eſt huiuſmodi interpretatio; neque in poſterum de illius veritate dubitarem, ſi probares *Baptizare*, ac *Baptiſmum* huiuſmodi exercitia interdum ſic appellari. DOCT. Dei filius de acerbiſsimis cruciatibus paſsionis ſuæ doloribus dicens,
Baptiſmo habeo baptizari: & à duobus Diſci- *Luc. 12*
pulis quærens, *Poteſtis bibere calicem, quem* *Marc. 10.*
ego bibiturus ſum; & baptizari baptiſmo quo ego baptizor, apertè docuit, grauibus pœnis affici, vel alios afficere, eſſe baptizari & baptizare. Deinde, priſca Spiritus ſancti organa Damaſcen. Epiphan. Nazianzen. inſuper, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, de iſtiuſmodi pœnitentiæ fructibus diſſerentes, illos non raro vocant Laborioſum baptiſmum, lachrymarum baptiſmum, baptiſmum pœnitentiæ, & ſecundam tabulam poſt naufragium. MINISTER. Abunde mihi feciſti ſatis: planeque nunc aduerto, beatum Paulum illis verbis ſeſe exhibere ſtudioſum defunctorum patronum, atque ex ijs quæ in eos præſtantur officijs, etiam vniuerſæ carnis reſurrectionem aduerſus hoſtes illius iure comprobare.

IDEM

Digitized by Google

IDEM IN EPISTOLA AD PHIlippenſes Expiatoria loca corroborat: aduerſus 12. errorem.

CAPVT SEXTVM.

DOCTOR.

Philip. 2. QVID reſpondent veſtri Suſurrones verbis, quibus idem Paulus aſſerit, *In nomine Ieſu flecti genua Infernorum?* Non etiam nobiſcum Inferno rum nomine, Purgatorio detentas animas fidelium intelligunt? MINIST. Ab hac ſententia non minus abhorrent quam à morte, nec tamen inter ſe poſſunt conuenire quid illo nomine ſignificetur. Aretius namque Bernenſis adfirmat, illa ad Satanam, alioſque dæmones, ac damnatos ſpiritus, referenda eſſe. (In Paradoxis.) Caluinus detorquet ad creaturas inanimes, & ratione carentes, quæ ſub terris verſantur. (Com.) Beza profitetur, ſe nolle quidem hic ſubtiliter philoſophari, an dæmones hoc nomine ſignificentur: conſtituit autem Anthropopathiam, vel hyperbolen, pro omni Bezana reſolutione. (Annotat.) Marloratus furcifer vociferatur. *Impudenter nugantur Papiſtæ Purgatorium ex ijs verbis elici.* nihil verò probat. (Inſtruct. pag. 772. 274 275. 276. &c.) Parentius & gregales adijciūt pro magno abſurdo, quod ex Catholicorum interpretatione redundaret; nimirum, æquo longius iter conficiendum eſſe animabus è Purgatorio in cœlum: *Quandoquidem eſſet eis adhuc per ſubterraneos ſpecus in auras iſtas properandum, hinc euolandum per aera, cæli penetrandi, vt in paradiſum tandem euaderent.* Atque hoc nobis relinquunt examinandum.

Confut. 1. DOCT. Ego autem in primis tale abſurdum reprobabo: deinde, horum interpretationem textui Apoſtolico oſtendam repugnare: tertiò efficiam, admodum appoſitè & ſanctè de animabus in Purgatorio detentis illa verba dicta eſſe. Primum enim Impoſtores iſti abſurdiſsimè ſupponunt animas è corporibus ſeiunctas pedibus corporeis, ac temporarijs longiſque ſpatijs indigere, ad incedendum: eaſque more corporum, motu progreſſiuo nunc decem, poſtea viginti, vel triginta milliaria conficere: & non voluntate viq; ſua in nictu oculi moueri quocunque loco Deus ſpiritibus illis permiſerit. MIN. Illud procul dubio tam Philoſophorum, quàm omniū Theologorū placitis repugnat, videlicet, Animas corporibus exutas huiuſmodi interuallis indigere, cùm eodē planè quo Angeli, qui momento ab vno loco in alium commigrant, ſeque præſentes exhibent.

2. DOCT. Attende etiam quod ſi hæc Miniſtralis fictio ad Angelos referatur, eorum ad nos terrigenas deſcenſus, & ad cœleſtia reditus omnino tolletur: ſicque negabunt illos Abrahamum inuiſiſſe; hinc Sodomis apud Lotum diuertiſſe; ad Iacob è cælis deſcendiſſe, & aſcendiſſe in cælos. (Gen. 18. 19) Obſtabunt præterea, ad deſertum profectos eſſe, vt Agar ſemel & iterum ſolarentur: deſcendiſſe ad Iſaac redimēdum. Moſen & Ioſue per ſaxa per mare, per deſertorum varios anfractus præceſsiſſe: Tobiam duxiſſe, liberaſſe, nuptui tradidiſſe, reduxiſſe: Danieli ac ſocijs ſuccurriſſe: nullo colloquio vſos fuiſſe in templo cum *Zacharia* aut cum virgine *Maria* in domo Nazarethana; neque Ioſephum rerum gerendarum ſemel iterumque admonuiſſe: nec ad Paſtores Bethlehemiticos deſcendiſſe, prope eos ſtetiſſe, neque canticum, *Gloria in excelſis Deo* cecinisſe, nec ad deſertum acceſsiſſe vt debitū Chriſto exhiberent miniſterium, aut in hortum Oliuarum ad eum conſolandum; neque iuxta eius ſepulchrum aſtitiſſe, ſediſſe, milites terruiſſe, terram mouiſſe, fœminas monuiſſe, ad montem redijſſe ex quo Dominus cælos petiuit, vt Apoſtolos de reditu eius commonefacerent, aut denique cum eodem redituros ad finem ſæculi, vt tuba excitent omnes, colligant omnes, ſeparent omnes, vt paſtores ſegregant oues ab hædis, &c. (Matt. 15. & 25.) Enimuerò, grauis Caluinicorum Miniſtrorum cenſura, via nimis longa eſt à cœlorum ſublimitate deſcendere in tot terrarum loca, tot exercere miniſteria; denique à terræ ſuperficie iterum cælos repetere.

Eiuſdem abſurdi Caluiniani habita ratione, Moſis anima ab altero ſæculo nequaquam redijſſet, in monte apparuiſſet, Chriſto colloquuta eſſet; (Matt. 17.) neque Elias à Paradiſo terreſtri (vt eſt Irenæi martyris, ab Apoſtolorū auditorib. accepta ſententia) (L. 5. c. 5.) in Galilæam acceſsiſſet ad Chriſtum transfiguratum; neque Saluatoris anima de cruce ad inferos, de inferis ad corpus, è tumulo reſumēdum, vt cum eo & in eo per quadraginta dies, variis in locis pergeret ad diſcipulos admonendos, tandemque cœlos conſcendiſſet, vt ſederet ad dextram Patris, &c. Etenim prædicantes Caluiniani

in Sy-

Digitized by Google

[illegible] *con-*
[illegible] *ſtatues*: [illegible] que
[illegible] mendo, [illegible], quo
[illegible] omnes electi tandem a cœlis ad terram deſcendant, ſuos tumulos reuiſant, ab eis corpora ſua repetant, locum iudicij adeant, ad nubes vſque pergant obuiam venturo Chriſto, ac denique cum illo ſupra omnes cœlos efferantur. Sicque etiam huiuſmodi Miniſtrorum figmento, mendax erit omnis diuinitùs inſpirata Scriptura: nulli diuinæ promiſsionis ac prouidentiæ effectus: adulterini omnes fidei noſtræ articuli: nulla redemptionis humanæ myſteria; nullum futurum iudicium, nulla carnis reſurrectiò, &c. MIN. Prò ſancte Deus, quid audio! Execrandas ſanè, & humano ſermone indignas abſurditates, in quas cōijcit authores ſuos Miniſtrica cauillatio, quando contendit Dei iudicium retinere in animas purgatorijs pœnis addictas.

3. Ac de ijs hactenus. Iam eorum interpretationes (vt pollicitus es) Apoſtolicæ menti ſenſuique contrarias eſſe, oſtende DOCT. Tantū abeſt, vt Satanas alijque damnati ſpiritus Ieſum Chriſtum reuereantur, adorent, inuocent, aut celebrent, vt contendit Bernenſis Aretius; vt è contrario aduerſus eius omnipotentiā pro viribus inſurgant, aduerſus iuſtitiam fremant & ſtrideant, & blaſphemas voces contra Maieſtatem eius euomant, & de hoc quoque doleant, quod atrociora non valeant aduerſus eū edere. De ijs namque regius Propheta ſcribit:
Pſalm 73. *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.*
Pſalm. 113 *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum.* Sanctuſque Ioannes
Apoc. 13. & 16. aſſerit, eos habere nomina blaſphemiæ ſuper capita ſua, ac os aperire ad blaſphemandum contra Deum, & Sanctos diuinis tabernaculis exceptos. Adde, quod vrgentibus quos ſuſtinent doloribus, ſuas nō intermittunt blaſphemias; ſicut contraria ratione, omnes bea-
Pſalm. 83. tæ cœlitum mentes eundem laudibus per-
Pſal. 149. petuis cumulant, & omni cultu venerantur
Apoc. 23. inter amœnas Paradiſi delitias. MIN. Non eſt inter Theologos dubium, quin Satanas, alijq; reprobi ſpiritus tanto in Deum ferantur odio, vt quouis tempore, quouis loco, quauis occaſione, nouas ſemper iras aduerſus illum concipiant, anhelent, conenturque illi diſplicere, & contradicere; tantum abeſt, vt genua flectant, adorent, aut reuereantur. At ſi obijciatur, dæmones ad id cogi poſſe, & ſaltem in extremo die illud eos præſtituros; quid reſpondebis?

DOCT. [illegible] honores
continerin [illegible] 4.
ſa omnino nulla [illegible] h c
non differre de ijs quæ [illegible] fient: ſed de cæleſtibus honoribus, quos Chriſtus ob paſsionis & obedientionis ſuæ opera meruerat. Tertiò, modum futuri iudicij contrarium opinioni Miniſtrorum docere: ſcilicet Reprobos omnes in Chriſtum obmurmuraturos, quaſi iniuſtè eos damnaret. *Quando te vidimus eſurientem,* Matt. 25.
&c: tantum abeſt vt genuum inflexione illum cohoneſtent aut reuereantur. Denique, ſtridorem dentium, quem illis Chriſtus adſcribit, ſatis eorum rabiem manifeſtare, qua præter rationem in eum inſanient, & conuitia furioſè torquebunt: quod planè eiuſdem adorationi & venerationi contrarium eſt. Matt. 8. & 22.

MIN. Nonne Caluini ſententia illud ad creaturas inanimes, rationeque carentes referentis, aliqua ex parte ſanior eſt? DOCT. Nulla prorſus ex parte: quandoquidem cultus & adoratio, eius quod colitur & adoratur agnitionem præſupponit. Quis enim id adorat, quod penitus ignorat? At, creaturæ inanimes, ſine mente, ſine ſenſu, cuiuſmodi ſunt lapides, ſaxa, arenæ, rudera, prorſus neſciūt Chriſtum à Patre omni honore donatum, aut exaltatum: illi ergo nec genua flectunt nec vllam adorationis ſpeciem deferunt. Accedit, quòd Apoſtolus nomine *cæleſtium & terreſtrium* adorantium, non de rebus mutis, amentibus, aut rationis expertibus loquitur, ſed de Angelis ac hominibus, qui Chriſtum agnoſcunt & verentur: igitur & *infernorum* nomine. Cur enim vita, mente, ſenſuque carentia, illis permiſceret, aut connumeraret? Denique, Ioannes in Apocalypſi, velut locum hunc exponens, adfirmat ad rationis capaces & vtentes illum pertinere, quando ſcribit iſtas ſubterraneas creaturas, Sedenti in throno cantare & Agno: *Benedictio, & honor, & gloria, &c.* Atque ita ſententia & interpretatio, quam Caluinus veriorem exiſtimat, longè vanior, & ineptior apparet eſſe. 5. Apoc. 5.

6. MIN. Iam opus eſt, vt ad tertiam promiſſionis tuæ partem accedas: probeſque Apoſtolicam ſententiam propriè ad animas in Purgatorij loco ſubterraneo detentas magis propriè pertinere. DOCT. Cūm Apoſtolus docet creaturas illas ſubterraneas genua flectere, id eſt, Chriſtum Dominū ſuum agnoſcere & venerari, id faciunt quòd eum Saluatorem ſuum, totiuſque mundi vnicam ſpem & ſalutem agnoſcant; alias ante ad nomen eius non citius ac potius, quàm ad aliud quoddam genua ſua flecterent. Hoc verò nec res mortuæ, nec dæmo-

dæmones, nec reprobi (vt nunc dicebamus)
præſtãt: ſupereſt igitur, vt id fiat ab animabus
fidelium in Purgatorijs pœnis de pietate me-
ritis, & gratia Ieſu benè ſperantibus.

MIN. Sed quo iure, quave ratione ſub no-
mine *inferorum* comprehenduntur? DOCT.
Quia verſantur in locis inferioribus, profun-
dis, & abyſſorum proximis. MIN. Dubito
an in acerbitate tormentorum liceat eis de
Chriſto cogitare? DOCT. Quid ni liceat, cum
& perditus, flammiſque inferni cruciatus E
Luc.16. pulo, de Lazaro, & de fratribus ſuis cogitarit?
Præterea, huiuſmodi animæ fidem & ſpem ad-
huc retinent, in gratia & caritate confirmatæ
ſunt, ac de perpetua beatitate ſua ſecuræ. Rur-
ſum, immortales, intelligentes, ratiocinantes
ſunt. nec dubitant Ieſum eſſe ſuum redempto-
rem, ac tandem aliquando eius meritis & ſa-
tisfactionibus, (poſteaquam caſtigatæ & ex-
piatæ ſatis fuerint) ſe liberandas ab omnibus
ærumnis, cæloque locandas.

D. PAVLVS SECVNDAE EPISTO-
*la ad Timotheum cap. 1. formulam tradit
orandi pro fidelibus defunctis: contra 13. er-
rorem.*

CAPVT SEPTIMVM.

MINISTER.

SI quam præterea ab Apoſtolo præſcriptam
orandi pro defunctis formulam noſti, illam
mihi non reticeas: quoniam Authores noſtri
pernegant vllam vnquam ab illis traditã eſſe.
1. DOCT. Toto aberrant cœlo. Nam cum Pur-
gatorij ignem Paulus (vti probauimus) recen-
ſuit quo plerique ſaluantur: eorum affectum
Philip.2. laudauit, qui eis auxilium ferre conantur: ac
eos qui flammis ardoribusque illius exercen-
tur, Chriſtum nihilominus agnoſcere & lau-
dare pronunciauit: tum denique nobis tradit
formam iſtam in vno illorum, pro ſalute mor
2.Tim.1. tuorum deprecandi: *Det miſericordiam Domi-
nus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit,
& catenam meã non erubuit: ſed dum Romam
veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, & inuenit. Det illi
Dominus inuenire miſericordiam à Domino in
illa die.*

2. MIN. Quo iure exiſtimas tales preces de-
functorum nomine conceptas & fuſas eſſe?
DOCT. Primo, quod apertæ & manifeſtæ o-
Paral.1 11. rationes ſint. Deinde, quoniam tota gens He-
c.6 &c. bræa pari modo, eadem forma, ijſdemque ferè
verbis pro defunctis orabant: vt ſuperius tam
ex ſacris literis, quam patrum animaduerſio-
ne probauimus. *Præſtate* (aiebãt in funeribus
ſuorum) *vniuerſi, opera miſericordiæ. Super eũ
pax & miſericordia.* Denique, ex eo quod à pri-
mis Eccleſiæ exurgẽtis temporibus, iſtiuſmo-
di precibus defunctos ſuos proſequuti ſunt
Chriſtiani, dicentes: *Fac hanc Domine, cum
ſeruo tuo miſericordiam, &c.* quos ritus non
dubitant clariſsimi Græcorum & Latinorum
Chryſoſtomus & Auguſtin ab Apoſtolis ema
naſſe. Quocirca Paulus Apoſtolus & pro more
gentis ſuæ, pro defunctis orat: & Chriſtianæ
Eccleſiæ formam iſtam pro eis ſupplicandi
tradit: *Deus det illis miſericordiam. Faciat mi-
ſericordiam cum illis, &c.*

MIN. Quibus argumentis probas, hunc 3.
Oneſiphorum, tum inter defunctos relatum
fuiſſe. DOCT. Quòd ſub finem eiuſdem Epi-
ſtolæ, Apoſtolos iubet Timotheo, vt ſalutem *2.ad Tim.*
ſuo nomine dicat *Oneſiphori domui* ac familiæ, *4.*
id eſt, vxori viduæ, atq; liberis, quaſi iam pius
paterfamilias obijſſet. Etenim ſi adhuc ſuper-
fuiſſet, illum Paulus (vt alios multos) nomi-
natim ſalutaſſet. Sic namq; in Epiſtola ad Phi-
lemonem, ipſum primò nominatim, deinde
Aphiam vxorem eius, hinc Archippum filium,
inde totam familiam eius ſaluere beneq; va-
lere iubet. Qui ergo hunc, qui tã multa præſti-
terat, & de Paulo benè meritus fuerat, præter
morẽ, rationemque ſolũ prætermiſiſſet? MIN.
Mihi profectò extra dubium eſſe videtur, tunc
illum hic viuere deſijſſe. eamq; ob cauſam A-
poſtolorum pro ſalute animæ illius interceſ-
ſiſſe & ſupplicaſſe, dicendo: *Det illi Dominus
inuenire miſericordiam, &c.* atque hanc pro
defunctis bene precandi nobis formam, reli-
quiſſe.

DOCT. His adde, quod non illi ſoli miſe- 4.
ricordiam & gratiam Dei bene precatur in il-
la die: ſed & vniuerſæ domui ac familiæ eius,
ex cuius numero erant patres, aui, abaui, atta-
ui, mater, auia, & alij plures, qui pro certo
iamdudum obierant.

Deinde, his vtens verbis *in illa die*, ſecundũ
vulgarem Scripturæ modum, diem iudicij ſiue
peculiaris ſiue vniuerſalis intelligit, quo om-
nium maximè auxilio videntur animæ indi-
gere.

Denique, ſemel & iterum repetendo verbũ
optatiui modi, *det miſericordiam, det inuenire
miſericordiam*: apertè & diſertè precatur, vt
tam ille defunctus, quàm parentes & agnati
eius ſalutem conſequantur, nullus familiæ il-

lius pereat, ſed omnes cum eo per Dei miſericordiam Dei requieſcant in pace: cuiuſmodi oratio per vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam, in hunc vſque diem inualuit.

5. Minist. Id ſanè tam veritati conſonum & firmum eſt, vt Geneuenſes nullam aliam ſeſe expediendi ab huius loci virtute rationem inuenerint, quàm Apoſtolicum textum vitiandi, peruertendo modum optandi, (qui preces continet) in præteritũ indicatiui ſui, qui nullas habet: nimirum, *Det miſericordiam*, per, *Dedit miſericordiam*: quod impietas eſt maxima & damnabile coram Deo ſacrilegium. Doct. Hinc perſpicis, perſpicis, qua conſcientia ſint inſtructi, qua fraude muniti, quoque ſpiritu acti authores veſtri.

Biblijs gallic. Geneuæ excuſ. 1563. apud Perrinum

6. Min. Mirum, ſi hunc Apoſtoli pro defunctorum auxilio & ſuffragijs locum, nulli Patres animaduerterint. Doct. Imò verò, ante mille & ducentos annos Philippus Presbyter, & cariſsimus D. Hieronymo diſcipulus hoc perſpexit, & ſcriptis hiſce verbis commiſit. Quod in illo iudicio quædam peccata donentur ipſius Domini indicat authoritas, vbi ait: *Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Vbi hoc intelligendum, quod aliqua exigua, præualentibus magnis operibus, vel Sanctorum intercesſionibus, remittantur. Secũdum ergo hoc Domini dictum, ſunt delicta quæ illic condonanda ſunt, vbi peccatum blaſphemiæ Spiritus ſancti non memoratur. Non enim diceret Dominus, *hoc peccatũ nõ remittetur*, ſi alia peccata illic non remitterentur. Secũdum hunc ſenſum eſt, & illud quod Apoſtolus de Oneſiphoro ait: *Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die.* Min. Primum in ijs perantiqui Doctoris verbis cõſidero, eum nullo modo ambigere, quin alia peccata in alio ſæculo remittantur. Deinde, id fieri per excellentia opera bona, & Sanctorum preces. Tertio, ad hunc ſenſum reuocandas eſſe preces illas, quas B. Paulus pro Oneſiphoro, eiuſq; cognatione, fundit coram Deo; vnde ſequitur eos haudquaquam imitatores eſſe Apoſtolorum, qui pro fidelib. defunctis non ſupplicant: imò & planè impios eſſe, qui ijs aduerſantur.

Com. in c. 12. Iob. *Matt. 12.* *2. Tim. 1.*

7. Huic tantùm quæſtioni ſatisfacias velim, & cauſa erit perorata. Quomodo Sanctorũ precibus, alijs condonantur peccata, vt ſaluẽtur; cum B. Auguſtin. eos prolixè coarguat, qui adferunt quoſdã ſaluãdos per eorundẽ Sanctorũ preces in extremo iudicio? Doct. Tractat in eo loco B. Aurelius de reprobis iã addictis ſupplicijs inferni. Quod cum Sancti teneant pro certo, nunquam reuocandam eſſe latam in eos ſententiam, non magis quam pro diabolis orabunt; ſicque falluntur improbi ac impœnitẽtes, quantumuis eleemoſynis dent operã, qui putant ſe tunc Sanctorum precibus eſſe ſaluãdos. De precibus vero Sanctorum pro alijs ita ibidem loquitur: Pro defunctis quibuſdam vel Eccleſiæ, vel quorundam piorum exaudiri orationem eius licet, qui in Chriſto renati, non adeò ita malè vixerunt in corpore, vt tali miſericordia videãtur indigni, nec ijdem ſic bene, vt videantur tali miſericordia non egere. Tales etiam cõſtat ante iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur, purgatos, receptis corporib. æterni ignis ſuppliciis non tradendos. Niſi enim quorundã peccata remitterentur in altero ſæculo, non veraciter de quibuſdam diceretur, quod nõ eis remittatur, *neque in hoc ſæculo, neque in futuro.*

L. 21. de ciuit. ca. 18. 19. 20. 23. *Matt. 12.*

8. Min. Satis ex ijs verbis capio Auguſtinum aſſerere, quædam peccata remitti in altero ſæculo, & quoſdam peccatores ſaluãdos Purgatoriis pœnis, ac denique fidelium preces prodeſſe defunctorum animabus; ſed exigebã expreſſum Auguſtini textum in quo tueretur Martyres, vel quoſuis alios Paradiſi Sanctos pro defunctorum requie preces effundere. Doct. Is cum B. Paulino apertè ſcribit & adſerit, ſepultos in Baſilicis & Memorijs Sãctorum, plurimum vel hac vna de cauſa & ratione adiuuari, Quia (inquit) in hoc apparet, opitulatio iſto modo quæſita Sanctorum, à quibus tanquam patronis ſuſceptos, apud Dominum adiuuandos, orando commendent. Et de quadam pia matre ſcribit: Cùm fidelis mater filij defuncti corpus deſiderauit in baſilicam Martyris poni, ſiquidem credidit animã eius meritis Martyris adiuuari: hoc quod ita credidit, ſupplicatio quædam fuit, & hæc profuit ſi quid profuit. Min. Ab animo meo ſic omnes ſcrupulos exemiſti, vt ne vnus quidem ſuperſit, quo retineri queam, ad veræ fidei doctrinæque circa hæc confesſionem ambabus vlnis amplectendam: ac quand u aura vitæ mortalis fruar, arctiſsimæ caritatis gremio retinendam atque fouendam.

L. de cura pro mort. c. 1. 4. 5. 8.

PE-

PETRVS IN EPIST. ET LVCAS

in Actis, recenſendo Deſcenſum Chriſti ad inferos, aſſerunt eundem quoſdam liberaſſe à pœnis Purgatorij: contra 14. errorem.

CAPVT OCTAVVM.

MINISTER.

GRAVIORES noſtri cenſores Caluinus,
Beza, Marloratus, Bullingerus, Gualtherus,
cæterique vehementer eos increpant, qui aſſe-
uerant dominum Ieſum quoſdam liberaſſe à
Purgatorio, quo tempore deſcẽdit ad inferos.
Confut. 1. DOCT. Priſci tamen id docuerunt, & ex
verbis tum B. Petri, tum B. Lucæ comproba-
uerunt. Huiuſmodi autem ſunt Petri de Chri-
Act. 2. ſto verba: *Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis dolo-
ribus inferni, iuxta quod impoßibile erat teneri
illum ab eo.* Hic perſpicis pri nò verã Domini
reſurrectionẽ ſecundum corpus: ſecundò, rea-
lem ipſius deſcenſum ſecundum animã ad in-
feros, corpore adhuc in tumulo iacẽte: tertiò
ex illis inferorũ locis ſoluiſſe quaſdam animas
ex doloribus & cruciatibus, in quibus antea
detinebantur. Certum eſt enim tertium hunc
articulum ad animam Chriſti referri nec de-
bere nec poſſe, quia cum omnia in cruce prius
conſummaſſet, hincque Latroni promiſiſſet,
Ioan 19. Hodie mecum eris in Paradiſo: neque adfir-
mari poſsit de animabus reproborum, cùm
Luc. 23. earum ſupplicia ſint æterna: nec idem re-
ferri valeat ad animas patrum, quæ in ſinu A-
Luc. 16. brahæ conſolabantur: Conſtat ergo, luceque
ipſa clarius eſt, iſtud pertinere ad ſpiritus, qui
in tenebroſo, flammis ardoribuſque referto
Purgatorio carcere vincti expiabantur: quos
Saluator illinc per gratiam ſingularem tunc
eduxit, vt ſecum tandem in vitam cœleſtem
aſſumeret. MINIST. Sententia videtur a-
perta, certa, & multis alijs Scripturarum locis
congrua. contra verò Caluinianorum inter-
pretatio de ira & maledictione Patris ſuper
chariſsimum Filium ſuum, de damnatione, de
omnibus ſupplicijs damnatorum, deque de-
ſperatione Chriſti in inferorum gurgite, &c.
perquam impia & blaſphema.

2. DOCT. Præclarum lumen Theologorum
Lib. 12. de Auguſtinus conſtanter aſſeuerat, hanc ſenten-
Gen. ad tiam non poſſe aliter intelligi, quam de vero
lit. ca. 35. Chriſti ad inferos deſcẽſu, ac liberatione qua-
rundã animarum, quæ doloribus tenebãtur &
angebantur. Creditur, inquit ille, Chriſti ani-
mam veniſſe ad ea loca, in quibus peccatores
cruciãtur, vt eos ſolueret à tormẽtis, quos eſſe
ſoluẽdos, occulta nobis ſua iuſtitia iudicabat.
Quomodo enim aliter accipiendum ſit quod
dictum eſt, *Quem Deus ſuſcitauit à mortuis,* Act. 2.
*ſolutis doloribus inferorum, quia nõ potuit tene-
ri ab eis*, non video, niſi, vt quorundã dolores
apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus, ea po-
teſtate qua Dominus eſt, cui omne genu flecti-
tur cœleſtium, terreſtrium & inferorũ. MIN. Phil. 2.
Pro vero & comperto habet hic inſignis The-
ologus realem deſcenſum Chriſti ad inferorũ
ſubterranea loca; quæ Caluinus trãsformat in
neſcio quæ omni horrore, maledictione, & de-
ſperatione plena portenta ſpiritalia, horro-
reſque gurgitis inferni, in quos Chriſtum ad-
huc viuentem, & breui moriturũ impijſsimè
ſubmergit atque ſubmittit. Deinde, idem Au-
guſtinus palam profitetur, quaſdã animas ex
inferorum doloribus, id eſt Purgatoriis pœ-
nis ſolutas. Denique, hæc omnia firmiſsimis
comprobat Scripturæ verbis.

At, quæſo, num alijs in locis quidquã ab eo- 3.
dem aliud legitur, quod huic interpretationi
ſit aduerſum? DOCT. Nequaquam ſanè: potius
enim eãdem alibi ratã habet, atq; tali ſcripto Epiſt. 99.
confirmat, Cur venire voluerit in infernũ vbi
dolores eſſent, quibus omninò teneri non po-
terat, propter hoc quod ſcriptũ eſt, *Solutis do-
loribus inferni*, nõ in omnibus, ſed in quibuſdã
accipi poteſt, quos ille dignos iſta miſericor-
dia iudicabat. Et ne iudicemus inutilem fuiſſe
illius ad ea loca profectionem, iterum alibi
ſcribit. Omnia traxit ad ſeipſum. qui de electis Serm. 137
ſuis apud inferos nullum reliquit, omnia ab- de temp.
ſtulit, vtique electa. MIN. Semper verum de- Io. 12.
ſcenſum ad inferorum quædam loca, nõ ima-
ginarium, inculcat: ſemperque animarum ex
ijs liberationem: quæ reipſa Purgatorium de-
ſignat.

DOCT. Succedit doctus ſimul ac pius Grego- 4.
rius, in hãc rem ſcribens: Neq; etenim infide- Hom. 22.
les quoſque, & pro ſuis criminibus æternis ſup- in Euang.
plicijs deditos ad veniã Dominus reſurgẽdos
reparauit: ſed illos ex inferni clauſtris rapuit,
quos ſuos in fide, & actibus recognouit. De-
inde, hæc Oſeæ verba recenſendo, *O mors, ero* Oſeæ 13.
mors tua, & morſus, ô inferne, ſubijcit. Quia
ex inferno partem abſtulit, & partẽ reliquit,
non occidit funditus, ſed momordit infernũ,
ſicut per Prophetã fuerat deſignatũ. MIN. Si
Caluiniani negent Limbũ patrũ, cõpellentur
hic vel quaſdã animas & Purgatorijs locis erutas
fateri; vel qua ſolẽt canina impudẽtia Pa-
tres ſanctos vna cũ Scriptura mẽdacij coargu-
ere.

5. DOCT. Et vt clarius perſpicias communem patrum occidentis & orientis conſenſum, S. Epiphanij ſententiam iſtam ſubiungo. Chriſtus venit, vt his quidem qui olim ipſum cognouerunt, & ab ipſius Deitate non aberrauerunt: verùm propter peccata quædam, non ex malitia ſed inſcitia, orta, in inferno detenti erant, indulgentiam largiretur: ijs quidem qui in mundo ſunt per pœnitentiam: qui verò qui in inferno, per miſericordiam & ſalutē. MIN. Hæc probatio firma eſt & manifeſta. Nec enim poſsibile eſt eos dolores & cruciatus, quibus quaſdam animas eripuit, vt ſeruaret, fuiſſe reproborum: erant ergo eorum, qui carcere purgatorio tenebantur incluſi.

6. Tantum huius difficultatis nodū ſoluas expeto. Cur in Biblijs Geneuenſibus nō legatur, *Solutis doloribus inferorum*: ſed, *doloribus mortis*? Beza inſuper, animaduertit in Græcis exēplaribus legi θανάτου, non ᾅδου? DOCT. Id didicerunt Miniſtri ex Valla & Eraſmo. Reſpōdeo, ipſoſmet profiteri noſtram verſionem Latinam eſſe ab omni, adeoque prima antiquitate deductā, vt videre eſt apud Irenæum, Cyprianum, Auguſtinum, alioſq; pietatis noſtræ proceres: imo etiā antiquiora tam Græca, quam Syriaca exemplaria Latinis conformia reperiri. Adhæc, cum textus Dauidicus, cui innititur. B. Petri concio, diſertè habeat, *Non relinques animam meam in inferno*, ſatis indicat ita legendum ac retinendum: non autem vt quidam ſchiſmatici corrupto loco, legere voluerunt.

Act. 2. Annot. — *Pſal. 15.*

BEATVS PETRVS DVOBVS *locis prioris Epiſtolæ, Purgatorij meminit: aduerſus 15. & 16. errorem.*

CAPVT NONVM.

Miniſter.

BVLINGERVS, Pellicanus, Caluinus, Beza, Marloratus, inter ſe diſsidētes de duorum locorum B. Petri interpretatione: tantùm in eo conueniunt, vt dicant, in illis nullā Purgatorij mentionem fieri. Tu quid cenſes?

1. Confut. DOCT. Spiritum erroris & cōtradictionis, quo ducuntur & agitātur, vera illos huius luminis claritate priuaſſe, vt non cernāt ibi Limbi patrū, & Purgatorij, quā antiquiores Græci & Latini ibidem cōſpexerunt & aliis oſtēdunt. Prima ſententia eſt: *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo, & his qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca* Secunda verò ſententia eſt iſta. *Propter hoc enim, & mortuis euangelizatū eſt, vt iudicentur quidem ſecūdum homines in carne: viuant autem ſecundum Deum in ſpiritu.* Hæc ſunt verba principis Apoſtolorum: ex quibus primò manifeſtum eſt, eum loqui de quorūdā animabus peccatricibus, quæ ab hoc in aliud ſæculum emigrarant, ibique detinebātur in carcere cum tormentis & cruciatibus. MIN. Non poteſt inficiari, quin temporibus Noe vixiſſent, atque pro incredulitate addicti fuiſſent tormentis. Accedit etiā quod Geneuenſes hunc in locum commentari declarent *vocem Carceris pœnas infernales ſignificare.* Et paulò poſt admittunt *pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum illis annunciatam fuiſſe, qui multò ante vita exceſſiſſent.* Perinde certum atque manifeſtum eſt, tam ex ipſo textu, quam ex Geneuanorum annotationibus, Apoſtolum agere de ſpiritibus ab hoc mundo profectis, & in altero ſæculo detentis carcere ac pœnis.

Impreſſ. 1563. apud Perrinum

DOCT. Secundò, nonne in confeſſo eſt apud omnes, Saluatorem ſecundum corpus mortuū in cruce & pendulum, ſecundum ſpiritum, quem Patri commendauit, perpetuò vixiſſe? MINIST. Id ſole clarius eſt, cùm anima natura ſit immortalis. DOCT. Illo autem eodem ſpiritu, ſeu anima, viſit ſpiritus inferni carcere detentos, eiſdemque (vt ſolent ſpiritus inter ſe ſuo more colloqui) euangelizauit, id eſt, lætiſsimam peractæ ſalutis humanæ hiſtoriam prædicauit, patefecit, expoſuit. MIN. Id ſanctus Petrus conſtanter confirmat, & Caluinus non eſt auſus negare. DOCT. Addit Apoſtolus, Eos ſecundum Deum viuificatos, id eſt, liberatos è carcere, & gloriæ cæleſti redditos. Ergo non eſt dubium, quin Saluator ſuo ad inferos deſcenſu, quoſdam ſpiritus pœnis prius & carcere obſtrictos inde eduxiſſe atque ſaluaſſe. Hæc porrò non cōueniunt ſanctorum Patrum animabus in loco conſolationis cum Abrahamo verſantibus: nec reprobatorum in ſempiternum: ergo ijs qui in Purgatorij ergaſtulo pœnaque commorabantur. 2. 10. 19.

MIN. Euidens ſanè & per ſe firma ratiocinatio: verùm longè firmior apparebit, ſi ſanctorum & veterū doctorum interpretatione corrobo- 3.

Rom. 1. 6. roboretur. DOCT. S. Hermas B. Pauli diſci-
Euſeb l. 3. pulus pro certo tenet, animã Christi ad quoſ-
hiſt. c. 3. dam inferorum carceres, & animabus ibidem
Clem. Ale dicentis illius ſummam Euangelij nunciaſſe,
xand. l. 12 quam ante paſsionem & mortẽ ſuam in mũdo
4. & 6. prædicauerat: & hinc earũ partẽ aliquã libe-
Stomat. raſſe. Tertullianus & Origenes verba illius re-
Iren. l. 4. ferunt & admittunt. Athanaſius magnus con-
c. 47. tra Apollinarem, & in Epiſt. ad Epictetum. de-
L. de orat. inde Fulgentius libro ad Thraſimundum, cap.
Hom. 13. in 30. eandem ſententiã complectitur his verbis:
Ezech. Animarum quas infernus tenebat, Chriſtus anima ſua, vincula diſrupit, explicãs illis modum, rationemque ſuæ reſurrectionis. Cyrillus Alexand. lib. de recta fide ad Theodoſium: & libr. de fide ad Reginas. Hieronymus in cap. 54. Iſaiæ. & Ambroſius in ſextum capit. ad Romanos, non recedunt ab eadem ſententia.

4. MINIST. De his hactenus ſatis: ad mentem verborum B. Petri recurrendum. DOCT. Is manifeſtè docet, Animas de quibus agimus, eductas fuiſſe ex carcere, vt libertati reſtituerẽtur, & à tormentis eriperẽtur, vt in ſpiritu viuerent, id eſt vitam agerent beatam atq; cæleſtem. MIN. Apoſtolus equidem ita credidit atque docuit: idcirco nimis peruerſi eſſent qui diffiterentur. Addo etiam quod Caluinus ſcri-
Inſtit. li. 2 bit: *Piæ animæ eius (Christi) viſitationis præ-*
ca. 16. *ſenti aſpectus ſunt potitæ.* DOCT. Hæc autem dici nequeunt de animabus reproborum, apud quas Chriſti deſcenſus atque viſitatio fuit potius confuſioni & horrori, quam ſaluti vel honori; id igitur ad eas referendum, quæ in expiatorijs pœnis lociſque verſabantur.

5. MIN. His quid aliud obijciam nõ habeo, niſi quod Petrus aſſerit, illos fuiſſe aliquãdo incredulos & inobedientes. Qui verò non credunt, *iam iudicati ſunt. Qui non crediderit,*
Io. 3. *condemnabitur.* Quomodo ergo ſaluari poſsẽt
Marc. 16. Purgatorio? DOCT. Non dicit Apoſtolus, eos ſemper fuiſſe incredulos; ſed *aliquando.* Ex quo apparet, eos haudquaquam in peccato perſeueraſſe vſque in finem, ſed antequam mortem obirent, crediſiſſe, reſipuiſſe, ac fructus quoſdam pœnitentiæ, tametſi non complexos, aut omni ex parte abſolutos feciſſe. Hoc eſt, cùm centum & viginti annis illis, quibus Noe venturum diluuium prædicabat, hi de Diuina tolerantia & longanimitate nimium ſibi pollicentes fidem non adhibuerunt verbis illiu; ſed tantùm exurgente aquarum inundatione, & ſolos eos vita frui, qui in arcã ſeſe receperant, tum primùm ſerò, licet ſerò, crediderunt, comminationes nec inanes eſſe, nec falſas conciones Noe: ſicque præſentem & ineuitabilem ſibi mortẽ cernentes, breui quidẽ illa, ſed graui pœnitudine de peccatis admiſſis tacti ſũt. Nihilominus cum cæteris mortalibus, vt Petrus ait, *iudicandi ſunt ſecundum homines in carne,* & iuxta corpus ab aquis ſuffocati perierunt: vt per aduentum & miſericordiam Chriſti Domini noſtri, *ſecundum Deum, viuerent in ſpiritu.* Id eſt, ſecundum animam purgatorio carcere concluſis caſtigati, ac expiati, in vitam cœleſtem aſſumerentur. MIN. Quiſquis vel tantiſper mentis compos fuerit, negare nõ poterit, quin is verus & germanus ſit Apoſtolicorum verborum ſenſus, quem etiam non ſolum multorum veterum interpretationibus confirmaſti, ſed & priſcorum Hebræorum ſententijs, vt ex quarto colloquio noſtro cuiuis facilè patebit.

APOCALYPSIS B. IOANNIS *duobus in locis Purgatorium oſtendit: aduerſus 17. & 18. errorem.*

CAPVT DECIMVM.

MINISTER.

PLVRIMOS euolui Miniſtrorum in Apocalypſin commentarios, denique Marlorati rhapſodias, & *Bezæ* notas percurri; ſed tantum abeſt, vt in ijs vllam faciant de Purgatorio mentionem, vt etiam aſſeuerent nihil minus quam de radice Authorem eius cogitaſſe.

DOCT. Ex ſuperioribus tamen inter nos
conſtat, B. Ioannem in prima Epiſtola ſua, do- Confut.
cuiſſe orandum pro fratribus defunctis, ſi ante 1.
mortem de peccatis egerint pœnitentiam. Identidem & nunc, Deo bene propitio, confido me & de Apocalypſi ſua præſtiturum. Ait enim inprimis: *Omnem creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ*
ſunt in mari, omnes audiui dicentes: Sedenti in Apocal. 5.
throno & Agno: Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. MIN. Nemini dubium, quin creaturæ quæ in cœlo ſunt, angeli & beatorum ſpiritus commemorentur:
quos audiuit Iſaias concinentes; *Sanctus, San-* Iſaia 6.
ctus, Sanctus, &c. & Dauid exclamat; *Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæcu-*
lorum laudabunt te. Exaltationes Dei in gut- Pſalm 83.
ture eorum, &c. Quæ verò in mari, inſulares
ſunt, & Nautæ, qui vident mirabilia Dei in Pſa. 149.
profundis aquarum. Omnis igitur quæſtio de

Digitized by Google

illis eſt, quæ dicuntur eſſe ſub terra. DOCT. Affirmantes, eas eſſe partes terræ centro proximas, vel alias res inanimes & rationis expertes (vt veſtri autumant,) cum ipſis verbis ſacris pugnant; quandoquidem illa penitus neſciunt, an Deus ſit, an Agnus ei adſit, an in throno ſedeat, tantum abeſt, vt Diuinas laudes concinant. Arbitrari Sathanam eſſe cum ſua dæmoniorum & reproborum colluuie, veritati & rationi aduerſum eſt; *Dan. 7. Apoc. c. 13 & 16.* cùm è contrario os ſuum ponant in cœlum, vt blaſphemẽt tabernaculum Dei, & qui idem incolunt: inſuper, *Pſal. 114.* non laudent Dominum omnes qui deſcendunt in infernum. Supereſt ergo, vt eas eſſe dicamus fidelium animas, quæ ad tempus expurgantur, ſpe autem maxima miſericordiæ diuinæ eriguntur, ſpectant autem tempus, in quo Deus recordetur illarum.

2. MIN. Idipſum confitebitur, quiſquis compos mentis erit, & ſcriptis diuinis non detrahet fidem. Manifeſtum namque eſt, cœlites illos Dei laudatores, id non poſſe præſtare, niſi illius poteſtatis, honoris, & gloriæ cognitione certa & aperta præditi eſſent; ſed neque Deo gratæ eſſent huiuſmodi laudes & gratiarum actiones, niſi à libera, ſpontaneaque voluntate proficiſcerentur. Hæc verò tribuere vel diabolis, vel reprobis, vel inſenſatis rebus, perquam abſurdum eſt. Quocirca, oportet vt id cadat in animas Chriſtianas, & fide ſpeque munitas, carceribus verò atque ſupplicijs adhuc ſubiectas, è quibus tandem aliquando liberari confidant, cuiuſmodi ſunt illæ, quæ adhuc pœnis expiatorijs exercentur.

3. DOCT. Ea, quæſo te, quæ ſententiam allatam antecedunt, & quæ ſequuntur, diligenter perpende, tum ad faciliorem horum intelligentiam deuenies. Etenim paulò ante dixit, factam eſſe magnam perueſtigationem in cœlis, quiſnam aperire poſſet Librum ſcriptum intus & foris, & ſeptem ſignatum ſigillis: & nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram. MIN. Quid ſibi vult talis ac tantus liber? DOCT. Myſterium humanæ redemptionis deſignat, quod ſolus Ieſus, *Gregor. l. 4 Dialog. cap. 42.* Deus-homo aggredi & perficere potuit. Verũ autem æquum tibi videtur, vt ad tetrum aliquem diabolum concurſum fuiſſet, vel ad quẽuis reprobatum à Deo & maledictum, vel denique ad rem inanimem, vt tam ſanctum, cœleſte, diuinumque opus peragerat? MIN. Nequaquam ſane; ſed rationi pluſquam conſentaneum erat, vt quæreretur vel ab angelo cœleſti, vel à ſanctiſsimo de terris Patriarcha, vel ab animis eorum fidelium defunctorum, qui vel in Limbo, vel in expiatorio igne detinebãtur. DOCT. Sic B. Ambroſius locum interpretatus eſt his verbis; *Com. in c. 5. Apocal.* *Per eam creaturam quæ eſt ſubtus terram, ij qui iam debitum mortis ſoluerant, deſignantur.*

MIN. Sufficit hæc probatio à circumſtantiâ antecedentium & ſequentium petita; ſecundã expone. 4. DOCT. Illa nitetur his Apoſtoli verbis; *Omnem creaturam audiui*; hiſce conformibus, *Ioan. 5.* *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, *Mar. 16.* id eſt, Hominibus rationis, fidei, & gratiæ Dei capacibus. Itaque verba D. Ioannis non ad reprobos, non ad res mortuas, ſed ſolum ad animas rationales referenda ſunt. Deinde, non ait Apoſtolus, Audiui cœlum, terram, infernum, mare, quæ creaturæ ſunt carentes vita & ratione; ſed creaturam quæ in cœlo, in terra, & ſub terra. Quocirca Caluiniani veſtri valde ſtolidi ſunt & væcordes, dum ſuadere nituntur D. Ioannem hoc loco ſignare creaturas rationis expertes. Denique, cùm tot laudes Agno tribuunt, id eſt Chriſto, eum palam fatentur noſtra carne indutum, *Exod. 12.* agno paſchatis Iudaici præſignatum, ab Iſaia & Ieremia prædicatum, *Iſa. 53.* *Ierem 11.* & à Præcurſore digito demonſtratum; *Hic eſt ille Agnus Dei, &c.* *Ioan. 1.* qui ſua paſsione & morte tolleret peccata mundi. Conſtat autem, ſubtus terram nec diabolos eſſe, nec damnatos, nec lapides, nec partes terræ, quæ eiuſmodi laudibus & encomijs Chriſtum celebrent; ſed è cõtrario cum fletu & ſtridore dentium infremẽtes, exclamant: *Montes, cadite ſuper nos. Quid nobis profuit ſuperbia? Maledicta hora, in qua natus ſum. Melius nobis erat, ſi nati non eſſemus.* *Matth. 8. Apoc. 6.* Percupient mortem, & mors fugiet ab eis, &c. Quocirca pro comperto reſtat, vt creaturæ quæ ſubtus terram Deum & Agnum laudant & adorant, eiſdemque gratias agunt quantum poſſunt maximas, ſpiritus aut fidelium, paternam Dei manum eos ad ſalutem ſuam caſtigantem, omni patientia & ſummiſsione in emendatorio igne ſuſtinentes.

MIN. Videris ſatis multa circa hunc primum Apocalypſis locum diſſeruiſſe: ad ſecundum properemus. DOCT. Ille talis eſt: *Apoc. 15.* *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt beſtiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare vitreum, habentes citharas Dei*: & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum Agni. *In c. 5. & 15. Apoc.* MIN. Marloratus & ſymmiſtæ fatentur iſtud mare adumbraſſe Baptiſmum, *Tit. 3.* *1 Cor. 10.* quem Paulus vocat lauacrum regenerationis in renouationem, quo *Coloſſ. 1.*

Spiritus

Spiritus S emundat & expiat noſtras animas
ab omnibus peccatorum ſordibus, ſicut in ma
ri rubro ſubmerſit omnes Aegyptios.
6. DOCT. Id depromptum eſt ex Primaſio, Anſ-
berto, & Ruperto, Catholicis patribus. Sed
quid opinantur de igne admiſſo? MIN. Illum
deſignare magnas calamitates & ærumnas, qui
bus Chriſti ſpiritus expiat, & quaſi aurùm in
fornace emundat ſordes affectionum carnali-
um, vt plane purgemur & emundemur, ſicut
ſcriptum eſt: *Tranſiuimus per ignem, & aquam,*
Pſalm 65. *& eduxiſti nos in refrigerium.* DOCT Tanta
eſt vis veritatis, vt illos ad lucem proximè im-
pellat. Verè enim ignis ille miſſus afflictiones
& pœnas ſignificat peccatis noſtris deſtinatas
vel in hoc ſæculo grauibus pœnitentiæ labo-
ribus: vel in altero flammis & ardoribus expi-
atorijs, de quibus (vt ſupra docuimus:) intel-
Pſalm. 65. ligendus eſt locus Pſalmiſtæ; itemque ille Ba-
Matth. 3. ptiſmus ignis, in quo Chriſtum ſuos baptiza-
turum eſſe Præcurſor eius concionatur.
7. MIN. Qui priſcorum Patrum iſtud aduer-
Com in c. terunt? DOCT. Andreas Cappadociæ Præſul,
15. Apoc. eiuſque anteceſſor Baſilius multis modis ma-
gnus, à mille, & ducentis annis, aſſeuerantes
hunc ignem referri ad iſtum Pauli locum: O-
1. Cor. 3. *pus vniuſcuiuſque ignis probabit: Si cuius opus*
arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus
erit, ſic tamen quaſi per ignem. Affirmant rur-
ſum, hunc ignem nullo fore Sanctis detrimen-
to, ſed qui grauiter deliquerint, illo eſſe caſti-
gandos. MIN. Cum Baſilius Apocalypſin non
explanauerit, vbi interpretamentum eius cõ-
perietur? DOCT. Commentarijs eius in caput
quintum Iſaiæ, vbi hunc ignem vocat exuſti-
uum, expurgatorium, & purificatorium: &
in caput decimum eiuſdem Prophetæ, quæ ſe-
quuntur, ſcripta reliquit: *Pandit hic naturam*
ignis: quia luſtratiuus eſt & Purgatorius, ſancti-
ficabit ipſum, quaſi in igne ardenti.
8. MIN. Quis Latinorum eandem ſententiam
Com. in 5. amplectitur? DOCT. Inſignis paſtor Am-
4. Apoc. broſius in hunc modum: Vidimus quoſdam a-
liquibus peccatis obnoxios, virginitatẽ cor-
poris vſque ad mortem ſeruaſſe; quos credi-
mus per ignem Purgatorium eſſe purgandos,
vt in iuſtorum numero quandoque adſcribi
mereantur. Iterum idem alio loco ait: Multos,
fine mundi inſtante, ignis Purgatorius purgã-
do cremabit, ſed ante iudicium abſolute, in
Sanctorum collegio recipientur. Vtrum ad
quæſtiones & dubitationes tuas de Purgato-
rio factum putas ſatis? MIN. Omni ex parte
factum ſatis. Perſpicio etenim illum ignem
vtriuſque Teſtamenti tabulis confirmatum:
deinde, ſanctos & antiquos patres, eundem ex
Scripturis comprobaſſe; denique, hæreſiarchas
ne verbum quidem vllum ex illis adferre poſ-
ſe, quo ille denegetur, aut vt pro fidelibus de-
functis, preces fundamus: ſed eos tantùm fri-
gidis ac inutilibus niti negationibus. Itaque
iam nullatenus hæreo circa illius veram & ſo-
lidam aſſertionem; tãtum hoc dubio animum
liberes velim: vtrum propter pœnas duntaxat,
an verò propter pœnas ſimul & culpas animæ
in Purgatorio detineantur atque caſtigentur?

NON ESSE EANDEM REMIS-
ſionem culparum & pœnarum temporalium;
ſed illis condonatis, has frequenter hic vel a-
libi ſoluendas remanere; hocque Purgatoriũ
ignem maximè confirmare: aduerſus 9. 20.
& 21. Hugnoſticorum errorem.

CAPVT VNDECIMVM.

DIc tu prius, quid hac de re ſentiant præci- DOCT.
pui Miniſtri veſtri. MIN. *Peruerſum eſt*
commentum, aiunt Caluinus & Marloratus, *de* In Pſalm.
Satisfactionibus & Purgatorio, quaſi Deus con- 151. v. 8.
donans culpam pœnam retineat: Et alibi rur- In Pſalm.
ſum ijdem ſcribunt; *Culpa remiſſa, pœnarum* 31. v. 1.
remiſſio protinus ſequetur. Et paulo poſt: *In-* In Geneſ.
tempeſtiua eſt pœna & culpæ diſtinctio, qua Pa- 49 v. 6.
piſtæ dimidiam tantum veniam faciunt. Et Pa- In Iſa. 19.
rentius cum gregalibus: *Poſt veniam,* inquiũt, verſ. 22.
nulla ſuperſunt toleranda pœna peccatoribus iu- Inſtruct.
ſtificatis, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. pag. 309.
Hæc ſunt, quæ de ijs ſibi perſuaſerunt, & ſuis 310.
credenda & prædicanda tradunt.
DOCT. Ego, Deo bene aſpirante, iam iam Confutes
patefaciam, eos velut mendaces, ſibi ipſis con- 1.
tradicere, & aduerſus Scripturam vt hæreti-
cos oportet, palam inſurgere. Inprimis enim
Caluinus aſſerit quæ ſequuntur: *Etſi autem in-* In Cap. 4.
terdum reatu noſtro abolito, nos tamen punire Matth.
non deſinit (Deus) vel vt magis humiliemur, vel verſ. 12.
vt impoſterum ſimus cautiores, &c. Beza quoq;
vel coactus animaduertens Satisfactionem ad
rationẽ veræ pœnitẽtiæ neceſſariã eſſe, ſcribit.
Colligimus eos, quos ſeriò pœnitet, neceſſariò ſua Confeſſ.
peccata confiteri apud eos quorũ intereſt, id eſt, c. 4. §. 29.
quos priuatim offenderũt, vel etiã apud Eccleſiã
corã quum ita opus eſt: atq; etiã quoad eius fieri
poteſt, illis ſatisfacere: quoniam, ſi hæc abſint,
fictam eſſe pœnitentiam, conſequitur: Poſtea
rurſum agnoſcit, in primitiua Eccleſia, *eos,*
qui cum ſcandalo peccauerant, per impoſi-
tionem

Digitized by Google

tionem manuum, publicam delictorū agnitionem & ſatiſfactiones externas eidē reconciliatos eſſe. Quibus etſi vel malignè, vel imperitè, reconciliationem fraternam, & pœnitentiam publicam & ſolennem, cum priuata ſacramentalique confundat: ſatiſfactiones tamen, id eſt, pœnas temporarias poſt remiſsionem culparum peccatoribus ſeruatas eſſe confitetur. Minister. Reuera, manifeſtæ fœdæque contradictiones ſunt, poſt abolitionem culpæ, Deum nos adhuc flagellis punire: & poſt veniam, nullas pœnas iuſtificatis tolerandas ſupereſſe. Præterea, apertè ſecum pugnant, Culpam & pœnam nullo modo à ſe diſtingui: & poſt abolitum delictum, Deum punire non deſinere. Denique, Satiſfactiones peruerſa commenta eſſe, quod volunt Caluinus & Marloratus: & ſine Satiſfactionibus, etiam externis, fictam eſſe pœnitentiam, quod Beza conſtituit. Certè concordabunt nullis, qui ita ſecum diſsident ipſi.

2. Doctor. Accipe & alteram nouorum iſtorum apoſtolorum monſtroſam contradictionem. Radulphus Gualtherus Tigurinus

Hom. 3. in Ionam. miniſter ſcribit: *Pœnæ temporales non ſemper ceſſant, etſi Deus in gratiam nos recipiat, ſicut in Dauide, & multorum aliorum exemplis videre eſt.* Min. Nemo profectò negare poteſt, quin propudioſè repugnent: Pœnas temporales non ceſſare poſt acceptam gratiam, & Deum eas adhuc retinere. Item, Iuſtificatis nullas ſupereſſe pœnas tolerandas, neque in hoc ſæculo, neque in futuro: & pœnas temporales non ceſſare. Adhæc, cùm Dauidis, & multorum aliorum ſacris hiſtorijs iſta confirmentur: cum Diuinis libris bellum gerunt, quando pernegant. Temporarias pœnas poſt culparum remiſsionem, hic vel alibi exſoluendas ſupereſſe.

3. DOCT. Sequitur trina contradictio miniſtralis; Melancthon, quem totius reformationis ſuæ præceptorem appellant, his paucis

Apolog. pro Conf. Auguſtana. noſtra confirmat, & Caluinianos damnat: *Neceſſe eſt diſcerni remiſsionem culpæ, à remiſsione pœnarum temporalium.* Axioma corroborat exemplis Adami, Dauidis, Samſonis, Salomonis, Ezechiæ, & aliorum de quibus ſcriptum eſt: *Viſitabo in virga iniquitates eorum,*

Pſalm. 88. *& in verberibus peccata eorum.* Verùm, has pœnas mitigari, aut omnino remitti noſtra

Ionæ 3. pœnitentia, probat idem, exemplis Ionæ ac Niniuitarum. Item ex eo quod in Iſaia legi-

Iſa. 1. tur, *Si fuerint peccata veſtra vt coccinū, quaſi nix dealbabūtur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Et iterum ait Dominus, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*: ſicque vult intelligenda eſſe hæc *Zach. 1.*

verba: *Eleemoſyna liberat à peccato.* Id eſt, à *Tobiæ 4.*

pœnis præſentibus, quæ illi reſeruantur. Hactenus Melancthon pro nobis aduerſus Caluinianos errores. Quid de ijs cenſes? Min. Primùm, ſuperiores miniſtrorum opiniones aduerſus Culpæ & pœnæ diſtinctionem, planè pleneque reprobari. Deinde, tot Scripturarum vocibus, & manifeſtis exemplis allegatis, probari, Prædicantes Diuinis verbis & iudicijs verè diſtrictèque vtrorum aduerſarios coargui. Hinc, pœnas temporales poſt condonata peccata, reſiduas eſſe, per Spiritum ſanctum reuelatum & conſtitutum eſſe in Scripturis: idque aduerſus miniſtros Caluinianos, Præceptoris ſui teſtificationibus. Doct. Sin verò peccatores in perſoluendis ac tolerandis iſtiuſmodi pœnis temporalibus nimium (vt fieri ſolet plus ſatis) remiſsi fuerint in hoc ſæculo: nonne ſoluendæ ſupererunt in futuro? Et hoc, pœnis flammarum Purgatorijs, antequam Paradiſi amœnitate gaudeant?

Min. Rationi maxime conſentaneum eſt, 4.
idemque ſumma Diuinæ iuſtitiæ poſtulat æquitas. Verùm, te paulò latius dicere velim de Adami, & aliorum ſtrictim commemoratis exemplis. Doctor. Conſtat, Adamum & *Gen. 3.*
Euam veniam aſſecutos peccatorum ſuorum, *Iren. l. 3.*
quoad culpam, & pœnam æternam, cùm *c. 34. 35.*
Deus perſpectis ſuſpirijs & lacrymis ſeriaque *36. 37.*
pœnitentia, eorum miſertus, promiſit eiſdem Meſsiam, qui ſerpentis caput contereret; denique, per Chriſtum ſuperna felicitate illos donauit. Sed quot nihilominus miſerias, quot calamitates, temporaleſque pœnas per nongentos & amplius annos, quibus in hac lacrymarum valle peregrinati ſunt, oportuit eos exantlare? Qui poſſet animus concipere, quæ lingua referre? Nos miſeri eorum poſteri, poſt *Iob 14.*
adeptam per Baptiſmum peccatorum remiſ- *Geneſ. 3.*
ſionem, innumeris manemus obnoxij cala- *Heb. 9.*
mitatibus, ærumnis, mortiſque ineuitabilis *Num. 12.*
duris legibus. Maria ſoror Moſis, remiſſo obtrectationis vitio, ſeptem diebus leproſa, & è medio populi ſancti diſtracta manſit. Ipſe Dominus de populo murmuratore verba faciens, *Dimiſi peccatum, attamen non videbunt* *Num. 14.*
terram pro qua iuraui patribus eorum, ſed in hac ſolitudine morientur: luce meridiana clarius demonſtrat, peccatoribus pœnas eſſe poſt remiſſa delicta, luendas. Cùm Moyſes

& Aaron

[Num.20. Pſal.105. Gregor 9. Moral.c. 27.] & Aaron non ſatis Deum glorificaſſent ad aquas contradictionis, poſt huius delicti veniam, non ſtatim omnis pœna remiſſa eſt: ſed in eius vltionem terrã ſanctam non poſsederunt. Quid autem Dauidi contigit, poſteaquam audiuit à Propheta, [2.Reg.12. 13.&c.] *Tranſtulit Dominus peccatum tuum à te?* Nonne calamitates, ærumnæ, penéque innumera ſupplicia temporaria perpeſſus eſt? Filius natus ex adulterio, morbo, moriéque percuſſus: Thamar à fratre violata: Amnõ à fratre proditoriè cæſus, bellum domeſticum, periculum à filio, peſtilentia in populo, alijque tam publici quam domeſtici caſus. id palam teſtificantur, atque impudentiſsimi mendacij Caluinianos præcones coarguunt. MIN. Hæc negari non poſſunt, niſi quis Scripturas omnes reijceret. Nam præter rationem fuiſſe illi tales pœnas inflictas nefas eſt vel tantùm [Pſal 6.31. 37.50.] cogitaſſe, maximè cùm ei dicatur; *Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, non recedet gladius de domo tua.* Dauid æque iuſtè atq; frequenter infirmitates, anguſtias, dolores, & perſecutiones quibus affligebatur, peccatis ſuis imputet.

5. [Matt.3. Mar.1. Luc.3.] DOCT. Eadem doctrina nouo Teſtamento comprobatur. Præcurſor namque eis quos ſuo baptiſmo lauerat, præſcribens vt fructus facerent dignos pœnitentiæ, nudos veſtibus operirent, iram Dei venturam anteuerterent, &c. Itaque ijs hominibus auaris & hypocritis pœnas difficiles iniungebat pro ſatisfactionibus peccatorum præcedentium. Dicens etiam pro concionibus Saluator, quod Tyrij & Sidonij egiſſent pœnitentiam in ſacco, cinere, & cilicio, ſi annunciatum fuiſſet eis Euangelium; ſignificat iuſtiuſmodi laborioſa exercitia, pœnáſque peccatis & peccatoribus vt ſatis Deo fiat pro certo deberi. [Luc.7. Luc.11. Ion 3.] Mulieri peccatrici condonans propter lacrymas, & poſtremam demiſsionem animi & corporis: Niniuitiſque minas remittens ob ieiunia, ſaccum, cinerem, [Luc.16.] & preces lacrymoſas: Phariſæis item promittendo, Omnia eis fore munda, ſi darent eleemoſynam, nonne patefacit temporales pœnas ſeu ſatisfactiones humanis peccatis deberi? Deum ijs delectari, ijſdemque placari?

6. MIN. Iam ſatis probaſti magnam eſſe differentiam inter pœnarum temporaliũ & culparum remiſsionem, eaſque iuſtificatis ſæpe ſeruari: ſupereſt vt comprobes, id doctrinæ Purgatorij patrocinari. DOCT. Hoc ipſum ſic efficio: Peccator hinc emigrando adhuc pœnis temporarijs obſtrictus, non poteſt rectà cælum petere. MIN. Id profectò non con- [Iſa.15.] gruit, quia dicit Scriptura viam cœlorum ſanctam eſſe, virumq; pollutum per eam non trãſiturum. [Leuit.19. & 20.] Et Dominus ait: *Sancti eſtote, quoniam ſanctus ſum.* [Apoc.7. & 21.] Et in Apocalypſi refertur, Sanctos eſſe indutos ſtolis albis, eaſque lauaſſe & dealbaſſe in ſanguine Agni: præterea, ſine macula eſſe ante thronum Dei: & nihil inquinatum introire in ſanctam illam ciuitatem. [Matt.22.] Euangelio denique refertur, cum excluſum eſſe Diuino conuiuio, qui non indutus erat veſte nuptiali, ſed tantum ruſtica, lacera, & immunda, ex quibus manifeſtè liquet pœnas temporales ſoluendas & tolerandas eſſe in alio ſæculo, antequam in cœleſtem Paradiſum quis recipiatur.

7. [L. de vera & falſa pœn.c.18.] DOCTOR. Ita ſenſit & collegit venerabilis patrum antiquitas, vt ex hoc Auguſtini contextu manifeſtum redditur: Si conuerſus euadat (inquit) vita viuat, & non moriatur: nõ tamẽ promittimus quod euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus eſt igne Purgatorio, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis. [Ep.52. quæ eſt ad Anton.] Cyprianus Martyr multo ante eadem penè pronunciarat, vt patet ex ſequentibus eius verbis. Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire, aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſoluat nouiſsimum quadrantem, aliud pro peccatis longo dolore emundari, & purgari diu igne. MIN. Hæc porrò purgatio non fit per ignem inferni, nec loquitur de igne tribulationis huius ſæculi: ſupereſt ergo vt de Igne Purgatorio.

8. [L. de reſur carnis.] DOCTOR. Ante hos & Tertullianus ſcripſerat in rem eandem: Nemo peregrinatus à corpore ſtatim immoratur penes Dominum, niſi ex martyrij prærogatiua, ſcilicet Paradiſo, non inferis diuerſurus.

Vbi de peccatoribus in genere loquens, affirmat eos corpus relinquendo, nõ ſtatim in Dei gloriam peruenire (exceptis martyribus:) ſed ad tempus in inferiorem Purgatorij carcerem tantiſper diuertere, donec vltimum ſibi debitarum pœnarum ſoluerit quadrantem.

9. [Lib.1.c.2.] Poſtremo, Irenæus martyr his omnibus ſuperior, conſtanter aſſeuerat, Deum nonnullis vitam æternam tribuere à principio, (vti Apoſtolis, martyribus, & perpurgatis in hoc ſæculo mẽtibus:) ſed nonnullis alijs poſt tolerantiam pœnitentiæ. At, qui Purgatorio expiantur, omnium maxima ſuperiorum delictorum pœnitudine tenentur: igitur & hoc medio remedioque vitam conſequuntur æternam.

M

Digitized by Google

Quidam, audito quod reſurrectio futura eſſet eorum, qui baptizarentur, cùm eſſent baptizati, iterum loco infidelis patris iam mortui baptizabant ſe, vt ſic pater vel mater ſaluarentur in reſurrectione. MIN. Explicationes iſtæ euidentes ſunt, non obſcuræ: genuinæ & faciles, non coactæ: iiſque declaratur quid ſubſidij poteſt à viuis in defunctos conferri. Sed ſcire admodum cupio, vtrum patres Græci cum Latinis in hac interpretatione conſentiant?

14. L. 4 fidei or. c. 10. DOCT. Damaſcenus ex Scripturis octo ſpecies baptiſmatum recēſens, adfirmat quintam perfici per futuri ignis punitorium baptiſma, quale eſt illud Purgatorij: deinde ratione habita huius Apoſtolici loci, aſſeuerat, Pœnitentiam lacrymis ſufficientibus coniunctam, etiam eſſe baptiſmum conducibilem viuis atque defunctis. Sicque ſiue hi Corinthij in aqua baptizarentur, ſiue in pœnitentiæ lacrymis, credebant nihilominus, id prodeſſe defunctis ſuis parentibus. Quod D. Paulus ratum habet & confirmat, ab ea parte argumēti ſui paſſim & vim repetendo.

15. In Teſtamēto ſuo. MIN. Vtrum præterea alij quippiam ſuppetūt, ſuperioribus antiquiores huius loci interpretes? DOCT. Ephrem Syrus, qui ante annos mille trecentos in oriēte floruit, huic textui Apoſtolico innixus, aſſerit Sacerdotes Eccleſiæ ſalutem poſſe accelerare defunctorum, precibus ac oblationibus ſuis, atque ſcribit: 1. Cor. 15. *Si mortui non reſurgunt*, ait Apoſtolus, *vt quid baptizantur pro mortuis?* Etenim qui ſub lege viuebant, propter reſurrectionis ſpem in myſterijs tenebantur incluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat, ſicut legiſtis, quandoquidem Sacerdotes legis in oblationibus cultuiæ mūdabant. Quod ſi hæc illi poterant, multo magis Teſtamenti noui aScerdotes debitū mortuorum ſanctis precibus & oblationibus diſſoluere poterunt? MIN. Ecce quidem preces & oblationes, & Sacerdotes, & redemptio defunctorum nomine, rationibus, & authoritatibus comprobatas; nunc verò vtrum plures adhuc alios potes numerare.

16. L. de reſurrect. DOCT. Euſtrathius Conſtantinopolitanus, Apollinaris, & ante hos omnes Tertullianus eandem obſeruarunt Apoſtolicorum verborū interpretationem: quo ſatis apertè conſtat talem extitiſſe doctrinam, fidemq; Latinarum, Græcarum, Syricarum, & Africanarum Eccleſiarum. MIN. Id quidem negari non poteſt; interim qualis eſſet baptiſmus ille pro defunctis, non eſt ſatis ab eis expoſitum.

DOCT. Epiphanius & Ambroſius arbitrantur fuiſſe baptiſmum aquæ, quem nomine parentum & amicorum, qui ſine illo ex hac vita migrarant, ſumebant, exiſtimantes hoc illis profuturum eſſe in altero ſæculo, vti paulò ſupra à ſancto Brunone dictum fuit. MIN. Reuera ſi iſti denuò baptizati Iudæi erant ad Chriſtum conuerſi, non dubitabant quin viuētium preces, oblationes, & officia prodeſſent defunctis, vt ſatis antea probatum fuit. Si ex Ethnicis Chriſtiani, idem retinebant ex Philoſophorum, Poetarum, & Oratorum ſententiis.

DOCT. Alij plerique huius baptiſmi nomine intelligunt ieiunia, abſtinentias, diſciplinas, cilicia, & alia veræ pœnitentiæ ac laborioſa opera, quibus nonnulli Corinthij vacabant, ad requiem defunctis ſuis procurandam. MIN. Nec abſurda eſt huiuſmodi interpretatio; neque in poſterum de illius veritate dubitarem, ſi probares *Baptizare*, ac *Baptiſmum* huiuſmodi exercitia interdum ſic appellari. DOCT. Dei filius de acerbiſsimis cruciatibus paſsionis ſuæ doloribus dicens, *Baptiſmo habeo baptizari*: & à duobus Diſcipulis quærens, *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum; & baptizari baptiſmo quo ego baptizor*, apertè docuit, grauibus pœnis affici, vel alios afficere, eſſe baptizari & baptizare. Deinde, priſca Spiritus ſancti organa Damaſcen. Epiphan. Nazianzen. inſuper, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, de iſtiuſmodi pœnitentiæ fructibus differentes, illos non raro vocant Laborioſum baptiſmum, lachrymarum baptiſmum, baptiſmum pœnitentiæ, & ſecundam tabulam poſt naufragium. MINISTER. Abundè mihi feciſti ſatis: planeque nunc aduerto, beatum Paulum illis verbis ſeſe exhibere ſedulum defunctorum patronum, atque ex iis quæ in eos præſtantur officijs, etiam vniuerſæ carnis reſurrectionem aduerſus hoſtes illius iure comprobare. Luc. 12. Marc. 10.

IDEM

Digitized by Google

IDEM IN EPISTOLA AD PHIlippenſes Expiatoria loca corroborat: aduerſus 12. errorem.

CAPVT SEXTVM.

DOCTOR.

QVID reſpondent veſtri Suſurrones verbis, quibus idem Paulus aſſerit, *In nomine Ieſu ſ. ctt genua Infernorum?* Non etiam nobiſcum Inferno: um nomine, Purgatorio detentas animas fidelium intelligunt? MINIST. Ab hac ſententia non minus abhorrent quam à morte. nec tamen inter ſe poſſunt conuenire quid illo nomine ſignificetur. Aretius namque Bernenſis adfirmat, illa ad Satanam, alioſque dæmones, ac damnatos ſpiritus, referenda eſſe. Caluinus detorquet ad creaturas inanimes, & ratione carentes, quæ ſub terris verſantur. Beza profitetur, ſe nolle quidem hic ſubtiliter philoſophari, an dæmones hoc nomine ſignificentur: conſtituit autem Anthropopathiam, vel hyperbolen, pro omni Bezana reſolutione. Marloratus furcifer vociferatur. *Impudenter nugantur Papiſtæ Purgatorium ex ijs verbis elici:* nihil verò probat. Parentius & gregales adijciūt pro magno abſurdo, quod ex Catholicorum interpretatione redundaret; nimirum, æquo longius iter conficiendum eſſe animabus è Purgatorio in cœlum: *Quandoquidem eſſet eis adhuc per ſubterraneos ſpecus in auras iſtas properandum, hinc euolandum per aera, cæli penetrandi, vt in paradiſum tandem euaderent.* Atque hoc nobis relinquunt examinandum.

Philip. 2. *In Paradoxis.* *Com.* *Annotat.* *Inſtruct. pag. 772. 274 275. 276. &c.*

DOCT. Ego autem in primis tale abſurdum reprobabo: deinde, horum interpretationem textui Apoſtolico oſtendam repugnare: tertiò efficiam, admodum appoſitè & ſanctè de animabus in Purgatorio detentis illa verba dicta eſſe. Primum enim Impoſtores iſti abſurdiſsimè ſupponunt animas è corporibus ſeiunctas pedibus corporeis, ac temporarijs longiſque ſpatijs indigere, ad incedendum: eaſque more corporum, motu progreſſiuo nunc decem, poſtea viginti, vel triginta milliaria conficere: & non voluntate viq; ſua in nictu oculi moueri quocunque loco Deus ſpiritibus illis permiſerit. MIN. Illud procul dubio tam Philoſophorum, quàm omnū Theologorū placitis repugnat, videlicet, Animas corporibus exutas huiuſmodi interuallis indigere, cùm eodē planè quo Angeli, qui momento ab vno loco in alium commigrant, ſeque præſentes exhibent.

Confut. 1.

DOCT. Attende etiam quod ſi hæc Miniſtralis fictio ad Angelos referatur, eorum ad nos terrigenas deſcenſus, & ad cœleſtia reditus omnino tolletur: ſicque negabunt illos Abrahamum inuiſiſſe; hinc Sodomis apud Lotum diuertiſſe; ad Iacob è cælis deſcendiſſe, & aſcendiſſe in cælos. Obſtabunt præterea, ad deſertum profectos eſſe, vt Agar ſemel & iterum ſolarentur: deſcendiſſe ad Iſaac redimēdum. Moſen & Ioſue per ſaxa per mare, per deſertorum varios anfractus præceſsiſſe: Tobiam duxiſſe, liberaſſe, nuptui tradidiſſe, reduxiſſe: Danieli ac ſocijs ſuccurriſſe: nullo colloquio vſos fuiſſe in templo cum Zacharia aut cum virgine Maria in domo Nazarethana; neque Ioſephum rerum gerendarum ſemel iterumque admonuiſſe: nec ad Paſtores Bethlehemiticos deſcendiſſe, prope eos ſtetiſſe, neque canticum, *Gloria in excelſis Deo* ceciniſſe, nec ad deſertum acceſsiſſe vt debitū Chriſto exhiberent miniſterium, aut in hortum Oliuarum ad eum conſolandum; neque iuxta eius ſepulchrum aſtitiſſe, ſediſſe, milites terruiſſe, terram mouiſſe, fœminas monuiſſe, ad montem rediſſe ex quo Dominus cælos petiuit, vt Apoſtolos de reditu eius commonefacerent, aut denique cum eodem redituros ad finem ſæculi, vt tuba excitent omnes, colligant omnes, ſeparent omnes, vt paſtores ſegregant oues ab hædis, &c. Enimuerò, grauí Caluinicorum Miniſtrorum cenſura, via nimis longa eſt à cœlorum ſublimitate deſcendere in tot terrarum loca, tot exercere miniſteria; denique à terræ ſuperficie iterum cælos repetere.

2. *Gen. 18. 19* *Matt. 13. & 25.*

Eiuſdem abſurdi Caluiniani habita ratione, Moſis anima ab altero ſæculo nequaquam redijſſet, in monte apparuiſſet, Chriſto colloquuta eſſet; neque Elias à Paradiſo terreſtri (vt eſt Irenæi martyris, ab Apoſtolorū auditorib. accepta ſententia) in Galilæam acceſsiſſet ad Chriſtum transfiguratum; neque Saluatoris anima de cruce ad inferos, de inferis ad corpus, è tumulo reſumēdum, vt cum eo & in eo per quadraginta dies, variis in locis pergeret ad diſcipulos admonendos, tandemque cœlos conſcendiſſet, vt ſederet ad dextram Patris, &c. Etenim prædicantes Caluiniani in ſy-

Matt. 17. *L. 5. c. 5.*

[illegible] *[illegible]ditates*: que [illegible] attendo, [illegible], quo [illegible] omnes electi tandem a cœlis ad terram deſcendant, ſuos tumulos reuiſant, ab eis corpora ſua repetant, locum iudicij adeant, ad nubes vſque pergant obuiam venturo Chriſto, ac denique cum illo ſupra omnes cœlos efferantur. Sicque etiam huiuſmodi Miniſtrorum figmento, mendax erit omnis diuinitùs inſpirata Scriptura: nulli diuinæ promiſſionis ac prouidentiæ effectus: adulterini omnes fidei noſtræ articuli: nulla redemptionis humanæ myſteria; nullum futurum iudicium, nulla carnis reſurrectiò, &c. MIN. Prô ſanctè Deus, quid audio! Execrandas ſanè, & humano ſermone indignas abſurditates, in quas cõijcit authores ſuos Miniſtrica cauillatio, quando contendit Dei iudicium retinere in animas purgatorijs pœnis addictas.

3. Ac de ijs hactenus. Iam eorum interpretationes (vt pollicitus es) Apoſtolicæ menti ſen ſuique contrarias eſſe, oſtende DOCT. Tantũ abeſt, vt Satanas alijque damnati ſpiritus Ieſum Chriſtum reuereantur, adorent, inuocent, aut celebrent, vt contendit Bernenſis Aretius; vt è contrario aduerſus eius omnipotentiã pro viribus inſurgant, aduerſus iuſtitiam fremant & ſtrendeant, & blaſphemas voces contra Maieſtatem eius euomant, & de hoc quoque doleant, quod atrociora non valeant aduerſus eũ edere. De ijs namque regius Propheta ſcribit: *Psalm.73.* *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* *Psalm.113* *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum.* Sanctuſque Ioannes *Apoc. 13. & 16.* aſſerit, eos habere nomina blaſphemiæ ſuper capita ſua, ac os aperire ad blaſphemandum contra Deum, & Sanctos diuinis tabernaculis exceptos. Adde, quod vrgentibus quos ſuſtinent doloribus, ſuas nõ intermittunt blaſphemias; ſicut contraria ratione, omnes beatæ cœlitum mentes eundem laudibus perpetuis cumulant, & omni cultu venerantur inter amœnas Paradiſi delitias. *Psalm.83. Psal.149. Apoc.23.* MIN. Non eſt inter Theologos dubium, quin Satanas, alijq; reprobi ſpiritus tanto in Deum ferantur odio, vt quouis tempore, quouis loco, quauis occaſione, nouas ſemper iras aduerſus illum concipiant, anhelent, conenturque illi diſplicere, & contradicere; tantum abeſt, vt genua flectant, adorent, aut reuereantur. At ſi obijciatur, dæmones ad id cogi poſſe, & ſaltem in extremo die illud eos præſtituros; quid reſpondebis?

DOCT. [illegible] continere [illegible] 4. ſa omnino nulla [illegible] c non differre de ijs quæ tunc fient; ſed de cæleſtibus honoribus, quos Chriſtus ob paſsionis & obedientionis ſuæ opera meruerat. Tertiò, modum futuri iudicij contrarium opinioni Miniſtrorum docere: ſcilicet Reprobos omnes in Chriſtum obmurmuraturos, quaſi iniuſtè eos damnaret. *Quando te vidimus eſurientem, &c*: tantum abeſt vt genuum inflexione illum cohoneſtent aut reuereantur. Denique, ſtridorem dentium, quem illis Chriſtus adſcribit, ſatis eorum rabiem manifeſtare, qua præter rationem in eum inſanient, & conuitia furioſè torquebunt: quod planè eiuſdem adorationi & venerationi contrarium eſt. *Matt.25.* *Matt.8. & 22.*

MIN. Nonne Caluini ſententia illud ad creaturas inanimes, rationeque carentes referentis, aliqua ex parte ſanior eſt? DOCT. Nulla prorſus ex parte: quandoquidem cultus & adoratio, eius quod colitur & adoratur agnitionem præſupponit. Quis enim id adorat, quod penitus ignorat? At, creaturæ inanimes, ſine mente, ſine ſenſu, cuiuſmodi ſunt lapides, ſaxa, arenæ, rudera, prorſus neſciũt Chriſtum à Patre omni honore donatum, aut exaltatum: illi ergo nec genua flectunt nec vllam adorationis ſpeciem deferunt. Accedit, quòd Apoſtolus nomine *cæleſtium & terreſtrium* adorantium, non de rebus mutis, amentibus, aut rationis expertibus loquitur, ſed de Angelis ac hominibus, qui Chriſtum agnoſcunt & verentur: igitur & *infernorum* nomine. Cur enim vita, mente, ſenſuque carentia, illis permiſceret, aut connumeraret? Denique, Ioannes in Apocalypſi, velut locum hunc exponens, adfirmat ad rationis capaces & viventes illum pertinere, quando ſcribit iſtas ſubterraneas creaturas, Sedenti in throno cantare & Agno: *Benedictio, & honor, & gloria, &c.* Atque ita ſententia & interpretatio, quam Caluinus veriorem exiſtimat, longè vanior, & ineptior apparet eſſe. 5. *Apoc.5.*

MIN. Iam opus eſt, vt ad tertiam promiſſionis tuæ partem accedas: probeſque Apoſtolicam ſententiam propriè ad animas in Purgatorij loco ſubterraneo detentas magis propriè pertinere. DOCT. Cùm Apoſtolus docet creaturas illas ſubterraneas genua flectere, id eſt, Chriſtum Dominũ ſuum agnoſcere & venerari, id faciunt quòd eum Saluatorem ſuum, totiuſque mundi vnicam ſpem & ſalutem agnoſcant; alias ante ad nomen eius non citius ac potius, quàm ad aliud quoddam genua ſua flecterent. Hoc verò nec res mortuæ, nec dæmo- 6.

dæmones, nec reprobi (vt nunc dicebamus) præſtãt: ſupereſt igitur, vt id fiat ab animabus fidelium in Purgatorijs pœnis de pietate meritis, & gratia Ieſu benè ſperantibus.

MIN. Sed quo iure, quave ratione ſub nomine *inferorum* comprehenduntur? DOCT. Quia verſantur in locis inferioribus, profundis, & abyſſorum proximis. MIN. Dubito an in acerbitate tormentorum liceat eis de Chriſto cogitare? DOCT. Quid ni liceat, cum & perditus, flammiſque inferni cruciatus E-
Luc.16. pulo, de Lazaro, & de fratribus ſuis cogitarit? Præterea, huiuſmodi animæ fidem & ſpem adhuc retinent, in gratia & caritate confirmatæ ſunt, ac de perpetua beatitate ſua ſecuræ. Rurſum, immortales, intelligentes, ratiocinantes ſunt, nec dubitant Ieſum eſſe ſuum redemptorem, ac tandem aliquando eius meritis & ſatisfactionibus, (poſteaquam caſtigatæ & expiatæ ſatis fuerint) ſe liberandas ab omnibus ærumnis, cæloque locandas.

D. PAVLVS SECVNDAE EPISTO-
la ad Timotheum cap. 1. formulam tradit orandi pro fidelibus defunctis: contra 13. errorem.

CAPVT SEPTIMVM.

MINISTER.

SI quam præterea ab Apoſtolo præſcriptam orandi pro defunctis formulam noſti, illam mihi non reticeas: quoniam Authores noſtri pernegant vllam vnquam ab illis traditã eſſe.
1. DOCT. Toto aberrant cœlo. Nam cum Purgatorij ignem Paulus (vti probauimus) recenſati quo plerique ſaluantur; eorum affectum
Philip. 2. laudauit, qui eis auxilium ferre conantur: ac eos qui flammis ardoribusque illius exercentur, Chriſtum nihilominus agnoſcere & laudare pronunciauit: tum denique nobis tradit formam iſtam in vno illorum, pro ſalute mor
2.Tim.1. tuorum deprecandi: *Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meã non erubuit: ſed dum Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Domino in illa die.*
2. MIN. Quo iure exiſtimas tales preces defunctorum nomine conceptas & fuſas eſſe? DOCT. Primo, quod apertæ & manifeſtæ o-
Para.l 11. rationes ſint. Deinde, quoniam tota gens He-
c.6 &c. bræa pari modo, eadem forma, ijſdemque ferè verbis pro defunctis orabant: vt ſuperius tam ex ſacris literis, quam patrum animaduerſione probauimus. *Præſtate* (aiebãt in funeribus ſuorum) *vniuerſi, opera miſericordiæ. Super eũ pax & miſericordia.* Denique, ex eo quod à primis Eccleſiæ exurgẽtis temporibus, iſtiuſmodi precibus defunctos ſuos proſequuti ſunt Chriſtiani, dicentes: *Fac hanc Domine, cum ſeruo tuo miſericordiam, &c.* quos ritus non dubitant clariſsimi Græcorum & Latinorum Chryſoſtomus & Auguſtin ab Apoſtolis emanaſſe. Quocirca Paulus Apoſtolus & pro more gentis ſuæ, pro defunctis orat: & Chriſtianæ Eccleſiæ formam iſtam pro eis ſupplicandi tradit: *Deus det illis miſericordiam. Faciat miſericordiam cum illis, &c.*

MIN. Quibus argumentis probas, hunc Oneſiphorum, tum inter defunctos relatum fuiſſe. DOCT. Quod ſub finem eiuſdem Epi- 3.
ſtolæ, Apoſtolus iubet Timotheo, vt ſalutem *2. ad Tim.*
ſuo nomine dicat *Oneſiphori domui* ac familiæ, *4.*
id eſt, vxori viduæ, atq; liberis, quaſi iam pius paterfamilias obijſſet. Etenim ſi adhuc ſuperfuiſſet, illum Paulus (vt alios multos) nominatim ſalutaſſet. Sic namq; in Epiſtola ad Philemonem, ipſum primò nominatim, deinde Aphiam vxorem eius, hinc Archippum filium, inde totam familiam eius ſaluere beneq; valere iubet. Qui ergo hunc, qui tã multa præſtiterat, & de Paulo benè meritus fuerat, præter morẽ, rationemque ſolũ prætermiſiſſet? MIN. Mihi profectò extra dubium eſſe videtur, tunc illum hic viuere deſijſſe, eamq; ob cauſam Apoſtolorum pro ſalute animæ illius interceſſiſſe & ſupplicaſſe, dicendo: *Det illi Dominus inuenire miſericordiam, &c.* atque hanc pro defunctis bene precandi nobis formam, reliquiſſe.

DOCT. His adde, quod non illi ſoli miſericordiam & gratiam Dei bene precatur in il- 4.
la die: ſed & vniuerſæ domui ac familiæ eius, ex cuius numero erant patres, aui, abaui, attaui, mater, auia, & alij plures, qui pro certo iamdudum obierant.

Deinde, his vtens verbis *in illa die*, ſecundũ vulgarem Scripturæ modum, diem iudicij ſiue pcculiaris ſiue vniuerſalis intelligit, quo omnium maximè auxilio videntur animæ indigere.

Denique, ſemel & iterum repetendo verbũ optatiui modi, *det miſericordiam, det inuenire miſericordiam:* apertè & dilectè precatur, vt tam ille defunctus, quàm parentes & agnati eius ſalutem conſequantur, nullus familiæ il-

lius pereat, ſed omnes cum eo per Dei miſericordiam Dei requieſcant in pace: cuiuſmodi oratio per vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam, in hunc vſque diem inualuit.

5. MINIST. Id ſanè tam veritati conſonum & firmum eſt, vt Geneuenſes nullam aliam ſeſe expediendi ab huius loci virtute rationem inuenerint, quàm Apoſtolicum textum vitiandi, peruertendo modum optandi, (qui preces continet) in præteritũ indicatiui ſui, qui nullas habet: nimirum, *Det miſericordiam*, per, *Dedit miſericordiam*: quod impietas eſt maxima & damnabile coram Deo ſacrilegium. DOCT. Hinc perſpicis, perſpicis, qua conſcientia ſint inſtructi, qua fraude muniti, quoque ſpiritu acti authores veſtri.

Bibliis gallic. Geneuæ excuſ. 1563. apud Perrinum

6. MIN. Mirum, ſi hunc Apoſtoli pro defunctorum auxilio & ſuffragijs locum, nulli Patres animaduerterint. DOCT. Imò verò, ante mille & ducentos annos Philippus Presbyter, & cariſſimus D. Hieronymo diſcipulus hoc perſpexit, & ſcriptis hiſce verbis commiſit. Quod in illo iudicio quædam peccata donentur ipſius Domini indicat authoritas, vbi ait: *Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Vbi hoc intelligendum, quod aliqua exigua, præualentibus magnis operibus, vel Sanctorum interceſſionibus, remittantur, Secũdum ergo hoc Domini dictum, ſunt delicta quæ illic condonanda ſunt, vbi peccatum blaſphemiæ Spiritus ſancti non memoratur. Non enim diceret Dominus, *hoc peccatũ nõ remittetur*, ſi alia peccata illic non remitterentur. Secũdum hunc ſenſum eſt, & illud quod Apoſtolus de Oneſiphoro ait: *Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die.* MIN. Primum in ijs perantiqui Doctoris verbis cõſidero, eum nullo modo ambigere, quin alia peccata in alio ſæculo remittantur. Deinde, id fieri per excellentia opera bona, & Sanctorum preces. Tertio, ad hunc ſenſum reuocandas eſſe preces illas, quas B. Paulus pro Oneſiphoro, eiuſq; cognatione, fundit coram Deo; vnde ſequitur eos haudquaquam imitatores eſſe Apoſtolorum, qui pro fidelib. defunctis non ſupplicant: imò & planè impios eſſe, qui ijs aduerſantur.

Com. in c. 12. Iob. — *Matt. 12.* — *2. Tim. 1.*

7. Huic tantùm quæſtioni ſatisfacias velim, & cauſa erit perorata. Quomodo Sanctorũ precibus, alijs condonantur peccata, vt ſaluẽtur; cum B. Auguſt. in eos prolixè coarguat, qui adſerunt quoſdã ſaluãdos per eorundẽ Sanctorũ preces in extremo iudicio? DOCT. Tractat in eo loco B. Aurelius de reprobis iã addictis ſupplicijs inferni. Quod cum Sancti teneant pro certo, nunquam reuocandam eſſe latam in eos ſententiam, non magis quam pro diabolis orabunt; ſicque falluntur improbi ac impœnitẽtes, quantumuis eleemoſynis dent operã, qui putant ſe tunc Sanctorum precibus eſſe ſaluãdos. De precibus vero Sanctorum pro alijs ita ibidem loquitur: Pro defunctis quibuſdam vel Eccleſiæ, vel quorundam piorum exaudiri orationem eius licet, qui in Chriſto renati, non adeò ita malè vixerunt in corpore, vt tali miſericordia videãtur indigni, nec ijdem ſic bene, vt videantur tali miſericordia non egere. Tales etiam cõſtat ante iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur, purgatos, receptis corporib. æterni ignis ſupplicijs non tradendos. Niſi enim quorundã peccata remitterentur in altero ſæculo, non veraciter de quibuſdam diceretur, quod nõ eis remittatur, *neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* *Matt. 12.*

L. 21. de ciuit. ca. 18. 19. 20. 23.

8. MIN. Satis ex ijs verbis capio Auguſtinum aſſerere, quædam peccata remitti in altero ſæculo, & quoſdam peccatores ſaluãdos Purgatoriis pœnis, ac denique fidelium preces prodeſſe defunctorum animabus; ſed exigebã expreſſum Auguſtini textum in quo tueretur Martyres, vel quoſuis alios Paradiſi Sanctos pro defunctorum requie preces effundere. DOCT. Is cum B. Paulino apertè ſcribit & adſerit, ſepultos in Baſilicis & Memorijs Sãctorum, plurimum vel hac vna de cauſa & ratione adiuuari, Quia (inquit) in hoc apparet, opitulatio iſto modo quæſita Sanctorum, à quibus tanquam patronis ſuſceptos, apud Dominum adiuuandos, orando commendent. Et de quadam pia matre ſcribit: Cùm fidelis mater filij defuncti corpus deſiderauit in baſilicam Martyris poni, ſiquidem credidit animã eius meritis Martyris adiuuari: hoc quod ita credidit, ſupplicatio quædam fuit, & hæc profuit ſi quid profuit MIN. Ab animo meo ſic omnes ſcrupulos exemiſti, vt ne vnus quidem ſuperſit, quo retineri queam, ad veræ fidei doctrinæque circa hæc confeſsionem ambabus vlnis amplectendam: ac quand u aura vitæ mortalis fruar, arctiſsimæ caritatis gremio retinendam atque fouendam.

L. de cura pro mort. c. 1. 4. 5. 8.

PE-

PETRVS IN EPIST. ET LVCAS *in Actis, recenſendo Deſcenſum Chriſti ad inferos, aſſerunt eundem quoſdam liberaſſe à pœnis Purgatorijs: contra 14. errorem.*

CAPVT OCTAVVM.

MINISTER.

GRAVIORES noſtri cenſores Caluinus,
Beza, Marloratus, Bullingerus, Gualtherus,
cæterique vehementer eos increpant, qui aſſe-
uerant dominum Ieſum quoſdam liberaſſe à
Purgatorio, quo tempore deſcēdit ad inferos.
Confut. DOCT. Priſci tamen id docuerunt, & ex
1. verbis tum B. Petri, tum B. Lucæ comproba-
uerunt. Huiuſmodi autem ſunt Petri de Chri-
Act. 2. ſto verba: *Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis dolo-
ribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri
illum ab eo.* Hic perſpicis pri mò verā Domini
reſurrectionē ſecundum corpus: ſecundò, rea-
lem ipſius deſcenſum ſecundum animā ad in-
feros, corpore adhuc in tumulo iacēte: tertiò
ex illis inferorū locis ſoluiſſe quaſdam animas
ex doloribus & cruciatibus, in quibus antea
detinebantur. Certum eſt enim tertium hunc
articulum ad animam Chriſti referri nec de-
bere nec poſſe, quia cum omnia in cruce prius
conſummaſſet, hincque Latroni promiſiſſet,
Ioan 19. Hodie mecum eris in Paradiſo: neque adfir-
mari poſsit de animabus reproborum, cùm
Luc. 23. earum ſupplicia ſint æterna: nec idem re-
ferri valeat ad animas patrum, quæ in ſinu A-
Luc. 16. brahæ conſolabantur: Conſtat ergo, luceque
ipſa clarius eſt, iſtud pertinere ad ſpiritus, qui
in tenebroſo, flammis ardoribuſque referto
Purgatorio carcere vincti expiabantur: quos
Saluator illinc per gratiam ſingularem tunc
eduxit, vt ſecum tandem in vitam cœleſtem
aſſumeret. MINIST. Sententia videtur a-
perta, certa, & multis alijs Scripturarum locis
congrua. contra verò Caluinianorum inter-
pretatio de ira & maledictione Patris ſuper
chariſsimum Filium ſuum, de damnatione, de
omnibus ſupplicijs damnatorum, deque de-
ſperatione Chriſti in inferorum gurgite, &c.
perquam impia & blaſphema.
2. DOCT. Præclarum lumen Theologorum
Lib. 12. de Auguſtinus conſtanter aſſeuerat, hanc ſenten-
Gen. ad tiam non poſſe aliter intelligi, quam de vero
lit. ca. 35. Chriſti ad inferos deſcēſu, ac liberatione qua-
rundā animarum, quæ doloribus tenebātur &
angebantur. Creditur, inquit ille, Chriſti ani-
mam veniſſe ad ea loca, in quibus peccatores
cruciātur, vt eos ſolueret à tormētis, quos eſſe
ſoluēdos, occulta nobis ſua iuſtitia iudicabat.
Quomodo enim aliter accipiendum ſit quod
dictum eſt, *Quem Deus ſuſcitauit à mortuis,* Act. 2.
*ſolutis doloribus inferorum, quia nō potuit tene-
ri ab eis,* non video, niſi, vt quorundā dolores
apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus, ea po-
teſtate qua Dominus eſt, cui omne genu flecti-
tur cœleſtium, terreſtrium & inferorū. MIN. Phil. 2.
Pro vero & comperto habet hic inſignis The-
ologus realem deſcenſum Chriſti ad inferorū
ſubterranea loca; quæ Caluinus trāsformat in
neſcio quæ omni horrore, maledictione, & de-
ſperatione plena portenta ſpiritalia, horro-
reſque gurgitis inferni, in quos Chriſtum ad-
huc viuentem, & breui moriturū impijſsimè
ſubmergit atque ſubmittit. Deinde, idem Au-
guſtinus palam profitetur, quaſdā animas ex
inferorum doloribus, id eſt Purgatoriis pœ-
nis ſolutas. Denique, hæc omnia firmiſsimis
comprobat Scripturæ verbis.
At, quæſo, num alijs in locis quidquā ab eo- 3.
dem aliud legitur, quod huic interpretationi
ſit aduerſum? DOCT. Nequaquam ſanè: potius
enim eādem alibi ratā habet, atq; tali ſcripto
confirmat, Cur venire voluerit in infernū vbi Epiſt. 99.
dolores eſſent, quibus omninò teneri non po-
terat, propter hoc quod ſcriptū eſt, *Solutis do-
loribus inferni,* nō in omnibus, ſed in quibuſdā
accipi poteſt, quos ille dignos iſta miſericor-
dia iudicabat. Et ne iudicemus inutilem fuiſſe
illius ad ea loca profectionem, iterum alibi
ſcribit. Omnia traxit ad ſeipſum, qui de electis Serm. 137
ſuis apud inferos nullum reliquit, omnia ab- de temp.
ſtulit, vtique electa. MIN. Semper verum de- Io. 12.
ſcenſum ad inferorum quædam loca, nō ima-
ginarium, inculcat: ſemperque animarum ex
ijs liberationem: quæ reipſa Purgatorium de-
ſignat.
DOCT. Succedit doctus ſimul ac pius Grego- 4.
rius, in hāc rem ſcribens: Neq; etenim infide- Hom. 22.
les quoſque, & pro ſuis criminibus æternis ſup- in Euang.
plicijs deditos ad veniā Dominus reſurgēdo
reparauit: ſed illos ex inferni clauſtris rapuit,
quos ſuos in fide, & actibus recognouit. De-
inde, hæc Oſeæ verba recenſendo, *O mors, ero* Oſeæ 13.
mors tua, & morſus, ô inferne, ſubijcit. Quia
ex inferno partem abſtulit, & partē reliquit,
non occidit funditus, ſed momordit infernū,
ſicut per Prophetā fuerat deſignatū. MIN. Si
Caluiniani negent Limbū patrū, cōpellentur
hic vel quaſdā animas & Purgatorijs locis eru-
tas fateri; vel qua ſolēt canina impudētia Pa-
tres ſanctos vna cū Scriptura mēdacij coargu-
ere.

5. DOCT. Et vt clarius perſpicias communem patrum occidentis & orientis conſenſum, S. Epiphanij ſententiam iſtam ſubiungo. Chriſtus venit, vt his quidem qui olim ipſum cognouerunt, & ab ipſius Deitate non aberrauerunt: verùm propter peccata quædam, non ex malitia ſed inſcitia, orta, in inferno detenti erant, indulgentiam largiretur: ijs quidem qui in mundo ſunt per pœnitentiam: qui verò qui in inferno, per miſericordiam & ſalutẽ. MIN. Hæc probatio firma eſt & manifeſta. Nec enim poſsibile eſt eos dolores & cruciatus, quibus quaſdam animas eripuit, vt ſeruaret, fuiſſe reproborum: erant ergo eorum, qui carcere purgatorio tenebantur incluſi.

6. Tantum huius difficultatis nodũ ſoluas expeto. Cur in Biblijs Geneuenſibus nõ legatur,
Act. 2. *Solutis doloribus inferorum*: ſed, *doloribus mortis*? Beza inſuper, animaduertit in Græcis exẽplaribus legi θανάτου, non ᾅδου? DOCT. Id didicerunt Miniſtri ex Valla & Eraſmo. Reſpõdeo, ipſoſmet profiteri noſtram verſionem Latinam eſſe ab omni, adeoque prima antiquitate deductã, vt videre eſt apud Irenæum, Cyprianum, Auguſtinum, aliosq; pietatis noſtræ proceres: imo etiã antiquiora tam Græca, quam Syriaca exemplaria Latinis conformia reperiri. Adhæc, cum textus Dauidicus, cui innititur. B. Petri concio, diſertè habeat,
Pſal. 15. *Non relinques animam meam in inferno*, ſatis indicat ita legendum ac retinendum: non autem vt quidam ſchiſmatici corrupto loco, legere voluerunt.

Annot.

BEATVS PETRVS DVOBVS *locis prioris Epiſtolæ, Purgatorij meminit: aduerſus 15. & 16. errorem.*

CAPVT NONVM.

MINISTER.

BVLINGERVS, Pellicanus, Caluinus, Beza, Marloratus, inter ſe diſsidẽtes de duorum locorum B. Petri interpretatione: tantùm in eo conueniunt, vt dicant, in illis nullã Purgatorij mentionem fieri. Tu quid cenſes?

1. Confut. DOCT. Spiritum erroris & cõtradictionis, quo ducuntur & agitãtur, vera illos huius luminis claritate priuaſſe, vt non cernãt ibi Limbi patrũ, & Purgatorij, quã antiquiores Græci & Latini ibidem cõſpexerunt & aliis oſtẽdunt. Prima ſententia eſt: *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo, & his qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* Secunda verò ſententia eſt iſta. *Propter hoc enim, & mortuis euangelizatũ eſt, vt iudicentur quidem ſecũdum homines in carne: viuant autem ſecundum Deum in ſpiritu.* Hæc ſunt verba principis Apoſtolorum: ex quibus primò manifeſtum eſt, eum loqui de quorũdã animabus peccatricibus, quæ ab hoc in aliud ſæculum emigrarant, ibique detinebãtur in carcere cum tormentis & cruciatibus. MIN. Non poteſt inficiari, quin temporibus Noe vixiſſent, atque pro incredulitate addicti fuiſſent tormentis. Accedit etiã quod Impreſſ. 1563. apud Perrinum
Geneuenſes hunc in locum commentari declarent *vocem Carceris pœnas infernales ſignificare.* Et paulò poſt admittunt, *pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum illis annunciatam fuiſſe, qui multò ante vita exceſsiſſent.* Perinde certum atque manifeſtum eſt, tam ex ipſo textu, quam ex Geneuanorum annotationibus, Apoſtolum agere de ſpiritibus ab hoc mundo profectis, & in altero ſæculo detentis carcere ac pœnis.

DOCT. Secundò, nonne in confeſſo eſt apud omnes, Saluatorem ſecundum corpus mortuũ in cruce & pendulum, ſecundum ſpiritum, quem Patri commendauit, perpetuò vixiſſe? 2.
MINIST. Id ſole clarius eſt, cùm anima natura ſit immortalis. DOCT. Illo autem eodem ſpiritu, ſeu anima, viſit ſpiritus inferni carcere detentos, eiſdemque (vt ſolent ſpiritus inter ſe ſuo more colloqui) euangelizauit, id eſt, lætiſsimam peractæ ſalutis humanæ hiſtoriam prædicauit, patefecit, expoſuit. MIN. Id ſanctus Petrus conſtanter confirmat, & Caluinus non eſt auſus negare. DOCT. Addit Apoſtolus, Eos ſecundum Deum viuificatos, id eſt, liberatos è carcere, & gloriæ cæleſti redditos. Ergo non eſt dubium, quin Saluator ſuo ad inferos deſcenſu, quoſdam ſpiritus pœnis prius & carcere obſtrictos inde eduxiſſe atque ſaluaſſe. Hæc porrò non cõueniunt ſanctorum Patrum animabus in loco conſolationis cum Abrahamo verſantibus: nec reprobatorum in ſempiternum: ergo ijs qui in Purgatorij ergaſtulo pœnaque commorabantur. Io. 19.

MIN. Euidens ſanè & per ſe firma ratiocinatio: verùm longè firmior apparebit, ſi ſanctorum & veterũ doctorum interpretatione cor- 3.

robo-

Roma. 6. roboretur. DOCT. S. Hermas B. Pauli diſci-
Euſeb l. 3. pulus pro certo tenet, animã Chriſti ad quoſ-
hiſt. c. 3. dam inferorum carceres, & animabus ibidem
Clem. Ale dicentis illius ſummam Euangelij nunciaſſe,
xand. l. 12 quam ante paſsionem & mortẽ ſuam in mũdo
4. & 6. prædicauerat: & hinc earũ partẽ aliquã libe-
Stomat. raſſe. Tertullianus & Origenes verba illius re-
Iren. l. 4. ferunt & admittunt. Athanaſius magnus con-
c. 47. tra Apollinarem, & in Epiſt. ad Epictetum. de-
L. de orat. inde Fulgentius libro ad Thraſimundum, cap.
Hom. 13. in 30. eandem ſententiã complectitur his verbis:
Ezech. Animarum quas infernus tenebat, Chriſtus anima ſua, vincula diſrupit, explicãs illis modum, rationemque ſuæ reſurrectionis. Cyrillus Alexand. lib. de recta fide ad Theodoſium: & libr. de fide ad Reginas. Hieronymus in cap. 54. Iſaiæ. & Ambroſius in ſextum capit. ad Romanos, non recedunt ab eadem ſententia.

4. MINIST. De his haſtenus ſatis: ad mentem verborum B. Petri recurrendum. DOCT. Is manifeſtè docet, Animas de quibus agimus, eductas fuiſſe ex carcere, vt libertati reſtituerẽtur, & à tormentis eriperẽtur, vt in ſpiritu viuerent, id eſt vitam agerent beatam atq; cæleſtem. MIN. Apoſtolus equidem ita credidit atque docuit: idcirco nimis peruerſi eſſent qui diffiterentur. Addo ètiam quod Caluinus ſcri-
Inſtit. li. 2 bit: *Pia anima eius (Chriſti) viſitationis præ-*
ca. 16. *ſenti aſpectus ſunt potita.* DOCT. Hæc autem dici nequeunt de animabus reproborum, apud quas Chriſti deſcenſus atque viſitatio fuit potius confuſioni & horrori, quam ſaluti vel honori; id igitur ad eas referendum, quæ in expiatorijs pœnis locisque verſabantur.

5. MIN. His quid aliud obijciam nõ habeo, niſi quod Petrus aſſerit, illos fuiſſe aliquãdo incredulos & inobedientes. Qui verò non
Io. 3. credunt, *iam iudicati ſunt. Qui non crediderit,*
Marc. 16. *condemnabitur.* Quomodo ergo ſaluari poſsẽt Purgatorio? DOCT. Non dicit Apoſtolus, eos ſemper fuiſſe incredulos; ſed *aliquando.* Ex quo apparet, eos haudquaquam in peccato perſeueraſſe vſque in finem, ſed antequam mortem obirent, crediſiſſe, reſipuiſſe, ac fructus quoſdam pœnitentiæ, tametſi non complexos, aut omni ex parte abſolutos feciſſe. Hoc eſt, cùm centum & viginti annis illis, quibus Noe venturum diluuium prædicabat, hi de Diuina tolerantia & longanimitate nimium ſibi pollicentes fidem non adhibuerunt verbis illius; ſed tantùm exurgente aquarum inundatione, & ſolos eos vita frui, qui in arcã ſeſe receperant, tum primùm ſerò, licet ſerò, crediderunt, comminationes nec inanes eſſe, nec falſas conciones Noe; ſicque præſentem & ineuitabilem ſibi mortẽ cernentes, breui quidẽ illa, ſed graui pœnitudine de peccatis admiſſis tacti ſũt. Nihilominus cum cæteris mortalibus, vt Petrus ait, *iudicandi ſunt ſecundum homines in carne,* & iuxta corpus ab aquis ſuffocati perierunt: vt per aduentum & miſericordiam Chriſti Domini noſtri, *ſecundum Deum, viuerent in ſpiritu.* Id eſt, ſecundum animam purgatorio carcere concluſis caſtigati, ac expiati, in vitam cœleſtem aſſumerentur. MIN. Quiſquis vel tantiſper mentis compos fuerit, negare nõ poterit, quin is verus & germanus ſit Apoſtolicorum verborum ſenſus, quem etiam non ſolum multorum veterum interpretationibus confirmaſti, ſed & priſcorum Hebræorum ſententijs, vt ex quarto colloquio noſtro cuiuis facilè patebit.

APOCALYPSIS B. IOANNIS
duobus in locis Purgatorium oſtendit: aduerſus 17. & 18. errorem.

CAPVT DECIMVM.

MINISTER.

PLVRIMOS euolui Miniſtrorum in Apocalypſin commentarios, denique Marlorati rhapſodias, & Bezæ notas percurri; ſed tantum abeſt, vt in ijs vllam faciant de Purgatorio mentionem, vt etiam affirmerent nihil minus quam de radice Authorem eius cogitaſſe.

DOCT. Ex ſuperioribus tamen inter nos conſtat, B. Ioannem in prima Epiſtola ſua, docuiſſe orandum pro fratribus defunctis, ſi ante Confut. 1.
mortem de peccatis egerint pœnitentiam. Identidem & nunc, Deo bene propitio, confido me & de Apocalypſi ſua præſtiturum. Ait enim inprimis: *Omnem creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ*
ſunt in mari, omnes audiui dicentes: Sedenti in *Apocal. 5.*
throno & Agno: Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. MIN. Nemini dubium, quin creaturæ quæ in cœlo ſunt, angeli & beatorum ſpiritus commemorentur:
quos audiuit Iſaias concinentes; *Sanctus, San-* *Iſaia 6.*
ctus, Sanctus, &c. & Dauid exclamat; *Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæcu-*
lorum laudabunt te Exaltationes Dei in gut- *Pſalm 83.*
ture eorum, &c. Quæ verò in mari, inſulares
ſunt, & Nautæ, qui vident mirabilia Dei in *Pſa. 149.*
profundis aquarum. Omnis igitur quæſtio de illis

Digitized by Google

illis eſt, quæ dicuntur eſſe ſub terra. Doct. Affirmantes, eas eſſe partes terræ centro proximas, vel alias res inanimes & rationis expertes (vt veſtri autumant,) cum ipſis verbis ſacris pugnant; quandoquidem illa penitus neſciunt, an Deus ſit, an Agnus ei adſit, an in throno ſedeat, tantum abeſt, vt Diuinas laudes concinant. Arbitrari Sathanam eſſe cum ſua dæmoniorum & reproborum colluuie, veritati & rationi aduerſum eſt; cùm è contra- Dan. 7.
Apoc. c. 13 & 16. rio os ſuum ponant in cœlum, vt blaſphemēt tabernaculum Dei, & qui idem incolunt: inſuper, non laudent Dominum omnes qui de- Pſal. 114.
ſcendunt in infernum. Supereſt ergo, vt eas eſſe dicamus fidelium animas, quæ ad tempus expurgantur, ſpe autem maxima miſericordiæ diuinæ eriguntur, ſpectant autem tempus, in quo Deus recordetur illarum.

2. MIN. Idipſum confitebitur, quiſquis compos mentis erit, & ſcriptis diuinis non detrahet fidem. Manifeſtum namque eſt, cœlites illos Dei laudatores, id non poſſe præſtare, niſi illius poteſtatis, honoris, & gloriæ cognitione certa & aperta præditi eſſent; ſed neque Deo gratæ eſſent huiuſmodi laudes & gratiarum actiones, niſi à libera, ſpontaneaque voluntate proficiſcerentur. Hæc verò tribuere vel diabolis, vel reprobis, vel inſenſatis rebus, perquam abſurdum eſt. Quocirca, oportet vt id cadat in animas Chriſtianas, & fide ſpeque munitas, carceribus verò atque ſupplicijs adhuc ſubiectas, è quibus tandem aliquando liberari confidant, cuiuſmodi ſunt illæ, quæ adhuc pœnis expiatorijs exercentur.

3. DOCT. Ea, quæſo te, quæ ſententiam allatam antecedunt, & quæ ſequuntur, diligenter perpende, tum ad faciliorem horum intelligentiam deuenies. Etenim paulò ante dixit, factam eſſe magnam perueſtigationem in cœlis, quiſnam aperire poſſet Librum ſcriptum intus & foris, & ſeptem ſignatum ſigillis: & nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram. MIN. Quid ſibi vult ta- Gregor. l.
4 Dialog. lis ac tantus liber? DOCT. Myſterium huma-
cap. 42. næ redemptionis deſignat, quod ſolus Ieſus, Deus-homo aggredi & perficere potuit. Vtrū autem æquum tibi videtur, ſi vt ad terrum aliquem diabolum concurſum fuiſſet, vel ad quēuis reprobatum à Deo & maledictum, vel denique ad rem inaminem, vt tam ſanctum, cœleſte, diuinumque opus perageret? MIN. Nequaquam ſane; ſed rationi pluſquam conſentaneum erat, vt quæreretur vel ab angelo cœleſti, vel à ſanctiſsimo de terris Patriarcha, vel ab animis eorum fidelium defunctorum, qui vel in Limbo, vel in expiatorio igne detinebātur. DOCT. Sic B. Ambroſius locum interpre- Com. in c.
5. Apocal. tatus eſt his verbis; *Per eam creaturam quæ eſt ſubtus terram, ij qui iam debitum mortis ſoluerant, deſignantur.*

4. MIN. Sufficit hæc probatio à circumſtantia antecedentium & ſequentium petita; ſecundā expone. DOCT. Illa nitetur his Apoſtoli verbis; *Omnem creaturam audiui*; hiſce confor- Ioan. 5.
Mar. 16. mibus, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, id eſt, Hominibus rationis, fidei, & gratiæ Dei capacibus. Itaque verba D. Ioannis non ad reprobos, non ad res mortuas, ſed ſolum ad animas rationales referenda ſunt. Deinde, non ait Apoſtolus, Audiui cœlum, terram, infernum, mare, quæ creaturæ ſunt carentes vita & ratione; ſed creaturam quæ in cœlo, in terra, & ſub terra. Quocirca Caluiniani veſtri valde ſtolidi ſunt & væcordes, dum ſuadere nituntur D. Ioannem hoc loco ſignare creaturas rationis expertes. Denique, cùm tot laudes Agno tribuunt, id eſt Chriſto, eum palam fatentur no- Exod. 12.
ſtra carne indutum, agno paſchatis Iudaici præſignatum, ab Iſaia & Ieremia prædicatum, Iſa. 53.
& à Præcurſore digito demonſtratum; *Hic eſt* Ierem 11.
ille Agnus Dei, &c. qui ſua paſsione & morte I... 1.
tolleret peccata mundi. Conſtat autem, ſubtus terram nec diabolos eſſe, nec damnatos, nec lapides, nec partes terræ, quæ eiuſmodi laudibus & encomijs Chriſtum celebrent; ſed è cōtrario cum fletu & ſtridore dentium infremētes, exclamant: *Montes, cadite ſuper nos. Quid* Matth. 8.
nobis profuit ſuperbia? Maledicta hora, in qua Apoc. 6.
natus ſum. Melius nobis erat, ſi nati non eſſemus. Percupient mortem, & mors fugiet ab eis, &c. Quocirca pro comperto reſtat, vt creaturæ quæ ſubtus terram Deum & Agnum laudant & adorant, eiſdemque gratias agunt quantum poſſunt maximas, ſpiritus aut fidelium, paternam Dei manum eos ad ſalutem ſuam caſtigantem, omni patientia & ſummiſsione in emendatorio igne ſuſtinentes.

Min. Videris ſatis multa circa hunc primum Apocalypſis locum diſſeruiſſe: ad ſecundum properemus. Doct. Ille talis eſt: *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos* Apoc. 15.
qui vicerunt beſtiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare vitreum, habentes citharas Dei: & cantantes canticum In c. 5. &
Moyſi ſerui Dei, & canticum Agni. Min. Mar- 15. Apoc.
loratus & ſymmiſtæ fatentur iſtud mare ad- Tit. 3.
umbraſſe Baptiſmum, quem Paulus vocat la- 1 Cor. 10.
uacrum regenerationis in renouationem, quo Coloſſ. 1.

Spiritus

Spiritus S. emundat & expiat noſtras animas ab omnibus peccatorum ſordibus, ſicut in mari rubro ſubmerſit omnes Aegyptios.

6. DOCT. Id depromptum eſt ex Primaſio, Anſberto, & Ruperto, Catholicis patribus. Sed quid opinantur de igne admiſſo? MIN. Illum deſignare magnas calamitates & ærumnas, quibus Chriſti ſpiritus expiat, & quaſi aurum in fornace emundat ſordes affectionum carnalium, vt plane purgemur & emundemur, ſicut ſcriptum eſt: *Tranſiuimus per ignem, & aquam,*
Pſalm 65. *& eduxiſti nos in refrigerium.* DOCT. Tanta eſt vis veritatis, vt illos ad lucem proximè impellat. Verè enim ignis ille miſſus afflictiones & pœnas ſignificat peccatis noſtris deſtinatas vel in hoc ſæculo grauibus pœnitentiæ laboribus: vel in altero flammis & ardoribus expiatoriis, de quibus (vt ſupra docuimus:) intel-
Pſalm. 65. ligendus eſt locus Pſalmiſtæ; itemque ille Ba-
Matth. 3. ptiſmus ignis, in quo Chriſtum ſuos baptizaturum eſſe Præcurſor eius concionatur.

7. MIN. Qui priſcorum Patrum iſtud aduer-
Com in c. terunt? DOCT. Andreas Cappadociæ Præſul,
15. Apoc. eiuſque anteceſſor Baſilius multis modis magnus, à mille, & ducentis annis, aſſeuerantes hunc ignem referri ad iſtum Pauli locum: O-
1. Cor. 3. *pus vniuſcuiuſque ignis probabit: Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Affirmant rurſum, hunc ignem nullo fore Sanctis detrimento, ſed qui grauiter deliquerint, illo eſſe caſtigandos. MIN. Cum Baſilius Apocalypſin non explanauerit, vbi interpretamentum eius cõperietur? DOCT. Commentariis eius in caput quintum Iſaiæ, vbi hunc ignem vocat exuſtiuum, expurgatorium, & purificatorium: & in caput decimum eiuſdem Prophetæ, quæ ſequuntur, ſcripta reliquit: *Pandit hic naturam ignis: quia luſtratiuus eſt & Purgatorius, ſanctificabit ipſum, quaſi in igne ardenti.*

8. MIN. Quis Latinorum eandem ſententiam
Com in 5. amplectitur? DOCT. Inſignis paſtor Am-
&. Apoc. broſius in hunc modum: Vidimus quoſdam aliquibus peccatis obdoxios, virginitatẽ corporis vſque ad mortem ſeruaſſe; quos credimus per ignem Purgatorium eſſe purgandos, vt in iuſtorum numero quandoque adſcribi mereantur. Iterum idem alio loco ait: Multos, fine mundi inſtante, ignis Purgatorius purgando cremabit, ſed ante iudicium abſoluti, in Sanctorum collegio recipientur. Verùm ad quæſtiones & dubitationes tuas de Purgatorio factum putas ſatis? MIN. Omni ex parte factum ſatis. Perſpicio etenim illum ignem vtriuſque Teſtamenti tabulis confirmatum: deinde, ſanctos & antiquos patres, eundem ex Scripturis comprobaſſe; denique, hæreſiarchas ne verbum quidem vllum ex illis adferre poſſe, quo ille denegetur, aut vt pro fidelibus defunctis, preces fundamus: ſed eos tantùm frigidis ac inutilibus niti negationibus. Itaque iam nullatenus hæreo circa illius veram & ſolidam aſſertionem; tãtum hoc dubio animum liberes velim: vtrum propter pœnas duntaxat, an verò propter pœnas ſimul & culpas animæ in Purgatorio detineantur atque caſtigentur?

NON ESSE EANDEM REMIS-
ſionem culparum & pœnarum temporalium; ſed illis condonatis, has frequenter hic vel alibi ſoluendas remanere; hocque Purgatoriũ ignem maximè confirmare: aduerſus 9. 20. & 21. Hugnoſticorum errorem.

CAPVT VNDECIMVM.

DIc tu prius, quid hac de re ſentiant præcipui Miniſtri veſtri. MIN. *Peruerſum eſt* DOCT.
commentum, aiunt Caluinus & Marloratus, *de* In Pſalm.
Satiſfactionibus. & Purgatorio, quaſi Deus con- 151. v. 8.
donans culpam pœnam retineat: Et alibi rur- In Pſalm.
ſum iidem ſcribunt; *Culpa remiſſa, pœnarum* 31. v. 1.
remiſſio protinus ſequetur. Et paulo poſt: *In-* In Geneſ.
tempeſtiua eſt pœna & culpa diſtinctio, qua Pa- 49 v. 6.
piſtæ dimidiam tantum veniam faciunt. Et Pa- In Iſa. 19.
rentius cum gregalibus: *Poſt veniam,* inquiũt, verſ. 22.
nulla ſuperſunt toleranda pœna peccatoribus iu- Inſtruct.
ſtificatis, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. pag. 309.
Hæc ſunt, quæ de iis ſibi perſuaſerunt, & ſuis 310.
credenda & prædicanda tradunt.

DOCT. Ego, Deo bene aſpirante, iam iam Confut.
patefaciam, eos velut mendaces, ſibiipſis con- 1.
tradicere, & aduerſus Scripturam vt hæreticos oportet, palam inſurgere. Inprimis enim
Caluinus aſſerit quæ ſequuntur: *Etſi autem in-* In cap. 4.
terdum reatu noſtro abolito, nos tamen punire Matth.
non deſinit (Deus) vel vt magis humiliemur, vel verſ. 12.
vt impoſterum ſimus cautiores, &c. Beza quoq; vel coactus animaduertens Satisfactionem ad rationẽ veræ pœnitẽtiæ neceſſaria eſſe, ſcribit.
Colligimus eos, quos ſeriò pœnitet, neceſſariò ſua Confeſſ.
peccata confiteri apud eos quorũ intereſt, id eſt, c. 4. §. 19.
quos priuatim offenderũt, vel etiã apud Eccleſiã coram quum ita opus eſt: atq; etiã quoad eius fieri poteſt, illis ſatisfacere: quoniam ſi hæc abſint, fictam eſſe pœnitentiam, conſequitur: Poſtea rurſum agnoſcit, in primitiua Eccleſia, eos, *qui cum ſcandalo peccauerant, per impoſi-*

Num.20. & Aaron non ſatis Deum glorificaſſent ad a-
Pſal.105. quas contradictionis, poſt huius delicti veni-
Gregor 9. am, non ſtatim omnis pœna remiſſa eſt: ſed in
Moral.c. eius vltionem terrã ſanctam non poſſederunt.
27. Quid autem Dauidi contigit, poſteaquam au-
2.Reg.12. diuit à Propheta, *Tranſtulit Dominus peccatum*
13.&c. *tuum à te?* Nonne calamitates, ærumnæ, pené-
que innumera ſupplicia temporaria perpeſſus
eſt? Filius natus ex adulterio, morbo, morté-
que percuſſus: Thamar à fratre violata: Amnõ
à fratre proditoriè cæſus, bellum domeſticum,
periculum à filio, peſtilentia in populo, alij-
que tam publici quam domeſtici caſus. id pa-
lam teſtificantur, atque impudentiſsimi men-
dacij Caluinianos præcones coarguunt. MIN.
Hæc negari non poſſunt, niſi quis Scripturas
omnes reijceret. Nam præter rationem fuiſſe
Pſal 6.31. illi tales pœnas inflictas nefas eſt vel tantùm
cogitaſſe, maximè cùm ei dicatur; *Quia blaſphe-*
37.50. *mare feciſti inimicos nomen Domini, non recedet*
gladius de domo tua. Dauid æque iuſtè atq; fre-
quenter infirmitates, anguſtias, dolores, &
perſecutiones quibus affligebatur, peccatis
ſuis imputet.

5. DOCT. Eadem doctrina nouo Teſtamento
Matt.3. comprobatur. Præcurſor namque eis quos ſuo
Mar.1. baptiſmo lauerat, præſcribens vt fructus face-
Luc.3. rent dignos pœnitentiæ, nudos veſtibus ope-
rirent, iram Dei venturam anteuenterent, &c.
Itaque ijs hominibus auaris & hypocritis pœ-
nas difficiles iniungebat pro ſatisfactionibus
peccatorum præcedentium. Dicens etiam pro
concionibus Saluator, quod Tyrij & Sidonij e-
giſſent pœnitentiam in ſacco, cinere, & cili-
cio, ſi annunciatum fuiſſet eis Euangelium;
ſignificat iuſtiuſmodi laborioſa exercitia, pœ-
náſque peccatis & peccatoribus vt ſatis Deo
Luc.7. fiat pro certo deberi. Mulieri peccatrici con-
Luc.11. donans propter lacrymas, & poſtremam de-
Ion 3. miſsionem animi & corporis: Niniuitiſque
minas remittens ob ieiunia, ſaccum, cinerem,
Luc.16. & preces lacrymoſas: Phariſæis item promit-
tendo, Omnia eis fore munda, ſi darent elee-
moſynam, nonne patefacit temporales pœnas
ſeu ſatisfactiones humanis peccatis deberi?
Deum ijs delectari, ijſdemque placari?

6. MIN. Iam ſatis probaſti magnam eſſe dif-
ferentiam inter pœnarum temporaliũ & cul-
parum remiſsionem, eaſque iuſtificatis ſæpe
ſeruari: ſupereſt vt comprobes, id doctrinæ
Purgatorij patrocinari. DOCT. Hoc ipſum
ſic efficio: Peccator hinc emigrando adhuc
pœnis temporarijs obſtrictus, non poteſt re-
Iſa.15. ctà cælum petere. MIN. Id profectò non con-
gruit, quia dicit Scriptura viam cœlorum ſan- Leuit.19.
ctam eſſe, virumq; pollutum per eam non trã- & 20.
ſiturum. Et Dominus ait: *Sancti eſtote, quo-* Apoc.7.
niam ſanctus ſum. Et in Apocalypſi refertur, & 21.
Sanctos eſſe indutos ſtolis albis, eaſque la-
uaſſe & dealbaſſe in ſanguine Agni: præterea,
ſine macula eſſe ante thronum Dei: & nihil
inquinatum introire in ſanctam illam ciui-
tatem. Euangelio denique refertur, cum ex- Matt.22.
cluſum eſſe Diuino conuiuio, qui non in-
dutus erat veſte nuptiali, ſed tantum ruſtica,
lacera, & immunda, ex quibus manifeſtè li-
quet pœnas temporales ſoluendas & tole-
randas eſſe in alio ſæculo, antequam in cœ-
leſtem Paradiſum quis recipiatur.

DOCTOR. Ita ſenſit & collegit venerabilis 7.
patrum antiquitas, vt ex hoc Auguſtini con- L. de vera
textu manifeſtum redditur: Si conuerſus eua- & falſa
dat (inquit) vita viuat, & non moriatur: nõ pœn.c.18.
tamé promittimus quod euadat omnem pœ-
nam. Nam prius purgandus eſt igne Purga-
torio, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum
conuerſionis. Cyprianus Martyr multo ante Ep.52.quæ
eadem penè pronunciarat, vt patet ex ſequen- eſt ad An-
tibus eius verbis. Aliud eſt ad veniam ſtare, ton.
aliud ad gloriam peruenire, aliud miſſum in
carcerem non exire inde, donec ſoluat no-
uiſsimum quadrantem, aliud pro peccatis
longo dolore emundari, & purgari diu igne.
MIN. Hæc porrò purgatio non fit per ignem
inferni, nec loquitur de igne tribulationis
huius ſæculi: ſupereſt ergo vt de Igne Purga-
torio.

DOCTOR. Ante hos & Tertullianus ſcrip- 8.
ſerat in rem eandem: Nemo peregrinatus à L. de reſur
corpore ſtatim immoratur penes Dominum, carnis.
niſi ex martyrij prærogatiua, ſcilicet Para-
diſo, non inferis diuerſurus.

Vbi de peccatoribus in genere lo-
quens, affirmat eos corpus relinquendo, nõ
ſtatim in Dei gloriam peruenire (exceptis
martyribus:) ſed ad tempus in inferiorem
Purgatorij carcerem tantiſper diuertere, do-
nec vltimum ſibi debitarum pœnarum ſolue-
rit quadrantem.

Poſtremo, Irenæus martyr his omnibus 9.
ſuperior, conſtanter aſſeuerat, Deum non- Lib.1.c.2.
nullis vitam æternam tribuere à principio,
(vti Apoſtolis, martyribus, & perpurgatis in
hoc ſæculo mẽtibus:) ſed nonnullis alijs poſt
tolerantiam pœnitentiæ. At, qui Purgatorio
expiantur, omnium maxima ſuperiorum de-
lictorum pœnitudine tenentur: igitur & hoc
medio remedioque vitam conſequuntur æ-
ternam.

Digitized by Google

ternam. MIN. His argumentis contentus ſum. Sed quoniam de peccatis venialibus in ſuperioribus non ſemel facta eſt mentio: de his latius audire percupio: & an eorum tractatio ad Purgatorij doctrinam pertineat.

MVLTA COMMITTVNTVR *etiam à pijs hominibus peccata venialia: quæ à mortalibus plurimum diſſident: eademque pœnis temporarijs tantum vel in hoc, vel in futuro ſæculo, id eſt, emendatorio igni expiantur: aduerſus 22. 23 & 24. Hognoſtiorum errorem.*

CAPVT DVODECIMVM.

Miniſter.

CALVINVS namque probare nititur, *Omne peccatum, quamuis leuiſſimum videatur, mortem mereri, & mortale eſſe*: & diſtinctionē inter mortale & veniale, pro conſueta modeſtia, vocat *peruerſam ſophiſtarum imaginationem, putidam diſtinctionem*: eadem verò vtentes, *inſanos, ineptos, cum deo ludere & ineptire*. Eundem ſequitur Petrus Vermilius ſcribens: *Omnia peccata ſua natura dānanda ſunt mortalia*. Beza denique ait: *Eos inſcitiam ſuam prodere, qui docent eſſe quædam venialia peccata, id eſt, quæ mortē non merēātur.*

Inſt l. 2 c. 8 § 58 & 59. l. 3. c. 4 §. 28. In 1. Cor. c 15. v. 2. Confeſſ. c. 7 § 7. Confut. 1.

DOCT. Oſtendo in primis, hos ſecum turpiter cōfligere, ſicque indignos quibus auris & fides adhibeatur. Nam idem Caluinus, iiſdem in locis diſertè ſcribit: *Sanctorum* (id eſt, ſuorum auditorum & aſſeclarum) *delicta venialia eſſe non ex ſuapte natura, ſed quia ex Dei miſericordia veniam conſequuntur*. Et iterum: *Cæterum, Fidelium*, id eſt, Caluinianorum & Zuinglianorum. Nam ſe ſolos eſſe fideles exiſtimant) *peccata venialia eſſe, & c.* MIN. Certè ſi hoc verum eſt, falſiſsimū erit illud quod autumat, diſtinctionē inter mortale & veniale eſſe peruerſam & putidā, cùm apertiſsima & latiſsima: inſuper, certiſsimū quod quædam ſunt peccata, quæ mortem æternam non mereantur

2. DOCT. Et Petrus Vermilius ait: *Eſſe quædam peccata minutiora & venialia, ſine quibus humana vita non poteſt degi.* Locorum com. claſſe 2. fol. 93. Quod ſi hi duo exercituū veſtrorum primipilares doceant & ſtatuāt Peccata quædā eſſe minutiora & venialia: videāt Caluiniani, quo iure eos reputent inſcios, ineptos, & inſanos, qui venialia peccata à mortalibus diſcernunt.

Ad hæc, Lambertus Danæus, nō exigui inter Prædicātes nominis, nō tantum nobiſcū fatetur multa eſſe ſuapte natura peccata venialia, ſed & multis authoritatibus D. Auguſt. idipſum comprobat, dicēs: *Peccatorum hæc genera apud Auguſtinum reperiuntur. Peccatum veniale, cui opponitur mortale, ſupra cap 21. Enchir & libro nono de Geneſi, cap. 7. Veniale autem vocat Auguſtinus, leuius peccatum: & ſceleri publicoq; crimini opponet, propter quod nimirū pœnitētia publica in Eccleſia agi nō debet, libro primo de Symbolo ad Catechumenos, c. 6. Ergo peccatum veniale eſt Auguſtino, & Patribus illud cuius per Chriſtum venia poterit impetrari, &c.* MIN. In ijs video, peccata mortalia pluſquā ratione diſtincta à venialibus. Definitionem venialium, idque à Caluiniano miniſtro ex Auguſtino & patribus collectam, aduerſus ſuperiora Caluini & Vermilij errata. Cùm itaque in ijs Caluino contradicat, & ego non grauabor eidem me ipſum opponere. 3. In c. 7 & 22. Enchir. B. Auguſt.

DOCT. Id cum omni conſcientiæ tuæ ſecuritate potes ac debes facere: quandoquidem Caluinica ſentētia vetus error ſit Iouinianorum atq; Pelagianorum, à veteri Eccleſia catholica damnata & reprobata, vt ex Auguſtini & Hieronymi ſcriptis manifeſtè colligitur. Cùm enim Iouinianus omnia peccata æqualia eſſe profiteretur, nec re nec ratione ipſa mortalia diſtingueret à venialibus, ſed vtraque commiſceret, quod facit Caluinus: Cumq; Pelagiani decernerent quodlibet peccatum gratiam extinguere & tollere, ac proinde mortale eſſe, nulla prorſus venialia eſſe cenſebant: quod Vermilius & Beza nunc etiam inſtaurant pro viribus. 4. L. de Hæreſib. c. 82. 88 & Epi 27. Dialog 1. & 2. aduer. Pelag. & l. 2. aduerſ. Iouinianum.

MIN. Effice ſodes, ex apertis Scripturis peccata mortalia à venialibus diſtingui. 5.
DOCT. Chriſtus maximam cōſtituens inter peccatorū ſpecies diſcretionem, docet quædam digna eſſe iudicio, alia conſilio, alia denique gehenna ignis: efficit manifeſtè & pro certo multa committi a nobis peccata, quæ non ſunt ex ſe digna morte æterna, ſed quadam minori & leuiori punitione Atque hæc ſunt quæ à Catholicis appellantur venialia. MIN. Ergo Chriſtus author eſt huius diſtinctionis, quam Caluinus per ſummam contumeliam appellat *peruerſam & putidam*. Luc 6.

DOCT. Idem Seruator eos increpando, qui feſtucam vident in oculo fratris ſui, trabem 6. Matt 13.

autem

autem in ſuo nõ aduertunt, nonne ſatis manifeſtat, tam latum eſſe diſcrimen inter mortalia delicta & venialia, quam diſtat ingẽs trabes à leuiſsima feſtuca? Rurſus, cũ adhuc Pha-
Matth. 23 riſæis obijceret, quod *culicem excoriarent, camelũ autem glutirent*; peccata mortalia cum gibboſis craſsiſque camelis comparabat, venialia verò cum minutiſsimis muſcis: patefaciens cunctis mortalia plurimũ, & ſuapte natura, ſecernenda eſſe à venialibus. Affirmans
Matth. 12 rurſum homines *de omni verbo otioſo quod loquuti fuerint tradituros eſſe rationẽ in die iudicij*, non infert eos propter illud in æternum eſſe perituros, vt alibi conſtanter pronunciat illos qui non miſerti fuerint egenorũ, ablegãdos eſſe in ignem æternum, *qui paratus eſt diabolo & angelis eius*: ergo meditandũ & credẽdendum relinquit, verbum otioſum peccatũ eſſe haudquaquam æterna morte plectendum ſicque tantummodo veniale delictum, & non mortale.

7. Luca 12. Denique, denuntians quoſdam detrudendos eſſe in carcerẽ, nec inde exituros donec reddiderint ac exoluerint vſque ad vltimũ quadrãtem, quid tua opinione, verbis illis innuit? MIN. Malim audire ſenſa veterũ Eccleſiæ patrum, quàm mea proferre. DOCT. Tertull. ea verba refert ad peccata, quæ ante communem omnium reſurrectionẽ in altero ſæculo expiantur. Origenes ad illa, quorum ratione ſubeundus eſt carcer. Beatus Cyprianus martyr, Ambroſius Mediolanenſis, Euſebius Emiſſen. & Cæſarius Arelatenſis, hæc à Chriſto pronũtiata fuiſſe docẽt, de peccatis quæ expiatorio igne purgantur: id eſt, minutis, leuibus, ſeu venialibus, quæ tantùm pœnis temporarijs eluuntur, non verò ſupplicijs ſempiternis addicũtur. MIN. Non poſſum nõ admirari eorũ impudentiã, qui tot Scripturarũ locis, tamq; certis & claris veterũ Theologorũ interpretationib. reclamãt, vt ſuos errores conſtabiliãt.

8. Sed quid Paulus, quid alij Apoſtoli de ijs cenſuerunt? Nonne & ipſi quædã agnouerunt eſſe peccata venialia? DOCT. Quãdo ſcribit
1. Cor. 3 quoſdã ædificare ſuper fundamẽtum Eccleſiæ id eſt, Chriſtum, aurum, argentũ, lapides pretioſos: alios verò lignum, fœnum, ſtipulam, ſiue id hæc de doctrina, ſiue de operibus, ſeu (quod rectius putamus) de vtroque interpreteris, ſemper agnoſcit & prædicat Apoſtolus, quædam eſſe peccata minuta, & leuiſsima, & venialia, quæ igne tantũm temporario expiãtur in die Domini, non autem flammis æternis ſubijciuntur. MIN. Reuera non fit ibi ſermo de peccatis mortalibus, quæ authores ſuos mergunt in ardores ſempiternos, cum ibidem affirmet, alios ſaluandos eſſe ſic tamen quaſi per ignem. Quocirca clarũ eſt Paulum loqui de peccatis leuioribus & minutis, quibus non eſt reſeruata æterna pernicies: quemadmodum ex plurimis ſanctorum patrum interpretationibus atque ſententijs, in ſuperioribus diſputationibus oſtenſum fuiſſe ſatis memini.

MIN. Quomodo verò ſtare poſſunt huiuſmodi peccata in iuſtificatis hominibus, ita vt nihilominus iuſti ac ſancti permaneant? 9.
DOCT. Quoniam illa non ſunt directè oppoſita caritati, gratiæ, vel amori diuino, proximorumque dilectioni: vtpote verba otioſa, riſus immodici, ſcurrilitates, & innumeræ leuitates, ſine quibus vix, ac ne vix quidem vita humana trãſigi poteſt. Ab ijs certè nec Apoſtoli nec martyres, nec ſancti omnino fuerunt immunes, dicente beato Iacobo: *In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* Beato item Ioanne: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Ad hæc referri poſſunt Petri à Paulo publica reprehẽſio, eiuſdẽ Pauli cum Barnaba diſsidium, & pleraq; alia tam dicta quam facta inter eos, de quibus Saluator omnibus indifferẽter præcepit, vt quotidie ad Patrem noſtrum qui eſt in cœlis clamemus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ad hæc etiam pertinet, quod Hebræo prouerbio dicitur: *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit.*
Iacob 2
1 Ioan 2
Matth

10. L. de nat. & gratia c. 38
Quinetiam magnus doctor Auguſtinus de iuſto Abele loquẽs, dicit in eo forte fuiſſe aliquando riſum immoderatũ, intemperatã lætitiam, appetitum inordinatum, cibum immodicum, inter orandum diſtractionem, leuem iram, & alias leuiores culpas. Tantundem dici poteſt de ebrietate Noe, riſu Saræ, deſiderio nimio Rachelis, dolo Iacob, auſteritate Ioſephi, ira Moſis, querela Samuelis, quibuſdam imprudentibus verbis Iobi, excuſationibus Ieremiæ, nimio zelo Eliæ, imprecationibus Eliſæi, & innumeris alijs delictis, quibus etiam potiores Dei ſeruos obnoxios fuiſſe conſtat. Idem Auguſtinus ſuperioribus connumerat mendacium officioſum, quo nonnunquam pro ſalute quorundam mentimur. Peccatum eſt (inquit) ſed veniale, quod beneuolentia excuſat, & ideo fallacia non damnat. Idẽ alibi, enumeratis quibuſdam mortalibus peccatis, de venialibus ſubijcit:
Enchir. c. 22

Quoties plus loquitur quàm oportet: aut plus tacet, quàm expedit. Quoties pauperem importunè petentem exaſperat. Quoties cùm corpore ſit ſanus, alijs ieiunantibus prandere voluerit: aut ſomno deditus, tardius ad Eccleſiam ſurgit, &c. Hæc minuta ſunt peccata, omnibus nota, &c.

11. *Lib. 2. de pœnit. capite 10. Exhort. ad agendam pœnitentiã.*

Sed & D. Ambroſius poſteaquam de grauioribus quibuſdam peccatis diſſeruit, de leuioribus ſeu venialibus ait. Quotidiani nos debet pœnitere peccati: ſed hæc (pœnitētia) delictorum leuiorum, illa grauiorum. Et iterũ alibi. Certus ſum quia homo baptizatus, ſi vitam non audeo dicere ſine peccato, ſed ſi vitam ſine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittuntur in oratione dicenti, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:* & alij facit, quod ſibi à Deo fieri cupit, quando diē finierit, vitam non finit, ſed tranſit de vita in vitam. Min. His non tantùm peccata venialia eſſe cognoſcit, ſed & quibus remittantur docet.

12. *Matth 7. Com in c. 7. Matth.*

Doct. Sed & D. Hieronymus agnoſcit Chriſtum dixiſſe, *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, &c.* de his, qui cùm ipſi mortali crimine teneantur obnoxij, minora peccata (i. venialia) fratribus non concedunt: culicem liquantes, & camelum glutientes. Et alio in loco, *Com in c. 5. ad Eph.* cenſet, ſtultiloquiũ & ſcurrilitatem peccata quidem eſſe, ſed non facere homines alienos à regno Dei, quoniam ignoſcit imbecillitati fragilitatis humanæ.

13. *In Pſalm. 31,*

Gregorius quoque ſanctiſsimus pontifex ſcribit: Sunt quædam peccata, quæ quãdiu in hac vita viuitur, etiam à perfectis viris, aut vix, aut nullatenus declinantur. Habent enim ſancti viri aliquid quod in hac vita operire debeant: quia omnino eſt impoſsibile, vt in locutione, aut etiam in cogitatione nũquam delinquant. Hoc idē alijs in locis iſtis Scripturarum verbis: *Nemo mundus à ſorde, neque infans cuius eſt vita vnius diei ſuper terram.* (*Iob 15.*) *Si dixerinus, quoniam peccatum non habemus, &c.* (*1. Ioan 1.*) *In multis offendimus omnes, &c.* (*Iacob. 3.*)

14. Min. Quæ delicta venialia in ſanctis Patribus inuenta? Doct. Tametſi ad nos minimè ſpectet patres notare, ſed potius obtegere ſi quid verendum admiſerint: quoniam tamen hic ad dogmatum fidei Catholicæ probationem pertinet, vt aliquid de peccatis eorum venialibus ac minutis in mediũ adferamus, confidenter dicam, ſanctorum patrum Abrahami & Lot aſſumptas de paſtoribus, rixas non fuiſſe ſine venialibus delictis. Ad dam Saram & Agarem, Iſmaelem & Iſaac, Iacob & Eſau, Ioſeph & fratres, Aaronem, Moſem & Mariam, &c. inter ſeſe non potuiſſe tantopere diſſentire, abſque peccatis ſaltem leuioribus.

Min. De Patribus per Chriſtum renatis ego præſertim quærebam. Doctor. Sanctiſsimi Epiſcopi qui ad primam Synodum Nicænam conuenerunt, prætermiſſo fidei negotio, mutuarum diſſenſionum libellos Conſtantino magno Imperatori dijudicandos obtulerũt. An abſque delictis? Glorioſus martyr Cyprianus aduerſus Cornelium, Fabianum, Stephanum, ſummos Eccleſiæ pontifices & martyres, graues & acerbas contentiones habuit. Nec Polycrates, nec Polycarpus, Ioannis Apoſtoli diſcipuli & martyres, per omnia de ritibus Paſchæ conuenerunt cum Aniceto & Victore, ſummis Eccleſiæ præſulibus, atque etiam ipſis fortiſsimis màrtyribus Chriſti. Non ſunt ignota, quæ interceſſerunt inter Hieronymum & Ruffinum, inter Chryſoſtomum ac Epiphanium de operibus Origenis, inter Cyrillum & Theodoretum, pro exauctoratione Neſtorij & Ioannis Antiocheni, non leuia diſsidia. Quis verò neget in ijs contentionibus aliquid humani ſanctiſsimis Patribus contigiſſe? Aut quis tam impius, vt de cœlis eos propterea detrahat, & inferis mancipet? Doct. Certum eſt itaque illos antequam hinc emigtarent, ſalutaris pœnitentiæ remedijs minutas illas maculas deterſiſſe. Eos verò qui neglexerunt, expiatorijs flammis & ardoribus emendatos eſſe. Conſtans enim eſt B. Auguſtini regula: In illo tranſitorio igne, de quo dicit Apoſtolus, non capitalia, ſed minuta peccata purgantur. *Serm. 41. de Sanct. 1. Cor. 3.*

MVLTORVM HOMINVM

Spiritus ex altero ſæculo redierunt: & doctrinam Purgatorij: atque ſuffragiorum pro defunctis vtilitatem comprobauerunt: aduerſus 25. 26. & 27. errorem.

CAPVT XIII.

Doctor.

Svperſunt Catholicis viris plurimæ & grauiſsimæ tam purgatorij loci, quam pro ſuffragiorum quibus illic detentis & afflictis auxiliamur, comprobatione, aſſertiones. Minister. Eas quæſo, ne reijcias, nec celes me,

Digitized by Google

me, præſertim quæ à ſpirituum varijs apparitionibus vulgo ſumuntur: quandoquidem Melanthon, Amerbachius, Riuius, Caluinus, Beza, Viretus, Parentius, eas omnes in ludibrium vertunt, diabolicas præſtigias appellant, & nullas vnquam mortalium animas ex altero ſæculo in iſtud rediſſe, ad raucam ranuim vſque vociferantur.

Confut. 1. DOCT. Inficiantur ergo Eliam à mortuis ad vitã vnum reuocaſſe: Eliſæum duos: Chriſtum tres: Petrum viduam Dorcadam: Paulum iuuenem Eutychium, & alios Apoſtolos, Diſcipulos, Martyres, Confeſſores, Virgines, per orbem multo plurimos in hãc lucem reduxiſſe. Nam horum omnium ſpiritus ex altero ſæculo in propria corpora & hoc ſæculum pro certo redierunt. Sed & in reſurrectione Chriſti *multa corpora Sanctorum qui dormierant, ſurrexerunt*, animabus procul dubio ab alio mundo reuerſis, *cum eo intrauerunt ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.* Inſuper, animam Chriſti Deus non reliquit in Inferno, nec corpus in ſepulcro; ſed cum rediuiuum voluit per dies quadraginta Diſcipulis verè apparere, vereque loqui de regno Dei. MINISTER. Equidem totidem ſunt ſpiritus humani, qui ab altero ſæculo in iſtud redierunt; quocirca neceſſe eſt, vt ſuperiores Miniſtri vel a generali ſua propoſitione diſcedant, vel vt tot miracula, ſcriptaque diuina pernegent. Sed arbitror eos loqui tantum voluiſſe de ijs, qui nequaquaquam ad propria corpora per reſurrectionem ſunt reuocati, non de alijs.

3. Reg. 17. *4. Reg. 4. & 13.* *Act. 9 & 20.* *Matt. 27.* *Pſalm. 15.* *Act. 2 & 13.*

2. DOCTOR. Verum, nunquam negare poterunt Apoſtolos hanc communem cum Hebræis opinionem habuiſſe, Spiritus ſcilicet, ab hoc in aliud ſæculum profectos, aliquando Diuina permiſsione, illinc redire, & viuentibus apparere, quando *exiſtimabant ſe ſpiritum videre*, quo tempore Saluator poſt reſurrectionem ſuam *ſtetit in medio eorum.* Et quanquam Apoſtoli fallerentur, quo ad priuatam ſententiam de Chriſto, non tamen aberrabant in generali & communi de ſpirituum reditu & apparitione. Tres namque eorum præcipui animaduerterant, animas Moſis ac Eliæ ex altero mundo rediſſe, & apparuiſſe in nube lucida, vt de Chriſto Domino teſtificarentur. Re ipſa in Euangelio dicitur: *Apparuerunt eis Moſes & Elias, loquentes cum Ieſu.* Certumque erat apud omnes Moſen è viuis exceſsiſſe, Eliamque è vita mortalium raptum; nec ibi vl a fit d. reſur-

Luc 24. *Matt. 17.* *Deut. vlt. Ioſue 1. 4. Regg.*

rectione eorum mentio. Vnde nemo vel tantiſper Chriſtianæ religionis principijs initiatus negare poteſt, horum animas ab altero mundo redeuntes verè apparuiſſe, auditaſque fuiſſe huius ſæculi incolas alloquentes.

DOCTOR. Diuina Machabæorum hiſtoria refert præterea, ſpiritus Ieremiæ & Oniæ non ſolum apparuiſſe Iudæ ſummo Iudæorum Duci atque Pontifici, ſed etiam eundem ſuis verbis ac precibus excitaſſe, atque præclaro gladio communiuiſſe, vt bella Domini bellaret, populumque liberaret ab immani Græcorum tyrannide. MIN. Eſto quidem ita, verùm hæc in ſomnijs tãtum contigerunt. DOCT. Nec inde minor fides, quoniam & Iacob, & Ioſeph, & Pharao, & Nabuchodonoſor, & Daniel, in ſomnijs, Diuinis reuelationibus ſunt illuſtrati. Inſuper, & alter Ioſeph, & Magi, & Paulus, & alij permulti arcana cœleſtia animis perceperunt, ſomno depreſsis corporibus. Ad hæc, transfiguratio Domini haudquaquam ficta vel imaginaria fuit. 3.

2. Mach. 14. *Gen 37. & 41.* *Dan. 2. 4. 7. 9. 10.* *Matth. 1. & 2. Act. 16. 17. & 27.*

Præterea, dici non poteſt, quinque illos ſpiritus, qui circa eundem beatum Pontificem ac Ducem Iſraelis viſi ſunt, quorum duo illum à dextris & ſiniſtris protegebant, alij ad pugnam inſtruebant, in ſomnijs apparuiſſe; id enim contigit in feruenti pugnæ dimicatione, claraque luce, cùm dormire aut ſomniare nequaquam licebat. Inſuper, cùm paratis ad pugnam aciebus, aduerſus confertos hoſtes properabat, alius ſpiritus, inſtar equitis apparuit, indutus veſte alba, armis aureis munitus, haſtam vibrans, non nocte, nec in ſomnijs: ſed plena luce, & in oculis totius exercitus. MIN. Non fuit profectò ſomnium. Sed cuius conditionis fuerunt illi ſpiritus? DOCT. Quidam volunt Angelos è cœlis miſſos eſſe, vt non raro patribus contigit. Hebræi verò in Traditionibus docent, quinque priores ſpiritus animas fuiſſe tot Iudæ cognatorum; qui in ſuperiore conflictu ceciderunt; vltimum autem animam optimi parentis ſui Mattathiæ, qui huius ſacri belli author fuerat. MIN. Manifeſtæ & ſolidæ ſunt probationes reditus ſpirituum ad nos, & quibus ſine impietate & impudentia contradici non poteſt. 4.

2. Matth. 10.

DOCT. Denique, Samuelis ſpiritus cuidã agæ videndum ſe præbuit; Saulique prædixit breui ſe in bello caſurum, quod paulò poſt, euentus verum eſſe, probauit. MIN. At, nonnulli, id tantum adſcribunt cacodæmonis il- 5.

 luſio.

Digitized by Google

luſionibus. DOCT. Contra verò, Author li-
Eccl. 41. bri Eccleſiaſtici definit ipſummet Prophetam
Samuelem poſt obitum ſuum, oſtendiſſe Regi
finem vitæ ſuæ, & exaltaſſe vocem ſuam de
terra in prophetia delere impietatem gentis,
quæ in diabolicas præſtigias non cadunt. Hãc
ſenter etiam probant Hebræi, vt ex eorum Io-
Lib. 6. an- ſepho nobili hiſtorico planum eſt. Eandem
tiquit. ca- tuentur & Græci patres, Iuſtinus Martyr, &
pite 16. philoſophus in Dialogo, Baſilius magnus,
Epiſt. 80. Procopius Gaza, & Theodoretus Com. in 1.
Reg. Quantum ad Latinos ſpectat, D. Augu-
ſtinus aliquandiu in vtramque partem de hac
re diſſeruit, tandem verò ſtatuit, ipſum inter
Samuelis ſpiritum ab alio ſæculo reuocatum,
Lib. 2. ad non quidem præſtigijs dæmonum, aut Sagæ
Simpli- artificijs, ſed diuina quadam diſpenſatione.
cium. Placuit etiam D. Hieronymo ac Ambroſio hu-
Libro de iuſmodi ſententia, vt ex illius in cap. 7 Iſaiæ,
cura pro iſtius autẽ in ca. 1. Lucæ commentarijs appa-
pro mor- ret.
tuis c. 15.

De ſpiritũ MIN. Nihil habeo quod ijs opponam: ma-
ex alio ioris tamen adfirmationis gratia iſtiuſmodi
ſæculo re- ſpirituum humanorum reditum antiquorum
ditu. autoritatibus corrobores velim. DOCT. Tot
paſsim occurrunt tamque erudita & grauia e-
ius rei teſtimonia, vt horũ difficilius ſit finem
quam exordiũ inuenire. Scire autẽ à te cupio,
vtrum id quæras à me, de ijs qui è purgatorio,
an de ijs etiam qui è paradiſo cœleſti redi-
1. erunt?
In vita

Gregorij. MIN. De vtriſque. DOCT. Ergo paucis tibi
duodecim de beatiſsima Deipara Maria: dein-
de, totidem de alijs Sanctis expediam. Grego-
rius Nyſſenus D. Baſilij frater ſcribit eam in D.
Ioannis Euangeliſtæ comitatu, ſemel appâru-
iſſe B. Gregorio Neocæſarienſi, ac eidem præ-
ſtantiſsima quædam pietatis noſtræ myſteria
patefeciſſe. Seuerus Sulpitius teſtatur D. Mar-
2. tinum Turonenſem Epiſcopum, eam quadam
In vita B. die ad ſe venientem conſpexiſſe, cum alijs in-
Martini. numeris Virginibus. Gregorius Papa etiã re-
3. fert, eandem puellæ cui nomen Muſa, non tan
Libro 4. tum conſpiciendam ſe exhibuiſſe, ſed & emẽ-
Dial. ca- datius viuendi normam tradidiſſe. Gregorius
pite 14. Turonenſis commemorat, illam Conſtantini
4. magni tempore, alloquutam fuiſſe quendam
De gloria artificem, eundemque docuiſſe modum, quo
Martyr. templum ſibi deuotum & conſecratum con-
capite 8. ſtrueret. Ioannes Ieroſolymitanus author eſt,
5. eandem apparuiſſe Io. Damaſcenus eidemque
In vita manum dextram, prius à Tyranno iconoma-
Damaſc.

chorum hæreticorum ſolicitatione abſciſſam
ſanam reſtituiſſe. Nicephorus teſtificatur, ean-
dem præcepiſſe Cyrillo Alex. vt cum Ioanne *6.*
Chryſoſtomo rediret in gratiam. Nec magnũ *Libro 14.*
Narſetem ſtrenuiſsimum exercitus Romani *cap. 18.*
imperatorem, vllum cum hoſtibus certamen
iniſſe, priuſquam B. Virgo tempus opportu-
num illi deſignaſſet. Inſuper, quendam puerũ
in medijs flammis incolumem ſeruatum fuiſ-
ſe fornacis, in quam eum pater Iudæus conie-
cerat, B. Mariæ virginis præſenti aſpectu & o-
pe. Iulianus Pomerius teſtis eſt S. Hildephon-
ſum Toledi Archiepiſcopũ, eam quodã die re-
periſſe in ſua Eccleſia, & ab eadem die ve-
ſtem pretioſiſsimam accepiſſe, altaris mini-
ſterio conuenientiſsimam. Author prati ſpi-
ritualis meminit, S. Cyriacum Abbatem eam
fuiſſe contemplatum, & cum ea S. Io. Baptiſtã
& Io. Euangeliſtam, ſcripta Neſtorij refutan-
tes. S. Antoninus dicit, eam reuelaſſe Liberio *Parte 4.*
Papæ & Ioanni Patricio Romano, quo in loco *tit. 15.*
vellet templum in ſui memoriã ædificari. Io. *12.*
Trithemius ait eam apparuiſſe Ruperto Tui- *Lib. de Mo-*
tienſi, illique impetrauiſſe eã ingenij ac erudi- *naſt. Hir-*
tionis præſtantiam quæ in ſcriptis eius appa- *ſaug.*
ret.

Omitto plures alias æquè graues ac ſanctas
eiuſdem apparitiones, quibus ea poſtquam in
cœlos emigrauit, filijs ſuis ac proprijs famu-
lis innotuit, vt ex Metaphraſte, Lippomano,
& Surio diligens lector facile colliget. Apo-
ſtolorum, aliorumque ſanctorum apparitio-
nes adijcio.

Secundum Concilium Nicænum & Ni- *7.*
cephorus affirmant, SS. Petrum & Paulum *1.*
ad Conſtantinum Imp. magnum acceſsiſſe, e- *Act. 2.*
umque docuiſſe, quonam lauacro corpore & *2.*
animo ſanaretur. Author eſt Theodoretus, SS. *Libro 5.*
Ioannem & Philippum Theodoſio Imp. appa- *hiſtor. ca.*
rentes, eum certiorem reddidiſſe de inſigni vi- *34.*
ctoria paulò poſt ab hoſtibus reportanda. Ni- *3.*
cephorus refert, S. Paulum tertio à martyrio *Libro 2.*
die, Neroni apparuiſſe, eique immanitatem *hiſtor. ca-*
ſuam exprobraſſe, commemorata Chriſtiano- *pite 35.*
rum hinc migrantium felicitate. Metaphraſtes *4.*
tradit, eundem Apoſtolum B. Agatham in car- *Libro 5.*
cere coniectam viſiſſe, & mammas à tortori- *hiſt. ca. 5.*
bus abſciſſas eidem mirabiliter reſtituiſſe. D. *5.*
Ambroſius etiam ſcribit, S. Agnetem appâru- *Libro 7.*
iſſe tam principi Conſtantiæ, quam parenti- *capite 36.*
bus proprijs, & vtroſque conſolatos eſſe. Eu- *6.*
ſebius tradit, è cœlis rediſſe B. Potamienam *Libro de*
ad Ba- *cura pro*
mortuis

Digitized by Google

ad Baſilidem carnificem ſuum, & eũ ad Chriſti fidem conuertiſſe. Oroſius refert, SS. Geruaſium & Protaſium à B. Ambroſio cõſpectos, eundem monuiſſe, vt corpora ſua honeſtius collocaret. Auguſtinus teſtis eſt ſanctum Felicem ciuibus Nolæ apparuiſſe, eoſdemque dura obſidione preſſos, liberauiſſe.

7. Dial. lib. 4. cap. 12.

Gregorius magnus narrat, Iuuenalem ac Eleutherium martyres à Rheatino Epiſcopo viſos eſſe.

8. Orat. in S. Theod.

Nectarius Conſtantinopoleos Præſul narrat, ſanctum Theodorum martyrem ciues Conſtantinopolitanos præmonuiſſe, à Iuliani Apoſtatæ inſidijs vt ſibi cauerent.

9 Platina.

Attila Dei flagellum coram multis confeſſus eſt, ſe Apoſtolum Petrum Leoni Papæ adſtantem & minitantem, ſi Romam perdere feſtinaret, vidiſſe.

1. Orat. de Cæſar.

S. Nazianzenus teſtatur, Cæſarium fratrem ſuum ſæpius ſibi poſt obitum apparuiſſe, &c. Num hæc tot tantaque ex alio ſæculo redeũtium ſpirituum exempla tibi videntur tuæ quæſtioni ſatisfacere? Plurane adhuc poſtulas? MIN. Faciunt pluſquam ſatis, nec alia requiro. Magnum porro mihi adfert ſolatium tua hæc oratio, quoniam in ea vehementer comprobatur aduerſus homines Epicureos animorum immortalitas: ſimulque innoteſcit, beatis cœlitibus ſalutem noſtram curæ eſſe: eademque celebratur Dei in nos pluſquam paterna ſollicitudo atq; prouidentia. Sed nondum quidquam in ea perſpicio, quo purgatorij doctrina confirmetur.

10. DOCT. Ego quidem ex profeſſo ſtatueram primum probare reditum ſpirituum in generali, quod abundè præſtiti aduerſus vniuerſalem Hugnoſticorum errorem: deinde, quorundam illorum relationibus & purgatorij locum, & ſuffragia pro defunctis facta eis ſalutaria eſſe, quod nunc ſic facio. Edinerus Anglus B. Anſelmi ante quadringentos & octoginta annos diſcipulus, in vita pij præceptoris ſcripſit, Se, poſtquam per annum integrum Miſſas pro quodam amico defuncto celebraſſet, eum ex Purgatorio redeuntem conſpexiſſe, & gratias egiſſe, quod ſibi opportuno fuiſſet auxilio.

L. 2. de vita Anſelm.

GVILIELMVS Abbas Diui Bernardi vitam deſcribens, tradit, animam cuiuſdam fratris defuncti ipſi Diuo Bernardo apparuiſſe, & pœnas quas in purgatorio ferebat, miſerabiliter expoſuiſſe: à quibus paulo poſt ſancti Patris precibus ſeſe liberatum, confeſſus eſt. BERNARDVS ipſe recitat, animam ſororis beati Malachiæ Hibernorum Præſulis, ſæpius fratri ſuo apparuiſſe, ab eodemque enixiſsime flagitaſſe, vt ſacrificijs ſuis opem ferret: quod quum præſtitiſſet, non multo poſt pœnis liberata eſt. PETRVS DAMIANVS ante hos omnes ſcripſit, ſanctum SEVERINVM Colonienſem Archiepiſcopum, pœnis purgatorijs aliquandiu expiatum, prout idem ipſe procuidam viro reuelauit. Deum verò pro viribus celebrans, quod viuentes ad orandum pro defunctis excitet, hunc in modum ſcribit: Benedicta Diuinæ clementiæ diſpenſatio, quæ per mortuos etiam inſtruit viuos: & dum alios verberat, alios qualiter à verberibus eripiantur, informat.

MINISTER. Quatuor quidem ſunt exempla manifeſtiſsima & ſanctiſsima, ſed antiquiora exopto. DOCTOR. Quamnam opinionem veſtri de Beda Presbytero conceperunt? MINISTER. LAMBERTVS DANAEVS Epiſtola præfixa Commentarijs ſuis in Enchiridium beati AVGVSTINI, de illo ſic loquitur: *Pretioſas opes Auguſtini primum eruit & effodit in Anglia Beda ille, qui ob ſingularem eruditionis famam VENERABILIS eſt appellatus, & in lucem, atque Eccleſiæ vſum, ante Caroli magni imperium reuocauit.* Centuriatores quoque de illo ſcribunt, *Eum eſſe virum doctiſsimum*, & ob exactam Græcæ & Hebraicæ linguæ peritiam, incredibilemq; ſtyli ſuauitatem, & docendi copiam à multis Gregorio Magno prælatum fuiſſe. Præterea continentiam, pietatem, & prophetiæ donum, illi venerabilis cognomen comparaſſe. Tandem eum è viuis conceſsiſſe anno Domini ſeptingenteſimo trigeſimo quarto. DOCT. Bene habet. Is enim Pater tam doctus tantæque ætatis & ſanctitatis refert ſanctum Furſium Scotum, ſed in Anglia commorantem, extra corpus raptum ſecundum animam, a tribus Angelis conductum, ſpeculatum, inſuper expertũ fuiſſe miras Purgatorij pœnas. Cumque vitæ mortali reſtitutus eſſet, eas omnes illis qui ſe dignos præbebant fida declaratione nunciaſſe. Addit inſuper, quendam pium patremfamilias à morte excitatum, teſtatum fuiſſe, bono quodam Angelo comite & duce, ſe viſitaſſe diras inferni pœnas, & Purgatorij cruciatus, ob quorum contemplationem, vitam

L. 3 hiſt. Angl. c. 19

tam poſtmodum ſeuerisſimam ac religioſiſſimam vixit. Minist. Id me plurimum ſolatur: quando quidem mihi perſuadeo, virum (etiam aduerſariorum calculis) tam piũ ac eruditum, nunquã res fictitias & fabuloſas, aut quod peius eſt, diabolicas illuſiones ſcriptis ſuis inſerere voluiſſe.

10 *Ad annũ Dom. 671 & 675* Doct. Naucleus, Sigebertus, & Gauguinus in vita D. Audonei Rothomagenſis Archiepiſcopi, ijſdem penè verbis referunt, Anachoretam mandata ab Angelo accepiſſe, vt Epiſcopo Pictauienſi nunciaret, vt pro anima Dagoberti preces funderet, vt ijs ab ingenti periculo liberaretur.

11. Gregor. Turonenſis, quem etiam ipſi hæretici fatentur exſtitiſſe acerrimum religionis Chriſtianæ aduerſus Iudæos, Sadducæos, Arianos, & Sabellianos propugnatorem: præterea donum habuiſſe miraculorum, ſcribit quandam puellam nomine Vitalinam, poſt obitum apparuiſſe beato Martino, illique denunciaſſe ſe ob leuem culpam in Purgatorio detineri, ex quo breui poſtea ſancti viri precibus liberata fuit.

12. S. Gregorius Papa, quem etiam ipſi Eccleſiæ deſertores, ob excellentem ſanctitatis, eruditionis, ac miraculorum editionis famam celebrant, affirmat cuiuſdam Paſchaſij animam ſancto Germano Capuenſi Epiſcopo apparuiſſe, ac pœnarum quibus expiabatur, acerbitatem patefeciſſe, à quibus breui eriperetur, ſi precibus eius adiuuaretur. Narrat præterea idem maximus Pontifex, quod cùm pius quidam Sacerdos aliquem ſibi obſequẽtisſimum in balneo comperiſſet, gratitudinis ergo duos illi panes obtulit, Ille vero accipere noluit, ſed Deo offerre pro ſalute ſua rogauit, dicendo ſe loci illius aliquando dominum fuiſſe, ſed Dei iudicio condemnatum, vt eo in loco pœnas peccatis ſuis debitas ad tempus lueret. Poſtquam vero Sacerdos illius nomine ſeptem diebus celebraſſet, rediẽs neminem amplius inuenit, vnde credidit illum ex loco ærumnarum ad beatorũ ſedes euaſiſſe. Idem deniq; teſtificatur quendam religioſum fratrem defunctum, per oblatam triginta diebus ſanctiſs Euchariſtiam à confratribus, è Purgatorij ſupplicijs ſeſe liberum euaſiſſe palam denuntiaſſe.

Min. Tres enumeraſti à D. Gregorio deſcriptas ſpirituum apparitiones, qui viuentibus expiatorias pœnas ſuas explicarunt, & & ab eis iuuari ſalubriter petierunt. Has nõ dubito veras & certas eſſe: tametſi ab Hæreſiarchis pro fabulis, & præſtigijs Satanicis habeantur. Doct. Præter hæc Iudæorũ ac Ethnicorum imitantur blaſphemias, eadẽ de miraculis Domini & Apoſtolorũ eius obſequẽtium. Adhæc, cum libris Dialogorum Diui Gregorij detrahunt, ſuam produnt ignorantiam, oſtenduntque ſe illos tanta pietate & eruditione refertos libros, vt Græca etiam Eccleſia probauerit, nunquam ſeriò perlegiſſe, atque ſic (vt Apoſtolus ſcribit) *Quæcunque ignorant, blaſphemant*. Adde quod nec verum, nec tantum veriſimile eſt, tam ſapientem ac pium Doctorem paſſum fuiſſe præſtigijs ſe illudi, aut commiſſis ſibi Chriſtianis voluiſſe vnquam illudere.

Minister. Aliane præterea tibi ſunt eius generis exempla? Doctor. Sunt equidem, & grauiora & antiquiora. Euſebius namque & ſyncerus & perantiquus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptor, citat probatque, quod Plato refert de quodam milite Armenio, quis Eris vocabatur, eum ſcilicet decimo à morte die cum in hanc vitã rediſſet, mira viuentibus retuliſſe de peculiari iudicio, de ſupplicijs peccatorum in Erebo expiatorio, de quo Plato nunquam dubitauit, ſicut & inimici noſtri ſunt iudices. 13. *L. 11. de prap. c.1.*

Atque vt duodenarium numerũ à me præfixum, tuo nomine aliquantulum excedere liceat, Tertullianus vir Apoſtolicorum temporum, ſcriptis affirmat; Mulierem vita functam, miraculo cunctis aſtantibus cognito, brachia, manuſque ſurſum extuliſſe, cum Sacerdos preces pro ea funderet, perinde ac ſi illas animæ ſuæ ſaluti experiretur vtiles: finita vero oratione, eaſdem demiſiſſe, & circa corpus compoſuiſſe, vt terræ mandaretur. 14. *Lib. de anima c. 51*

Min. Si in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, idem multò magis in ore tot tantorumque virorum, ac exemplorum multitudine firmum ratumque erit, nimirum Spiritus plurimos corporibus ſuis exutos verè mortalibus apparuiſſe; pœnas Purgatorias quibus exercebantur, eis manifeſtaſſe: & vt aliquid opis & conſolationis conſequerẽtur ab illis expetiuiſſe. Hæc pernegare, profligatæ eſt impudentiæ: aſcribere diabolicis præſtigijs, diabolica blaſphemia eſt. Ex aduerſo autem, fidẽ ijs adhibere, Dei in viuos & mortuos ſummam poteſtatem prædicare: immortalitatem animarum confirmare: ad veram maturamque pœnitentiã ſollicitare; denique caritatis opera erga fratres defunctos exercere & probare eſt.

CONSTAT PLVRIMOS AB APOſtolis & Apoſtolicis viris mortuos ſuſcitatos eſſe: quod ad confirmandum Purgatorium pertinet: contra 28. & 29. errorem.

Capvt XIV.

DOCTOR.

RVrſum, mihi facile ac promptum eſt hãc de Purgatorio loco doctrinam comprobare ex omnibus ijs mortuorum ſuſcitationibus, quæ tam in ſacris Biblijs quam in Eccleſiaſticis hiſtorijs referuntur. MIN. Qui B fieri poſſit plane mentis meæ captum exſuperat. Non ignoro quidem Eliam vnum Eliſæum duos, Chriſtum plurimos, Petrum viduam, & Paulum adoleſcentem vnum è mortuis ad hanc vitam reuocaſſe, quoniam id ſacræ literæ tradunt. Alios autem excitatos fuiſſe à Sanctis viris: aut hoc ad Purgatorium quidquam ſpectare, penitus ignoro.

Confut. 1. DOCT. Non te latet Chriſtum dixiſſe Apoſtolis omnibus: *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate*, (*Matth. 14.*) Ergo etiam alij à Petro & Paulo, iſta vſi ſunt poteſtate. Rurſumque noſti eundem Dominum noſtrum de viris Apoſtolicis pronunciaſſe (*Ioan. 14.*): *Qui credit in me, opera quæ* C *ego facio, & ipſe faciet, & maiora faciet.* MIN. Probe noui: ſed deſigna qui hæc adimpleuerint. DOCT. Egeſippus (*L. 3. c. 2.*) non minus grauis quam antiquus ſcriptor, teſtatur ſanctum Petrum in conſpectu totius populi Romani quendam adoleſcentem à morte ſuſcitaſſe, hocque miraculo cunctas Simonis Magi faſcinationes & impoſturas refutaſſe. Authore Metaphraſte, alium inſuper à mortuis in hanc lucem reduxit in Galatia. Abdiæ ſeu mauis, Africani hiſtoria commemorat beatum Andræam plurimos ad vitam reuocaſſe: & ſanctum Ioannem quandam Druſianam viduam, itemque virum D toxico mortuum: beatum Matthæum filiam Imperatoris Aethiopum; denique reliquos Apoſtolos per vniuerſum mundum diſperſos, plurimorum mortuorum ſuſcitationibus Euangelicam prædicationem corroboraſſe. (*Abdias. African. Euſeb. l. 5. c. 17. Nicephor. Metaphr. Lippoman.*) MIN. Non poſſunt iſta cum ratione in dubium reuocari.

2. DOCT. Irenæus Martyr (*L. 2. c. 52.*), vir Apoſtolicorum temporum, locupletiſsimus teſtis eſt, quendam mortuum, ſæculo ſuo, vitæ reſtitutum fuiſſe, precibus Eccleſiæ, eundemque diu in viuis perſeueraſſe, Alexander Pa-

A pa & Martyr, ad hanc lucem reuocauit Hermetis Prætoris Romani filium. (*Metaph.*) Sulpitius Sozomenus, & Nicephorus tradunt quendam Ieroſolymis defunctum reuixiſſe, ſpectante Helena ſancta Imperatrice, cum innumerabili populo, idque per impoſitam corpori mortuo ſanctam & veram Crucem Chriſti. Chryſoſtomus multos item (*Hom. 6. in 1. Cor. & 8. in Ep. ad Rom.*) commemorat attactu veſtium beati Pauli ſuſcitatos eſſe. Auguſtinus refert non aſpernandum numerum eorum, qui tactis Sanctorum reliquijs ad hanc vitam redierunt. (*L. 22. de ciu. c. 8.*) Et vt paucis multa complectar, Metaphraſtes, vitas Sanctorum deſcribens, teſtatur illos à morte ad vitam innumeros reuocaſſe. MIN. Non ſolum impudentiæ, ſed & manifeſtæ impietatis eſſet, tot ſanctis patribus, imo & diuinis in hunc mundum operibus & miraculis repugnare. Sed quid hæc ad Purgatorium.

DOCT. Multum per omnem modum, 3. vt nunc tibi pateſaciam. Quæro ex te, Vbi locorum verſabantur horum animæ, quo tempore extinctis morte corporibus, ab ijs peregrinabantur? MIN. Nefarium eſt putare illas extinctas fuiſſe. Cum ſint creatæ & finitæ, definitos locos habuerunt, ſicut & Angeli ſuis ſpatijs continentur, tametſi loca non impleant. Caluinus & quotquot ei conſentiunt, nunquam admittent eas in quodam Limbo, tertio à cœlis & inferis loco receptas fuiſſe: hoc namque pro fabulis anilibus habent. Reſpondere, eas in quadam ſpecula poſitas ſalutẽ à longe ſpectaſſe, vt quodam in loco fabulantur, inſulſum effugium eſt, ſine vllo Dei verbo confictum. Aut igitur ſe id ignorare, cum craſſæ & ſupinæ ignorationis confuſione & nota fateantur neceſſe eſt: aut denique illas ex cœleſtis gloriæ, aut æternæ gehennæ locis reuocatas fuiſſe.

DOCT. At ego euincam, eos neutram 4. nouiſsimarum reſponſionum partem poſſe tueri, quin incidant in mille alios nouorum errorum meandros. Primo enim. Cœleſtis beatitas nullis alternationibus ſubiacet, ſed neceſſario perpetua & ſecura eſt: alioqui vera beatitas non eſſet: ſed ſomnium continuo timori coniunctum. Deinde, hoc modo reſtitueretur vetus error Origeniſtarum, qui Paradiſi ac Inferni ſtatum viciſsitudinibus, & varijs mutationibus ſubmittebant. Nec verum eſſet quod tantopere Chriſtus aſſeruit, *Ibunt iniuſti in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.* (*Matt. 25.*) Deinde, magna in-

iuria beatis inferretur mentibus, ſi tanta quiete & felicitate ſpoliarentur, vt iſtius vitæ miſerijs, certaminibus, & ærumnis implicarentur. MIN. Enimuero, cuncta fidei Chriſtianæ Symbola canunt vitam Sanctorum æternam: & Seruator dicit Apoſtolis, *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*: quibus patet, Animas ſemel beatas, nunquam ab eo ſtatu reuocari. *Ioan. 16.*

5. DOCT. Nec magis reuocare gradum poſſunt illæ, quas Auernus ſemel vorauit & rapuit: quandoquidem ex eo nulla ſuperſit redemptio, ſed iudicium ſine miſericordia. Ligatis manibus & pedibus, qui proiecti ſũt in tenebras exteriores, nulla hinc emergendi relicta eſt facultas. Pater Abrahamus animæ damnati & perditi Epulonis denunciat, tantum chaos eſſe inter hos & illos, vt nullus inde tranſitus eſſe poſsit. Prophetæ quoque canunt, vermem quo torquentur reprobi nunquam moriturum, ignemq; eorum nunquam extinctum iri. Ioannes denique confidenter adfirmat reprobos fore torquendos in ſæcula ſæculorum. *Iac. 2. Matt. 25. Matth. 22. Luc. 16. Iſa. 66. Matt. 9. Apoc. 19. & 20.*

6. MIN. His omnibus tantam fidem adhibeo, quantam diuinis verbis debeo. DOCTOR. Eſt ergo aperte colligendum, & omni conſcientiæ ſecuritate credendum, Animas ab alio ſæculo in iſtud reuocatas ex eo receptaculo, quod Purgatorium appellatur, euocatas fuiſſe: quandoquidem nec à cœlis nec à flammis gehennæ, vt conſtans eſt Catholica ſententia, redierunt: nec ab vllo, vt Caluiniani ſentiunt, Limborum loco. MIN. Euidentem ſane, & quauis refutatione validiorem adfers probationem: nihilq; alicuius momenti animaduerto, quod in contrarium à noſtris poſsit obijci: conſiderata præſertim, receptaculorum in quibus animæ à corporibus ſeiunctæ ſuſcipiũtur, ampliſsima enumeratione. Sed dic, ſodes, an Priſcorum Theologorum ſcriptis nitatur hæc ſententia.

7 DOCT. Auguſtinus certiſsimus omnis antiquitatis teſtis, & veterum Theologorum oraculum, ſcribit Lazarum per Chriſtum à morte ſuſcitatum, ijs qui ſe dignos ſacrorum myſteriorum reddebant, expoſuiſſe, quæ tempore quatriduanæ mortis ſuæ viderat, Triſtia loca pœnarum, ſedesq; alta nocte obſcuras diligenti per ordinem narratione. Diu quæſiti inuenerunt tandem Inferi proditorem. MIN. Hæc porro loca triſtia & obſcura non ſunt apud Superos: ſunt igitur apud inferos. Is igitur vir pius ad- *Ioan. 11. Ser. 52. de verb. Do.*

A hos deſcenderat, multaque illic receptacula ſedeſque animorum conſpexerat. Nequaquam vero in inferno damnatorum traxerat moras: itaque & Purgatoria loca intuitus erat, ac proinde eorundem aſſertor & prædicator erat veridicus.

DOCT. S. Epiphanius Auguſtino ætate ſuperior, tradiderat, eundem Lazarum triginta annos fuiſſe cum primum obijt, & à reſurrectione totidem annos compleuiſſe, cum incredibili eorum vtilitate ac ædificatione, qui tam mirandum Deitatis & poteſtatis Chriſti, in eo relucentis ſpectaculum: teſtemque certum audiebant de ſtatu alterius ſæculi, atque diuerſorum in eo animarum receptaculorum. Scriptores profecto Annalium Conſtantinopoleos illis inſerũt, eundem Lazarum quatuor conſcripſiſſe libros, de ijs quę in quatriduo mortis conſpexerat, & expertus fuerat, quorum tres ſeruentur apud eos, quartus in vetere Roma: ſed quia eos legere non licuit, de ijs non plura. 8 *Contra hæreſin Manich.* B

Tantum compendio comprehendam narrationem eorum, quæ ad finem Epiſtolarum tam B. Hieron. quam B. Auguſtini fuſius deſcribitur, nomine cuiuſdam Cyrilli, de miraculis B. Hieronymi prænotatam. Hæreſis exorta eſt dicentium, *Nullum fore Purgatorii locum: in quo animæ, quæ nondum de ſuis peccatis in mundo plenam egiſſent pœnitentiam, purgarentur.* Reuelatione cœleſti, ſuperpoſitum eſt trib⁹ mortuis cilicium eiuſdem B. Hieronymi, qui de morte reſuſcitati palam profeſsi ſunt ſe in Paradiſum, Purgatorium, & infernum conductos, quæcunque illic aguntur, perſpexiſſe, & diuino conſilio ad hanc vitam rediiſſe, vt hæc patefacerent vniuerſis: ſicque hæreſin illam ad tempus extinctam, fidem autem Catholicam non parum confirmatam fuiſſe. 9. C

MIN. Hæc mihi videntur in hanc rem ſatis eſſe. Cupio iam, quod facturum te recepiſti, vt oſtendas veterum teſtimonijs, hanc de Purgatorio, & precibus pro defunctis ſententiam, cunctis à Chriſto nato ſæculis, in Eccleſia toto orbe diſperſa retentam & ſeruatam fuiſſe. D

* * *

PRIO-

PRIORIBVS A VIRGINIS PARTV centum annis, promulgatum & creditum fuit inter Chriſtianos Purgatorium, & pro ſalute defunctorum ſupplicandum eſſe: & Liturgiam D. Iacobi vere illius eſſe: aduerſus 30. & 31. Caluinianorum errorem.

CAPVT XV.

DOCTOR.

Probatio 1 INgenue fateberis ſcio, primum Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculum à feliciſsimo Virginis partu, vſque ad principium imperij Traiani numerandum eſſe. MIN. Ita numerant omnium hiſtoricorum monumenta. DOCTOR. Adhæc, nunquam diffiteberis eo maxime in ſæculo, ſalutarem Ieſu Chriſti filij Dei doctrinam, tam Apoſtolorum, Euangeliſtarum, Diſcipulorum, quam ſequentium virorum Apoſtolicorum miniſterio viguiſſe atq; floruiſſe. MIN. Id extra omnẽ dubitationem verſatur. Nam vt omittam hiſtorias Eccleſiaſticas, euolui Centurias Magdeburgenſium, deinde ſcripta Simonis Pauli, Io. Heſnali, Io. Criſpini, Funcij, Penceri, Carionis ſeu potius Melanchthonis, Ioan. Caluini, & plurium aliorum, qui id publice agnoſcunt & profitentur.

2. DOCT. At ego iam effeci tribus locis D. Matthæi, totidem beati Lucæ, quatuor Diui Ioannis, tribus B. Pauli, & tribus principis Apoſtolorum, quendam eſſe locum in inferioribus partibus terræ, in quo flammis & alijs ſupplicijs expiantur animæ quædam peccatrices: & preces viuentium eiſdem plurimum ad liberationem prodeſſe: itemque, priſcos Theologos tam Græcos quam Latinos plurimas Vet. & Noui Teſtamenti ſcripturas ad id referre. MIN. Horum omnium ſatis bene memini. Nunc efficias quæſo, omnia Eccleſiæ Chriſti ſæcula in hãc doctrinam & pietatem conſpiraſſe. Huiuſmodi namque conſenſus in articulis doctrinæ atque fidei, non poteſt non eſſe à Spiritu S. & quicunq; huic ſe pertinaciter obiecerit, erit mihi anathema maranatha.

3. DOCT. Iam ſexdecim Apoſtolorum ſententijs oſtendi hanc doctrinam fidemque in primo ſæculo floruiſſe: quibus nunc adijcio Liturgiam B. Iacobi cognomento Fratris Domini, in qua pro defunctis ſacrificatur & oratur. MIN. Euince prius eam, D. Iacobum primum Ieroſolymorum Epiſcopum habere authorem. DOCT. Id facio ne, quaquam duorum aut trium duntaxat, ſed centum & quinquaginta celebrium Patrũ, qui ad generalem Synodum Conſtantinopolitanam, ante nongentos annos conuenerunt, firmiſsimis teſtimonijs. In ijs erant Patriarchæ Conſtantinopol. Antiochenus, Conſtantinus Orientis & Occidentis Imperator, doctrina & pietate inſignes Aſiæ & Europæ Præſules, qui vno omnes animo hanc Liturgiam, vt Diui illius Iacobi ſcriptum agnouerunt, laudauerunt, hereticis illius tempeſtatis obiecerunt, & poſteris in hunc vſque diem ſeruandam reliquerunt. Can. 32. Illorum ſanctionem comprobauerunt vniuerſæ Latinorum Eccleſiæ, vt videre eſt in Decreto Leonis II. Papæ: deinde, apud Gratianum, De conſecrat. d. 1. cap. Iacobus. Etiamnum hodie ſeruatur illa Liturgia, cum iis quæ ſunt etiam Baſilij Magni, & Chryſoſtomi, omnes manuſcriptæ ante quingentos ac ſexcentos annos, in Bibliothecis Regis ac Reginæ Francorum, vti etiam Scaliger Caluinianus confitetur ſe illas ibidem conſpexiſſe.

4. MIN. Adhæc tam certa & manifeſta teſtimonia nihil habeo quod reſpondeam, cũ præſertim tantus Orientis & Occidẽtis conſenſus à ſolo Spiritu ſancto promanauerit. DOCT. Habeo præter quinque alios patres Græcos, qui hanc ipſam D. Iacobi Liturgiam probauerint. *Tractatu de diuina Liturgia.* Inter quos in primis occurrit Proclus Conſtantinopolis Patriarcha, hinc Nicolaus Methonenſis in Peloponeſo Epiſcopus, Beſſarion item Ruſſorum Patriarcha, vir vtique Latine & Græce doctiſsimus, Marcus Epheſiorum Epiſcopus, denique Ieremias non ita pridem Conſtantinopolitanus Patriarcha: qui prima ad Lutheranos reſponſione, recenſendo ſupra memoratum Conſtantinop. Concilium, ſimul eandem Liturgiam D. Iacobi laudat & prædicat. *VVitebergæ 1583.* MINISTER. Sint quantumlibet contumaces, ac huic clariſsimæ veritati pro arbitrio repugnent Authores noſtri, ego æternæ ſaluti meæ conſulturus, ſtatuo Spiritui ſancto non reſiſtere in poſterum, ſed omnino acquieſcere. Supereſt vt oſtendas D. Iacobum, illo primo Eccleſiæ ſæculo, in ea Liturgia offerre & precari pro ſalute defunctorum, atque ſic Purgatorij doctrinam comprobaſſe.

5. DOCTOR. In ea, quatuor locis ſupplicatur pro defunctis, quorum primus eſt iſte: Dominus beatas animas requieſcere faciat cum ſanctis & iuſtis, ſuæ ipſius gratia, & benigni-

benignitate, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. MINIST. Quare vocat cum pœnis adhuc confligentes, beatas?

DOCT. Quoniam omnibus ærumnis huius ſæculi liberatæ ſunt, in gratia & amore Dei confirmatæ, ſpeque certiſsima ſaluæ, vt Apoſtolus dicit, *Spe ſalui ſumus.* Rom. 8. 6.

MIN. Quid continet ſecunda deprecatio. DOCT. Vt patres ac fratres noſtri, qui ante obierunt, in pace requieſcant, Dominũ oremus.] Tertiæ vero poſtulationis ſumma eſt, qua Sacerdos orat, vt ſuũ ſacrificiũ Deo ſit acceptũ, ſicut fuit olim acceptum ſacrificiũ Abel iuſti, Noe, Moſis, Aaronis, Samuelis, Dauidis, Zachariæ, aliorũq; in remiſsionem peccatorum ſuorum, & totius adſtantis populi. Addit illico: Et in requiem animarum eorum, qui ante nos dormiũt, &c.] Tandem inſtituit generalem memoriam & precem; Pro omnibus peccatoribus, qui ab interitu Abelis deceſſerunt in vera fide & ſpe. Fac eos requieſcere (inquit) in regione viuentium in regno tuo, & delitijs Paradiſi, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, vnde exulat dolor, triſtitia, & gemitus.] MINISTER. In iis quatuor teſtimoniis animaduerto, Sacerdotes primo pro defunctis orare, ac ſacrificium offerre. Hinc, expetere illis requiem in regno Dei, & reliquorum ſanctorum conſortium. Inde, credere illas quodam in loco detineri, in quo pœnas luunt & tormenta. Denique, iuuari poſſe ſacrificiis & precibus viuentium.

IDEM D. CLEMENS OCTO LIBRIS collegit Conſtitutiones Apoſtolorum: & in iis ſacrificatur & ſupplicatur pro defunctis: aduerſus 32. & 33. Caluinianorum errorem.

CAPVT XVIII.

DOCTOR.

IN octo libris quos Græce ſcripſit, De conſtitutionibus ſanctorum Apoſtolorum, non ſemel meminit idem B. Clemens, Oblationum & Precum pro fidelibus defunctis. MIN. At, nunquam ſibi in animum inducent Caluiniani, illum libros eos conſcripſiſſe, niſi authoribus fide dignis idipſum comprobes.

DOCT. Id facio plurimis & locupletiſſimis teſtimonijs. Primum enim nemo mentis compos negabit ab Apoſtolis multa facta, deinde, viuæ vocis oraculo dictata, & A ſucceſſoribus relicta eſſe inſtituta, quæ ſuis eorum ſcriptis expreſſe non comprehenduntur. Paulus enim magna authoritate præcipit, *Stare, & ſeruare Traditiones, quas didicimus, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam.* Eccleſias quoque per Aſiam viſitans & confirmans, iubebat cuſtodire præcepta Apoſtolorum, & Seniorum. *Tradebat* (ait B. Lucas) *eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant Ieroſolymis.* Corinthijs quoque præcipit, vt omnia recte & ordine fiant inter illos. Et de ritibus celebrandæ Euchariſtiæ dicit: *Cætera, cum venero, diſponam.* Et ad Titum, quem in Creta reliquerat Epiſcopum, ſcribit: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas: & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, &c.* 2. Theſſ. 2. Act. 15. & 16. 1. Cor. 14. 1. Cor. 11. Tit. 1. B

MIN. Hæc adeo certa & clara ſunt, vt & Caluinus ipſe, vi adactus veritatis Traditiones eas agnoſcat & fateatur ſcribens: *Nos quidem non negamus, quin aliquæ fuerint Traditiones Apoſtolorum non ſcriptæ, quæ pertinerent ad ordinem & politiam.* Et rurſum poſtea: *Nemini mirum videri debet. Pauli pugnam cum beſtiis à Luca prætermiſſam: quandoquidem in Actis Apoſtolicis non legimus omnia cõmemorata, quæ Paulus de ſeipſo ſcribit, 2. Corinth. 11. v. 24. vbi ſe ait à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepiſſe, ſeque præterea narrat, naufragium ter feciſſe, & latronum pericula, multaque id genus alia refert, quæ in Luca non legimus.* Has autem Traditiones non ſolum ad externam Eccleſiæ politiam, ſed & ad quædam fidei & religionis dogmata pertinere, idem ipſe alibi confitetur, vt etiam Marloratus exſcribit his verbis: *Sunt qui hæc, Tenete traditiones, &c. ad præcepta externæ politiæ reſtringunt, ſed perperam, modum ſtandi indicat. Atqui res longe altior eſt externa diſciplina. Vocat ergo Traditiones Paulus quidquid ſe docente & tradente didicerant Theſſalonicenſes, h. e. Euangelii doctrinam de vera pœnitentia erga Deum, veraq́; fide in Dominum Ieſum.* Et aliquanto poſt addit: *Agnoſcimus nos traditiones Apoſtolicas non minus recipiendas eſſe, quam ſcriptas Epiſtolas, &c.* DOCT. Clariſsima certe profeſsio, & quæ iugulum omnium nouiſsimarum hæreſeon petit. Nam inter nos & illos confecta res eſt, ſi iſtius profeſsionis verbis conſtanter ſtare voluerint: quandoquidem nihil Catholicũ oppugnant, quod non vel apertis Scripturis, vel Traditionibus Apoſtolicis abunde comprobetur. MINIS. Idem rurſum Caluinus contendit. *Multa ſacra, veraque non fuiſſe ſcripto tradita inter Iudæos.* 2. In 1. Cor. c. 11. v. 2. C In 1. Cor. c. 15. v. 32. In 2. Theſ. c. 2. v. 15. D In 1. Cor. c. 10. v. 1.

Sed

Prolegom. in l. de hæreſ. Auguſt. Sed & Lambertus Danæus Caluiniſmi magnus aſſertor, ſcribit: *Vera pietas à Deo Adamo, & ab Adamo Noæ, à Noa autem filiis & poſteris per manus tradita fuit.* Vbique traditiones non ſcriptas, etiam in rebus fidei, æque vt ſcriptas probantes & ſuſcipientes.

3. *Philip 4.* Supereſt ergo vt demonſtres Clementem Pauli cooperatorem, Petri ſucceſſorem, aliorumq; Apoſtolorum auditorem, ſcriptis excepiſſe, & poſteris reliquiſſe libros illos octo Conſtitutionum Apoſtolicarum, qui nomine illius Græce, & Latine feruntur. *Niceph. l. 3. c. 18.* DOCT. Septem tibi vno ſimul faſce ex Græcis & orientalibus teſtes produco, quorum primus ait: Hunc (Clementem) & Apoſtolicarum Conſtitutionum, & ſacrorum quoque Canonum, authorem eſſe credimus:] quod non priuato nomine, ſed cunctorum Græcorum dictum eſt. *Ad canonē 60. Apoſtol.* Zonaras in expoſitione cuiuſdam Orationis S. Athanaſij, eiuſdem eſt ſententiæ. *In 1. Epiſt. ad Timot.* Oecumenius idem probans, eum librum vocat Διατάξεων, id eſt, Informationem ac inſtitutionem Apoſtolicã. *L. 4. de fide orth. c. Hom. 53. in Matth. Epiſt. ad Amon.* Nicolaus Methonenſis, Io. Damaſcenus, & Chryſoſtomus, ſancta velut conſpiratione, Scriptum appellant, Canones, ſeu normam Apoſtolicam. Denique, magnus Athanaſius nominat, Doctrinam Apoſtolicam. MIN. Mihi profecto magna eſſet religio tot tantiſque ſanctis & doctis Patribus peruicaciter contradicere.

4. DOCT. En rurſum tres alios æque doctos ac antiquos Patres Græcos in teſtimonium profero. Primus eſt, ſanctus Petrus Alexandrinus Patriarcha, & Martyr, qui primus impietatem Arrij retegens, eum à communione Chriſtianorum deiecit. Ille tradẽs ieiunia feriæ quartæ & ſextæ nobis iniuncta eſſe per Canones Eccleſiaſticos, eos intelligit, qui ex his Conſtitut. Lib. 5. c. vltimo, ſumpti fuerunt. *Catecheſi 18.* Cyrillus ſacrorum Ieroſolymorum Patriarcha eaſdem Conſtitutiones laudans, narrationem de Phœnice ab Ethnicis probatam, ex iis aſſumit ad probandam aduerſus eoſdem Ethnicos carnis reſurrectionem. Epiphanius præ cæteris hos Conſtitutionum libros agnoſcit, & ad probanda fidei noſtræ dogmata aduerſus omnes hæreſes in aciem educit. Nam in primis aduerſus Aerianos ex iis libris probat ieiunandum eſſe feria quarta & ſexta, ac hebdomada feſtum Paſchatis præcedente. Aduerſus Audianos adfirmat in his libris nihil reperiri, quod fidei Chriſtianæ, vel regimini Eccleſiæ repugnet. Nihil (inquit) hic liber habet peruerſum in fide atque confeſſione: ſed neque in Eccleſiaſtica gubernatione.] Eoſdem præterea citat velut authenticos, contra Maſſalianos, eos appellando Apoſtolicas conſtitutiones, & diuinos ſermones. Iterum, aduerſus Collyridianos, ex iiſdem confirmat ordinem Diaconiſſarum pridem in Eccleſia receptũ, alioſque gradus Eccleſiaſticos.

5. Illis, & hos quatuor iterum coniungo. Proclum Conſtantinop. Patriarcham, iiſdem Conſtitutionibus vtentem, eo capite, quod inſcripſit, De traditione diuini ſacrificij. Sequitur Photius, & ipſe Conſtantinopolitanus Patriarcha, qui de iis libris ait: *Bibliotheca græc. pag. 155.* Κλήμεντος τῆς Ῥώμης Διατάξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Clementis Romani Conſtitutiones ſanctorum Apoſtolorum. Has perlegit, probauit, laudauit, vt vere à ſancto Clemente Apoſtolorum auditore collectas & conſcriptas: eaſdemque defendit contra tres ordines accuſatorum & accuſationum, quæ iis obiiciebantur: *L. de Spiritu ſancto. c. 27.* Accedit Baſilius magnus, qui conſignationem ſanctæ crucis, ritum orandi verſus Orientem, Benedictionem aquæ baptiſmatis, olei vnctionis, renunciandi Satanæ & angelis eius: inſuper, pias in conficiendo & miniſtrando ſacrum Euchariſtiæ myſterium ceremonias, tribuens Traditionibus Apoſtolorum, ad hos ſancti Clementis libros, vſurpatis etiam eorundem verbis, pro certo reſpicit. *L. 3. hiſt. c. 19.* Ante hos omnes, Euſebius Cæſarienſis fatetur quoſdam quidem his libris Conſtitutionum contradixiſſe, eos nihilominus ad eundem refert ordinem, quo Epiſtolam B. Barnabæ, & Apocalypſin B. Ioannis, de quibus aliquando dubitatum fuit.

6. Et ad maiorem præterea, huius rei fidem, & vt euidentius inſpicias, quam firmis nitantur fundamentis dogmata Catholica, adiiciam etiam ipſorum Apoſtolorum Canones, à ſexta Synodo generali probatos, in quorum vno, poſt commendationes librorum veteris & noui Teſtamenti, laudantur huius B. Clementis Epiſtolæ duæ, Præceptiones Apoſtolorum in libris octo nuncupatæ. *Can. 84.* *Ignatius.* Ignatius martyr, & B. Io. diſcipulus, Petrique in Eccl. Antiochena ſucceſſor, in Epiſtolis quas priſci omnes honori magno cumulant, ſæpius ipſamet verba, & integras ſententias Clementis in his Conſtitutionibus comprehenſas allegat, ſuaſque facit. Specialiter in Epiſtola ad Trallienſes citat Sabbathi, Dominicæ, ac Paraſceues obſeruationem. In Epiſtola ad Philippenſes

ſes inſtitutionem Quadrageſimæ hebdo- A
madæ paſsionis, & ſanctum diem Paſchæ. In Epiſtola ad Magneſianos, nihil agendum eſſe in Eccleſia abſque authoritate Epiſcopi. Et vt paucis multa complectar, in vnaquaque Epiſtolarum ad verbum plurima ex illis Conſtitutionibus ſancti Clementis ſeligit, quæ tum ad integritatem fidei, tum ad eccleſiaſticam politiam, tum denique ad bonos mores formandos pertinent, & ſuis Epiſtolis inſerit: quibus eas ſe legiſſe & probaſſe demonſtrat.

Auctarium adiicio vniuerſas Orientis Eccleſias, quæ in feſto eiuſdem S. Clementis hæc in eius lectione canunt: Apoſtolorum B
conſtitutiones conſcripſit, atque Romanæ Eccleſiæ Pontificatum geſsit.] Adhæc, tre-
Artic.6. centi, octoginta, & tres Antiſtites, qui ex toto fere orbe in octauam ſynodum Conſtantinopolitanam coierunt, profeſsi ſunt ſe admittere *ſanctorum Apoſtolorum* τὰς ἱερὰς διατάξεις καὶ τοὺς κανονικοὺς τύπους, *ſacras Conſtitutiones, & canonicas formas.* Nimirum, quæ à beato Clemente illorum auditore & ſucceſſore fuerunt eximia fide & diligentia collectæ.

8\. Vis, denique, vt & meridiei Eccleſias in teſtimonium aduocem? Vniuerſæ enim illæ, quæ per Aethiopiæ latiſsima & plurima C
regna Pretioſi Ioannis imperio, à temporibus Eunuchi (quem B. Philippus docuit &
Act.8. baptizauit) & Diui Matthæi Apoſtoli ac Euangeliſtæ temporibus, in hunc vſque diem in Apoſtolica fide & profeſsione Chriſtiana
Damianus à Goes. perſeuerant, hos octo libros conſtitutionum religioſe ſeruant, legunt publice, ab iis depromunt normas & ceremonias Eccleſiaſticas, & lingua ſua vocant Manda, & Abethilis. Non ampliores probationes deſideras. MIN. Non deſidero: quandoquidem ad firmandam ſacrorum Euangeliorum veritatē aduerſus Ebionitas & Manichæos: vel vniuerſum corpus Bibliorum aduerſus D
Turcas vel Atheos, non poſſent experi locupletiores aut ſolidiores ipſo conſenſu antiquorum, ac totius orbis Eccleſiarum. Quamobrem cum abunde probaueris B. Clementem Rom. authorem eſſe illorum librorum: ſupereſt vt oſtendas in iis ſacrificia & preces pro defunctis, & per conſequens Purgatorij doctrinam firmari.

9\. DOCT. Libro eorum ſexto, hæc conti-
Cap. 19. [illegible] nentur. Conuenite in cœmeteriis ad legendos ſacros libros & canendum Pſalmos pro mortuis, Martyribus, & ſanctis omnibus, qui ſunt à ſæculo defuncti, ac pro fratribus veſtris qui in Domino mortui ſunt: & Euchariſtiam Deo acceptam offerre in Eccleſiis veſtris.] En conſtitutio S. Apoſtolorum in primo Eccleſiæ ſæculo promulgata. MIN. Hinc perſpicio Euchariſtiam ſacrificium eſſe: pro defunctis oblatum: preces pro iiſdem fuſas: idque in ſacris & publicis Chriſtianorum cœtibus. Sed cur additur, pro Martyribus? Num Auguſtinus docet, Iniuriam fieri Martyribus, ſi oretur pro illis? DOCT. Pro Martyribus, gratiarum actiones redduntur Deo, qui eos & martyres & glorioſos fecit: pro aliis pœnarum leuationes ſunt, & preces vt cito liberati, in cœlis collocentur. MINIS. Quid inſuper, ſibi vult pro ſanctis omnibus oblatio? Quinam ſunt ij Sancti? DOC. Phraſi Apoſtolica, omnes Chriſtiani Catholici: cuiuſmodi ſunt etiam hi qui in pœnis Purgatorii detinentur: quod facile intelliges ex his eiuſdem B. Clementis verbis.

Ait enim libro octauo: Memoremus mar- 10.
tyres Sanctos, vt mereamur certaminis eo- *Cap. 13. alias 19.*
rum participes fieri. Precemur quoque pro iis, qui in fide requieuerunt.] Vides laudari Deum, quod Martyres coronarit, cum deſiderio communicandi eorum certaminibus: & pro aliis orari, qui cum fide ex hoc ſæculo tranſierunt. Deinceps ſtatuitur: Pro *L.8.c.40. alias 47.*
defunctis, qui in Chriſto quieuerunt, poſtquam Diaconus edixit orandum eſſe, adiungit etiam hæc: Oremus pro fratribus noſtris, qui in Chriſto requieuerunt, vt Deus ſummæ erga homines caritatis, qui animam defuncti ſuſcepit, remittat ei omne peccatū voluntarium, & propitius ac beneuolus ei factus, collocet eam in regione piorum, qui laxati ſunt in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, vnde fugit dolor, mœror, & gemitus.] Hactenus conſtitutio Apoſtolica. Paulo poſt etiam hæc pro defunctis orandi formula: Reſpice hunc ſeruum tuum, Domine, quem in aliam ſortem elegiſti & aſſumpſiſti: & condona ei ſiquid tum volens, tum nolens peccauit, & exhibe ei Angelos beneuolos, & colloca eum in ſinu Patriarcharum, Prophetarum atque Apoſtolorum, &c.] Ibidem rurſum ſtatuitur, vt die tertia pro defuncto oretur, in memoriam Saluatoris tertia die à mortuis excitati: nona vero die, in memoriam viuorum & mortuorum & quadrageſima, in memoriam lacrymarum, quas po- *L.8.c.42 alias 48.*
pulus Iſraeliticus totidem diebus effudit pro Moyſe: & in anniuerſario præcipitur vt eleemoſynæ diſtribuantur pauperibus in fauorem

rem defuncti.] Atque hæc ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, per beatum Clementem cōſcriptis, & Eccleſiæ traditis. MIN. Si tantundem præſtes de Scriptis S. Dionyſij Areopagitæ, magno me beneficio deuinces.

SCRIPTA QVAE B. DIONYSIO TRIbuuntur, vere illius ſunt: & in his comprobantur preces pro defunctis: aduerſus 34. & 35. Caluinianorum errorem.

CAPVT XVII.

DOCTOR.

QVid porro tradunt, dictantque Authores veſtri de celeberrimo, ſanctiſsimo, antiquiſsimoque iſto B. Pauli diſcipulo, reliquorumque Apoſtolorum auditore, demum & Martyre? MIN. Eum quo poſſunt violentius diſcerpunt, & virulentius proſcindunt. Nam Author Clypei fidei Caluinianæ vocat eum, *Hominem arrogantem, mendacem, ſomniorum effictorem, inſolentem, quique nunquam fuerit S. Pauli diſcipulus.* (*Dialog. 15.*) Lambertus ex Caluini & Bezæ diſciplina, ait eum, *Hominem plane Platonicum, & Chriſtiana fide leuiter tantum tinctum, ſi modo tinctus fuerit, nedum vt ſit ille Areopagita Dionyſius Pauli diſcipulus.* (*Com. in 58. cap. Enchirid. Aug.*) Beza accuſat eum *maxima arrogantia, atque iactantia, quod de cœleſti hierarchia librum ediderit.* (*Annot. in Epiſt. Coloſſ. c. 2. v. 18. In Act. Apoſt. c. 17.*) Sed præ cæteris, Marloratus & Caluinus in eum debacchantur, eiuſque omnes libros cenſuræ ſubmittunt, oblatrantes *illos ab extremis barbariæ finibus eſſe repetitos qui cœleſtem Hierarchiam illi tribuunt, pleniſsimam* (aiunt hi noui euangelici & modeſti apoſtoli) *monachalibus commentis, abſurdis & improbis ſpeculationibus, &c.* Nec enim opus eſt, vt omnia maledicta referam, quæ impingunt illi Valla, Eraſmus, Lutherus, Bucerus, Brentius, Gualtherus, & ſimiles.

Confut. 1. DOCT. His maledictis inſipientiam, & animi ſui furorem omnibus piis exſibilandum, & execrandum propinant: nihil aliud pro iis conſequuntur. Catholici vero è contra, euidentiſsimis rationibus, & firmiſsimis veterum authoritatibus comprobant ſupra dictos libros vere eſſe illius Dionyſij Areopagitæ & Martyris, (*Act. 17.*) quem B. Paulus ſacris Chriſtianis initiauit, & ſalutaribus vndis Athenis, regenerauit, primo Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculo. Atque hæc ſit prima probatio, quam nemo Miniſtrorum Geneuenſium

A vnquam diſſoluet. Attenta lectio eorum librorum aperte docet Authorem vere Chriſtianum & pium, eruditum Philoſophum & Theologum fuiſſe (quidquid contra blateret Danæus:) quique ſanctos Apoſtolos ſedulus audierit; Ecclypſin Solis, quæ in morte Chriſti facta eſt, propriis oculis conſpexerit: (*L. cœleſt. hier. c. 6. Epiſt. ad Apoloph.*) quique B. Deiparæ interfuerit obitui: (*L. de diuin. nom.*) condiſcipulos Titum & Timotheum in Pauli ſchola habuerit, vt in libris illis perſæpe author eorum conteſtatur. (*Epiſt ad Titum, Caium, Polycarpum.*) Atqui talis non poteſt fuiſſe Dionyſius Corinthius, (vt prudentior effectus putat Beza:) nec alius quiſquam, qui (iuxta Magdeburgenſes) trecentis B vel quadringentis annis in Eccleſia poſtea floruerit: alias impoſtor eſſet manifeſtiſsimus & improbiſsimus: quod nemo adhuc dicere vel ſcribere præſumpſit. Satis ergo exploratum & compertum eſt, hunc Authorem eſſe B. Dionyſium Areopagitam quem Paulum Athenis ad Chriſtum perduxiſſe Lucas ſcribit. (*Act. 17*)

MINIST. Teſtimonium habes antiquorum, quibus id ita eſſe conſtare poteſt? 2. DOCT. Quatuor ſimul è media Græcia tibi produco, Michaelem Glycam, Nicephorum Caliſtum, Michaelem Syngelum, atque Suidam, (*L. Annal. L. 2. hiſt. c. 10. Encom. Lexico.*) qui omnes ſcriptis publicis aſ- C ſeuerant hunc eſſe authorem librorum de cœleſti & eccleſiaſtica hierarchia, de diuinis nominibus, de myſtica Theologia, & decem Epiſtolarum, quarum vna ſit ad Ioannem Euangeliſtam, qui in cœna ſuper pectus Domini recubuit. Quod ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, non multo magis in horum quatuor, qui de rebus Græcis & orientalibus certius aliis proferre poſſunt? MINIST. Id minime in dubitationem reuoco ſed antiquiorum teſtimonia requiro.

DOCT. Ioannes Damaſcenus ante ſexcentos annos proprio nomine Dionyſij A- 3. *Damaſcen.* D reopagitæ ad aliorum differentiam, eum citabat, & integras eiuſdem ſententias referebat libro primo Parallelorum, cap. 15. & 22. libro tertio, cap. 49. & 56. Idem rurſum præſtat libro primo de fide orthodoxa, cap. 12. & 15. & libro ſecundo, cap. 3. Denique, idem Oratione prima de imaginibus, citat eius Epiſtolam ad Timotheum, & librum de diuinis nominibus. Damaſceno adhuc antiquior Metrodorus, vitam huius noſtri Dionyſij deſcribens, illi ſupradictos omnes libros adſcribit. (*Metrodorus.*) Georgius Pachymeres eo adhuc ætate ſuperior, nō modo idē præſtite- (*Georgius Pachym.*)

Digitized by Google

rat: ſed etiam venuſta & eleganti paraphra- A ſi, librum de cœleſti hierarchia explicauit: opuſque illud B. Athanaſio Alexandrino Patriarchæ dicauit. Eodem ſæculo Photius Patriarcha, initio Bibliothecæ, meminit cuiuſdam Theodori Presbyteri, qui libris editis refutauit obiectiones, quas priſci hæretici aduerſus libros magni Dionyſij Areopagitæ adferebant, vt ne horum authoritate conuincerentur: adfirmatque illum eſſe de quo in Actis, c. 17. agitur. Athanaſius Antiochenus Patriarcha, lib. 7. Hexameron, eundem Dionyſium cum hac ſolenni præfatione allegat: Celeberrimus, & diuinarum rerum myſta Apoſtolicus Dionyſius dicit in ſa- B pientiſsima ſua Theologia, &c.] Maximus confeſſor Tract. de Eccleſiaſtica myſtagogia, talem eum agnoſcens, citat eundem his honorum inſignibus: Quoniam à ſanctiſsimo, & vero Dei interprete Dionyſio Areopagita in ſuo opere de Eccleſiaſtica hierarchia. &c.]

Photius. Pag. 1. Græci exempl. Auguſtani.
Athan.
Maximus.

4. Atque vt omnem ſuſpitionem in quam poſſet quotuſquiſque fortaſsis incidere, tollam, mirum referam, quod iſta ætate noſtra contigit. Martinus Cruſius, & alij Germaniæ miniſtri Lutherani Vvitebergenſes & Tubingenſes, ſcripta ad Ieremiam Conſtantinop. Epiſtola, inquiſierunt, quænam eſſet C totius Græciæ de hoc Dionyſio, & libris eius ſententia? Ille per Theodorum Zygomalam ſcribam ſuum reſpondit: Scitote Areopagitam à nobis virum diuinum haberi, & ſecundum Apoſtolos Chriſti, ab Eccleſia honorari: librumque eius à nobis probari, & fide digna quæ in eo ſcripta dici.] MIN. Iam decem Patrum Græcorum fidem pro vno Dionyſio Areopag. protuliſti, quibus qui non adhæſerit, mentis ſe & iudicij expertem palam oſtendet.

Turcogræcia, lib. 1. col. 97.

5. DOCT. Alios rurſum multo plures de eodem, & ſcriptis eius teſtificantes exaudi, vt ſaltem confundatur & erubeſcat Calui- D nianorum maledicentia & peruicacitas, ſi non conuertatur. S. Ioannes Epiſcopius Scythopoleos, & S. Maximus confeſſor (cuius meminit Photius) præclara in lucem ediderunt ſcholia in opera eiuſdem Dionyſij Areopag. eum perhibentes fuiſſe Pauli diſcipulum, ab eoque primum Athenis epiſcopum ordinatum: deinde, in Gallias veniſſe.

Bibliotheca græca, pag. 263.

6. Præterea, Origenes ante mille & trecentos annos, quandam ex illo transſcribens ſententiam expreſſe vocat eum Areopagitam, ne quis de Corinthio, Alexandrino, vel Romano interpretetur. Gregorius per antonomaſiam dictus Theologus, citata ex capite ſeptimo Cœleſtis hierarchiæ huius authoris ſententia, illico ſubdit: Hæc ante nos vn⁹ aliquis tractauit pulcherrime, ac ſubtiliſſime: quibus noſtrum Areopagitam non obſcure deſignat. Dionyſius Corinthius (quem Beza imperite cum hoc confundit) in Epiſtola ad Sotherum Epiſc. & in alia ad Athenienſes, ex profeſſo noſtrum Dionyſium Areopag. nominat, & erudita eius ſcripta probat.

Hom. 2. in diuerſ. Cant. de
nau. Chriſti.
Dion. Corint.

7. Si tot, tantiſque contentus non fueris teſtimoniis, ecce centum & quinquaginta vna manu facta præſto ſunt in concilio Conſtantinopolitano, qui eadem voce laudant elegantem doctamque Sophronij Patriarchæ Ieroſolymitani Orationem, in qua dogmata ſua confirmat ſcriptis B. Dionyſij Areopagitæ, nequaquam dubitantes libros ei tributos gneſios eſſe.

Sexta ſyno. Act. 11.

8. Inſuper, addo & alios ducentos, qui octauo concilio Conſtantinopolitano ex toto oriente interfuerunt, qui & libros illius publice legendos curauerunt; & ſancti Agathonis Papæ Epiſtolam comprobauerunt, in qua citatur liber de diuinis nominibus, velut proprium opus Dionyſij Areopagitæ, &c. Tanta nube teſtium ac teſtimoniorum tibi ſatis factum eſt?

Synodus 8.
Agatho.

9. MIN. Quem non contentum redderent conformes, & plane inter ſe conſentientes trecentorum & ſexaginta ſanctiſsimorum atque doctiſsimorum totius Orientis Patrum publicæ teſtificationes? Nunc tantum requiro Patrum Latinorum conſenſionem. DOCT. Antoninus, Honorius Auguſtodun. & Beda ſcribunt hos D. Dionyſij Areopag. libros ſeruatos fuiſſe in bibliotheca imperiali Conſtantinop. & ab ea allatos, & exhibitos fuiſſe patribus cuiuſdam Concilij in vrbe habiti annis circiter ſeptingentis à nato Saluatore: quod & ſcriptis ſuis Magdeburgenſes Centuriatores inſeruerunt.

Centuria 7. col. 210.

10. S. Martinus Papa ante nongentos annos in frequenti centum & quinquaginta Patrum concilio, Romæ celebrato, probabat aduerſus Monothelitas, in Domino IESV Chriſto duas eſſe diſtinctas voluntates, Diuinam videlicet & humanam, authoritate fretus præſertim S. Dionyſij Areopagitæ, ex iis operibus quæ ſunt in manibus, deſumpta.

11. Carolus Magnus Imperator maximus, magnopere

A magnopere cohortatus eſt Ioannem Scotum, vt eos libros è græco ſermone in latinum conuerteret. Ludouicus Pius eius filius, & hæres imperij, præcepit Hilduino ſancti Dionyſij Abbati doctiſsimo, vt accurate perſcrutaretur, & denuo conuerteret omnia quæcunque occurrerent illius Apoſtolici viri opera. Idem Hilduinus Deo maximas rependit gratias, ex eo quod Michael imperator Conſtantinop. per legatos ſuos miſiſſet in Galliam omnes illius Areopagitæ libros. S. Gregorius Turonenſis mille abhinc annis eoſdem vt gneſios allegauit. S. Gregorius Papa anno quingenteſimo nonageſimo B poſt aduentum Saluatoris, ex iiſdem egregios ſermones quos inſtituerat de nouem ordinibus, & tribus hierarchiis Angelorum, confirmauit. Anaſtaſius Romanus bibliothecarius Caroli Magni diligentiam celebrat, quod ſolicite perquiſierit, & magno ſtudio euoluerit reperta opera S. Dionyſij Areopagitæ.

Hom. 34. in Euang.

Epiſt. ad Carolum mag.

MIN. Satis copioſe ac diffuſe, quæ volebam à te præſtitiſti: iis enim qui contenti non fuerint, nec eiſdem ſufficerent innumera. Reliquum eſt, vt deſignes in his libris B. Dionyſii Areopagitæ preces pro defunctis contineri. DOCT. In libro de hierarchia Eccle- C ſiaſtica, tractatu de iis, quæ circa quieſcentes fiunt, rationem reddens vir Apoſtolicus, cur orationes funebres habebantur, ſubiungit: Accedens venerabilis Antiſtes precem ſuper eo (defuncto) ſacratiſsimam peragit.] Et paulo poſt: Oratione pro omnibus facta, honeſto in loco ponit corpus, cum æqualibus aliis corporibus ſanctis. Poſtea explicans iſtarum precum argumentum, ait: Precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto, eumque in luce ſtatuat, & regione viuorum, in finibus Abrahæ, D Iſaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus.] MIN. Cum hæc defuncto bene precetur Eccleſiæ Paſtor, ſupponit profecto defunctum illum teneri in loco obſcuro, tenebroſo, ac doloribus & gemitibus pleno, cuius generis eſſe Purgatorium perhibetur.

Cap. 7. parte 1. & 2.

Parte 3.

12\. Nonne vero beatus Areopagita tradit, vnde hæc ſententia, & pro defunctis orandi forma profecta eſt? DOCT. Tradit certe ab Apoſtolis ſanctis præceptoribus ſuis acceptam eſſe, his verbis: Quæ vero de huiuſmodi prece quam peragit Antiſtes, ex diuinis Ducibus noſtris traditio peruenit ad nos, operæpretium eſt vt dicamus.] Quibus verbis extra omnem dubitationem beatos Paulum, Petrum, Ioannem, alioſque Apoſtolos intelligit, quibus cum fuerat conuerſatus. MIN. Hæc inficiari nequeunt, niſi qui bene & nauiter fuerint impudentes. Ad aliud ſermonem conuerte.

Parte 3.

BEATI HERMAE, SEV HERMETIS Pauli diſcipuli ſcriptum laudarunt antiqui Patres: & in eo Purgatorium comprobatur: aduerſus 36. & 37. errorem.

CAPVT XVIII.

MINISTER.

GEſtit animus ſcire, vtrum ſanctus Hermes, ſeu Hermas, de quo Paulus meminit, eos ediderit libros, qui eius nomine proſtant: ibique confirmetur doctrina Purgatorij? Nam quatuor Miniſtri Centuriatores non ſolum eos procul relegant, ſed etiam adfirmant Irenæum illorum nequaquam meminiſſe.

Rom. 16.

Cent. 2. col. 72.

DOCT. Negent quantumcunque & quodcunque libuerit: ego Dei fretus auxilio, vtrumque verum, ac proinde illos planos eſſe improbiſsimos oſtendo. In primis namque Vir apoſtolicorum temporum, & beatiſsimus Martyr Irenæus, ante mille & quadringentos annos, libros eos tanquam gneſios & laudauit & probauit, ſcribens: Bene ergo pronunciauit Scriptura, quæ dicit: Primo omnium crede, quoniam vnus eſt Deus, qui omnia conſtituit & conſummauit, & fecit ex eo quod non erat, &c.] Hæc enim verba ſunt illius Hermæ in libro, qui nominatur Paſtor.

Confut. 1.

Lib. 4. c. 37.

Et vt omnes tecum impudentiſsimum mendacium Centuriatorum & videant & deteſtentur, ecce Euſebij de Herma & ſcriptis eius verba, etiam Muſculo hæretico Germano interprete: Quoniam vero idem ipſe Apoſtolus (Paulus) circa finem Epiſtolæ ad Romanos, vbi quoſdam ſalutat, etiam Hermæ cum aliis mentionem facit, & ob id librum Paſtoris huius eſſe dicunt, ſciendum eſt etiam illi à nonnullis eſſe contradictum, quapropter non eſt illis adnumeratus, qui pro certis habentur. Ab aliis vero ſumme neceſſarius eſt potiſsimum iudicatus, qui elementaria introductione opus habent, vnde eum & in Eccleſiis vulgatum eſſe ſcimus,

2. Lib. 3. hiſt. c. 4.

Cap. 16. v. 14.

mus, & nonnullos antiquiſsimorum Scri- A
ptorum illo vſos eſſe accepi.] Idem rurſum
Lib.5.hiſt. c.8. Euſebius de Irenæo ſcribit: Nouit, & probat ſcriptum Paſtoris dicens: Recte autem Scriptura illa pronunciauit, quæ dicit: Ante omnia crede vnum eſſe Deum, qui cuncta creauit, &c.] Habes primo Magdeburgenſes miniſtros duplici Euſebij teſtimonio mendacij conuictos: hinc, Hermæ ſeu Paſtoris, Pauli auditoris ſcriptum, Irenæi & aliorum antiquiſsimorum ſcriptorum authoritate probatum, tanquam ſumme neceſſarium: inde, ante mille & quadringentos annos in Eccleſiis vulgatum: tametſi de eo à nonnul- B
lis initio dubitatum ſit ſicut & de Apocalypſi, & de quibuſdam Epiſtolis, de quibus iam non ambigitur.

3. MINIST. Habeo ſane aperta & certa. Sed quia maioris ponderis eſſet, ſi alij teſtes accederent, ſi quos habes adducas velim. *Lib.1. periar.c.3.* DOCT. En tibi magnus Adamantius Origenes, qui temporibus Martyrum in orbe floruit, is (inquam) vt comprobet ſummam Dei vnitatem, eam ipſam Hermæ ſententiam, quam Irenæus refert, in medium producit. *L.10.periar.c.11.* Et idem poſtea teſtatur, Hermam iuſſum fuiſſe (ab Angelo) duos libellos ſcribere, & dare vnum Clementi, & v- C
num Graptæ, vt Graptæ quidem commoueret viduas & orphanos, Clemens vero mitteret per omnes ciuitates, quæ ille à Spiritu didicerat. *L.10.com. ad Rom.in cap.16.* Exponens quoque Epiſtolam ad Romanos, cum peruenit ad locum, vbi Paulus Herman ſaluere iubet, iſta ſcribit: Puto quod Hermas iſte ſit ſcriptor libelli illius qui Paſtor appellatur: quæ ſcriptura valde mihi vtilis videtur, & vt puto, diuinitus inſpirata.

4. Accedunt & magni Athanaſij hæc grauiſſima teſtimonia: *L.de incarnatione Verbi.* Ex vtiliſsimo Paſtoris libro (creatio omnium ex nihilo probatur) pri- D
mo, crede vnum eſſe Deum, qui condidit omnia, & abſoluit.] *Epiſt.quod Nicena ſynodus.* Et alio in loco Arrianis inconſtantiam exprobrans, addit: Hi ſunt, vt Paſtor dixit, Progenies diaboli, quique ſpecimen potius cauponum, quam magiſtrorum præ ſe ferunt.] Obiectam porro ſibi ab Arrianis ex eodem libro Paſtoris ſententiam, modeſte diluit ac interpretatur: non autem negat illius eſſe.

5. *Clem.* Clemens Alexand. ſcribit libro primo & ſecundo Stromatum, Angelum paſtoris habitu cum hoc Herma colloquutum eſſe, eidemque plurima reuelaſſe, quorum partes quaſdam ſcriptis ſuis inſerit. Idem rurſus ſcripta eius laudat & probat ſemel libro quarto: iterumque ſemel & ſecundo eadem allegat ſtromatôn ſuorum libro ſexto: quibus ſatis oſtendit ſe iſtum authorem & ſcripta eius magni feciſſe.

MINIST. Huiuſmodi probationes Eccleſiarum Græcarum mihi videntur ita firmæ, vt expugnari à quoquam non valeant: 6.
ad Latinas accedamus. DOCT. Sedulius *In c.6. ad Rom.* adfirmat, ſcripta eius non tantum vtiliſsima, ſed & diuinitus inſpirata eſſe. Hieronymus *In Catalog.* refert illum inter illuſtres & Eccleſiaſticos ſcriptores, aſſeritque huius ſcripta publice lecta fuiſſe in pleriſque Eccleſiis velut vtiliſsima, plurimos denique antiquorum iis vſos eſſe. Ruffinus libros eius vocat Eccleſiaſticos. *Expoſit. Symb.* Tertullianus antequam in hæreſin incidiſſet, plurimas orantium Chriſtianorum cæremonias ex iiſdem comprobauerat. *Lib. de Orat.* Sanctus Pius Papa & martyr, eum deſignauit noſtræ fidei doctorem, ac Scripturarum interpretem, cui diuinus Angelus perſona Paſtoris apparuit, plurima reuelauit, vt hinc nomen Paſtoris retinuerit. MIN. Iam plus ſatis probationum: quid de Purgatorio dicat ſubijce.

DOCT. Hæc ſunt verba, quæ ſibi ab Angelo dictata profitetur, libro primo, viſione tertia, etiam iuxta editionem à veſtris præconibus in lucem emiſſam, Baſileæ anno Domini 1569. 7. *Lib.1.viſ.3.* Habent aliqui pœnitentiam, ſed in hac turre non poſſunt conuenire. Alio autem loco ponentur multo inferiore, & hoc cum cruciati fuerint, & impleuerint dies peccatorum ſuorum. Et propter hoc transferentur quoniam perceperunt verbum iuſtum, & tunc illis continget tranſferri de pœnis cum aſcenderint in corda ipſorum opera quæ operati ſunt ſceleſta.] Idem rurſus in quarta viſione, hæc refert *Viſione 4.* ab angelo ſibi dicta eſſe de quibuſdam: Aurea pars vos eſtis, qui effugiſtis ſæculum hoc, Sicut enim aurum per ignem probatur, & vtile fit, ſic & vos probamini qui habitatis in illis. Qui igitur permanſerint, & probati fuerint ab eis, purgabuntur: & ſicut aurum emẽdatur, & remittit ſordem ſuam, ſic & vos abiicietis omnem anguſtiam & triſtitiam, & emundabimini in ſtructuram turris.] MINIST. Certum eſt eum tametſi obſcure & inuolute, loqui de iudicio, atque defunctorum expiationibus: quæ alibi non contingunt quam in Purgatoriis locis. Proindeque, cum locupletiſsime probaueris tam Euangeliſtarum, quam Apoſtolorum,

ſorum, & Diſcipulorum ſcriptis & traditionibus, Purgatorij doctrinam conſtanter aſſertam fuiſſe primo Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculo: ſupereſt vt tantundem de proximo ſequenti facias.

SECVNDO ECCLESIAE Chriſtianæ ſæculo oblatum & oratum eſt pro fidelibus defunctis: aduerſus 38. Caluinianorum errorem.

CAPVT XIX.

MINISTER.

Pag. 166. GEneuenſes miniſtri in Scuto fidei ſuæ, adfirmant *Eccleſiam primitiuam nunquam preces pro defunctis agnouiſſe, nec illud à fidelibus credendum.* Parentius quoque cum aſ- Inſtruct. pag. 180. & 184. ſeclis, ſcribunt, *nec Tertullianum nec B. Cyprianum in animum induxiſſe fabulam Purgatorij: tantum abeſt, vt aliquid de eo in ſcriptis tradiderint.*

Confut. 1. DOCT. Hanc ſecundam ætatem Eccleſiæ numerabimus à Traiano, vſque ad obitum Seueri, ſub quo Tertullianum floruiſſe In Chronic. notat Euſebius: & facile colligitur ex illius Apologetici capite vigeſimo quarto. MINIST. Certe Criſpinus, & miniſter Hannonienſis in Statu Eccleſiæ, & Simon Suerinenſis Lutheranus, in locis communibus conſentiunt. DOCT. Ab hoc ergo exordior, proboque illum oblationes & preces L. de corona milit. c. 3. pro defunctis comprobaſſe. Ait enim: oblationes pro defunctis pro natalitiis, annua die facimus.] MINIST. Quas oblationes, quæſo, deſignat? DOCT. Eas quæ fiebant in Liturgiis, nimirum, corporis & ſanguinis Chriſti, ſicut ex D. Iacobo, Clemente, Dionyſio, & Iuſtino martyre, Irenæoque etiam martyre aperte colligitur. MIN. Cum tam diſerte loquitur, *Oblationes pro defunctis facimus*, & morem totius Eccleſiæ indicat, & ſeipſum cum eſſet Presbyter Cartaginienſis, inter offerentes connumerat.

2. Sed nonne aliis in locis hanc retractauit ſententiam? DOCT. Nihil minus: imo eandem exponit & confirmat, cum fœminæ viduæ conſulit vt offerat, & requiem poſtulet pro defuncto viro ſuo, his verbis: Pro anima eius oret, & refrigerium interim ad- L. de Monogam. c. 10. poſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius.] Alibi rurſum bigamiam diſſuadens ſcribit. Iam repete apud Deum pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua oblationes an- L. de exhortat. ad caſtit. c. 12. nuas reddas.] Et paulo poſtea: Offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per Sacerdotem.] An non perſpicis preces & oblationes pro defunctis? Eaſque ſolemnes & publicas, quando per Sacerdotem, ad altaria dominica fiebant? Illæ vero non concipiebantur pro iam beatis animabus: minus vero pro reprobis ac perditis: igitur pro iis, qui Purgatoriis locis pœniſque tenebantur.

3. MIN. Hi loci tam manifeſti ac certi ſunt, vt mihi perſuadeam Authores Clypei, & ſuperius nominatos aduerſarios nunquam ſcripta Tertulliani peruoluiſſe: atque ſic eos de eo iudicaſſe vt cæcos de coloribus. Sin vero legerint, non poſſet ſatis digne eorum accuſari mendacium, quo tam impudenter negant illum de precibus pro defunctis obmutuiſſe.

4. DOCT. Superioribus quatuor locis adde, quæ antea de eodem authore recitauimus, L. de anima. 51. nimirum, miraculum quod circa mulierem defunctam contigit, quo tempore Sacerdotis precibus componebatur ad ſepulturam. Sed & hoc refert ad Purgatorium in quo L. de anima, c. 35. & 58. caſtigantur animæ ante reſurrectionē, quod Saluator tradit de Iudice, carcere, & tortore. à quo non liberantur animæ, donec nouiſſi- L. de teſtimonio animæ c. 4. mum pœnarum peccatis ſuis debitarum quadrantem exoluerint.

5. Adde quod affirmet rurſum alio in loco, hanc orandi, parentandi, & defunctis auxi- L. de reſur. carnis c. 1. liandi perſuaſionem inſitam eſſe omnium ethnicorum animis, qui animas immortales eſſe arbitrati ſunt. MIN. Mihi ab hoc authore plane ſatisfactum eſt, huncque habeo teſtem vnum inſtar mille aliorum, quos in hanc rem referre poſſes ex omni eius ſæculi memoria, præſertim cum de hac ſententia tractet tanquam de communi & per omnes Eccleſias viſitata. Procedamus ad ſequens ſæculum.

PATRES TERTII ECCLESIAE Chriſtianæ ſæculi orabant & ſacrificabant pro fidelibus defunctis: aduerſus 30. errorem.

CAPVT XX.

DOCTOR.

MEtiemur ſæculum tertium à tempore Seueri, vſque ad imperium Conſtantini magni, cuius exordium (vt notat Euſebius) contigit anno trecenteſimo vndecimo

Digitized by Google

ab incarnatione Domini. MIN. Qui ſequuntur Caluini, Bezæ, Danæi diſciplinam nunquam fatebuntur aut orationes conceptas, aut oblationes factas pro defunctis, *cum id dicant inuentum eſſe Sorbonicorum & Monachorum*, vti initio colloquij noſtri dictum fuit.

Confut. 1. DOCT. Mihi perfacile & promptum eſt ex Patrum qui tum floruerunt in Eccleſia, ſcriptis contrarium oſtendere ac probare. Et in primis beatiſsimi martyris Cypriani, qui in quadam Epiſtola quoſdam aſſeuerat, propter peccata ſua diutiſsime cruciari per ignem, ac expiari. *Ep. 52. quæ eſt ad Antonian.* Aliud eſt (inquit) pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, &c:] quod non niſi ad Purgatorium transferri poteſt. Idem in alia Epiſtola teſtatur, *Epiſt. 66. quæ eſt ad Presb. & Diacon. Eccl. Furn.* Anteceſſores ſuos ſancte decreuiſſe, vt nullum offerretur ſacrificium, nullaque fieret commemoratio in Altari apud Deum pro illo, qui ab Altari Sacerdotes diſtraxiſſet, aut quoſuis alios ſacra offerentes, vt rerum temporalium curam aut tutelam ſuſciperent. Hæc verba illius ſunt: Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſe cenſuerunt, vt ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro eius dormitione celebraretur, Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes voluit auocare.] MINIST. In iis animaduerto vſum Altarium, ſacrificia & oblationes, idque pro defunctis, quibus religioſe quidam pro celeribus arcebantur: alij vero participes erant. Et illud non ſolum ætate Cypriani, ſed & longe antea, id eſt primo ac ſecundo Eccleſiæ ſæculo pie vſurpatum: quæ omnia Caluinianorum placitis plurimum aduerſantur.

2. Si quos habes alios huius rei teſtes, proponito. DOCT. Arnobius, qui ſub Diocletiani floruit imperio, iuſta indignatione ferens Chriſtianorum ſacros libros ab Ethnicis voracibus flammis traditos & conſumptos fuiſſe, de eiſdem ſic loquitur: *L. 4. contra Gentes.* In his ſummus oratur Deus pro cunctis, & venia poſtulatur Magiſtratibus, exercitibus, Regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus, & reſolutis corporum vinctione.] MINIST. De quibus ſacris libris loquitur, dicens, *in iis orari pro reſolutis corporum vinctione*, id eſt, defunctis? DOCT. Procul omni dubitatione, de Libro ſecundo Machabæorum, vbi ſacrificium pro illis offertur: de Epiſtola prima B. Ioannis in qua id præcipitur: & de cunctis aliis vtriuſque Teſtamenti locis, in quibus Purgatorium, & preces pro defunctis comprobari ſupra docuimus.

MIN. Hi Latini fuerunt: num memoria tenes Græcos illius ſæculi eandem tenuiſſe ſententiam? DOCT. Teneo Origenem, omnium poſt Apoſtolos (ait D. Hieron.) Eccleſiarum magiſtrum, vehementiſsimum & frequentiſsimum huius pietatis aſſertorem. 3. Ille namque docet hominem ſaluum fieri per ignem, vt ſi quid forte de ſpecie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & reſoluat.] Et paulo poſtea: Si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, *Hom. 6. in Exod.* illud parum tanquam plumbum igni reſoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur: vt & ſi parum aliquid ſit auri, purgatum tamen reſideat.]

Idem quoque ait Eſſe peccata quædam 4.
ita animabus infixa, vt nequeant aboleri, alia vero eſſe quæ purgationem poſſunt recipere ſecundum inſpectationem & iudicium Pontificis illius, *Hom. 8. in Leuit.* quem occulta latere non poſſunt, quique diſpenſabit animas ſingulorum ſecundum hoc, quod maculas lepræ aut expiabiles, aut inexpiabiles viderit.] Poſtea eandem ſententiam corroborat per figuras ignis, *Hom. 9. in Leuit.* quem Leuitæ ex mandato diuino fouebant, & ſumebant de Altari: *Leuit. 16.* quo purgata ſunt Iſaiæ labia: *Iſa. 6.* & quem Daniel ait, decurrere circa thronum Dei. *Dan. 7.*

Idem rurſum alibi. Eſt hoc (inquit) peccatum (ira) vnum ex illis, 5.
quod ad ædificia defert ligna, fœnum, & ſtipulam: *Hom. 2. in Pſa. 36.* & neceſſe eſt huiuſmodi materias per ignem probari, ita vt permaneamus tamdiu in igne, donec in nobis ligna iracundiæ conſumantur, & fœnum indignationis, & ſtipulæ verborum eorum quæ huiuſmodi vitiis exagitati pertulimus.] Subdit poſtea: Omnes quidem venturos eſſe ad illum ignem, *Hom. 3. in eund. pſa.* quo vniuſcuiuſque opus probabitur: ſed ſancti audient, *Iſa.* *Si tranſieris per ignem, flamma non vret te, &c.*

Rurſumq; idem comprobat doctrinam iſtam 6.
ex eo quod dicitur à Malachia, Deum igne purgaturum omnia: *Hom. 13. in Ieremiam* & in Matthæo, ſupereſſe nobis Baptiſmus ignis: itemque à Moyſe, Deum eſſe ignem conſumentem. *Malach. 3. Matth. 3. & Deut. 4.*

Pergit porro & hanc doctrinam prædica- 7.
re (teſtificantibus etiam hoc Centuriatoribus) *Cent. 3. col.* 87.

bus) Homilia 12. in Ezech. adfirmans, Nobis Chriſtianis peccantibus, alia ſeruari tormẽta (ab infidelibus) qui videmur credere, & in ipſa credulitate peccamus, &c. Et Libro quinto contra Celſum: Singulos quibus per ignem vel pœna ſit ſimul & medicatio adferenda, ignis iſte amburit, non tamen exurit, vt qui nihil habent quod per ignem ſit abſumendum, &c.] Eadem rurſum perſequitur libro periarchon, c. 6. &c.

8. *Hom. 9. in diuerſos.* Ac vt modum finemq; in ijs ex eo citandis conſtituamus, Idem denique ſcribit: Sicut diaboli, omniumq; negatorum, qui dixerunt in corde ſuo, Non eſt Deus, credimus æterna tormenta: ſic peccatorum, & tamen Chriſtianorum, quorum probanda ſunt atque purganda in igne opera, moderatam arbitramur & mixtam clementiæ, ſententiam Iudicis. De quo igne dicitur in Iob. *Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur.*] Plura ne requiris? MIN. Inique ſane plura requirerem, decem ex hoc vno antiquiſsimo & eruditiſsimo tam certis decem authoritatib. citatis. Ad quartum ſæculum accedamus.

QVARTA ETIAM A CHRISTO NAto ætate Purgatorium aſſertum eſt, & preces fuſa pro defunctis: aduerſus 40. errorem.

CAPVT XXI.

DOCTOR.

HOc quartum ſæculum numerabimus à Conſtantino Primo vſq; ad Imperium Honorij & Arcadij, cuius initium Proſper exorditur ab an. 397. alij 398. alij vero 400. *Inſtruct. pag. 141.* MIN. Negant Parentius & ſocij *quatuor aut quinque ſeculis eis quæ commemoras creditum eſſe Purgatoriũ ad fidem pertinere.* Et Danæus non poſtremus Caluiniſmi præco, ſcribit *Odilonem Cluniacenſium Abbatem, longe poſt illam ætatem, huius rei primum authorem exſtitiſſe.*

Confut. 1. *Cent. 4. col. 304.* DOCT. Quatuor in primis Centuriatores Magdeburgenſes illis obijcio, qui ſponte ac ingenue profitentur, Lactantium, Prudentium, & Hieronymum illa ætate crediſſe, docuiſſeque Purgatorium, prout conſtat euidentiſsimis illorum confeſsionibus. *L. 7. Inſtit. c. 24.* Lactantij verba ſunt iſta: Sed & iuſtos cum iudicauerit Deus, etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere vel numero præualuerint, perſtringentur igni, atque amburentur.] MINISTER. Hæc ad ignem æternum referri nequeunt: ergo

A tantum ad Purgatorium, quemadmodum etiam animaduertit, tametſi non crediderit, Xiſtus Betuleius homo hæreſi addictus. *Com. in Lactant.*

2. *Hamartigenia.* DOCT. Prudentius lectiſsimus poeta, per hunc ignem potius ſeruari cupiens, quam Gehenna abſumi canit:

Eſto, cauernoſo, quia ſic pro labe neceſſe eſt
Corporea, triſtis me ſorbeat ignis auerno:
Saltem mirificos incendia lenta vapores
Exhalent, æſtuq; calor languente tepeſcat:
Lux immenſa alios, & tempora vincta coronis
Glorificent, me pœna leuis clementer adurat.

MINIS. Quid de Hieronymo referunt? 3.

DOCT. Hæc in primis eius verba: Sicut dia- *L. 18. comment. in Iſaiam.* B boli & omnium negatorum, atque impiorum credimus æterna tormenta; ſic peccatorum, & tamen Chriſtianorum, quorum opera in igne probanda ſunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam clementiam iudicis.] Quæ verba mutuata ſunt ab Origene, vti paulo ante vidimus. Secundo producunt & iſtud Hieronymi: *L. 4. in Iſa.* Sanctificabunt eum in igne: per quod quidem intelligi volunt pœnas atq; tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, vt diuino igne purgentur. MIN. Bene habet certe, quod illi quatuor Purgatorij hoſtes proprijs ſcriptis agnoſcant ac palam confiteantur, priſcos il- C los authores Purgatorium crediſſe, aſſeruiſſe, docuiſſe, in perpetuam Caluinianorum ignominiam & damnationem.

Sed non ſolis illis duobus locis Hieronymus Purgatorium aſſerit, an pluribus alijs? 4.
DOCT. Imo vero viginti & quatuor locis illum ignem expiatorium ex varijs vtriuſque Teſtamenti teſtimonijs confirmat: & orandum, erogandum & ſacrificandum pro fidelibus defunctis oſtendit, vti ex omnibus operibus illius magno labore & induſtria collegit, & in ſtudioſorum eximiam vtilitatem in lucem protulit D. Cornelius Schultingius Storinvvichius Colonienſis Theo- D logus, Libro nomen dedit. Confeſsio Hieronymiana. Coloniæ Agrippinæ excudit Arnoldus Mylius 1585. ad hunc diligentem lectorem remitto.

MINISTER. Quid alij eiuſdem ſæculi Patres? Num eadem ſenſerunt & docuerũt? 5.
DOCT. Eadem prorſus. Nam B. Ambroſ. *Orat. funebri in Valent.* publicas preces concepit, & oblationes inſtituit pro anima defuncti Imp. Valentiniani; atque ſuos Mediolanenſes hortatus eſt, vt ſecum eaſdem obſeruarent. Pro requie eius (ait) poſcamus affectu, date ſacramenta, cœleſtia myſteria:] idemque ſe præſtiturum

Digitized by Google

eſſe pollicetur pro anima Gratiani item Imper. Romani. Eodem officio proſequitur exequias funebres Theodoſij alterius Romani Imper. & quod amplius eſt, diem ab eius obitu quadrageſimum, adſtante Honorio filio eius ac hærede, ſolemniter celebrat. Præterea, orat publice & ſacrificat pro anima fratris ſui Satyri, Deo ſuppliciter animam illius commendans. Denique, offert ſacrificium agni immaculati, cum precibus omnem humanum affectum & ſuperantibus, pro ſpiritibus omnium fidelium defunctorum, vt illis ſalutem, requiem, & vitam æternam obtineat: talibus verbis indicans illos eis indigere, vt ex Purgatorijs tenebris atque tormentis liberentur. MIN. Ex his profecto peruium eſt Caluinum vafrum fuiſſe impoſtorem, quando ſcripſit Ambroſium *nunquam oraſſe pro mortuis, aut doctrinam Purgatorii agnouiſſe.* Cæterum, horum quatuor Latinorum patrum authoritas mihi eſt inſtar quadringentorum: tantumdem ex Græcis oſtende.

Orat. de vita & exitu Theodoſ. — *Orat. funebri.* — *Orat. 1. Praparat.* — *Praf. inſtit.*

6. DOCT. Omittam igitur quicquid idem ſcripſit Ambroſius libro 2. Epiſt. 8. & in Pſalmum 36. 65. & 118. Item, quæ Paulinus tradidit Epiſtol. ad Pammachium, ad Amandum, ad Delphum: vt exordiar ab inuicto Dei athleta Athanaſio. Is refert & probat populum ſuum Alexandrinum oraſſe pro anima Eutychij ſubdiaconi, quem Arriani interemerant. Deinde, comparatione declarat, ac familiari ſimilitudine floris vitis principi Antiocho pagano, bona viuentium opera & ſuffragia prodeſſe defunctis. Aſſerit etiam ex verbis Domini Matthæi 5. peccata venialia & leuiora in altero ſæculo punienda & expianda eſſe. MIN. At, noſtri authores volunt reſponſionem illam ad Antiochū non eſſe Athanaſij. DOCTOR. Obijcio illis, quod Michael Glycas ſemel & iterum in Annalibus, Damaſcenus, item Meliſſa, patres Græci, contrarium adfirmant. Quibus potius fides adhibenda eſt?

Epiſt. ad vitam ſolit agentes. — *Quæſt. 34. & 64.* — *1. par. Annal.*

7. MINISTER. Probationes ex Græcis perſequere. DOCTOR. Baſilius Magnus Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, S. Chryſoſtomus Conſtantinop. Antiſtes, in Liturgijs, Cyrillus Ieroſolymorum Patriarcha, Catecheſi quinta myſtagogica, ſalutarem & incruentam corporis & ſanguinis Chriſti hoſtiam ſe profitentur offerre, cum intentiſsimis precibus ad Deum, vt ſalutem & requiem impetrent fidelium defunctorum animabus. Eorum primus ait: Memento omnium dormientium, & refrigera eos, vbi viſitat lux vultus tui.] Et in ea Liturgia, quam Maſius ex Syriaca lingua Latinam effecit: Memento eorum omnium, qui deceſſerunt de hoc mundo ærumnoſo, recreatoque eos in tabernaculo tuo. Traijcito eos trans māſiones cruciatu horrendas, atque in taberculis luculentiſsimis eos collocato. Erue ipſos ex tenebris, caligine, atque tribulatione.] MINISTER. Manifeſtior non poſſet fieri pro defunctis, & purgatorium deſignari, quam dicere vt liberentur pœnis, & requie donentur. DOCTOR. Alius etiam prout Eraſmus tranſtulit, ſic dicit: Memento omnium qui dormierunt in ſpe reſurrectionis vitæ æternæ, & requieſcere eos facito, vbi videtur lumen vultus tui.] Tertius vero adhuc manifeſtius ſic loquitur: Pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obſecratio ſancti illius ac tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij.]

MINISTER. An vero hæ Litūrgiæ ſint eorum quos commemoraſti? DOCT. Id ita teſtificati ſunt ante nongentos annos Patres Græci in frequenti Concilio Conſtantinopolitano: & hac adhuc tempeſtate eandem confirmant ſententiam omnes Orientales, vt etiam palam fatentur Germaniæ miniſtri Heerbrandus, Chytræus, Cruſius, VVitebergenſes, & Tubingenſes. *Turcogræciæ p. 205.*

8. MINIS. Paucis ergo reliquos eius ſæculi Patres Græcos recenſeto. DOCT. S. Gregorius Nazianzenus has preces effudit pro defuncto fratre ſuo Cæſario: Vtinam cœlos penetres, atque in Abrahæ ſinu conquieſcas.] Deinde refert parentes omnia defuncti bona pauperibus diſtribuiſſe, & magnas eleemoſynas nomine illius largitos eſſe: tandemque concludit defunctorum animas Deo religioſe commendandas eſſe. Sicque pro ſorore ſua Gorgonia defuncta precatur: Vtinam tibi his omnibus cœleſtibus bonis frui contingat, &c.] *Orat. in laudem Cæſar.* — *Orat. in laudem.*

9. S. Ephrem Syrus in extremis agens rogat, ne ſibi ſuperbus erigatur tumulus poſt mortem: ſed potius, vt vnuſquiſq; ſui meminerit inter orandum. *In teſtamento ſuo.*

10. S. Gregorius Nyſſenus B. Baſilij frater, aſſeuerat nos in eandem gratiam reſtituendos eſſe, qua Deus nos creauit (quando per ignis purgatorij fuſionem tranſierim*,) &c. Cum inſuper oporteat vel in hoc mundo ſcelerum expiationem incurrere, vel poſt obitum *Orat. in illud tunc filius ſubiectus.*

Orat. de mortuis.

obitum per expurgantis ignis fornacem expiari: ſicque ad priorem redire felicitatem. Hanc ſententiam ſuam firmat exemplo artificis aurum in fornace emundantis. Adijcit: Eodem plane modo neceſſe eſſe, vt dum vitioſitas purgatorio igni abſumatur. MIN. Quicunque tot ſanctiſsimos & grauiſsimos authores Græcos & Latinos reſpuerit, nec ipſis (opinor) Apoſtolis cederet: quandoquidem ab eodem cum illis poſiti fuerũt regere Eccleſiam, quam Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo. Etſi authoritate ætateque illis fuerint minores, tamen pro eadem pietate retinenda & propaganda dimicarunt. Percupio audire de ſancto Epiphanio, quem noſtri iudicant perperam Aerium iis contradicentem damnaſſe.

Diſp. de anima & reſurrectione.

S. EPIPHANIVM DOCTRINAM purgatorii propugnaſſe: iureque Aerium huic contradicentem inter hæreticos annumeraſſe: aduerſus 41. & 42. errorem.

CAPVT XXII.

MINISTER.

Pag. 27. 28. 72. 89.

PArentius & gregales ſudant ſatis in inſtructione Gallica, vt Aerium priſcum hæreticum commendent: aiuntq; iniquiſſime damnatum illum hæreſeos fuiſſe ab Ephanio, quod precibus & oblationibus pro defunctis ſe opponeret. Verba eorum Latina reddo: *Iniquiſsime condemnatus eſt, & contra verbum Dei. Epiphanius nimis leuiter loquutus eſt de hæreſibus. Quod de iis dicit, ſunt vanæ traditiones hominum, à quibus cauendum, vt à fermento Phariſæorum. Epiphanius & ſimiles ſedem Dei ſibi rapuerunt, vt Deus voluerunt adorari, & conſequenter ſunt Antichriſti.* DOCTOR. Siccine ſanctiſsimorum Patrum canos reuerentur? MINISTER. A Lamberto Danæo didicerunt huiuſmodi maledictis patres inceſſere. Sic enim de Aerio ſcribit: *Excepto Arianiſmo, nihil erit quod iuſte in illius dogmate meritoque reprehendas. Sed inſolentes eam Epiſcopi, & imperitando magis, quam paſcendo gregi aſſuefacti, tam liberas aduerſus ſuam ſuperbiam, inſolentiam, & tyrannidem voces ferre non poterant, &c.* DOCT. Mira cæcitas & hominis inſania. Impium & damnatum hereticum iuſtificat, vt beatos Patres Epiphanium, Baſilium, Auguſtinum, Damaſcenum, Iſidorum, (qui Aerium accuſarunt) inſolentiæ, ſuperbiæ, neglecti officij, & tyrannidis inſimulet. MIN.

Com. in l. Aug. uſt. de hæreſ. c. 53.

A Quinetiam Centuriatores in gratiam damnati Aerij, ſanctum Epiphanium hæreſeos ſuſpectum reddere conantur, ſcribentes: *Quid ſi præter rem Epiphanius hæc exaggeraſſet? Magis enim hæreticum, & ſcripturæ ſanctæ contrarium eſt, ſuperſtitioſe iſtos ritus, hoc eſt neceſſario & opinione cultus obſeruare, quam pro libertate ipſis vti.* Chemnitius ad dolos recurrens, audet fingere, *Aerium non fuiſſe damnatum, quod negauerit oblationes & preces faciendas pro mortuis: ſed quod incidiſſet in alios errores.* Habes quid de hac re cenſuerunt & ſtatuerunt noſtri Ariſtarchi. Dic, quid melius videtur.

Cent. 4. col. 401.

Examine Conc. Trident.

Confut. 1.

DOCT. Primum, cum Aerium à macula B hæreſeos liberare nituntur, cauſam propriam agunt, quippe qui eodem crimine laborent: ſicque propriæ cauſæ ſeſe teſtes & iudices conſtituunt. His ergo reſpondeo. Vos de vobiſipſis teſtimonium perhibetis, teſtimonium ergo veſtrum non eſt verum. Deinde, omnibus recentioribus hæreticis patrocinantur: ſiquidem noui Arriani, Sabelliani, Ebionitæ, Neſtoriani, Eunomiani, qui renaſcuntur in Liuonia, Sileſia, Morauia, Tranſſiluania, Polonia, itidem reſponſant, iniquiſsime quondam iudicatos fuiſſe Arrium, Sabellium, & alios impietatum ſuarum patronos.

2.

C Adde quod tot conuitia & opprobria cõtorta non ſolum aduerſus Epiphanium, verum & contra venerabilem eorum omniũ ſenatum qui iudicio Aerij adfuerunt, ſatis indicat hos recentiores fuiſſe ſpiritu blaſphemiæ & contumeliæ inſpiratos. Deinde, iis aduerſus Sanctos, contumelijs manifeſtant ſe illius furentis beſtiæ, quæ inſtante ſæculi fine, os ſuum aperiet contra Deum, tabernaculum eius, omneſque cęlorum incolas, veros præcurſores eſſe.

Apoc. 13.

MIN. Nouum à te audio, quod non ſolus Epiphanius, ſed & alij Patres Aerium damnarint.

3. *L. de Spi. S. c. 2.*

D DOCT. Certum & clarum eſt beatum Baſilium Magnum in quodam loco vocare Aerium, Nouæ hæreſeos authorem & inuentorem: & in alio, eundem inuitare ad reſipiſcentiam. Ioannes item Damaſcenus de illo in hunc modum loquitur: Multa contra Eccleſiam docere inſtituit, Arrianorum nulli ſecundus. Adiecit autem quædam de ſuo, negat enim quidquam offerendum eſſe pro mortuis.]

L. de hæreſ.

MIN. Parentius reſpondet, *Damaſcenum virum fuiſſe impurum, ac librum eius de Hæreſibus non reperiri inter eius opera, qui Baſileæ Rauracorum*

4. *Inſtruct. pag. 29.*

Digitized by Google

racorum excuſa ſunt à Petro Henrico. DOCT. O dignam Miniſtro Caluiniano reſponſionem, refertam conuitijs, & turpiſsimæ ignorantiæ nebulis adumbratam! Nam ſi Miniſter accurate perquiſiſſet, & diligenter euoluiſſet opera B. Damaſceni, eadem comperiſſet Baſileæ edita per eundem Henricum Petri typographum anno 1559. & in ijs Librum de hæreſibus pag. 456. eundemque è Græco Latinum factum à Ioachimo Perione viro lectiſsimo: & quod ex eo citaui extare pag. 362. Rurſum excuſa fuerunt opera Damaſceni Parihjs apud Gulielmum Calderium 1577. & in ijs liber de Hæreſibus extat, fol. 463. Præterea, comperiſſet eundem B Damaſcenum mentionem facere libri ſui de hæreſibus, Præfatione libri ſui de Dialectica. Denique, ſi Parentius & ſymmiſtæ tantum operæ contuliſſet in literas quantum in contumelias, legiſſet Lambertum Danæū, ſuum aduerſus Eccleſiam Catholicam cōmilitonem pluſquam quindecies Librum Damaſceni citantem, vt vere ab eo compoſitum atque editum.

Com. in li. Aug. de hæreſibus.

5. MIN. Qui Latinorum Patrum cum trib⁹ illis Græcis conſentiunt? DOCT. Totius antiquitatis fidus interpres Auguſtinus, illum inter hæreticos connumerans, etiā ambitus, & Arrianiſmi damnat eum, & quod C obſtitiſſet ne preces fierent atque ſacrificia pro defunctis. Philaſter Auguſtino ætate ſuperior, addit quod ſequaces Aerij etiam in errores Encratitarum inciderint. Iſidorus, & ij omnes qui ab illo tempore catalogos hæreticorum contexuerunt, vnanimi conſenſu iudicarunt Aerium, & ab eo nomen ſortitos Aerianos, vere hæreticos fuiſſe tum propter Arrianiſmum, cum propterea quod aduerſus oblata & ſuffragia pro defunctis inſurrexerunt.

L. de hæreſ. c. 53. *L. de hæreſ. c. 25.*

6. MIN. Parentius & congreges reſponſitant, *Nullam eſſe authoritatem Conciliorum, nullam Eccleſiæ, nullamque Patrum, ſine expreſſo Dei verbo, ad conuincendum quemquam hæreſeos.* D

Inſtruct. p. 18. & 34.

DOCT. E contrario adfirmo, eos in nouam hæreſim incidere: ac illis expreſsis Dei verbis repugnare, quibus Eccleſiæ ſuæ thronum ſic erigit, & authoritatem firmat, vt qui eam non audierit, ſit à cunctis habendus vt Ethnicus & Publicanus. Eiuſdem quoque Patribus ait: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Sanctiſsime præterea, promiſit Spiritum veritatis, qui maneret cum eis in æternum. Seſe denique obijciunt diuinæ legi, qua priſcis Patribus A & Paſtoribus Synagogæ facta erat poteſtas non tantum dijudicandi, verum & morte afficiendi Pſeudoprophetas & deſertores, quemadmodum etiam Moyſis, Elięque docent exempla. Quo potiori iure idem præſtare poterunt Patres & Concilia?

Matt. 18. Luc 10. Matt. 16. & 18. Ioan. 14. Deut. 13. & 17.

Noua item iſta hæreſi conatur Arrianos, 7.
Sabellianos, Neſtorianos, Iouinianos, Vigilantianos, Pelagianos, & veteres omnes hęreticos vindicare & iuſtificare, qui magis per traditiones Apoſtolicas, conſenſum Patrum, & Conciliorum authoritatem conuicti & damnati fuerunt, quam per expreſſas Scripturas. Nunquam enim hæreſiarchæ fatentur ſe expreſsis Scripturis eſſe conuictos: Adde quod illi poſtea ſibiipſis contradicant, quando profitentur *ſe credere & admittere Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, & alia pleraque Concilia, tanquam expreſſum Dei verbum.* Aut enim verbum Dei non poteſt hæreticos conuincere, aut Concilium generale ſimul poterit.

Inſtruct. pag. 32. 35.

Denique, ſi Caluinus & congerrones e- 8.
ius duodecim Miniſtri & Satellites potuerūt infelicem Seruetum hæreſeos damnare, & flammis viuum torrendum ac cremandum exponere: Bernenſibus quoque ius fuit Valentinum Gentilem gladio interimere vt hæreticum: quo potiori iure vniuerſæ Græcorum & Latinorum Eccleſiæ, ſacriſque Concilijs & Oriente, & Occidente legitime congregatis, de vnius facinoroſi Aerij impietate iudicare atque pronunciare licebit?

MIN. Redeat vnde egreſſa eſt noſtra diſ- 9.
putatio, nimirum, quid de Aerio & aſſeclis dicat Epiphanius.

DOCTOR. Primo, coloribus ſuis depingit illum feſtiuum, hominem, nempe vocando illum: Magnum totius mundi malum, mente furioſum, opinione elatum, ambitioſum, maledicum, calumniatorem, & vt paucis abſoluam, cunctis illis conditionibus & proprietatibus inſtructum, quibus hæreſeon authores & Miniſtri in publicum prodire ſolent. Secundo, refert fuiſſe Arrianum: hinc, Epiſcoporum dignitati & poteſtati ſimplices æquaſſe Sacerdotes: inde, ſolemnitatem diei paſchatis prohibuiſſe: denique, oblationes & preces pro defunctis non eſſe faciendas. Expugnat autem eius errores laudatis Apoſtolorum traditionibus ab vniuerſa quæ in mundo eſt, Eccleſia receptis & probatis: quibus ſuadet conſtanter inhærere, docente Salomone: *Fili mi,*

Contra hæreſ. 75.

mi, audi verba patris tui, & ne contempſeris præcepta matris tuæ.

Poſtremo, docet nos pro defunctis orãdo, animarum humanarum immortalitatem aduerſus impios Epicureos profiteri: Deum illarum curam habere: Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum earundem eſſe caput & principem: nobis de illarum ſalute bene cogitandum atque ſperandum eſſe: tãdem, preces noſtras illis plurimum ad ſalutem prodeſſe, ſiquidem pro illis Diuinam miſericordiam imploremus.

11. MINIST. His victi Miniſtri hoc effugium comminiſcuntur, vt dicant: *Patres tantum egiſſe de Purgatorio, hæſitanter, ſibique ipſis contradixiſſe, ac exhibuiſſe inconſtantes in ſuis iſtiuſmodi aſſertionibus.* Cumque vereantur ne tantum id dixiſſe ſemel non videretur ſufficere, iterum inculcant: *Inter Patres qui Purgatorium agnouerunt, plures palinodiam cecinerunt, ſeque inconſtantes exhibuerunt in ſuis aſſertionibus.* DOCT. Quantum ego poſſum conijcere, potius viuendi, quam errandi & calumniandi finẽ facere conſtituerunt. Videretur tamen operæ pretium, ſi illorum nomine quempiam referre poſſes, ſignare, qui à tali ſententia mentem abduxiſſet: quique ſcriptis mandaſſet, nec orandum, nec ſacrificandum eſſe pro fidelibus defunctis. MIN. Nemo illorũ id vnquam præſtitit. DOCT. Nec vnquam præſtare poterit vniuerſa gẽs Caluiniana. Excedit enim totius ſectæ vires, eiuſdemque profeſſorum arrogantem quãtumuis impudentiam, & ſi omnes conſpirãtibus animis ad id inſumerent quidquid vitæ, otiique poſſent offendere. Sic autem habeto de ſancto Epiphanio, de quo hic tractatur. Tantum abeſt vt ſententiam de precibus & oblationibus pro defunctis reuocauerit, vt è contrario eandem ipſam aliis locis repetat & corroboret. In ſermone enim qui Anchoratus inſcribitur, enumerationẽ ſectarum hæreticarum inſtituens, Aerianos inducit inter Photinianos & Aëtianos. Pergit item in eo tractatu quem Anacephalæoſim inſcripſit, idque tribus in locis diuerſis. Num iſta ſententiæ prioris inuerſionem, aut palinodiam redolent? Aut inconſtantiam in aſſertionibus reſipiunt? MIN. Minime gentium: ſed potius ſummam grauitatem & cõſtantiam fidei & doctrinæ. Itaque his omiſſis, nunc inquiramus, Num in quinto Eccleſiæ ſeculo conſtanter creditum fuerit Purgatorium, viuorumque ſuffragia prodeſſe defunctis.

Inſtruct. 103.

Pag. 131.

IN QVINTO ECCLESIAE CHRIſtianæ ſæculo aſſertum fuit Purgatorium: & oratum oblatumque pro fidelibus defunctis: aduerſus 43. & 44. Caluinianorum errorem.

CAPVT XXIII.

DOCTOR.

HÆC quinta ætas effluxit ab imperio Arcadij & Honorij vſque ad imp. Anaſtaſij, qui Dioſcorus eſt cognominatus, quem Palmerius ſignat anno 493. alij autem 498. imperium cœpiſſe. Certe Lambertus Danæus ſcribit, *Odilonem Epiſcopum Siculum, primum Purgatorij pœnas & locum, à Dagoberto Francorum Rege defuncto didiciſſe*, ſatis declarans quinto & ſexto Eccleſiæ ſæculo, eas nullo loco prædicatas vel admiſſas fuiſſe, præſertim cum Magdeburgenſes hos duos in ſeptimam Centuriam relegant. Tu quid de Danæi ſententia iudicas?

Com. in Enchirid. Aug c. 67.

MINISTER. Illum hanc ipſam fœde retractare atque reprobare, quando eodem quem citas loco profitetur Virgilium, Platonem, & Homerum, de Purgatorio ſcriptis ſuis plurima inſeruiſſe: Sicque ſeipſum tot mendaciis, ac impoſturis damnare, quot horæ, dies, menſes, & anni, ab illorum ætate, vſque ad Dagoberti tempora numerari poſſunt. *Confutatio.* 1.

Idem turpioribus ſeipſum implicando contradictionibus, alibi ſcribit, Inſtitutionẽ precum pro defunctis proceſſiſſe à Marcione, qui Odilonem & Dagobertum amplius quam trecentorum annorum ſpatiis anteuertit. *Inde (inquit) à Marcione pro defunctis oratio.* DOCTOR. Ne graueris quæſo, contradictionum & repugnantiarum eorum recitatione: tot namque leuitatis, inſcitiæ, & improbitatis illorum manifeſta ſunt argumenta. 2.

Com. in l. Aug. de hæreſ. c. 22.

MINIST. Ioannes Criſpinus Caluini amanuenſis & typographus, & Ioannes Hannonius ſectæ Miniſter ſcribunt, *Pelagium Papam Anno Domini 557. addidiſſe in Miſſa Commemorationem defunctorum.* DOCTOR. In ſuperioribus ſatis audiſti quam impium & dictu ſceleratum ſit hoc eorum pronunciatum. Sed interim Danæum erroris coarguunt dicentem, *illud tantum à Dagoberti Regis morte cœpiſſe.* 3.

4. MINIST. Præterea, Parentius & aſſeclæ A
Inſtruct. pag. 97. & 98. ſcribunt: *Verum eſt quoſdam, imo plures antiquorum Doctorum exiſtimaſſe & ſcripſiſſe, quod orandum eſſet pro mortuis: & alios, eſſe Purgatorium docuiſſe.* DOCTOR. Eſt igitur falſiſsima Danæi illorum comminiſtri aſſertio, declarantis imo & delirantis hanc opinionem exordium ſumpſiſſe ab Odilone. Qui ſunt enim illi antiqui Doctores, niſi qui quinto, quarto, tertio, ſecundo, primoque poſt natum Chriſtum in Eccleſia floruerunt ſæculo?

5. MIN. Et hoc profecto ſemper ſecum pu-
Inſtruct. gallica pag. 128 136. & 337. gnantes poſtea fatentur, cum ſcribunt? *Quidam quarti ſæculi orationes conceperunt pro mortuis, inſuper & Purgatorium agnouerunt.* Vltra, confitentur *Platonem & Homerum illud cognouiſſe.* DOCTOR. Qua igitur ratione cum ſuo Danæo conuenient, ſcribente, Odilonem primam Purgatorij mentionem intuliſſe? *Odilo enim* (inquit) *ille primus dedicit.* Sic mentita eſt iniquitas ſibi. Et Veritas inermis, de falſitate quantumuis armata, triumphat.

6. MINISTER. Suſtine adhuc paulu-
Inſtit. l. 3. c. 5. §. 10. lum me dicentem, & maiora his videbis: nimirum, ipſum authorem ſectæ Io. Caluinum confitentem: *Ante mille & trecentos annos vſu receptum fuit, vt precationes fierent* C *pro defunctis.* Nonne ergo Danæus magnam inurit infamiæ notam illorum omnium fronti, qui in numerum Religionis reformatæ relati ſunt, cum illius authori Caluino, adeo manifeſtum mendacium impingit? Sed num etiam Caluinus ſemetipſum iugulat, & diſcipulos ſuos omnes mendacij condemnat,
Inſtit. l. 1. c. 11. §. 13. & l. 4. c. 2. §. 3. alibi concedens vſque ad quingentos annos à Chriſto, veram religionem floruiſſe, Apoſtolicamque doctrinam ſartam tectam in omnibus Eccleſiis permanſiſſe? Nam tum oratum & oblatum eſt vbique pro defunctis: hoc ipſum ergo præſtare, opus eſt veræ religionis, & doctri- D næ Apoſtolicæ.

7. MINIST. Verum, his omiſsis, ad Patres huius quinti ſæculi accedamus. DOCT. A Paulo Oroſio, beatis Patribus Hieronymo & Auguſtino familiari exordior. Ait autem, Quomodo Hebræi mare rubrum traiece-
L. 7. c. 18. in aliis 28. runt, vt Ægyptiorum euaderent tyrannidem, ſic nos oportet tranſire per ignem iudicij: impijs cum Antichriſto capite ſuo in
In 4. Reg. c. 31. igne æterno pereuntibus. Eucherius Lugdunenſis, prout etiam Centuriatores referunt, nullatenus dubitauit, quin defun-
A ctis maxime iuuentur viuentium precibus. Sixtus tertius huius nominis Papa, aſſerens
Cent. 5. col. 1541. Epiſt. de maledict. aduerſus Pelagianos, duo tantum eſſe ſempiterna animarum receptacula, ne videretur Purgatorium reijcere, adiicit: Purgatorium tamen locum ſemper excipio: in quo ad tempus piorum animæ corporibus ſolutæ expiantur. Ioannes Caſsianus, recitans
Collationis 2. c. 5. quod contigit poſt obitum cuiuſdam ſenis Heronis, loquitur de oblationibus quæ fiebant pro defunctis, tanquam de rebus pijs,
Collat. 19. c. 1. ac tunc temporis vſitatis. Alibi etiam agit de anniuerſario Pambi Abbatis, tanquam de ſolennibus obſequiis quæ fiebant nomine
Collect. in 1. Cor. 3. B fidelium defunctorum. Sedulius Presbyter confirmat Purgatorij doctrinam Pauli verbis iſtis, *Saluabitur ſic tamen quaſi per ignem.* Quia igne Purgatorio (inquit) purgabuntur.]

8. MIN. Satis de Latinis: tantundem de Græcis, & ſat erit. DOCTOR. Quod ſupra retulimus de Theodoreto & Ammonio vocantibus ignem de quo tradit Paulus, *1 Cor. 3.*
πῦρ καθαρτήριον & καθάρσιμον, ignem emundantem atque purgantem, oſtendit abunde quid hac de re Græci ſenſerint ac docuerint. Idem Theodoretus, ac poſt hunc Nicepho- *Hiſt. tripar. lib. 10. c. 26.*
rus teſtes ſunt fide digni iuniorem Theodo-
C ſium imperatorem ſumma cum pietate & reuerentia deoſculando reduces ab exilio B. *Hiſt. l. 14. c. 43.*
Chryſoſtomi reliquias, eundem rogaſſe, vt Patri ac matri ſuæ defunctis indulgeret acceptas non ita pridem iniurias. Synesius *Cent. 5. col. 1105.*
Cyrenenſis Epiſcopus, prout etiam à Centuriatoribus laudatur, docet peccata remitti pœnis quibuſdam expiatorijs, &c. MINIS. Mihi quidem ſatis factum. Verum, ingens me ſubit admiratio, quod Auguſtinum & Chryſoſtomum, duo micantiora ſæculi quinti lumina, quique ſcribendi vbertate, & omnis ſapientiæ claritate cæteros anteceſſerunt, ſilentio prætermiſeris. Num illos
D arbitraris, de precibus & oblationibus pro defunctis nulla verba feciſſe? DOCT. Non arbitror. Sed quia Miniſtri hos præſertim de multis accuſant & traducunt, de iis vberius & particularius tractare in votis erat.

AVGV-

AVGVSTINVM PRECES ET OBLATIONES *pro defunctis docuiſſe: inſuper, in eadem ſententia conſtanter perſeueraſſe: contra 45. & 46. errorem.*

CAPVT XXIV.

DOCTOR.

LAmbertus Danæus non infimus Caluiniſmi præco, audet ſcribere Auguſtinum nec agnouiſſe, nec admiſiſſe Purgatorij doctrinam: ſed potius reieciſſe. Verba eius ſunt
Com. in Enchirid. Auguſt. c. 67.
iſta: *Apparet qualis ſit de igne Purgatorio Auguſtini ſententia, quem certe negat eſſe. Potius ab hoc igne abhorruit, quam eum admiſit.* Et iterũ poſt.
In cap. 69.
ea. *Dubitari non poteſt quin Purgatorium ignem prorſus eiecerit.* Atque hæc prima aduerſus eũ calumnia. Secunda, nituntur eum præclara famæ ſuæ laude ſpoliare, ac inconſtantis leuitatiſque turpiſsima nota traducere. Nam
Inſtruct. gallica, Pag. 29. Pag. 64.
Parentius & ſequaces de illo ſcribunt: *In hoc articulo varium ſe oſtendit Auguſtinus: ac expreſſis verbis affi*[illegible]*ſe in verbo Dei Purgatorium non reperiſſe.* Ac ijs non contentus, iterum ſic eidem imponit: *Auguſtinus fuit varius in hoc loco. Orans & offerens pro matre, voluit quibuſdam placere. Proteſtatus eſt de ſua incertitudine in hac materia.* Et more impiorum hominum proficiens in peius, accuſat illum deprauationis ſacræ Scripturæ, his verbis: *Auguſtinus expo-*
Pag. 204.
uit (locum Matth. 5.) contra omnem rationem, & aliter quam Euangeliſta. Deinde, commemorando quod pollicitus eram, me plurimis locis ex Auguſtino allatis probare poſſe, illum conſtanter Purgatorium crediſiſſe atq; docuiſſe, cum tanta ignorantia, tantoq; faſtu aſpernatur, quantum ex ſequentibus il-
Pag. 64.
lius verbis licebit colligere: *Gloriatur hic Franciſcanus, quod poßit referre pluſquam triginta locos ex Auguſtino, Purgatorium confirmantes. Ad quæ reſpondeo, illa eſſe extra rem, neque aliud quã ven-*
Pag. 112.
tus. Tandem cuiuſdam viri exellentis perſonam exhibiturus, ſic loquitur: *Valde cuperem, vt hic funigerulus illos triginta locos Auguſtini dinumeraſſet, vt iactabundus auſus eſt promittere.* Quaſi videlicet, id præſtare non poſſem: aut aliquid ille poſſet comminiſci aduerſus tot teſtimonia, quam putidas calumnias, & quotidiana ſua conuitia. Atque hæc de Miniſtralibus aduerſus beatiſsimum Auguſtinum calumnijs, & accuſationibus.

A MINISTER. Primus error abunde refutatus eſt per decem (ad minus) locos eiuſ- *Confutat. 1.*
dem Auguſtini, quibus manifeſtum fecit ſe *L. 9. Confeſſ. c. 11. 12. & 13.*
conſtanter crediſiſſe, docuiſſe, confirmaſſe doctrinam de Purgatorio, & rationibus, & Scripturis ſacris: imo & per ſe obtuliſſe in altari, vt veniam defunctis impetraret. Supereſt vt Miniſtri optatis reſpondens, euincas illum nihil de hac ſententia reuocaſſe, nihil addubitaſſe, ſicque probes viginti aliis teſtimoniis, illius perpetuam conſtantiam & perſeuerantiam. Hoc enim pacto defunctorum hoſtes per te ſua cauſa facile ca-
B dent, veritaſque Catholica omnibus modis obtinebit. DOCT. Quandoquidem iſtud ſpecto ad cultum Dei, ac proximorum vtilitatem & ſalutem pertinere, id duce Spiritu Dei, alacriter & expedite facio. Ille e- *L. 21. c. 13.*
nim in primis, quodam librorum de ciuitate Dei, arguit quidem Platonem & Virgilium, quod ſibi perſuaſiſſent omnes alterius ſæculi pœnas expiatorias eſſe ac temporarias: ſed Chriſtianos probat, quod quaſdam tantum tales eſſe crederent: idque confirmat teſtimonio B. Matthæi, cap. quinto.

Paulo poſt ibidem aſſerit eaſdem pœnas *2.*
C Purgatorias tantum duraturas eſſe ante po- *Cap. 12.*
ſtremum ac vniuerſale iudicium: nequaquã vero poſtea.

Admonet iccirco precandum eſſe pro *3.*
defunctis, adfirmans eas preces exaudiri, at- *Cap. 16.*
que vtiles eis eſſe, qui non ita male vixerũt, vt ſe hac miſericordia indignos redderent: nec ita bene, vt iiſdem non indigeant. 4. *Cap. 24.*
Addit hanc rationem: Tales conſtat ante iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur purgatos, receptis corporibus, æterni ignis ſuppliciis non eſſe tradendos.] 5. Antea quoque ſcripſerat, *L. 16. c. 24.*
flammam ignis & fumantis fornacis, quam *Gen. 15.*
D extrema diei parte conſpicatus eſt Abraham, ſignificaſſe hunc ignem, quo Deus homines iudicando, quoſdam carnales ſaluos facit per ignem, qui tantum intelligi poteſt de purgatorio. 6. Alio in loco tradit, ho- *L. 2. de Gen. cont. Manich. c. 20.*
minem pigrum poſt hanc vitam ſubiturum eſſe vel ignem expiatorium, vel pœnas æternas. Habebit (inquit) vel ignem Purgationis, vel pœnam æternam.)

MINISTER. Sex hi loci tam aperti ſunt, *4.*
& certi, iique ex veris legitimiſque Auguſtini operibus excerpti, vt nemo compos ſui, de *L. de cura pro mort.*
ijs dubitare valeat. Perge porro. DOCT. Idem capite primo eruditi ac pij libri, quem

 nomi-

Digitized by Google

nominauit, *De cura pro mortuis agenda*, (ſepti-
mo loco) beati Paulini comprobat ſenten-
tiam, qua docebat, Sancta viuentium ſuffra-
gia, ac vniuerſalis Eccleſiæ vota precibus
coniuncta, eſſe vtiliſsima defunctis, illis præ-
ſertim, qui dum hîc vixerunt, meruerunt. 8.
Hanc doctrinam confirmat ſacrificio Iudæ
2. Mach. 12. Machabæi pro defunctis peracto: & authori-
tate vniuerſæ Eccleſiæ, cuius in hac conſue-
tudine claret authoritas, vbi in precibus Sa-
cerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare
funduntur, locum ſuum habet etiam com-
Cap. 4. & 5. mẽdatio mortuorum. 9. Tum vlterius pro-
grediendo aſſeuerat, ſepeliri in memorijs,
id eſt, ſacellis Martyrum, rem eſſe peru-
tilem, cum ſic commendentur Marty-
rum patrocinio, horumque iuuentur a-
Cap. 15. pud Deum interceſsionibus. 10. Poſtea ſub-
iicit, Spiritus defunctorum aliquando vi-
uentibus apparuiſſe, ſicut Samuel regi Sau-
li, Moyſes & Elias Apoſtolis, ſanctus Felix
ciuibus Nolanis in Campania; pioſque cæ-
lites pro nobis intercedere, ſicut nos defun-
ctis apud Deum bene precamur. 11. Ad ſum-
Epilogo. mum concludit, Orationes, ſacrificium
Altaris, ac eleemoſynas quæ pro defunctis
fiunt, illis prodeſſe plurimum: vt etiam
prodeſt Martyrum interceſsio, quibus
eos commendamus, quando in eorum
Baſilicis & memoriis eorum corpora recõ-
duntur.

5. MINIST. Iam ſupra decem ex D. Augu-
ſtino authoritates ſuppeditaſti: ſi totidem
adhuc producere valeas, Miniſtri deſi-
derio ſatisfacies, eumque errorum ſuorum
conuictum, & inexcuſabilem reddes. DO-
CTOR. 12. Bono ſis animo, Veritas omnia
In Pſa. 6. vincit. Idem exponens Pſalmum ſextum,
ait: Emendantur, id eſt, purgantur, qui
huic fundamento (Chriſto) ſuperædificant
In Pſ. 80. lignum, fœnum, ſtipulam. Detrimentum
patientur, ſed ſalui erunt tanquam per ignẽ.
13. Et ſuper alium Pſalmum, docet, eos qui
bona temporalia diligunt, admodum ini-
quo animo amiſsionem eorum ferre: nihi-
lominus tamẽ eorum amori caritatem Dei,
præferentes ſaluari eo igne, de quo Pau-
In pſa. 103. lus ait, *Saluabitur quaſi per ignem*. 14. Scribit
Conc. 2. iterum: Quiſquis à gremio Eccleſiæ non
recedet, nec ab hæreticis peruertetur, ſed
carnis deſideriis aliquantulum diſtrahetur,
ad Ieſu Chriſti conſortium peruenire non
poterit, quin prius fornacem ignis expe-
Tomo 4. riatur. 15. Reſpondens autem Dulcitij quæ-
ſtionibus, ait ad primam: Credibile eſſe,

A quoſdam fore ſaluandos per ignem quen-
dam Purgatorinm, in quo vel magis vel
minus patientur homines, prout volunta-
tem ſuam addixerint bonis caducis. 16. Et
in ſecunda, illa recitans & comprobans,
quæ in libro De cura pro mortuis agenda,
quæ nunc referebamus, Concludit: Neque Enchirid c. 109.
negandum eſt Defunctorum animas pie-
tate ſuorum viuentium releuari, cum pro
illis Sacrificium Mediatoris offertur, vel e-
leemoſynæ in Eccleſia fiunt. 17. Præterea,
in quadam Homilia ſcribit eos, qui res per- L. 50. hom. 16.
egerunt dignas pœnis temporalibus de
quibus loquitur Apoſtolus, *Detrimentum*
B *patientur, nihilominus ſaluabuntur quaſi per i-* 1. Cor. 3.
gnem, tranſibunt per fluuium ignis comme-
moratum à Propheta. *Daniel. 7. ca.*

MINISTER. Paucæ ſuperſunt vt ex- 6.
petitum à Miniſtro Parentio numerum au-
thoritatum Auguſtini pro Purgatorio ex-
pleas: & tum herbam manumque tibi eum
porrigere neceſſe erit: aut in eorum nu-
mero permanebit, de quibus dicitur: *Per-*
uerſi difficile corriguntur. Quem Deus deſpexe- Ser. 17. de
rit, nemo corrigere poteſt. DOCTOR. 18. In fre- verb. A-
quenti concione affirmat, Nullas in altari poſt.
fieri preces pro Martyribus, ſed tantum Ser. 41. de
pro aliis defunctis fidelibus, de quibus fit Sanct.
C memoria. 19. Et in alio loco, omnes ho-
mines excitat, vt quandiu hîc ſunt, talem
peragant de peccatis admiſsis pœnitentiam,
vt in alio ſæculo opus nobis non ſit tranſire
per ignem Purgatorij. 20. Poſtea ſubdit: Si
autem nec in tribulatione Deo gratias agi-
mus, nec bonis operibus peccata redimi-
mus, ipſi tandiu in illo Purgatorio igne
moras habebimus, quandiu ſupradicta
peccata minuta, tanquam ligna, fœnum,
ſtipula, conſumantur. 21. Et diſputans ad- Lib. 6. c. 5.
uerſus Iulianum Pelagianorum Miniſtrum, Matth. 12.
ex eo defendit quædam peccata remitti in Luc. 23.
altero ſæculo, (i. in Purgatorio) quod ſalua-
D tor noſter dixit, quædam alia non eſſe in
eo remittenda: quodque Latro pœnitens
eum rogauit, vt eius memor eſſet in regno
ſuo. 22. Alibi item monet, in menſa Chri- Tract. 84.
ſti Domini memoriam fieri ſanctorum in Io.
Martyrum, vt orent pro nobis: aliorum
autem defunctorum, orando pro ipſis. 23. L. Meditat.
Auctarium etiam adduco piiſsimas eiuſ- c. 40.
dẽ Auguſtini preces iſtas pro defunctis: Præ-
ſta Domine, lugentibus conſolationem,
defunctis fidelibus requiem ſempiter-
nam.] Et poſt pauca: (24) Præcipue te Do-
mine ſancte Pater deprecor, vt qui mihi
con-

Digitized by Google

conſanguinitate, ac cognationis affectu ſunt
mihi propinqui, tam & illos qui nunc con-
ſiſtunt in corpore, tam & illos qni teguntur
funere, miſericorditer gubernare digneris,
Ibidem. ne pereant. 25. Et iterum continuo: Omni-
bus etiam Chriſtianis viuis adiutorium præ-
ſtare digneris, & defunctis fidelibus abſolu-
tionem & requiem ſempiternam per æter-
Ser. 34. de verb. Apoſt. na ſæcula.] 26. Rurſum alio in loco: Illa
quæ adiuuent ſpiritus defunctorum obla-
tiones, orationes, erogationes, multo pro
eis obſeruantius, inſtantius, & abundantius
impendant, (Parentes hic adhuc ſuperſti-
tes,) qui ſuos carne, non ſpiritu mortuos:
non ſolum carnaliter, ſed etiam ſpiritualiter
Epiſt. 64. amant. 27. Rurſumque alibi: Oblationes
pro ſpiritibus dormientium, quas vere ali-
quid adiuuare credendum eſt, ſuper ipſas
memorias non ſint ſumptuoſæ, cum alacri-
Enchirid. cap. 110. tate præbeantur.] 28. Iterum: Cum ſacri-
ficia ſiue altaris, ſiue quarumcunque elee-
moſynarum pro baptizatis defunctis offe-
runtur, pro valde bonis gratiarum actiones
ſunt, pro non valde malis propitiationes
ſunt: pro valde malis, & ſi nulla ſint adiuto-
ria, qualeſcunque viuorum conſolationes
Lib. 20. de ciuit. c. 9. ſunt.] 29. Iterumque: Neq; enim piorum
animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia,
quæ etiam nunc eſt regnum Chriſti. Alio-
quin nec ad altare Dei fieret eorum memo-
ria in communicatione corporis Chriſti.]
L. 9. Confeſſ. c. 13. 30. Et vt etiam trigeſimum authoritatum
numerum adimpleam, eundem Auguſt. ſic
pro defuncta matre Monica toto corde ex-
clamantem & orientem propono: Nunc
pro peccatis matris meæ deprecor te Domi-
ne. Exaudi me per medicinam vulnerum
noſtrorum, quæ pependit in ligno, & ſe-
dens ad dexteram tuam, te interpellat pro
nobis. Scio miſericorditer operatam (Mo-
nicam,) & ex corde dimiſiſſe debita debito-
Pſal. 142. Iac. 2. Matth. 5. ribus ſuis: dimitte illi & tu debita ſua. Di-
mitte Domine dimitte obſecro. Ne intres
cum ea in iudicium. Superexaltet miſeri-
cordia iudicium: quoniam eloquia tua ve-
ra ſunt, & promiſiſti miſericordiam miſeri-
cordibus, &c.]

7. MIN. Superabunde & affluenter opta-
tis miniſtri Parentii ſatis feciſti, quando ſu-
pra decem ſuperius allata Auguſtini teſti-
monia de Purgatorio, & precibus pro de-
functis, nunc quoque alia triginta cumula-
ſti. His autem toti mundo apparet, quam
certus & conſtans beatus ille doctor fuerit
Purgatorii ignis aſſertor, & perpetuus præ-
A dicator: ac è contrario, quam improbi ac
impudentes ſint Miniſtri ac Prædicantes,
autumantes illum vel in hac ſententia va-
rium & inconſtantem fuiſſe: vel quod de-
terius eſt, ab ea abhorruiſſe; ac prorſus Pur-
gatorium ignem reieciſſe. Etenim nullum
mendacium eo maius, nullamque calu-
mniam hac deteriorem & apertiorem eſſe
poſſe exiſtimo. Quocirca ſi Parentius &
comminiſtri ex animo petierunt triginta lo-
cos, vbi Auguſtinus Purgatorium ignem &
preces pro defunctis conſtabiliat, ecce qua-
draginta illi ſunt propoſita; vnde diſcat cō-
ceptos errores ſuos eierare, & tibi magnas
B rependere grates, ob acceptum à te iſtud be-
neficium. Sin vero poſt tantas Purgatorii
probationes & aſſertiones adhuc errare, &
alios ſeducere pergat, vere à Deo ſe deſer-
tum, & in manus patris mendacii traditum
relictumque patefaciet. Superi meliora ve-
lint.

S. AVGVSTINVS APOSTOLI VERba 1. Corinth. 3. de Purgatorio igne frequenter eſt interpretatus: aduerſus 47. errorem.

C

CAPVT XXV.

MINISTER.

NVm aliquid ſupereſt iſtis filiis diffiden-
tiæ, quod ſummæ pietati & doctrinæ
Auguſtinianæ obiiciant? quod obloquantur
& oblatrent? DOCT. Cum nihil ad ſu-
periora teſtimonia valeant reſpondere Pa-
rentius & congerrones, ad impudentes ne-
gationes recurrunt, ſcribentes: *S. Auguſti-* *Inſtruct. pag. 53.*
num per ignem de quo Apoſtolus (1. Corinth. 3.)
loquitur, nequaquam ignem Purgatorium inter-
pretatum eſſe, aut intellexiſſe, ſed afflictiones.
D Quaſi vero non etiam affligeret, & acerbiſ-
ſime cruciaret ignis Purgatorius. Poſtmo-
dum ſcribunt: *Auguſtinus in Enchiridio c. 68.* *Pag. 59.*
monſtrat tribulationem ſignatam nomine ignis
(1. Corinth. 3.) eam eſſe præſentis vitæ, non ignem
Purgatorium. Nec iis contenti repetunt tæ-
dioſe: *Auguſtinus per vocabulum ignis, 1. Cor. 3.* *Pag. 63.*
intelligit afflictiones huius vitæ, & non ignem Pur-
gatorium, &c. Cumque metuerent ne doli
fraudeſque ſuæ ſatis omnibus manifeſtæ fo-
rent, quarto ſic iterant: *Nunquam Auguſti-* *Pag. 64.*
nus voluit loqui de igne Purgatorii, ex illo loco Pau-
li, vbicunque de illo mentionem fecit, &c.
MIN. Profecto crambe toties recocta *Confut. 1.*

mors eſt. Nam occidit miſeros crambe repetita magiſtros. Sed iam tuum eſt illos mendacii conuincere: ſicque oſtendes illos nunquam Auguſtinum, aut alios probatos euoluiſſe: aut impudentiſsimos impoſtores, qui veritatem diſsimulent ac negent quam perſpexerint. DOCT. Nunquam in primis inficiatus ſum S. Auguſtinum pro ingenii quo præſtabat, acumine, locum illum Pauli, (1. Corinth. 3.) accurate in vtramque partem diſcuſsiſſe, vt & illius ſcriptis clarum eſt. Sed *quod nunquam eundem locum de Purgatorio igne ſit interpretatus, vbicumque de illo mentionem fecit*, vt obganniunt Miniſtri, adeo palam falſum, vanum, & fictum eſt, vt neſciam an vnquam putidius quis mentiri queat. Quod decem ſequentibus ex eo locis ac interpretationibus luce meridiana clarius oſtendo: cum è contrario, illi nihil probent eorum, quæ tam peruerſe quam petulanter garriunt.

2. Serm. 41. de Sanctis. Primo etenim pro ſuggeſtu ſacraque ad populares ſuos concione tradidit, & poſtea ſcriptis ad poſteros iſta mandauit: Illo enim tranſitorio igne, de quo dicit Apoſtolus, *Saluus erit ſic tamen quaſi per ignem*, non capitalia, ſed minuta peccata purgantur.] MIN. Sed his non ſatis aperte declarat ignem Purgatorium. DOCT. Imo vero prudentibus & cordatis hominibus ſatis, cum ſuo more vocat illum Ignem tranſitorium, vt eum ſecernat ab infernali qui æternus eſt. Deinde, cum proxime ſubiungit præcedentibus verbis: Tandiu in illo Purgatorio igne moras habebimus, quandiu ſupradicta peccata minuta, tanquam ligna, fœnum, ſtipula conſummentur. MIN. Equidem hoc in loco tam euidenter Pauli verba ad Purgatorium ignem refert, vt nullas aduertam cauillationes, quibus poſſint Miniſtri vim probationis ſubterfugere. Adeo vt non parum mirer, qui fieri poſsit, vt abſque metu Diuini iudicii, ita audeant falſa comminiſci, vt ſuos tueantur errores: & tot infelices animas ſecum in naſſam perditionis attrahere.

3. Enchiridii c. 67. & Lib. de fide & oper. c. 14. 15. & 16. DOCT. Secundo, in aliis duobus ſcriptis ſuis, inſiſtens ſententiæ Paulinæ interpretationi, primum coarguit eorum opinionem, qui ſalutem ſibi promittebant per hunc ignem, etiam ſi in nefariis delictis in finem vſque perſeuerarent. Docet autem eos vehementer falli, cum Paulus dicat, Eos regnum Dei non poſſeſſuros. Secundo, agnoſcit quidem & fatetur, per ignem

2 Cor. 6. Eccl. 27.

A commemoratum ab Apoſtolo, tribulationes huius mundi poſſe intelligi, ſicut ſcriptum eſt: *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.* Sed tandem concludit, eſſe veriſimile talia euentura poſt hanc vitam, ſcribens: Nonnullos fideles per ignem quendam, Purgatorium, quanto magis, minuſue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiuſque ſaluari:] dummodo cum fide, vacent eleemoſynis, & finem peccatis imponant, & fructus pœnitentia dignos peragant, priuſquam de hoc ſæculo eripiantur. MIN. Ex iis clarum & certum eſt, Parentium & reliquam comminiſtorum cohortem, ſanctum Auguſtinum nunquam legiſſe, cum tam peruicaciter quam mendaciter pronunciant, illum nuſquam ad Purgatorium ignem ſupra dictum locum B. Pauli retuliſſe. Enchirid. c. 69.

B

DOCT. Idem inſuper B. Pater duobus aliis in locis Apoſtolica verba interpretatur de igne, quo nonnulli in iudicio particulari à Deo examinabuntur & damnabuntur: alii vero purgabuntur & ſaluabuntur. Prioris loci verba ſunt iſta: Arguuntur in die iudicii omnes, qui non habent fundamentum, quod eſt Chriſtus. Emendantur autem, id eſt, purgantur, qui huic fundamento ſuperædificant lignum, fœnum, ſtipulam. Detrimentum enim patientur, ſed ſalui erunt tanquam per ignem.] Poſteriore loco ſic orando Deum paraphraſi ſententiam explicat: Neque in ira tua emendes me, vt in hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus ſit, propter eos, qui ſalui erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Quare, niſi quia hic ædificant ſupra fundamentum ligna, fœnum, ſtipulam? Si ædificarent aurum, argentum, lapides pretioſos, de vtroque igne ſecuri eſſent: non ſolùm de illo æterno, qui in æternum cruciaturus eſt impios, ſed etiam de illo qui emendabit eos, qui per ignẽ ſalui erunt. Et quia dicitur, Saluus erit, contemnitur ille ignis. Ita plane quamuis ſalui per ignem: grauior tamen erit ille ignis, quam quidquid poteſt homo pati in hac vita.] His Auguſtini verbis, peruium eſt, eum Pauli ſententiam de Purgatorio intellexiſſe: eiuſdemque cruciatus acerbos & deprecandos eſſe. 4. Com. in Pſal. 6. C 1. Cap. 3. Com. in Pſal. 37. 1. Cor. 3. D

Idem præterea, eundem Apoſtoli locum diſcutiens, concludit, non infideles, non raptores, non adulteros, non periuros, de talibus commiſsis pœnitentiam ante finem 5. Com. in Pſal. 80.

non

Digitized by Google

non agentes, purgari aut ſaluari poſſe per
Gal. 5. hunc ignem, quia ſcriptum eſt: *Qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt.* Sed eos
tantum qui ſuper fundamentum (Chriſtum) ædificant ligna, fœnum, ſtipulam.
Saluus ergo eris (inquit) cum ardere cœperit quod ædificaſti, ſic tamen quaſi per
ignem.]

6. DOCT. En etiam octaua Auguſtini de
Com. in Pſal. 103. verbis Apoſtoli catholica interpretatio: Veniet caminus, & ad dexteram poni ſine camino (peccator) non poterit.] MINIST.
Quid per caminum innuit? DOCT. Non
afflictiones huius ſæculi, quæ ſingulis momentis miſeros excruciant mortales, ſed futurum poſt hanc vitam Purgatorii ardorem, & inflammatum carcerem, in quo
peccator expiabitur, priuſquam locum obtineat ſedeſque beatorum, vt paulo poſt
comprobat Apoſtolicis verbis, *Saluus erit ſic tamen quaſi per ignem.*

7. Atque vt tota hæc controuerſia diſſoluatur, de eodem loco rurſum agens, quoſ-
L. 21. ciuitat. c. 21. & 26. dam redarguit, qui huius occaſione autumabant, omnes Chriſtianos Catholicos ſaluandos eſſe, etiam ſi malæ vitæ impœnitentes fuerint, eo quod in fide perſeuerent, &
fundamentum (Chriſtum) retineant. Hos
Iac. 2. autem falli docet, cum dicat Apoſtolus Iacobus, *Si quis dicat ſe fidem habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare*
Cap. 26. *eum?* Tandem concludit, illos tantum ſaluos euadere, quos vel ignis afflictionis in
hoc ſæculo purgabit: vel ignis tranſitorius
defunctos expiabit.] Atque ſic vtramque
interpretationem, videlicet de igne tribulationum huius ſæculi; ac de igne alterius,
quo ſpiritus defunctorum emendantur, vltimum iudicium expectantes, tolerabilem
& credibilem eſſe ſtatuit: tantum abeſt vt
alteram contempſerit vel damnauerit.

8. MINIST. O ſacram Danæi conſcientiam, verbis, ſcriptiſque vociferantis, *Auguſtinum non modo ignoraſſe, ſed & negauiſſe, imo & abhorruiſſe Purgatorii doctrinam!* O Parentii & ſimilium Prædicantium impudentiſsimam impudentiam, affirmantium, ſanctiſsimum hunc Patrem nunquam Apoſtoli verba (1. Corinth. 3.) ad ignem Purgatorium retuliſſe! Merito ſane omni propenſione tam animi, quam corporis adeo
perniciosas calumnias deteſtor
& abominor.

* *
*

A

S. AVGVSTINVS FATETVR QVIdem locum Apoſtoli 1. Corinth. 3. obſcurum & difficilem eſſe, ſed nequaquam ſequitur, vt ad Purgatorium referri non poſsit, contra 48. errorem.

CAPVT XXVI.

MINISTER.

QVid præterea ſubeſſe poteſt? DOCT.
Subeſt iſta conſecutio falſiſsima & peſtilentiſsima Miniſtri Parentii: *Auguſtinus in*
Pſal. 29. ponit ſententiam Apoſtoli 1. Corinth. 3. Inſtruct.
inter obſcuras & difficiles. Vnde nulla quæſtio eſt pag. 49. &
B *illic accipiendi aliquem ſenſum literalem.* MIN. 50.
Quid tu ais ad hæc? DOCT. Conſtanter
aio, & antecedens, & conſequentiam, falſa
& peſtifera eſſe.

Primum enim ſanctiſsimo doctori im- Confut.
ponit iniquiſsime ſi vnquam. Cum enim 1.
triplici enarratione Pſalmum illum exponat, in prima quidem nihil huius attingit:
in ſecunda exponit admodum placide &
opportune: in tertia denique de ſententia
illa Apoſtoli nulla prorſus verba facit, nulla
parte de obſcuritate vel difficultate illius
conqueritur. Quocirca Miniſtri ac Scriptores veſtri ſuam vbique produnt inſcitiam,
C ſuas calumnias exponunt, nullamque ſe operam contuliſſe in legendis veterum Doctorum libris patefaciunt.

Diſcant ergo illum in libro de fide & o- 2.
peribus, cap. 15. & in l. 21. de ciuitate Dei, c.
26. de illa ſententia in vtramque partem copioſe (ſuo more) diſſerere: eandemq; connumerare inter ea difficilia intellectu, quæ
D. Petrus commemorat; ita tamen vt nunquam dixerit aut ſcripſerit, ab ea nullũ ſenſum literalem eſſe depromendum: quinimo ipſemet apertis ac expreſsis verbis eandem interpretatur ad literam, vt plurimis
allatis ex eo locis nunc euincebamus.

D Sed quæſo te, accurate perpendas horũ, 3.
ſi diis placet, nouorum apoſtolorum ac reformatorum pluſquam pueriles argutias, &
imperitas argumentandi artes. *Hæc ſententia intellectu difficilis eſt.* Concedo. *Ergo nullus ſenſus ad literam eruendus eſt ab illa.* Conſequentia & conſecutio non niſi ab imperito
ac plane rudiſsimo admittetur. Enthymema Caluinicum vt concludat, hoc Syllogiſmo perfici neceſſe eſt: A nulla ſententia intellectu difficili colligi poteſt ſenſus literalis. Hæc ſententia difficilis eſt intellectu. Ergo, &c. Impietatem propoſitionis quis non
videt?

Digitized by Google

videt? Sub eadem colligeretur pari forma: A Geneſis Ezechiel, Canticum canticorum, Pſalmi Dauidis, perdifficiles ſunt intellectu: In omnibus Epiſtolis Pauli quædā ſunt intellectu difficilia. Apocalypſis eſt tam difficilis intellectu, vt Caluinus attingere illam nunquam auſus ſit: ergo nullus ex iis intellectus ad literam eliciendus? Tam manifeſtæ abſurditates nullam merentur ſolutionem.

4. Denique, ſi obtinerent aſelli iſti bipedes, nullus Bibliorum liber, nullus tractatus, nullum caput ſecundum germanum & præcipuum eius ſenſum eſſet interpretandum: ſicque omnis Scriptura per diuerſas & incertas allegorias, quales quiſque pro voluntate comminiſceretur, eſſet interpretanda. MIN. Id non ſolum ineptum eſt, ſed & impium, cum ſic euerteretur omnis ſenſus Scripturæ, & Spiritui ſancto eius præcipuo authori atrox fieret iniuria. Pluribus in hac re non eſt opus. DOCT. Attingam ergo alium errorem, quem aduerſus B. Hieronymum committunt.

B. HIERONYMVS TEXTVM PAVLI *1. Cor. 3. non ſemel de Purgatorio eſt interpretatus: aduerſus 49. errorem.*

CAPVT XXVII.

DOCTOR.

Rvrſus, abiecta omni verecundia, Parentius veſter ait, *B. Hieronymum non intellexiſſe textum Apoſtoli 1. Corinth. 3. de Purgatorio; ſed Chryſoſtomum ſecutum, per hunc locum, Gehennæ ignem intellexiſſe.* (*Inſtruct. pag. 73.*) MIN. Tuum eſt allatis verbis eiuſdem B. Hieronymi contrarium probare.

Confut. 1. *L. 2. adu. Iouin. c. 3.* DOCT. Poſtquam ille vno in loco totum Apoſtoli locum induxit, in fauorem Purgatorii ſcribit: Si is cuius opus arſit, & perijt, damnum ſuſtinuit laboris ſui, perdet quidem laboris præmium: ſed ipſe ſaluabitur non tamen abſque probatione ignis.] His autem intelligit peccata venialia delenda eſſe pœnis temporariis ac remiſsis eo igne de quo Apoſtolus: hominē tamen poſt labores ſeruandum. MIN. Eius interpretatio nō minus difficilis videtur mihi, quam obſcura, quocirca aliā clariorē propono.

2. *Com. in 6. c. Iſaiæ.* DOCT. Cum idem Moſis, Dauidis, ac Iſaiæ teſtimoniis declarauit, thronum, altareque Dei calculis ac prunis ardore ſuo peccata humana purgantibus: præterea, quoſdam baptizari ſpiritu & igne, citato Apoſtoli quo de agitur, contextu, hanc ducit conſecutionem: Qui ſaluandus eſt, ſic ſaluabitur quaſi per ignem tranſierit.] MIN. Hæc apertius dicta ſunt de Purgatorio, ſed plura audire percupio. (*Deut. 4. Pſal. 17. Iſa. 6. Matth. 3.*)

3. *Com. in c. 7. Daniel.* DOCT. Explicans caput Danielis, in quo Dei thronus circundatur igneo flumine, & coniungens cum illo Ezechielem eadem fere referentem, atque Dauidem Pſalmo canentem, *Ignis ante ipſum præcedet*, omnia hæc refert ad eum ignem, de quo loquitur Apoſtolus 1. Cor. 3. & hæc propoſita B eſſe vt peccatores timeant tormentorum magnitudinem, & iuſti ſaluentur, ſic tamen quaſi per ignem.

4. *Com. in c. 4. Amos.* Et rurſus ille ſcribit: Quomodo Lot Sodoma pereunte, ſeruatus eſt, amittens ſubſtantiam, & partem corporis ſui, i. vxorem, ſic omnes iſti (qui ſeruari cupiunt) Sodomorum diuitias amittentes euadant nudi, iuſta illud quod in Apoſtolo legimus: *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Qui ergo ſaluatur per ignem, quaſi torris de incendio rapitur.]

5. *Com. in c. 3. Matth. Actor. 1. 1. Cor. 3.* Alibi præterea, aſſeuerat Saluatorem noC ſtrum baptizare, i. à peccatis abluere & purgare, in Spiritu, & igne. In ſpiritu quidem aut quem miſit Apoſtolis in præſenti, aut in futuro igne. Apoſtolo quoque huic ſenſui congruente, 1. Cor. 3. *Vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.*

6. MIN. Iam quinque locis oſtendiſti B. Hieronymum Apoſtoli verba 1. Cor. 3. ad ignem emendatorium referre, ſi ſextum addideris, mihi pluſquam abunde ſatis factum erit. DOCT. Comparat decem tribus Iſraelis cum hæreticis & ſchiſmaticis, & tribum Iudæ referens ad Eccleſiam Catholicam quæ continet plurimos peccatores, de D iis ait: Confitentur quidem rectam fidem, ſed propter vitiorum ſordes, purgantibus indigent flammis: iccirco nunc Dominus Ignem ad iudicium vocare ſe dicit, vt vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probet, &c.] Habes igitur ſex locos in quibus præclarus & ſanctus doctor Hieronymus locum Pauli de quo diſſerimus, interpretatur non de Gehenna æterna, in qua cruciabuntur reprobi: (vt cæcutientes Miniſtri garriunt) ſed de igne Purgatorio, quo multi electi ſaluantur. (*Com. in 7. c. Amos.*)

7. MIN. Non parum miror Parentium,

exte-

cæteroſque huius factionis homines in contrariam ſententiam abiiſſe. Si enim quos adduxiſti Hieronymi locos perſpexiſſent, nimium impii mihi viderentur nimiſque petulantes impoſtores ac eluſores, quod eos nô ſolum diſsimularent: verumetiam quod illis palam contradicerent. Sin illos nec perluſtrarint nec didicerint; nimium impudenter arroganterque iudicium de re illa tulerunt, ſcripſeruntque nimis leuiter, prorſus ſibi incognita. DOCT. Equidem mirari deſines, ſi attendas, quæ de huiuſmodi ſeductoribus alius ſcripſit Apoſtolus: *Quæcunque ignorant, blaſphemant.* Perſpiciant denique hinc vniuerſi, qui ſalutis ſuæ cura ſerio tanguntur, quantis æternæ perditionis periculis ſeipſos exponunt, qui talibus impoſtoribus aures & mentes ſuas accommodant.

S. CHRYSOSTOMVS COMMENdauit preces & oblationes pro defunctis; iiſdemque vtiliſsimas eſſe prædicauit, idque ab Apoſtolis traditum aſſeruit: aduerſus 50. & 51. errorem.

CAPVT XXVIII.

DOCTOR.

ELoquentiſsimum ſanctiſsimumq; Præſulem Chryſoſtomum, ſuis erroribus vbique aduerſantem præſentiſcentes huius æui hæreſiarchæ, eundem ſuis probris vexare, vt lectiſsimis ſcriptis eius nulla fides habeatur, multis modis ſunt conati. Nam
Colloq. menſal. pag. 20. ſectarum princeps Lutherus quaſi alter Acherontis Cerberus hiat in eum ore trifauci: *Chryſoſtomus nihil fere ſyncere ſcribit. Multos ſplendidos compoſuit libros, ſed tantum ſunt chaos, & ſaccus verborum ſine re.* Iterumque ſuas aucturus contumelias ait: *Chryſoſtomus ſeditioſus, & garrulus videtur.* Et in aliis collo-
Pag. 135. 136. quiis per Aurifabrum comeſſatorem ſuum collectis, ait: *Chryſoſtomum nullo loco habeo, nihil eſt enim niſi loquaculus, &c.* Parentius, &
Inſtruct. pag. 67. Miniſtri corriuales, ad obiectas ſuis erroribus aduerſus Purgatorium Chryſoſtomi ſententias nô doctius aut modeſtius reſpondent, quam *ſcripta illius eſſe lignum, fœnum, ſtipulas.* Deinde, pro omni reſponſo ad oppoſitam ſibi tam eiuſdem Chryſoſtomi, quam plurium aliorum veterum Patrum doctri-
Pag. 83. nam, ſcribunt: *Nihili facimus omnes authoritates quas citat iſte Funigerulus, ex antiquis doctoribus, quoniam hæc Ceremonia* (offerendi & o-

A randi pro defunctis) *eſt contraria verbo Dei.* Et ſuas multiplicantes aduerſus vniuerſum ſanctorum Patrum cœtum blaſphemias, aiunt: *Patres à ſcriptis Prophetarum & Apoſtolo-* Pag. 144. 145.
rum aberrarunt: & quod amplius eſt, res plane contrarias eorum doctrinæ tradiderunt. Omnes Patres vno eodemque conſenſu communi aberrarunt, nec ſemel, nec in vno tantum ſæculo, ſed in multis, & ſæpe, &c.

MIN. Ah, tantam ne antiquitatem, ſanctitatem, ſapientiam intemperanter contemnere? Calumniari? Spiritum Dei in iis habitantem, loquentem, ſcribentem, contumeliis afficere? Patres profecto non fue- Confut. 1.
B runt, ſed Chriſti ac Eccleſiæ eius proditores atque perditores, ſi hæc fecerunt? Ecquid autem vtilitatis, aut voluptatis cœpiſſent, non modo errando; ſed etiam omnes poſteros præmeditato conſilio, ac communi conſenſu in tetros ac damnabiles errores inducendo? Adeo pernicioſum de omni ſacra antiquitate iudicium, tantum ferri potuit ab hominibus prauis, à Deo derelictis, & ſpiritu tenebrarum & blaſphemiarum repletis. Si Cham patris irriſor, à Deo & Gen. 9.
hominibus iuſta maledictione percuti meruit: quantis execrationibus digni ſunt iſti, qui tot tantoſque Patres ſubſannant, tradu-
C cunt, in eos tanta diritate ac immanitate bacchantur?

DOCT. Sed iam tantum agamus de Chryſoſtomo, probemuſque illius ſcriptis, 1
conſtanter eum profiteri Ignis emendatorii doctrinam perutilem & Apoſtolicam exiſtimatam fuiſſe eius ſæculo, quod à Chriſto nato quintum habetur. MIN. Id à te ex- Tomo 1. Serm. 1. de Iob & Abrah.
ſpecto: parum enim eius ſcripta euolui. DOCT. Præter ea, quæ iam ſupra ex eius Liturgia citauimus, inſuper ſcribit: Iob nulla obtuliſſe pro decem liberis defunctis ſacrificia, quia nullas amplius poſsidebat facultates: ſed ad pias preces confugiſſe ſa-
D crificiorum loco. Sufficiebant eius voluntati preces.] Quibus ſatis aperit, Legis naturæ Patriarchas pro defunctis oraſſe, qui Purgatoriis tenebris atque pœnis tenebantur.

Deinde, hoc inducit argumentum à minori ad maius repetitum. Si Iobi patris vi- 3
ctima filios eius expiauit, qui dubitabis de- Hom. 41. in 1. ad Cor. Et citatur Cathena in Iob.
functos adiuuari, quotieſcunque pro illis offerimus?] MINIST. Itaque non tantum precibus, ſed & oblationibus docet opem ferre defunctis. Quin & ipſe cum Sacerdos, imo & Patriarcha Conſtantinopo-

Digitized by Google

litanorum ac omnium Græcorum eſſet, dum ſacris operabatur, pro iiſdem offerebat.

4. *Hom. 32. in Matth.* Aliquid ne in hanc rem tradit etiam in Tomo operum ſecundo? DOCT. Vno in loco teſtatur, quod poſt mortem, pauperes conuocabantur, & Presbyteri inuitabantur, vt pro defunctis orarent, vt requiem adipiſcerentur, & propitium Iudicem inuenirent.

5. *Hom. 21. in Acta.* Tomo tertio, parentes hortatur, vt pro defunctis liberis eleemoſynas largiantur pauperibus, Sacerdotes vt pro illis offerant, & vnumquemque priuatim vt Deum pro requie fidelium defunctorum. Confirmat autem iſtud illis prodeſſe plurimum hoc argumento. Si viduæ ac pauperes oſtendentes B. Petro veſtes & tunicas acceptas à Dorcade vidua antequam diſcederet ab hoc ſæculo, obtinuerunt vt à morte ſuſcitaretur: non eſt ambigendum preces & oblationes pro mortuis factas multum illis vtilitatis & conſolationis allaturas. Deinde, ſcribit: Non fruſtra pro defunctis oblationes fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra eleemoſynæ. Hæc omnia Spiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuum iuuemus.] Refert poſtea in Liturgia, Diaconum exclamare ſolitum fuiſſe ad aſsiſtentem populum: Pro his qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro iis qui illorum memoriam faciunt, Oremus, & offeramus.]

Actor. 9.

Liturg.

6. *Hom. 41. in 1. Ep. ad Cor.* In tomo quarto, adhortatur vnumquemque fidelium, vt defunctos iuuet non lacrymis, ſed precibus, ſupplicationibus, eleemoſynis, & oblationibus. Addit: Non eſt temere hoc excogitatum, nec fruſtra memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, aut accedimus pro iſtis Agnum illum peccata mundi tollentem deprecantes, ſed vt his conſolatio hinc alia fiet. Nec temere qui Altari aſsiſtit, inter horrenda myſteria clamat: Pro omnibus in Chriſto dormientibus.]

7. *Hom. 1. in Epiſt. ad Philippen.* Alio rurſum in loco ad eos iuuandos ſic omnes commonet: Defleamus iſtos, iuuemus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilii: precantes adhortemur & alios vt pro illis orent, operibuſque indeſinenter pro illis eleemoſynas demus, &c.]

8. *Eadē ſunt Hom. 70. ad popul. Antioch.* Homilia quarta in Epiſt. ad Hebræos, prohibet quidem fletus ac vlulatus immoderatos, & aduocare mulieres lamentatrices: interim vero refert tunc moris fuiſſe, in funeribus lampades ſplendidas ferre, & pſallere, *Conuertere anima mea in requiem tuam. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Tu es refugium à tribulatione quæ circundedit me, &c.*] Id eſt, ſacros hymnos & pſalmos pro obtinenda defunctis venia & requie: quos etiamnum hoc tempore pſallimus. Meminit etiam ibi Presbyterorum, qui ad pſallendum pro eis aduocabantur. *Pſ. 114. 31. &c.*

MINIST. In quinto tomo nihil de his rebus ſtatuit? DOCT. Imo vero multo amplius quam alibi vſquam. Enimuero hos ritus ab Apoſtolorum traditionibus acceptos ſic conſtanter prædicat: Orantes, & alios precantes vt pro eis (defunctis) deprecentur, pro eis pauperibus largientes continue.] Et poſt pauca: Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſteriis defunctorũ agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum enim totus conſtiterit populus extenſis manibus, Sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his (defunctis) deprecantes? Sed hoc quidem de his, qui cum fide migrarunt.] 9. *Hom. 69. ad popul. Antioch.*

MINIST. Hæc ſatis ſint ex Chryſoſtomo. Nam qui iis non conceſſerit, nec ſexcentis aliis eius teſtimoniis obtemperaret. Et reapſe Parentius non eſt auſus de hoc doctore dicere (ſicut de aliis) quod in hac re varius fuerit aut inconſtans, ſed tantum *quod tametſi tot loci tractent de cura pro mortuis habenda, & de orationibus pro eis fundendis, ad has tamen non conſequi aliquod Purgatorium eſſe.* DOCT. Inſulſo huic cauillo copioſius poſtea reſpondebo: nunc tantum eidem obiicio: Preces & oblationes iſtæ pro defunctis non fiunt pro iis qui iam pace & beatitate ſempiterna fruuntur, vt ſuperius ex Auguſtino docuimus, nec concipiuntur nomine infidelium & reprobatorum, nihil enim eis prodeſſent. Ergo funduntur pro iis qui tertio quodam ac expiatorio loco tenentur in tormentis, vt iis eripiantur. Quorſum etiam tam peruicaciter iis precibus repugnarent Miniſtri Caluiniani, niſi quod ſecretis conſcientiæ teſtimoniis conuincuntur, Purgatorii locum & ignem ex illis recte iureque colligi? Aut precibus eis requies, & locus cæleſtis luminis peteretur, niſi eſſent in laboribus atque tenebris? 10. *Inſtruct. pag. 67.*

MINIST. De horum veritate & fide non video relictum eſſe ambigendi locum: clariſsimeque conſpicio Chryſoſtomum illo- 11.

Digitized by Google

illorum fuiſſe fortiſsimum frequentiſsimumque propugnatorem. Sed ſcire percupio, vnde potuerit colligere, hos ritus ab Apoſtolis promanaſſe, cum aliquot ſæculis fuerit eis ætate inferior? DOCT. Id collegit ex ſcriptis ſanctorum diſcipulorum & auditorum ipſorum Clementis, Dionyſii, Hermæ, quorum teſtimonia ſuperius citaui. Hinc, ex communi conſenſu omnium per orbem Eccleſiarum, quæ ab illorum temporibus in ſuum vſque ſæculum idipſum ab illis acceptum vt ſacrum depoſitum cuſtodiebant. Eſt enim B. Auguſtini certiſsima regula: Quæ cuſtodiuntur per vniuerſam Eccleſiam, & non inueniuntur in ſacris literis, neque in Conciliis poſterorum, non niſi ab ipſis Apoſtolis tradita & commendata creduntur.

L. 2. de Baptiſmo c. 7. Epiſtola 118. c. 1.

12. MINIST. Recte & apposite. Sed quid ais ad iudicium Lutheri de Chryſoſtomo & ſcriptis eius? DOCT. Per me idem eſto iudicium, quod ipſemet decreuiſti de aliorum ſeductorum veſtrorum impoſturis. Huic quoque addo ſaniora iudicia quæ ab antiquis de illo lata fuerunt, vtpote à S. Auguſtino qui Chryſoſtomum vocat, Sanctum ac dignum Epiſcopum: à ſancto Theodoreto, qui illum item appellat, Magnum Ioannem, & doctorem orbis terrarum: à ſancto Innocentio Papa, qui iiſdem eum titulis exornat, & profitetur Archadium imperatorem illum perſequendo, bellum geſsiſſe aduerſus Chriſtum, qui in illo habitabat: & in ſuis ad eum Epiſtolis, eundem nominat, Cariſsimum fratrem ac collegam ſuum. Ad hæc, S. Iſidorus Peluſiota illius patrocinium ſuſcipit, aduerſarios coarguit, & Atticum ſcribendi modum eiuſdem mirifice commendat. Honorius Imperator binis ad fratrem Archadium datis in fauorem eius litteris, eum vt præclarum Orientis & Occidentis lumen commendat.

L. 2. adu. Iul. Pelag. L. 5. hiſt. c. 28. & 32. Niceph. l. 13. c. 34. L. 14. c. 53. L. 15. c. 37.

13. Et quod mirabilius, Paulus Apoſtolus quem ſpeciali religione coluit, eidem ſæpius apparuiſſe refertur. Petrus & Ioannes aliquando eidem viſendos ſe præbuerunt. S. Baſilius Martyr eidem obitus diem prænunciauit. Sanctus ſpiritus, quo tempore presbyter ordinabatur Antiochiæ, ſigno viſibili in eum deſcendit. Denique, à Deo honore Doctoris, Confeſſoris, & Martyris exornatus fuit. Ante & poſt mortem inſigni miraculorum gratia floruit, quemadmodum à Simeone Metaphraſte, Georgio Patriarcha Alexandrino, Proclo Conſtantinopolitano, Nicephoro, & Suida, in ſcriptis fideliter & grauiter relatum eſt. An non hæc ſufficiunt ad obturandum os loquentium aduerſus hunc ſanctiſsimum Dei ſeruum, & Spiritus ſancti ſelectum organum, tam iniqua?

Palladius. Caſſiodor. Georg. Proclus. Leo imp. Metaphr. Suidas.

NON SOLVM GREGORIVM Magnum credidiſſe Purgatorium, ſed & omnes eius ſæculi ſexti, quod ab Anaſtaſio ad Phocam vſque decurrit, meliorꝭ notæ Scriptores obtuliſſe & oraſſe pro mortuis, aduerſus 52. & 53. errorem Caluinianorum.

CAPVT XXIX.

MINISTER.

QVicunque fidem habuerit ſcriptis Lamberti Danæi, *non credet vllum melioris notæ Scriptorem Eccleſiaſticum, ignem Purgatorium vnquam hoc ſæculo ſexto probauiſſe, vllum orthodoxorum veterum, ac ne Gregorium ipſum magnum crediſſe.*

In c. 67. Enchiridii B. Auguſt.

DOCT. Impudentiſsimum ſane commemoras mendacium, & quod ab ipſomet authore ſuo aperte damnatur. Alibi namque ſcribit: *Preces pro defunctis factas profluxiſſe a Marcione*, qui trecentis & iis amplius annis Gregorii magni ætatem præceſsit. Inſuper, idem fatetur Virgilium & Homerum vtroque longe anteriores Purgatorium non ignoraſſe. Quomodo igitur Patres ſexti Eccleſiæ ſæculi iſtud ignoraſſent? Confut. 1.

In l. de hæreſ. Aug. c. 12.

Ad hæc, fieri non poteſt, quin probe noſſent S. Auguſtinum ex Latinis, & S. Epiphanium ex Græcis patribus, ſuperiori ſæculo Aerium & ſectatores eius hæreſeos notaſſe, ac extra Chriſtianorum communionem eieciſſe, propterea quod oblationes & orationes pro defunctis fieri prohiberent. Quanta ergo cum fraude & impietate ſcribit Miniſter ille, *nec S. Gregorium, nec vllum alium melioris notæ Scriptorem Eccleſiaſticum iſthæc probauiſſe vel crediſſe?* 2.

MINIST. Equidem ipſemet Caluinus profitendo, *ante mille & trecentos annos oratum fuiſſe pro fidelibus defunctis*, hanc eludit fallaciam, ac plane diſsipat. Parentius quoque cum aſſeclis admittunt non ſolum Gregorium agnouiſſe Purgatorium: verum & Patres quinti ac quarti ſæculi pro 3.

Inſtruct. pag. 69.

mortuis oraſſe & ſacrificaſſe. Vnde ſine ma- A nifeſta contradictione non poteſt à nobis induci pars negans, niſi prius Authores noſtri litem iſtam compoſuerint. Ego rem eſſe video meis viribus ſuperiorem.

4. DOCT. Nos ſupra oſtendimus eundem S. Gregorium Purgatorium aſſeruiſſe, non tantum exemplis atque reuelationibus aliquo ex illo redeuntium ſpirituum, verum & firmiſsimis ſacrarum Scripturarum teſtimoniis. *Dialog. 5. contra error. 3. 8. 9. & 23.* Præcedentibus ergo teſtificationibus tres in præſentiarum duntaxat authoritates eiuſdem adiiciam: deinde ad alios Patres accedam. Is ſecundo Dialogo comprobat Oblationes à quadam pia Nutrice *Cap. 23.* B factas nomine duarum puellarum Monialium, quas educauerat: pro quibus & idem ipſe orauit & ſacrificauit, aliiſque vt idem præſtarent author fuit. Deinde, refert oblationes cuiuſdam Fœminæ pro Marito, quem defunctum æſtimabat, ad ſedandam ſeruitutis in qua detinebatur, acerbitatem, eidem plurimum ſolatii attuliſſe. Denique, declarat ſanctum Caſsium Narniæ Epiſcopum, ſingulis diebus ſacra peregiſſe pro requie defunctorum: Deumque cuidam pio Sacerdoti reuelaſſe, iſtud ſibi gratiſsimum eſſe.

5. MIN. Et his tribus, & aliis ſuperioribus C locis, ſic manifeſtū eſt Gregorium docuiſſe Purgatorium, & fuſas pro mortuis preces probauiſſe, vt Danæi id pernegantis manifeſta ſit propudioſa nequitia. DOCT. Ergo vlterius progredior fretus authoritate S. Seuerini Boetii, qui, prout etiā Centuriatores agnoſcunt, teſtatur quædam ſupplicia in perpetuum decreta eſſe in animas humano corpore liberatas: *L. 4. conſolat. Philoſ. proſa 4.* quædam vero ad tempus duntaxat, & hæc expiatoria eſſe leuium delictorum, vt conſtat ex his eius verbis: Magna quidem ſunt animarum ſupplicia: quorum aliā pœnali acerbitate, alia vero Purgatoria clementia exerceri puto.] D

6. MIN. Alios Scriptores Eccleſiaſticos numerato. DOCT. Gregorius Turonenſis *L. 4. hiſt. Franc. c. 1. & lib. 8. c. 10.* ſcribens corpus Clotildis Reginæ Francorum, Pariſiis terræ mandatum fuiſſe, Pſallentium turba comitante: præterea, Regem Gunthranum ſepeliendum curauiſſe regis Clodouei corpus, cum clero, populo, atque cereis, euidentiſsimum teſtimonium reddit, eo ſæculo corpora Chriſtianorū haudquaquam Caluiniano more, ſed ritu plane Catholico, i. cum precibus, ſepulta fuiſſe. MIN. Equidem ſemper iudicaui eum morem plane ferinum & pluſquam barbarum eſſe, quem in ſepeliendis ſuorum cadaueribus ſeruant Caluiniani: quoniam ſine cantu, ſine cruce, ſine lumine, ſine adhortatione, ſine vlla oratione, aſinorū, canum, porcorum inſtar corpora terræ mandant, ac ſi omnem fidem ac ſpem reſurrectionis ex animis ſuis abieciſſent. Cynicos diceres eſſe. Tartaris, Mauris, Ethnicis, Indis, Anthropophagis longe deteriores & inhumaniores.

7. DOCT. Gregorii magni ſæculo viuebat Caſsiodorus, plurimumque commendabat *Hiſt. trip. l. 10. c. 26.* iuniorem Theodoſium Imper. quod reductas ab oriente B. Chryſoſtomi reliquias religioſe oſcularetur, ſuppliciterque pro animabus patris Arcadii & matris Eudoxiæ, qui viuentem in exilium relegauerant, veniam precaretur. Idem expoſitione in duos Pſalmos, S. Auguſtinum ſecutus, illorum verſus primos, *Domine, ne in furore arguas me, neq; in ira tua corripias me,* *In Pſ. 6. & 37.* de Purgatorii igne tremendo, conſtanter interpretatur.

8. Ab Europa in Africam, ſi placet, transfretemus. Illic audiemus beatum Victorem Epiſcopum Vticenſem, referentem oblationes & preces publice ſemper fieri ſolitas in funeribus Chriſtianorum. Cum enim VVandali hæretici Catholicorum in- *L. 1. perſeq. VVand.* gentes turmas in exilia duriſsima propellerent, præſertim in Sacerdotes omni crudelitate baccharentur, pii laici eorum diſceſſum ſuſpiriis ac lacrymis proſequentes, conquerebantur: Qui nos orationibus ſolemnibus ſepulturi ſunt morientes? A quibus Diuini ſacrificii ritus exhibendus eſt conſuetus?] Denique, ſub finem tertii libri de perſecutione VVandalica, ſcribit, *Lib. 3.* Clerum Carthaginienſem (cum etiam per vniuerſam Africam detonaret ſæua hæreticorum rabies) nunquam intermiſiſſe Pſalmorum recitationem, publicaſque preces fieri conſuetas in funeribus Chriſtianorum.

9. Quod ſi hæreſeôn Miniſtri tam cupidi ſint & auidi Græci, Hebraici, ac Syriaci etiam ſermonis, vt aliquando ſimulant, ſimilia comperient impreſſa Syriace apud Plantinum anno Chriſti 1572. in pereleganti tractatu de ſacris ritibus Syrorum, ſcripto per S. Seuerum Patriarcham Alexandrinum, latine autem reddito *S. Seuer.* per generoſum ac eruditum Guidonem Fabritium Boderianum (cuius anima collecta ſit in faſciculo viuentium.) In eo enim hæc habentur: Deus, præſta requiem & patri meo, & matri meæ,

meoque

meoque Præceptori, qui me educauit,] aiebat ſacerdos in altari cum ſacris operabatur. A Indicans poſtmodum iſtas preces fieri tantū pro Chriſtianis, ſubiungebat. Mortui illi qui comederunt corpus Chriſti, & biberunt ſanguinem eius, hi ſunt quorum æquum eſt mētionem fieri intra propitiatorium.] Et paulo inferius has preces adiiciunt: Recordare animarum noſtrarum, & animarum patrum noſtrorum, & fratrum noſtrorum. Tribue requiem Domine Deus, animarum eorum, &c. MIN. Satis multos mihi videris huius ſæculi authores commemoraſſe: tranſeamus ad ſeptimum.

PATRES SEPTIMI SAECVLI, ID *eſt, à Phoca ad Leontium Imper. doctrinam Purgatorij confeſſi ſunt: aduerſus 54. errorem.*

CAPVT XXX.

MINISTER.

AVdiſti nuper Danæum noſtrum aſſerētem *nullum melioris notæ Scriptorem Eccleſiaſticum horum temporum ac orthodoxum, Purgatorium agnouiſſe.*

Confutatio. 1. DOCT. Tu viciſsim vt audiſti me impudentiam eius refutantem per doctrinam Patrum ſexti Eccleſiæ ſæculi, ita nunc audies, Deo bene propitio, me, mendacij manifeſti illum conuincētem per ſcripta Orthodoxorum ſeptimi illius ſæculi. C Etenim B. Iſidorus Hiſpalenſis, quem etiam Miniſtri Centuriatores ferunt magni Gregorij fuiſſe diſcipulum, atq; eximia virtutis & doctrinæ præſtātia floruiſſe anno Domini 627: inſuper, eum refutaſſe vſque ad ſexaginta decē hæreſeon ſectas, quibus vſque ad illius tempora mirū in modum diuexata fuerat Chriſti Eccleſia. Is inquam, in primis referens libros Machabæorum inter libros canonicos, eadem opera laudat pro peccatis mortuorum factum ſacrificium: atque ſanctam & ſalubrem eſſe cogitationē pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. D MIN. Cōſequutio adeo certa & manifeſta eſt, vt Miniſtri non aliam ob rem Antecedenti ſeipſos opponant ne id cōſequatur. DOCT. Idem profitetur, quod in Miſſa pro eis ſacrificare, vt per illud ſacrificium veniam conſequantur, traditionē eſſe Apoſtolicam, ac (vt ſupra ex Chryſoſtomo & Auguſtino percepiſti) vniuerſæ Eccleſiæ doctrinam. MINIST. Audiui & credidi.

Cent. 7. col. 512 & 513

L. 1. de offi. Eccl. c. 13.

2. *Cap. 16.*

3. *Cap. 19.* DOCT. Idem continuo adiicit: Sacrificiū pro defunctorum fidelium requie offerri, vel pro eis orare, quia per totum hoc orbem cuſtoditur, credimus quod ab ipſis Apoſtolis traditum fuit.] Hoc ipſum cōfirmat per hoc, quod Chriſtus inſtituit ſacrificium corporis & ſanguinis ſui pro multis offerri in remiſſionem peccatorum hinc, per Apoſtoli Pauli doctrinam: quibus ſubiungit B. Cyprianum lib. 2. Epiſt. 3. & B. Auguſtinū Enchirid. ca. 110. lib. 21. de ciuitate Dei, c. 24. & lib. de cura pro mortuis agenda. Idem rurſum hæc ipſa latius exponit & firmat, duobus poſtremis capitibus libri ſecundi officiorum Eccleſiaſti- B corum. Satiſne tibi factum ab hoc Orthodoxo & Eccleſiaſtico Scriptore? MIN. Plane factum ſatis. Alium adiicito, vt omnium cōſenſus appareat.

Matth. 26. 1 Cor. 3. 10. & 11.

4. *L. 1. Prognoſticōn, c. 19. 20. & 21.* DOCT. Iulianus Pomerius, Toletanus Archiepiſcopus, ac Hiſpaniarū primas, ſanctos Paulinū & Auguſtinum ſequutus, docet ſepeliri in Baſilicis Martyrū rem eſſe vtiliſsimam defunctorum animabus, quia cōmendantur eorundem Martyrum veluti fidiſsimorum patronorum precibus: voluntateq; huiuſmodi ſepulturæ non poſſe eſſe inutilē, cum à pietate fideque procedat, vt dudū B. Auguſtinus obſeruauit l. de cura pro mort.

5. *2 Mach. 12.* Idem præterea, fidem iſtā corroborat exemplo ſummi Hebræorum Pontificis ac imperatoris beati Iudæ Machabæi, qui pro militibus ſuis bello cæſis grande & ſolemne ſacrificium fieri procurauit, quod à proceribꝰ ſanctæ Synagogæ factū & probatum eſt. Cōuertit Eccleſiæ Catholicæ authoritatem & cōſuetudinē, quę Sacrificiū & preces offert in altari pro cunctis fidelib. defūctis. Hæc autē pro valde bonis gratiarū actiones ſunt: pro non valde malis, propitiationes: pro valde malis, & ſi nulla ſunt adiumenta mortuorū, qualeſcunq; viuorum ſunt conſolationes. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſsio, aut certe tolerabilior fiat ipſa damnatio.] Hæc ad verbum ſumpta ſunt ex Aug. Enchirid. cap. 110.

6. *L. 2. Prognoſticōn, c. 19.* Adhæc, ſuam cunctis probaturus in hac fide conſtantiam, alio in libro ſcribit: Purgatorium ignem poſt mortem eſſe, multorum tractatuum cognouimus ſententiis euidenter definitum.] His connumerat B. Auguſtinum affirmantem ignem iſtiuſmodi eſſe acerbiorem, & latu difficiliorem omni qua uis alia huius mundi pœna. Deinde, beatum Gregorium hanc ipſam ſententiam expreſſis Chriſti verbis Matthæi. 12. itemq; per Paulum

Digitized by Google

lum Apoſtolum 1. Cor. 3. confirmantem.

Cap. 20. 21 22. Differit denique, qua ratione differt hic Purgatorius ignis ab igne damnatorū in Gehēna, illumq; aſſeuerat duraturum vſq; ad poſtremum iudiciū: & ad extremum, quoſdam ab eo citius, alios vero tardius pro delictorū exigentia, liberari prædicat.

7. Tertius illius ætatis accedat Scriptor Eccleſiaſticus, S. Cæſarius Arelatenſis Archiepiſcopus, qui de hoc igne ſic loquitur: *Homil. 1.* Tandiu in Purgatorio illo moras habebimus, quandiu minuta peccata tanquam lignū & fœnū, & ſtipulæ conſumantur.] Ibidemque Auguſtino concinens ait: Purgatorius ignis durior erit, quam quid poteſt pœnarū in hoc ſæculo aut videri, aut cogitari, aut ſentiri,] Et *Ibidem.* ne Miniſtri excipiant, eum ſine Scriptura loquutum eſſe, en alia eiuſdē tractatio: Quidquid de minutis peccatis à nobis continuis orationib. & frequentib. ieiunijs, & largioribus eleemoſynis, redemptū non fuerit, illo igne purgandum eſt, de quo Apoſtolus dixit: *Quia in igne reuelabitur, &c.* *1. Cor. 3.*

8. Et vt mirabilem totius mundi conſenſionem in hac pietate & religione intuearis & amplectaris, ecce venerabilis Beda ſcribens. *L. 4. hiſt. Eccl. c. 25. & l. 5. c. 15.* Cantiones & orationes, quibus defunctorū animæ Deo commendabantur, tum ſequutas fuiſſe ſepulturas.

9. Idem rurſus teſtis eſt, pro Oſuualdo in *Lib. 3. hiſt. eccl. c. 2.* Anglia occiſo, fratres Hagulſtadenſis Eccleſiæ quotannis pridie ante illum diem, quo is occiſus fuerat, Vigilias cū plurima Pſalmorum laude continuaſſe, & victimā ſacræ oblationis pro ſalute animæ eius offerre ſolitos fuiſſe. Item, quod Oſuuius quoq; Rex in loco vbi Oſuinum Regem interfici curauerat, *Ibidem.* monaſterium extruxerit, vt quotidie preces pro vtriuſque anima ibi fierent. &c.

10. MIN. Ignoro quid ad hæc reſpōdere poſſet Danæus: omnes enim ſuperiores Eccleſiaſtici Scriptores profitentur doctrinā de Purgatorio, & precibus pro defunctis, Eccleſiaſticam & Apoſtolicam eſſe: Deus autem iubet Eccleſiæ credere & obtemperare ſub mortis interminatione. *Symbol. Matth. 18. Luc. 10.* Tot & tantos Patres leuitatis & inconſtantiæ accuſare cum Parentio, mendacium nimis apertum eſt. Illos vt ſeductos & faſcinatos à diabolo reijcere, diabolica plane calumnia eſt. Itaque nō dubito, quin hoc eorum ſæculo ita creditum & prædicatum ſit, vt referunt: ſicque Chriſtianiſsimum eſſe Ignem emendatorium ſibi perſuadere, & eo detentos pro viribus iuuare. Ad ſæculum octauum tranſeamus.

A

OCTAVO ECCLESIAE SAECVLO, id eſt, ab imperio Leontii vſque ad imperium Irenes, & Conſtantini ſexti eius filij, eadem fides perſeuerauit contra 55. errorem.

Capvt XXXI.

MINISTER.

Miniſtri Centuriatores adfirmant Bedam illius ſæculi celeberrimum Scriptorem *contra Purgatorium loquutum eſſe*: ſimiliter *Albinum hinc contradicere.* Hi porro cum Dama- *Cent. 8. col. 298. & 299.*

B ſceno, Aponio, & Paulo Aquileienſi, præcipui fuerunt Eccleſiæ eius æui doctores atq; ſcriptores. Quid ad hæc reſpondes?

DOCT. Eos miniſterij ſui opera præſtare. *Confutatio.* MIN. Quid his verbis deſignare velis, non ſatis intelligo. DOCT. Plane reſpondeo, Illos impuriſsimi caro dæmonis, omnis fallaciæ ac impietatis parentis ſui more, vulgo *1.* imperito velle imponere. Id nunc euincebā quatuor eiuſdē venerabilis Bedę teſtificationibus: quibus multo plures adijcio. Idem enim de ijs, qui in expiatorij ignis tormentis *Com. in Prou. c. 11.* exercentur ait: Poſt mortem poſſunt abſolui, vel pœnis caſtigari, vel ſuorum precibus

C ac eleemoſynis, & Miſſarum celebrationib.] MIN. Certe nihil clarius, nihil firmius in hāc rem dici poteſt.

DOCT. Scribit rurſus ſic explicās primū *2.* verſum Pſalmi ſexti: *Non corripias me*, id eſt, *Com. in Pſ. 6.* nullum peccatum in me inuenias, propter q̄ me dignum correctione in igne Purgatorio *In Pſ. 37.* oſtendas] Idem iterum alio in loco: Corri- *1. Cor. 3.* piuntur in ira Dei, qui Chriſtum fundamentum habent: ſed non tantum aurum, argentum, lapides pretioſos ſuperædificant, ſed etiam intermiſcent ligna, fœnum, ſtipulas. Ideo neceſſe eſt, vt hi tales in ira corripiātur, id eſt, in Purgatorio igne, &c.]

D Idem iterum alibi expoſiturus quid ſibi *Io. 3.* velit, quod Chriſtus non tantum baptizet in *Matth. 3.* Spiritu & aqua, ſed etiam per ignem: tradit *L. 1. Com. in* hoc referendum eſſe ad ignem Purgatoriū, *Luc. c. 2.* Vt de leuibus quibuſdam peccatis, inquit, quæ hinc nobis euntibus adhæſerint, Purgatorij ignis ante vltimū iudicium baptiſmate permundemur.] Coniungit ijs & verba Apoſtoli de illis qui ſaluantur, ſic tamen quaſi *1. Cor. 3.* per ignem. MIN. Equidem hinc omnibus apparet hunc ſanctum & omnibus modis venerabilem Eccleſiæ doctorem, nec cogitatione, nec verbo, nec ſcripto vnquam impugnaſſe

Digitized by Google

pugnaſſe Purgatorium: ſed multis in locis, idq; etiam expreſsis Dei verbis eundem aſſeruiſſe: inſuper, & aperte docuiſſe quibus modis ac remedijs animabus qui ibi caſtigantur debeamus opitulari.

4. DOCT. Subijciam præterea, & paucis cõtraham, quædam plane mira & ſtupenda, quæ ſcriptis ſuis inſeruit. *L. 3. hiſt. Eccl. c. 19.* Beatus Furſeus, nobilis genere Scotus, ſed pietate nobilior, animo raptus, à veſperis vſque mediam noctẽ, conductus fuit à tribus Angelis per vias alterius ſæculi, & non ſolo viſu, verum & ſenſu ardores percepit Purgatorij. Reſtitutus priori ſtatui, in gena & humero quandiu poſtea vixit, flammarum ſtigmata in corpore ſuo conſpicua retinuit. MINIST. Hæc diuina iudicia etſi rideant Epicurei & inſani homines, pij tamen omnes mirabuntur, ſuſpicient, & in ſalutis ſuæ vſum ſapienter & religioſe conuertent.

5. *Lib. 5. hiſt. Eccl. c. 13.* DOCT. Refert adhuc in Angliæ prouincia Northumbriæ, & loco quem incolæ nominant Iucuningum, pium quendam Patrẽfamilias ſero vita defunctum, ſequenti die à morte ſuſcitatũ, miranda de Paradiſo, Purgatorio, ac Inferno, quæ bono Angelo ſuo duce, è propinquo contemplatus fuerat: pro certo retuliſſe. Conſpexerat in primis vallẽ flammis horrẽdam, cuius myſteriũ his verbis Angelus itinerum dux eidem aperuerat: Vallis quam aſpexiſti flammis feruentib' & frigoribus horrendam rigidis, ipſe eſt locus in quo examinandæ & caſtigandæ ſunt animæ illorum, qui differentes confiteri & emẽdare ſcelera ſua, in ipſo tandem mortis articulo ad pœnitentiam confugiunt, & ſic de corpore exeunt: qui tamen quia confeſsionẽ & pœnitentiam vel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorũ peruenient. Multos autem preces viuentium, & eleemoſynæ, & ieiunia & maxime celebratio Miſſarum, vt etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuant.] MIN. Hæc grauis & ſancta reuelatio non ſolum Purgatorij doctrinã corroborat, ſed etiam pleraſque animas peccatrices à deſperatione ad ſpes bonas erigit, & eas ad peccata deſerenda priuſquam hic viuere deſinant, vtiliter inuitat.

6. DOCT. Idem in quodam Sermone teſtatur, B. Petrum antequam hinc emigraret, pro viuis ac defunctis oraſſe. *Tom. 7. Ser. de S. Petro & Paulo. col. 500.* Et in alio, ſanctum Macarium Diuina reuelatione accepiſſe, Defunctos in Purgatorio requiem habere quo tempore pro illis Miſſa celebratur. Et in tertio alio Sermone: *Ser. ad po-* Quoſdam genuum te-

A nus, alios vmbilico tantum, alios ad labra vſque & ſupercilia, Purgatorijs flammis immerſos eſſe. *pulc. col. 501. Col. 504. 505.* Et ne moleſtus ſim, prætermittã multa quæ refert ille libro 4. cap. 14. & 22. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum. MINIST Tot certe S. Bedæ teſtimonia ſatis ſuperque mundo manifeſtant, quam fallaces & vafri, quamque impoſtores improbiſsimi ſint Miniſtri Centuriatores, quos non puduit dicere: *Bedam contra Purgatorium ſcripſiſſe.* Sed quoniam iidem dictitant de Albino, ſeu Alcuino, Caroli magni præceptore, contrariũ ſodes, exhibeto.

7. B DOCT. Ille Pſalmum primum pœnitentialem exponens ait: *In Pſ. pœnit.* Ira Dei æternã impiorũ pœnam ſignificat: furor, ignem Purgatoriũ.] Et in expoſitione tertij: *L. 3. de Trinit. c. 21.* De igne diei iudicij (particularis) Apoſtolus ait: *Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis declarabit.* De igne Purgatorio hoc eum dixiſſe, non eſt dubitandũ: quẽ ignem aliter impij ſentient, aliter ſancti, aliter iuſti.] Num vero tibi videtur veriſimile, Patres tam ſanctos, tamque eruditos, ab hac ſententia animos reuocaſſe, vt contra Purgatorium ſcriberent, quemadmodum veſtri impingũt illis præſtigiatores? MIN. Nunquã id in animum inducam meum. DOCT. Cũ *In Pſ. 6.* C ergo ſcribit Beda, *Nemo qui in hoc ſæculo de peccatis ſuis non compungitur, poſtquam mortuus eſt, inutiliter compungitur: quia hic tantum eſt locus miſericordiæ, poſt hoc ſæculum tantum locus eſt iuſtitiæ:* Et Alcuinus: *In c. 9. Eccleſiaſta.* *Homines donec viuunt poſſunt fieri iuſti poſt mortem vero nulla boni operis occaſio eis datur, &c.* apertum eſt quod hæc dicunt de ijs, qui peruicaces & impœnitentes in peccatis ſuis mortalibus moriuntur, quales fuiſſe Cain, Sodomæos, Pharaonem Ægyptios, Dathan, Core, Abiron, Herodem, Iudam, Latronem blaſphemum, & alios quam plurimos Scriptura cõmemorat. Huiuſmodi enim in altero ſæculo nullus ſuper- D eſt vere pœnitentiæ, compunctionis, cõfeſſionis, iuſtificationis, boni operis, vel ſalutis locus, nulluſq; ignis purgatorius: ſed infernus, certaque damnatio.

8. MIN. Velim à te reſcire, An quoque Græci illius ſæculi hac in re conuenirent cũ Latinis? DOCT. Oratio illa & grauis & facunda Dameſceni, *Quod ii qui cum fide ex hac vita exceſſerunt, viuorum Miſſis, ac beneficiis iuuentur,* ſatis id manifeſtat. MIN. At enim Parentius & comminiſtri ſcribunt: *Inſtruct. pag. 29.* *Damaſcenum doctorem eſſe impuriſſimum.* DOCT. Reſpondeo illos nimis acribus calumniis aduerſus venerãdã doctamque antiquitatem inſurgere: taliaq;

eorum

Digitized by Google

eorum mendacia & conuitia eſſe ignorationis & improbitatis illorum certiſsima argumenta. MIN. Quibus argumentis fretus Damaſcenus propoſitum confirmat? DOCT. In primis, quod ſacræ veteris Teſtamenti paginæ teſtantur, ſanctus Pontifex Hebræorum Iudas, Sacrificiũ & preces publicas pro requie defunctorum fieri curauerit. *2. Mach. 12*

9. Hinc, quod Apoſtoli tradiderunt vt in ſacris Chriſtianorum myſterijs, hoc eſt, oblatione corporis & ſanguinis Chriſti, idem obſeruetur. Hoc ex eo probat, quod Eccleſia toto orbe diſperſa, à primis temporibus ad ſua vſque id crediderit, docuerit, obſeruauerit. Quodque ſanctus Dionyſius Areopag. horum diſcipulus, ita ſcriptis ſuis teſtatus ſit: cui addere potuiſſet Liturgiam B. Iacobi, Liturgiam beati Marci, & Conſtitutiones a beato Clemente collectas, in quibus id quoque comprobatur.

10. Tertio inducit B. Gregorium, quẽ ob ſummam ſacrarum literarum peritiam, Theologum cognominauit antiquitas; hinc alterum Gregorium cognomine Nyſſenũ: inde B. Chryſoſtomum, omnes pietate, doctrina, & vetuſtate præſtantes viros qui ita crediderunt, factitarunt, ſuis reliquerunt.

11. Quarto, refert aliquas reuelationes diuinas, ac miracula ex Palladio, Macario, aliiſq; ſanctis Patribus deprompta, quibus hæc pietas & miſericordia in amicos fideleſque defunctos commendatur.

12. Quinto, quod Chriſtus omnium ſeruator ad inferos deſcendens, plurimos à pœnis eripuit, quibus illic exercebantur & angebantur.

13. Sexto, quia ſi offerre & orare pro defunctis res eſſet ſuperſtitioſa aut ſuperuacanea, Deus aperte id declaraſſet, idemque prohibuiſſet populo ſuo vel Prophetarum ſuorũ vel Euangeliſtarum & Apoſtolorũ oraculis, vel ſcriptis, vel denique Sanctorum Patrum cõmonitionibus. Sed omnes è contrario id ſuaſerunt, ſuiſque adhortationibus ita eſſe præſtandum comprobauerunt.

14. Septimo, magnus Athanaſius acerrimus veræ fidei propugnator, in Oratione quam habuit pro defunctis, docet modum offerẽdi pro eis incruentum ſacrificium: & pro comperto tradit hoc ipſum ab Apoſtolis inſtitutum & traditum fuiſſe per omnes orbis à ſe inſtitutas Eccleſias. Deniq; ſoluit quædã argumenta, quibus ab aduerſariis, puta Aerianis, hæc doctrina impetebatur. En quam paucis plurima B. Damaſceni argumenta, A adeoque ſummam totius Orationis eius tibi propoſuerim. Nulla ne ſupereſt Miniſtris Caluinianis ſuggillandi hunc ſanctum virũ ratio? Num potius ſeipſos & obſcœnos, & impuros, & maledicos oſtendant.

PATRES NONI SAECVLI, QVOD *à Carolo magno in occidente, & ab Irene in oriente, vſque ad Arnulphi, & Leonis ſexti imperium numeratur in eadem fide & doctrina Purgatorij permanſerunt: aduerſus 56. errorem.*

CAPVT XXXII.

MINISTER.

B Miniſtri Centuriatores hãc de Purgatorio, & precibus, eleemoſynis, ac oblationibus pro defunctorum requie atque ſalute, doctrinam adeo auerſantur, vt nec ſemel, nec ſecundo tantum, ſed quater identidem, eademque columna repetãt, *Praſtigias eſſe diaboli pro errore, quod defunctorum animæ petant viuorum officia pro peccatorum ſuorum remiſsione: Monachorum & Sacerdotum preces mortuis prodeſſe: quod Miſsis & eleemoſynis ſubueniatur defunctis: quod pœna ſint Purgatoria, &c.* *Cent. 9. col. 611.*

DOCT. Attamen Haymo ſanctus Halberſtadenſis Epiſcopus, quem ipſemet fatẽ- C tur ſcientia ſacrarum & philoſophicarũ literarum, & facundia, & authoritate, & ſanctitatis opinione, circa annũ Dom. 840. claruiſſe: is inquam, apertiſsime tuetur peccata leuiora vel hîc expiari variis afflictionibus, vel poſt mortem in igne Purgatorio: quod euidenter probat ex iis verbis Apoſtoli: *Saluabitur quaſi per ignem.*] *Confutatio. 1. Cent. 9. col. 561. Com. in 1. Cor. 3.*

Addit alio in loco: Et fornicarij regnum Dei non poſsidebunt niſi dignam in hac vita egerint pœnitentiam, in locis Purgatoriis peccatum eorum delebitur.] Et eandem doctrinam fidemque Euangelio conſtabiliens, D *Qui dixerit contra Spiritum ſanctum*, inquit, *neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur ei.* Obſe..dit aliqua eſſe peccata, quæ in iudicio per ignem Purgatorium remittuntur. *2. Com. in 1. Cor. c. 6. Matt. 12. Feria 6. Pentecoſtes.*

Et ne inconſtantiæ accuſent eum Miniſtri, ecce quid rurſus ſcribit: Multi ſunt in igne Purgatorio, qui pœnitentiã inchoauerãt ſed ſurripiente mortis articulo, non ad effectum perduxerunt: qui Domino largiente in die iudicij ſaluabuntur. Notandũ autẽ, quia non de impiis dicimus, qui in ipſa impietate tranſierunt ab hac luce: ſed de his qui poſt flagitia ad pœnitentiam reuerſi ſunt. Et hoc à Domino Deo exiuit, vt ita diſponeret actus *3. Lib. 2. ſuper Iſaiam.*

actus hominum, & magnificaret iuſtitiam ſuam.] MIN. Toto certe cœlo diſcrepant hę ſententiæ & probationes à præſtigijs infelicis diaboli, quandoquidem fundamentum habeant in verbis Chriſti, Paulíq; doctrina. Sed ad alios illius ſæculi perge.

4. DOCT. Rabanus cognomine Magnentius Maurus, ex Fuldenſi Monacho, Moguntiæ Archiepiſcopus, qui etiam conſentientibus hæreticorum Miniſtris, in omni diſciplinarum genere excelluit. Fuit enim Theologus, Philoſophus, Aſtronomus, Rhetor, ac Poeta. Nec habuit eo tempore Italiam ei ſimilem, nec Germania æqualem. Is autem ſcribit: Sacram oblationem ſalutaris hoſtiæ adferre magnum ſolatium animabus, etiam poſt mortem.] Hoc ipſum corroborat tam expreſsis beati Gregorij Papæ teſtimonijs, quam miraculis, & diuinis reuelationibus. Addit & Scripturas iſtas: *Deus noſter ignis conſumens eſt. Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Denique, iterum ait: Sacrificium pro fidelium defunctorum requie offerre, vel pro eis orare, quia per totum hoc vniuerſum cuſtoditur, credimus quod ab ipſis Apoſtolis traditum ſit.] Hoc etiam confirmat ex Euangelio Matt. 12. Deinde, Bedæ, Gregorij, & Auguſtini authoritatibus.

Cent. 10. col. 543.

Trithem.

Li. 8. Com. in Eccl. c. 14.

L. 8. in Ier. c. 6.

L. 2. de inſtit. cler. c. 44.

5. MIN. Mihi non poſſum in animum inducere, quin Prædicantes plurimi has Rabani & aliorum Patrum aſſertiones perlegerint: ac proinde aduerſus conſcientiarum ſuarum teſtimonia dimicent ac peccent, cum hæc adſcribunt diaboli præſtigijs. Et de Latinis, hi duo ſufficiant: ad Græcos accede.

DOCTOR. Omittam ergo quæcunque Paulus Diaconus refert, de Anniuerſario & orationibus à Taraſio Patriarcha Cōſtantinopol. factis: quæcunque tradit Radulphus de precibus pro anima Lotharij Imperatoris: quæcunque Rex Ludouicus pro ſpiritu parentis ſui largitus eſt: & quæcunque apud Turpinum Rhemenſem, & Vincentium Bellouacenſem de Carolo Magno, & alijs plurimis leguntur, vt ad Theophylactum Bulgarorum Archiepiſcopum perueniam. Ille enim paucis aperit quid de hac re ſentiret, cum ſcriptum reliquit: Oblationes & diſtributiones fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiam ijs, qui in grauibus peccatis mortui ſunt.] Grauia vero peccata vocat, Scripturarum phraſi, ſupplicia tormentaque temporaria magnis & grauibus peccatis, quoad culpas, & pœnas æternas prius remiſsis, in altero ſæculo debita. Zonoras quoque Græcus, eſt teſtis locuples, quod Theodora Theophili Imperatoris vidua multis precibus contenderit à Patriarchis, Sacerdotibus, & Leuitis, vt pro ſalute viri defuncti apud Deum ſupplicarent: quod illi tamdiu factitarunt, donec reuelatione diuina didicerint, cuncta peccata illi condonata & remiſſa fuiſſe. 6.

L. 24. hiſt.

Sigebert.

Naucler.

Com. in ca. 2. Luc.

To. 3. Annal.

DECIMO ECCLESIAE SAECVLO, id eſt, ab Imperio Caroli, vſque ad Leonis Sexti, ac Othonis Tertij principatum, oblatum & precatum eſt pro defunctis: aduerſus 57. errorem.

CAPVT XXXIII.

MINISTER.

MAtthias Illyricus, Ioannes VVigandus, Andreas Coruinus, Lutheranæ Theologiæ Miniſtri, rurſum *Præſtigias & illuſiones diaboli vocant, quidquid de Purgatorio tunc traditum fuit.*

Cent. 10. col. 692.

DOCTOR. Iudæorum impietates atque blaſphemias aduerſus caput Eccleſiæ Chriſtum eructatas, contra corpus eius, quod eſt Eccleſia, turpiter inſtaurant. Vt enim illi eius dogmata & prodigia principi dæmoniorum aſcribebant: ſic & iſti diabolicis præſtigijs, ipſi proculdubio a Satana faſcinati, tribuunt eidem quod in ea veriſsimum & ſanctiſsimum eſt. Verum illos proprijs iudicijs & ſententijs coarguo. Cum namque putent Theophylactum hac ætate vixiſſe, illum autem preces & oblationes pro defunctis probauiſſe nunc oſtenderimus: ſequitur hoc ad traditionem Apoſtolicam ac Euangelicam referendum eſſe: nequaquam vero ad præſtigias diaboli.

Confur. 1.

Luc. 11.

Adhæc, fatentur Giſelbertum, virum in Philoſophia & Theologia verſatiſsimum, probaſſe Purgatorium ex B. Pauli doctrina 1. Cor. 3. *Ignis vniuſcuiuſq; opus probabit.* Quod profecto illi commune fuit cum plurimis antiquis Patribus, quos ſuperius commemorauimus. 2.

Altercationib. c. 5.

Referunt etiam Ambroſium Anſbertum virum Latinis, Græcis, ac Hebraicis literis eruditum, ſuorum in Apocalypſim commentariorum libro nono, capite vigeſimo, & libro decimo, capite vigeſimo primo, doctrinam de Purgatorio, & precibus pro defunctis, & Scripturis & rationibus aſſeruiſſe. 3.

Digitized by Google

4. Nec inficiari potuerunt, quin Luitpran-
L.4. hiſt. c. 7. dus Papienſis, tam in Græco quam Latino ſermone exercitatiſsimus, teſtetur Batildem Imperatricem à morte viri ſui Henrici, reliquo cœlibatus ſui tempore, pro delictorum ipſius expiatione, viuam Deo hoſtiam offerre non deſiiſſe.

5. Neque diſsimulant Reginonem Abbatem
L.1. de diſciplina ca. 190. Prumienſem Treuirenſis diœceſis, eo tempore profeſſum fuiſſe & voce & ſcripto, Sacerdotum officium eſſe, pro concione plebem admonere, vt preces pro defunctis faciat.

6. Admittunt inſuper, oppidum in quo ob- B
Vincent. li. 24. c. 77. ijt Edmundus Angliæ Rex, in Eccleſię commodum ceſsiſſe, vt exequiæ, preceſq; annuæ pro anima eius fierent.

7. Præterea aiunt, Dunſtanum Cantorbienſem Præſulem, humilibus & obnixis precibus ſuis à Deo impetraſſe, vt anima Edvvini Angliæ Regis, de manibus dæmonum eriperetur, & ad tempus in purgatorium relegaretur.

8. Denique, neceſſe eſt vt concedant, Odi-
Sigebertus ad an. 998 lonem Abbatem Cluniacenſem, ſolennia ſacrificia iuſsiſſe fieri in ſingulis obſeruantiæ ſuæ monaſterijs pro ſpiritibus defunctorum, cum certis reuelationibus accepiſſet C plurimos talibus remedijs ab ærumnis purgatorijs liberari, cœloque donari.

IN SAECVLO VNDECIMO ET DVODECIMO, id eſt, ab Othone, vſque ad Balduinum primum, doctrina Purgatorii in orbe obtinuit: contra 58. & 59. errorem.

CAPVT XXXIV.

MINISTER.

DE vndecimo ac duodecimo ſęculo quid referes? Fuitne vnanimi omnium conſenſu recepta & ſeruata ſuperior ſententia?
Inſtruct. pag. 6. Nam ſi Parentio & aſſeclis vlla ſit fides adhibenda, *inuentum eſt Sorbonicorum atque Monachorum*: atque ſic duobus iſtis nec oratum nec oblatum eſſet pro mortuis.

Confut. 1. DOCT. Putidi mendacij eos conuinco, etiam comminiſtrorum Centuriatorum te-
Com. in c. 5. & 12. Matt. ſtificationibus. Referunt namque B. Anſelmum diſcrimen conſtituere inter eos qui in ſpe, & qui in re habent regnum cœlorum, vt, qui terrena abdicant, eorum iam fit regnum cœlorum in ſpe, & ſi in purgatorio A igne quidam eorum ad horam purgantur. Qui autem patiuntur perſequutionem, habent regnum non tantum in ſpe, ſed etiam in re.]

Addit etiam. Eſſe ante corporum reſur- 2.
rectionem purgatorius ignis credendus eſt, Com. in c. 3.1. Cor.
pro eo quod Veritas dicit, *Si quis blaſphemiã dixerit in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſæculo remittetur ei, neque in futuro*: In qua ſententia Matt. 12.
datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſęculo, quaſdam vero in futuro poſſe laxari.]

Admittunt quoque à Bernone Abbate 3.
laudatum eſſe Henricum tertium Impera- Epiſt. ad Henr. 3. ep. ad Augiſ-ſes fratres.
B torem, quod diuinam miſericordiam imploraſſet, flendo, orando, opera pœnitentiæ faciendo pro anima Giſelæ matris ſuæ defunctæ. Item, eodem Henrico Imp. defuncto, iuſsit idem Berno pro anima eius, Pſalmos triginta diebus decantari. Et primo die centum, tertio, ducentos, ſeptimo, trecentos, & trigeſimo quadringentos pauperes alit: vt millenariæ perfectionis ſumma, fieret ibi remiſsio plena, vbi melior eſt dies vna ſuper mille.]

Inſuper, coguntur confiteri Lambertum 4.
Schafnaburgenſem monachũ Hirsfeldenſem, illius temporis ſcriptorem grauiſsimũ, C plurimis commendare, Reginbodum illuſtrem virum, qui in templo Goslarienſi occubuerat, eo quod equum maximi pretij fratribus Fuldenſibus, ob recordationem animæ ſuæ dono dediſſet.

Adhæc, agnoſcunt Albertum Crantzium, 5.
referentem fratres Tremonienſes, omneſq; L.4. Metropol. c. 7.
alios eiuſdem obſeruantiæ conueniſſe inter ſe, vt Sacerdotes triginta Miſſas celebrarent, pro quouis defuncto fratre.

MIN. Plane ſequitur oportere, vt miniſter Parentius vel retractet quæ ſcripſit de Sorbonicis doctoribus, inſcitiam aut potius D fraudem agnoſcẽdo vel mendacium comminiſtris ſuis Centuriatoribus turpiſsimum impingat. Nam doctrina purgatorij, & precum ac oblationum pro defunctis, longe ante erectum Pariſijs clarum illud Collegium per Robertum Sorbonium, vt ex ſuperioribus patet, toto orbe vulgata & reſeruata fuit.

DOCT. Commemorabo nonnullos 6.
Scriptores duodecimi ſæculi, vt perfectam interruptamq; eiuſdem doctrinæ atq; fidei ſucceſsionem agnoſcas. Honorius Auguſtudunenſis Eccleſię Presbyter & Scholaſticus, in ſacris & ꝓfanis literis inſigniter doctus, de purgatorio ait: In ira hunc Dominus corri- In Pſ. 6.
pit,

Digitized by Google

pit, quem per purgatorium ignem in refrigerium ducit. Qui ignis grauior eſt, quam ſi omnes pœnæ quæ Sanctis à tortoribus illatæ ſunt, fierent vna pœna. *Quale cuiuſque opus fuerit, ignis probabit.*] A

1. Cor. 3.

7. Accedit Petrus Lombardus, quem etiam Lutherus in Colloquiis menſalibus iis verbis ornare ſolebat: *Magiſter ſententiarum fuit vir egregius. Cum videret infinitos libros ſcribi, ipſe methodum omnium ſcribentium tradidit: & hac ſane methodo multa effecit. Fuit enim vir egregius & doctus. Perlegit enim omnes Authores, Auguſtinum, Ambroſium, Gregorium, Hilarium, &c. Præterea, omnia Concilia & Decreta, &c.* Is ergo talis ac tantus ab hæreſiarcha cognitus, ait de Sacrificio corporis & ſanguinis Chriſti: Neque negandum eſt, vt ait Auguſtinus, defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium Mediatori offertur, vel eleemoſynæ fiunt in Eccleſia, &c.] Idem alibi: Qui non adeo conteruntur corde, & ingemiſcunt pro peccato, ſi ante expletionem pœnitētiæ diſceſſerint, ignem purgatorium ſentient. Item: In igne purgatorio alij tardius, alij citius purgātur, ſecundum quod iſta pereuntia magis vel minus amauerunt.

To. 2. col. à Petr. Rebēſtock collectorū f. 136

L. 4. ſententiar. d. 45.

L. 4. diſt. 20.

L. 4. diſt. 21

8. Nec prætereunda Hugonis Etheriani pia admodum iſta adhortatio: Prēſtemus quod poſſumus, remedia iis, qui vita functi ſunt. Pro lacrymis, orationes: pro luctibus, eleemoſynas: & pro ſepulchri decore, hoſtiam viuam exhibeamus.]

Lib. de regreſſu ab infert c. 27

9. Et vt ad poſtrema ſæcula properemus, prætermittam, quæcunque in hanc rem ſcriptis ſuis reliquerunt Bernardus, Petrus Bleſenſis, Petrus Cluniacenſis, Hugo Victorinus, Rupertus Tuitienſis, qui omnes pietatis & eruditionis magna laude illis ſæculis floruerunt. Horum quidam ſcriptis aduerſus Petrobruſianos hoſtes purgatorij egregie dimicarunt: omnes vero magna religione Miſſas, id eſt, ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti pro ſalute & requie defunctorum celebrauerunt.

L. 4. vitæ Ber. cap. 4. Petr. Cluniac. ep. 1. & 2. Bern. ſerm. 65. & 66. in Cant.

10. MIN. Græci vero quid? Iiſdem ne ſæculis offerebant & orabant pro mortuis? DOCT. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, quod Euthymius, Nicetas, Theodorus Balſamon, Zonaras, Nicephorus, Glycas, aliique Græci ſcriptores ab hac pietate & perſuaſione nunquam diſceſſerunt, vt cuiuis promptum eſt ex illorum ſcriptionibus colligere. Inſuper, ſacræ eorum Liturgiæ à beatis Iacobo, Baſilio, & Chryſoſtomo eis relictæ, & in hoc vſque tempus religioſiſsime celebratæ, & in templis recitatæ idem omnino teſtantur.

DECIMOTERTIO ET DECIMOquarto ſæculo eadem doctrina & fides vbique ſeruata eſt: contra 60. & 61. errorem.

CAPVT XXXV.

DOCTOR.

B CVm inſuperabili vi Veritatis ſuperati Authores veſtri, iam nec audeant nec poſsint de his ſæculis eadem effingere de Patribus mēdacia, quæ de ſuperioribus excogitarunt, palam fatentur omnes paſtores Eccleſiarum, omnes doctores, omnes ſcholas, omnia Concilia, & vt paucis dicam, vniuerſam Eccleſiam Catholicam profeſſam fuiſſe purgatorij doctrinam his ſæculis nouiſsimis. Cent. 13. col. 550. 551. 552. &c.

Et in primis citant Alexandrum de Ales, quem fatētur præditum fuiſſe ingenio ſubtili & acuto, magnum Philoſophum, Theologum, doctorem, & profeſsionis ſuæ vindicem acerrimum. Hic autem ſcribit: Vt anima purgetur igne purgatorio, requiritur quod ignis ille habeat virtutem ſupra naturam, quod ſit aliquid purgabile in anima, & gratia fidei, qua vitiū vel labes animæ purgabilis ſit: quia niſi eſſet gratia, ignis ille non haberet poteſtatem purgandi, ſed tantum puniendi, &c. C

Confirmationes 1.

Parte 4. q. 8. memb. 3. art. 5.

Sequitur Innocentius tertius, qui ineuntē ætate, ſic in omnibus literis Pariſiis profecit, vt (Bergoma teſte) Doctoratus inſignia conſequeretur. Ille exponens Pſalmum pœnitentialem tertium, ait: Non punias me igne purgatorio, in quo tanta eſt incendij vehementia, qui quaſi furere videberis etiam in electos: cum minor pœna quæ erit in purgatorio cenſeatur maior quantalibet pœna, quæ eſt in hoc mundo. D

2. In Pſ. 37.

Eſt & S. Bonauentura, de quo etiam hæretici ſcribunt: *Magnum in eo fuit ingenium, diſciplinarum capax: quam ob cauſam tantam adeptus eſt authoritatem, vt in toto orbe terrarum habitus ſit clariſſimus. Clemens Quartus doctrina eius mirifice delectatus eſt. Tantopere ipſius ingenium Alexandro de Ales placuit, vt ſolitus fuerit dicere: In fratre Bonauentura non videtur Adamus peccaſſe. Miraculis claruit, & cætera.* Is igitur adducit tres locos ſiue recepta-

3. Centur. 13. col. 1022. Platina. Trithem. In 2. part. Centiloq. c. 3.

Digitized by Google

cula poſt hanc vitam ad peccata hominum puniendа, ſecundum triplex genus peccati. Eſt enim locus Purgatorius, & hic debetur peccato veniali. Eſt Limbus, & hic debetur peccato originali. Eſt infernus, & hic debetur peccato mortali, &c. Docet & alio loco: *In 7. parte Breuiloquii c.2.* Ignis Purgatorius eſt ignis corporalis, quo tantum ſpiritus iuſtorum, qui in hac vita nõ impleuerunt pœnitentiam, affligentur ſecundum plus & minus, ſecũdum quod plus de cremabili ſecum ex hac vita traxerunt. Affliguntur autem minus grauiter quam in inferno, & magis grauiter quam in hoc mũdo. Non ita grauiter quando ſperent & ſciant ſe in inferno non eſſe, &c.

4. B. etiam Thomas ante prædictus quam natus, nemini in Philoſophiæ & Theologiæ ſtudio cedens, dono continentiæ & miraculorum clarus, ſcholaſticorum facile princeps, ac doctor vere Angelicus, ſcribit: *In ſumma cont. Gent. l.4.c.91.* Eſt vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, quæ pro defunctis orat: quæ quidem oratio inutilis eſſet, ſi Purgatorium poſt mortem non ponatur. Non enim orat pro iis qui iam ſunt in termino boni vel mali, ſed pro iis qui nondum ad terminum peruenerunt. Idem rurſus: *In c.9. Apoc.* Vna pars hominum, quæ incœpit pœnitentiam & impleuit, huic ſtatim reddetur Paradiſus. Alia quæ incœpit, ſed non compleuit, huic debetur Purgatorius. Alia quæ nec incœpit finaliter, nec compleuit, cui debetur infernus. Idem denique recte iudicat, *Compend. Theolog. tract.1.c. 182.* negantes Purgatorium ignem peccare contra fidem Chriſtianam, eo quod Apoſtolus illum doceat, 1. Corinth. 3. & omnis Eccleſia idem tradat & profiteatur, &c. *Tractatu de articulis fidei, c.6.*

5. Albertus Magnus, quem Auentinus iudicat nihil ignoraſſe, *Super 4. ſent. diſt. 20.* Profitetur Purgatorium ignem eſſe ex ordine iuſtitiæ diuinæ determinantis locum pœnitentiæ ei, qui in culpa eſt (veniali), & ad plenum non ſatisfacit: & alium ex diſpenſatione. Ac primo modo, nõ eſſe niſi vnum locum, i. ſuperiorem partem inferni: ex diſpenſatione autem multa eſſe loca purgatoria.

6. *Tract. de inf. c.15.* Aegidius de Roma, felix doctor cognominatus, Archiepiſcopus Biturincenſis, & Aquitaniæ Primas, ſcriptis tradit: Præter Paradiſum & Infernum, eſt dare tertium locum, id eſt, Purgatorium. Cum enim multi decedunt cum charitate & gratia, tamen quia non ſufficientem pœnitentiam egerũt de peccatis in hoc mundo, oportet poſt hanc vitam pœnas tolerare, vt ſalui fiant ſic

A quaſi per ignem. Idem iterum. *1.Cor.3.* Dicamus ergo & concludamus, quod quæcunque *Tract. de inf. c.11* mala quis fecerit, dum tamen finaliter in charitate moriatur, in alia vita pœnas purgatorias ſufferre poterit, quia forte non ſufficienter in hac vita pœnitentiam egerit de peccatis ſuis.

7. Denique, fatentur quoque VVigandus, Coruinus, & Holthuterus miniſtri Lutherani, *Cent. 13. col. 554. 555. &c.* Albigenſes hac ætate exortos, ac inter hæreticos nominatos & damnatos fuiſſe, *Caſarius.* cum ob multos errores, tum ob iſtũ, quod *quidquid beneficii mortuis à viuentibus impenditur, irriderent, &c.* B

8. MIN. Valentiſsima profecto argumenta pro purgatorio & præcipuis tertij decimi ſæculi doctoribus Latinis protuliſti: ſed quamobrem Græcos retices? Num & ipſi eadem cenſuerunt? DOCT. Cenſuerunt *Lib 3.* equidem vt ex Gregora facile colligitur. Refert enim Theodorum Laſcarim, nono die ex quo fuerat humo mandatus in Soſandrio monaſterio, fletibus ac lacrymis ab amicis exceptum fuiſſe, & ſolenne ſacrificium eius nomine factum.

9. Adhæc, Cabaſilas exponens diuinas Baſilij & Chryſoſtomi Liturgias, monet ſacrificium fieri in gratiarum actionem pro cun- *Expoſ. Liturg. ca.33. 42.43.44. 45.* C ctis beatis animabus: ſed tantum in modum ſuffragij pro alijs defunctis ad comparandum videlicet illis requiem, ac cœleſtis regni hæreditatem? Poſtea declarat qua ratione ſancta Euchariſtia, vt ſacrificium, vtilis ſit, ac plurimum conferat adiumenti viuis ac mortuis pro quibus offertur, & cætera.

10. MINIST. Iam ſatis de ſeculo tertiodecimo: nonnullas probationes commemora *To.3. expoſ. in Pſ. pœn.* de quartodecimo, & ſat erit. DOCTOR. Eruditus ac in primis pius Pariſiẽſis ſcholæ D Cancellarius Ioan. Gerſon, Meditationibus ſuis in primum Pſalmum pœnitentialem, ait: furor tuus Domine, eſt pœna inferni; ira tua, purgatorij pœna: in inferno quaſi furendo arguis: in purgatorio quaſi iraſcendo corripis. In illo per iuſtitiã arguis inſolubiliter; in iſto per miſericordiam corripis ſalubriter.

11. Thomas VValdenſis aduerſus VViclef- *L. de ſacrament. c. 40.106. & 107.* ſum & aſſeclas fortiter tuetur, precari, offerre, eleemoſynas pro requie defunctorum largiri, doctrinam, ſimulque traditionem eſſe Apoſtolicam. Idque probat teſtimoniis beatorũ Auguſtini & Dionyſ. Areopagitæ, quæ ſuperius commemorauimus.

Deinde,

Digitized by Google

Deinde, hæc omnia fieri authoritate ac exemplo Chriſti Domini, qui rogari ſe voluit pro Lazaro,& filia cuiuſdam Principis ſynagogæ defuncta. Inſuper, obtulit Deo Patri ſuo cunctas preces, lacrymas, ieiunia, labores, ærumnas, paſsiones, plagas ſuas æque pro mortuis patribus, ac pro iis qui tum viuebant, atque futuris. Præterea, Prophetas, Patriarchas, & pios omnes qui ſub Moſis lege vixerunt, ſibi omnino perſuaſiſſe, orationes & oblationes viuentium mortuis prodeſſe; quod ſacrum ſolenne Iudæ Machabæi, à toto populo Dei ſuſceptum & probatum palam confirmat. Denique, expreſſe declarat, contrariam ſententiam hæreſim eſſe pernicioſiſsimam, vt olim ab vniuerſa Eccleſia decretum eſt aduerſus Aerium, omneſque illius aſſertionibus addicti.

12. Guido Parpignianus ſcribens aduerſus quintum errorem Græcorum, ac nonum Armeniorum, aſſeuerat doctrinam Purgatorij à Dei Filio confirmari, Matth. 12. & à Paulo explicari 1.Cor. 3. atque hos locos in hanc ſententiam recte exponi & declarari à ſancto Spiritu, & priſcis Eccleſiæ doctoribus, quos ſupra memorauimus.

13. MIN. Hi mihi ſunt inſtar multorum millium, accedente præſertim aduerſariorum conſenſione, quod omnes horum ſæculorũ doctores & paſtores Eccleſiæ Chriſtianæ, hanc à maioribus acceptam fidem ſartam tectam ſeruarunt. Ad alia ſæcula pergamus. DOCT. Prætermittam ergo quæcunque S. Antoninus Florentinus, S. Vincentius Belloiacenſis, S. Antoninus Paduanus, S. Bernardinus Senenſis: Durandus, Scotus, Gregorius Ariminenſis, Berthorius, Aluarus Pelagius, Auguſtinus Anconenſis, & alij multo plures graues ac eruditi Theologi, eximia animorum conſpiratione, de his articulis aſſeruerunt, vt votis tuis faciam ſatis.

DOCTORES ET PASTORES SAECULI quintidecimi & ſextidecimi Eccleſiæ Chriſtianæ, acceptam à maioribus doctrinam Purgatorij ſeruauerunt: contra 62.63. errorem.

CAPVT XXXVI.

MINISTER.

IN votis habeo noſſe qui Catholici doctores & paſtores nouiſsimis his duobus ſæculis Purgatorij doctrinam contra tot aduerſantes errores propugnarunt, id eſt, vſque ad Clementis octaui Papæ, & Radulphi quarti Imperatoris Romani tempora ſub quorum authoritate nunc regitur Chriſtianus orbis.

Cõfirmationes 1. DOCT. Grauiſsima & ſanctiſsima Paſtorum Eccleſiæ decreta, in Synodis generalibus Conſtantiæ & Baſileæ aduerſus Huſsitas, Florentiæ & Lugduni, ad conciliandos Græcos & Armenos cum Latinis, & Tridenti aduerſus Lutheranos, Sacramentarios, & Anabaptiſtas, per vniuerſum Chriſtianiſmũ promulgata, ſatis euidenter declarant iis omnibus, qui aliqua ſalutis ſuæ cura tanguntur, hanc fidem & pietatem fortiſsimis & plurimis aſſertoribus non caruiſſe.

2. Deinde, multa concilia prouincialia, per totam Europam coacta, videlicet, Mediolanenſe, Senonenſe, Treuirenſe, Moguntinũ, Colonienſe, Heildemenſe, Ratisburgenſe, Rhemenſe, Rotomagenſe, Auguſtenſe, Turonenſe, & alia plurima per Italiam, Hiſpaniam, Poloniam, reliquaſque ditiones Catholicas, quibus doctiſsimi quique viri præſto adfuerunt, & iis quæ in Concilio generali Tridentino determinata ſunt, conſentientibus ſuffragiis ſubſcripſerunt: quas damnauit & reprobauit hæreſes, & ipſi omnino proſcripſerunt.

3. His adiicienda ſunt docta volumina & ſcripta, quamplurimorum ſapientiſsimorum per totum orbem virorum, quibus ſolide refelluntur omnes Aerianorum, Vvicleffiſtarum, Huſsitarum, & ipſius Purgatorij atque ſuffragiorum pro defunctis, confutantur errores, horum diſſoluuntur obiecta, ipſa vero pietatis Chriſtianæ capita diſerte & copioſe confirmantur.

4. MINIS. Velim eos mihi deſignes, qui præſertim de hac re appoſite egerunt. DOC. Scripſerunt pro doctrina Purgatorij, & auxilio defunctis ferendo Ioannes Epiſcopus Roffenſis, Ioannes Ekius, Ioannes Cochlæus, Ioannes Bonderius, Ioannes Garetius, Iodocus Clicthoneus, Ambroſius Catharinus, Thomas Caietanus, Petrus Doreus, Ioannes Tabernarius, Claudius Cuſſordus, Martinus Pereſius, Alphonſus de Caſtro, Franciſcus Horantius, Robertus Bellarminus, Gregorius de Valentia, Theodorus Peltanus, Edmundus Augerius, Stanislaus Hoſius, Gulielmus Lindanus, Ioannes Heſſelius, Petrus Caniſius, Bacherius edidit Apologeticum pro defunctis, & pene innumerabiles alij, quorum opera nondum videre contigit.

Digitized by Google

git. His adde, ſi lubet, iſtos Dialogos noſtros, quibus pro viribus rem iſtam diſcutimus. Ad hæc autem nondum Miniſtri veſtri aliud reſponderunt, præter calumnias, maledicta, & opprobria tam in viuos, quam in defunctos ſanctiſsimoſque patres, qui iam cum Chriſto collecti beato æuo in cœlis perfruuntur. A

5. MIN. Num vero Chriſtiani per Græciam, Aſiam, Syriam, Armeniam, aliaſque Orientis plagas diſperſi, etiamnum hodie in huius doctrinæ confeſsione perſeuerant? DOCT. Marcus Epheſinus patriarcha, Gennandius Conſtantinopolitanus, Beſſarion Ruſsius, B Laonicus Chalcondylas, Nicephorus Gregoras, Georgius Trapezuncius, Ioannes Laſcaris, Michael Glycas, Manaſſes Siculus, & hi omnes qui Græcorum nomine Apologiam ad concilium Baſilienſe tranſmiſerunt, ſe ſe credere conteſtantur, Nonnulla peccata remitti in altero ſæculo, idque tum per diuinam miſericordiam, cum per viuentium oblationes & preces: atque ſic tertium quêdam locum eſſe animarum ex hoc ſæculo migrantium, in quo expiantur, priuſquam cœlorum aditus illis pateat. Preſto eſt eorum * Euchologiũ, in cuius capite 118. exſtat officium pro defuncto monacho: capite 119. pro ſacerdote mortuo: capite 120. pro laicis mortuis: Capite 121. pro fœminis dormientibus; capite 122. pro infantibus defunctis. C

** Officium Eccleſiaſticum.*

6. MIN. Velim commemores non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium de hac re geſta & ſcripta. DOCT. Anno Chriſti 1577. & 1578. Gelarchius & Cruſius Miniſtri Lutherani, publicis ſcriptis teſtati ſunt, etiamnum hodie Conſtantinopolitanos duo poſsidere magna cœmeteria & plura templa, in quæ cadauera ſuorum mortuorum deferunt ſepelienda, Calogeris, Preſbyteris, & quibuſdam Scholaſticis comitantibus, & canentibus, & multiplici crucis ſignatione vtentibus. Diaconus preces & ſuffitum ſuper oblationes facit, petens, vt anima defuncti (aiunt illi) in pace quieſcat.] Et poſt pauca: Mortui perſoluuntur (à Græcis) tertia & nona, & quadrageſima (dies ſolennium precum.) Tertia, quod mortuus die tertio mutatur, agnitione faciei amiſſa. Nona, quod nono die totum corpus diffluit, præter cor. Quadrageſimo ipſum quoque cor perit.] Hactenus illi quibus apparet Græcos etiam hodie, ſub Turcarum tyrannide, non minoribus ceremoniis, ritibus, ac D

Turcogræciæ pagina 205.

precibus defunctos ſuos ſepulturæ mandare, quam faciunt Latini catholici.

Et vt contraham paucis, Ieremias Græcorum nouiſsimus Patriarcha, prima ad Tubingenſes & Vvitebergenſes reſponſione, græce & latine excuſa Vvitebergæ 1584. probat ex ſcriptis B. Dionyſij Areopagitæ, S. Chryſoſtomi, S. Gregorij Nazianzeni, S. Gregorij Papæ, & S. Damaſceni, oblationem in Miſſa factam, & diſtributas pauperibus eleemoſynas magno iis eſſe adiumento defunctorum animabus, quorum nomine fiũt. Concludit autem iis etiam Miniſtrorum ex translatione verbis: Inde intelliget, qui volet, Miſſas pro iis qui in fide obdormierunt, & erogationes ipſis prodeſſe.] 7. *Cap. 22.*

Capite ſequenti laudat ſcriptam à D. Iacobo fratre Domini Liturgiam, hinc S. Dionyſij, Cyrilli, Baſilij, & Chryſoſtomi ſcripta, inde Miſſam B. Marci, Concilium ſextum Conſtantinopolitanum, Conſtitutiones Apoſt. à B. Clemente collectas, citat; denique ex iis omnibus colligit, ſanctam Liturgiam, id eſt, oblationem incruentam corporis & ſanguinis Chriſti vt ſacrificium eſt, ſanctificare viuos & mortuos: vt vero ſumitur & comeditur viuentibus tantum prodeſſe. 8. *Cap. 23.*

Rurſum, capite 15. Idem Patriarcha, hæc citat ex Chryſoſtomi Homil. in Epiſt. ad Philippenſes: Excogitemus defunctis aliquod ſubſidium. Ipſi precantes, & alios ad precandum pro ipſis adhortantes, pauperibus continenter pro ipſis dantes.] Et poſt pauca: Non fruſtra ſancitum ab Apoſtolis eſt, in tremendis myſteriis mentionem eſſe faciendam defunctorum. Sciunt, hinc magnum lucrum illis accedere, vtilitatem magnam. Quando enim ſteterit vniuerſus populus, manibus ſublatis, & totus cœtus Sacerdotum: propoſitumque fuerit tremendum ſacrificium: quomodo fieri queat, vt non ad miſerandum illorum flectam * Dominum?] Atque hæc ex ſcriptis nouiſsimi Patriarchæ Græcorum, etiam ex tralatione, ac editione Miniſtrorum Lutheranorum pro ſuffragiis defunctorum, in teſtimonium illis. 9. *Cap. 18.*

Ad extremum, Dauid Chytræus & ipſe Miniſter Lutheranus, ingenue fatetur Græcos plurimis in locis vbi diſperſi ſunt ſub latiſsimo Turcarum imperio, adhuc hodie Miſſas celebrare pro viuis atque defunctis. Deinde, eoſdem ante annos quadringentos, ſub Emmanuele Comneno Imperatore, obtuliſſe λογικὴν λατρείαν, ſpiritualem cultum, & adorationem pro fideliter dormientibus. 10. *L. de ſtatu Eccleſiarũ in oriente.*

Præter-

Præterea, fatetur recentiores Deum orare, A vt det requiem animabus defunctorum, eaſque collocet ante faciem ſuam. Inſuper, Chriſtianos Syros vti Liturgia ſancti Baſilij, in qua prolixior eſt oratio pro defunctis, quam in Liturgia beati Chryſoſtomi, &c.

MIN. Præclaram ſane victoriam de hoſtibus Purgatorij & defunctorum reportas, quando eorundem armis ſic eos debellas & proſternis, vt amplius reſpirare nõ valeant. Ipſi enim cum proclament Græcos non ſolum recte defeciſſe à Romana Eccleſia, eandemque hoſtiliter odiſſe: non poſſunt comminiſci illos à Romanis Pontificibus hæc in B defunctos pietatis ſumpſiſſe officia. Et quando ipſimet Lutherani libros iſtorum Græcorum nobis procurant, nobis transferunt, nobis excudunt & communicant: iam fingere nunquam poterunt, nos illos ſuppoſuiſſe & obtruſiſſe.

NON SOLVM CONCILIA VNIVERſalia: ſed etiam Prouincialia tam Græca, quam Latina, eandem ſententiam & pietatem comprobauerunt: contra 64. & 65. errorem.

CAPVT XXXVII.

MINISTER.

IAm quanta ſit ingenij humani curioſitas non ignoras, pluresque hodierna luce exoptare, vt dubiis ac ſcrupulis, quibus interius anguntur, perfecte liberentur, vt horum nulla radix infixa mentibus remaneat. Eam ob rem rogo te, vt poſt inductionem tot teſtimoniorum, tantorumque teſtium, Concilia ſubiicias tam generalia, quam particularia, vt apertius adhuc innoteſcat hanc de Purgatorio fidem atque doctrinam & ſemper & vbique obtinuiſſe.

Probationes 1. DOCT. Iam in medium protuli Florentinum, Conſtantienſe, Baſilienſe, & Tridentinum, quatuor generalia: duo rurſum alia commemorabo, vt ſenarium numerum expleam. Sextum ergo generale concilium ante ſexcentos annos celebratum Conſtantinopoli, in palatio, quod Trullum vocabant, Canones concilij 3. Carthaginenſis comprobauit, in quibus liber ſecundus Machabæorum inter canonicos libros recenſetur. Ergo, eadem opera, preces & oblationes factas pro defunctis, quæ illic referuntur, ſimul laudauit & probauit.

2. Sequitur Lateranenſe, cui per ſeipſos interfuerunt Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Ieroſolymitanus, per legatos autem ſuos Antiochenus & Alexandrinus, & vna cum iis pluſquam quadringenti & duodecim Epiſcopi, Orientis & Occidentis Imperatorum Legati, quinque latiſsimorum Regnorum Oratores, qui omnes vna voce comprobauerunt exſequias & orationes, quæ pro defunctis toto orbe ſeruantur. Cap. 66.

MIN. Accedas ad prouincialia concilia. 3

DOC. Exordiar à tertio, quod habitum eſt Carthagini totius Africæ Metropoli, in quo probantur Commendationes & orationes à ſacerdotibus oblatæ pro defunctis. Et in quarto ibidem habito, præcipitur orandum & offerendum pro pœnitentibus ex hac vita decedentibus, pœnitentia nondum expleta. Præterea, excommunicantur omnes, tam viri quam fœminæ, qui priuant Eccleſias rebus nomine defunctorum legatis.

Traiiciamus ex Africa in ciuitatem Hiſpaniæ, quæ Brachara dicitur. Patres in ea congregati, pſallendum, vel in altari offerendum eſſe prohibent, pro infelicibus illis, qui ſibi ipſis manus adferunt violentas: pro omnibus autem aliis præcipiunt. Deinde, ſtatuunt, vt oblationes pro defunctis oblatæ fideliter colligantur, & omni clero æqualiter C diſtribuantur. Patres etiam Valentianæ Synodi præcipiunt, vt corpus defuncti Epiſcopi cum honore ſepeliatur, poſt oblatum in eius commendationem Deo ſacrificium. Septimum Toletanum iubet, vt conuocetur Clerus ad pie religioſeque celebrandas Epiſcopi ſui exſequias: eiq; qui ſponte abfuerit, interdicatur celebratione Miſſæ, & communionis, vnius anni ſpatio. 4.

Montes Pyrenæos ſuperemus, & Aureliam Francorum petamus. In hac totius Galliæ paſtores, iuſſu Childeberti Regis adunati, congregati, inter cæteras res ſtatuerunt, D vt oblationes pro mortuis factæ, etiam ſi pro illis qui ob delicta & ſcelera ſua morte plectuntur, dum modo ſibi ipſis vim non attuliſſent, locum haberent ac obſeruarentur. Aureliis pergamus Antiſiodorum, illic ab Epiſcopis Galliarum ordinatum, vt eorum oblationes, qui deſperantes interiiſſent vel laqueo, vel aquis, vel gladio, ab Eccleſia nequaquam reciperentur. Ad Catalaunos iter dirigendo, illos offendo, adhuc regnante Clodoueo, magno Concilio decreuiſſe, vt in omnibus Miſſarum ſolennibus, pro ſpiritibus defunctorum precetur, prout eſt in iuris ſacris canonibus inſertum. 5.

Si in

Digitized by Google

6. Si in Germaniam vſque penetremus, paſtores, qui apud Vvormatiam Vangionum conuenerunt, æquum iudicaſſe comperiemus, vt miſeri illi, qui ob perpetrata ſcelera in cruces aguntur, non priuentur ſepultura: quinimo pro ſalute eorum oblationes fiant, & Miſſæ celebrentur. Triburienſes autem vetant, ne mortuis vendatur locus ſepulturæ: verum, recipiatur à Clericis quidquid amici & parentes offerent gratuito pro requie defunctorum.

7. Alpium ſimul & Appenninorum iuga tranſcendentes, beato Symmacho velut legitimo ſancti Petri ſucceſſori omnem obſeruantiam deferamus: audiamuſque illum cum frequenti Synodo Romana conſtituentem, rem eſſe penitus improbam, & indignã Principibus rapere, & in vſus ſuos conuertere quidquid legatum fuerit ſacris Eccleſiis, vt in iis Deus exoretur pro ſalute & requie fidelium defunctorum, &c.

8. MIN. Is vere à tetro dæmone occæcatus erit, qui nõ clare conſpiciet: & omni fide deſtitutus, qui ſibi non perſuadebit doctrinam de Purgatorio, & precibus oblationibuſque pro defunctis, ſolidis firmiſsimiſque fundamentis nixam eſſe. Enimuero non aduerto vllm effingi poſſe aut excogitari probationem, quæ non ſatis ſuperque in hac comprehendatur, etiamſi ab ipſis aduerſariis ſuper hac re iudicium eſſet aliquod requirendum. DOCT. Id equidem quam lubentiſsime etiam præſtabo, ſi tibi commodum videatur, & illud quauis ratione efflagitaueris. MIN. Obnixis id à te precibus contendo. Illuſtrior enim hoc pacto erit victoria Veritatis, errorque minus excuſandus: ſi ab hoſtium faucibus exeat.

IOANNEM HVS CONFESSVM ESſe Purgatorium: inſuper, & Miſſam celebraſſe pro requie defunctorum: aduerſus 66. & 67. errorem.

CAPVT XXXVIII.

DOCTOR.

Exordiar à Ioanne Huſſo, Bohemo, ſi mihi prius declaraueris, quo loco habeatur inter miniſterij Caluinici Profeſſores. MINIST. Primum locum obtinet in magno illo volumine martyrum ſectæ, & iis verbis (vt ex Gallicis Latina faciam) celebratur: *Memoria Ioannis Huſſi ſacra & ſancta debet haberi à cunctis fidelibus. Cum enim ſolus eſſet ſuæ profeſſionis, obſtitit tamen animoſe toti mundo.* Et huius laudes triginta & quatuor magnis paginis ſequentibus, quam poſſunt magnificentius proſequuntur. Beza inter ſanctos Hugnoſticos illum primum indigetat cœlo, ſcriptiſque ad ſidera tollit. *L. Iconum.* Ioannes Criſpinus habet illum *pro fideli miniſtro & ſeruo Domini.* *L. de ſtatu Eccleſiæ.* Parentius tradit, *eundem doctrinam Euangelicam, ac Eccleſiæ reformationem expetiuiſſe.* *Inſtruct.* Denique, in omnibus Geneuenſibus Calendariis primas obtinet ſanctorum Hugnoſticorum.

DOCT. Ego autem (qualis ſit eorum iudicio) probabo illum fidem Purgatorij non tantum tenuiſſe, verum & Miſſas frequenter pro defunctis celebraſſe: idque ex propriis eius ſcriptis per ipſoſmet hæreticos impreſsis & vulgatis Norimbergæ, anno Dom. 1558. apud Montanum & Neuberum, ne quidquam nos imponere aduerſarij dictitent. 1. Sic enim ait: *Homo venialibus peccatis obſtrictus, ſi contritus moriatur, & confeſſus, non peracta requiſita delictorum ſuorum ſatisfactione, Purgatorij pœnas adit.* *Tomo 1. fol. 183.* Et Tomo operum ſecundo, ait: *Nil cupio aut intendo detrahere de ſacrificio Miſſæ. Prius enim prorſus ſum, hoſtiam ſalutarem eſſe pretium ſufficiens ad redimendos illos omnes, qui ſunt in Purgatorio.* *Tomo 2. fol. 58.* Et parum poſtea: *Animæ defunctorum quatuor modis liberantur, ſcilicet, vel oblationibus Sacerdotum, vel amicorum eleemoſynis, vel ieiuniis parentum, vel precibus Sanctorum. Si autem à me quæratur, quiſnam horum videtur mihi maioris auxilij defunctis? Reſponderem ſine cunctatione, Hoſtiam eſſe ſalutarem, ipſum ſcilicet Ieſum Chriſtum. Eſt enim fundamentum ac redemptio capaciſsima animarum quæ ſunt in Purgatorio.* MIN. Apertius nemo poſſet Purgatorium, Miſſæ ſacrificium, aliaque ſuffragia defunctis eſſe vtiliſsima profiteri. Nec aliter fieri poteſt, quin quicunque his ſententiis contradicunt, proprio iudicio condemnentur, ſiquidem Ioannem Huſſum agnoſcant adeo ſanctum, eruditumque virum, vti ferunt, exſtitiſſe: nec tamen credant aut doceant quidquid ille credidit atque docuit.

DOCT. Attentis auribus excipe, quæ 2. poſtea quoque tradit de celebratione Miſſæ pro defunctis. *Tomo 2. fol. 52.* *Non diſſuadeo* (inquit ille) *officium triginta Miſſarum, ſed cupio digne celebrare pro defunctis, non tantum triginta Miſſas ſed tot, quot Deo iuuante, celebrare potero: quinimo expoſtulo, vt omnes cæteri Sacerdotes idem etiam exequantur.* Poſtea hunc eundem ſermonem ſic proſe-

proſequitur: *Vnaquaque Miſſa bonum eſt infinitum, quod ſit pro illis qui in Purgatorio detinentur, habita ratione oblati ſacrificij Ieſu Chriſti, nimirum quod ſatis ſuperque ſufficiens eſt ad liberandos omni macula illos, qui Purgatorijs flammis torquentur.* Et aliquantum poſtea: *Expediret igitur vt omnes nos Sacerdotes, cum omni deuota piaque humilitate Miſſas pro illis celebraremus.* A MINIST. In his palam ſe fuiſſe Sacerdotem profitetur, tricenarias ſancti Gregorij exſequias pro defunctis probat, alios ad celebrandas Miſſas pro defunctis incitat, ac illas plurimum adfirmat docetq; prodeſſe. Quid ergo ei reluctantur ſeu Lutherani ſeu Caluiniani? B

3. Tomo 2. fol. 206. DOCT. En rurſum quod ex eo aduerſatur illis: *Miſſa tribus definit modis. Diebus enim ferialibus dicitur:* Benedicamus Domino, *pro illis qui in hoc mundo perpetuis addicti laboribus, in iis ſemper Deum laudare debent atque benedicere. Secundo, definit per has voces,* Requieſcant in pace, *pro illis qui ſunt in Purgatorio. Tertio, dicitur in fine:* Ite miſſa eſt, *ſcilicet, diebus ſolennioribus, in eorum gratiam, qui iam in cœlis ſunt, &c.*

4. Habes ſcriptum, doctrinam, fidemque Ioannis Hus, quem Authores veſtri ſuum Authorem agnoſcunt, ducem profitentur, ſacræ & ſanctæ memoriæ virum prædicant, C euangelice reformatum & martyrem Domini nuncupant, & qui veram defecatamque religionem vſque ad vltimum vitæ ſuſpirium retinuerit, etiam quo tempore, Conſtantiæ arſerit, cunctis aſſeuerant. Hæc porro quæ de illo exſcripſimus, nequaquam fictitia aut ſuppoſititia dici poſſunt: ſed ad verbum ex operibus eius, ab ipſis aduerſariis noſtris vulgata, tomiſque, ac foliis quæ notamus excerpta. Si non ergo fateantur Hugnoſtici, ſe à propriis & laudatis Authoribus conuictos, damnatos, & proſcriptos eſſe, atque coram tribunali Chriſti de erroribus inexcuſabiles, ipſamet impudentia erunt impudentiores. D MINIS. Num idem de Lutheranis & Caluinianis præſtare poſſes, quæ de Huſſitis?

LVTHERANI ET CALVINIANI *ſuopte iudicio ſe damnantes, aliquoties fatentur Purgatorium eſſe: & palam precantur pro requie ſuorum defunctorum: aduerſus 68. & 69. errorem.*

CAPVT XXXIX.

DOCTOR.

PRæſtabo & facile: incipiamque ab ipſo ſerpentis, id eſt, Martini Lutheri, capite. Is ipſa Veritatis omnia vincentis ſuperatus virtute, coactus eſt confeſsiones plurimas eaſdemque Catholicas edere de Purgatorio, & precibus pro defunctis. Eas ad verbum colligam ex operibus eius editis ab eiſdem Lutheranis Vvitebergæ, anno Dom. 1545. apud Ioannem Lufft, altero anno priuſquam idem Lutherus infelicem animam exhalaret. Agnoſcens igitur Purgatorium, de eo tantum arguit quoſdam paſtores Catholicos, ſcribens. *Male faciunt Sacerdotes ij,* Tomo 1. fol. 51. Theſ. 10. *qui morituris pœnas canonicas in Purgatorium reſeruant.* Scribens poſtea: *Neceſſarium videtur animabus in Purgatorio, ſicut minui horrorem, ita* Theſ. 17. *augeri caritatem;* Et paululum poſt hæc: *Qualem poteſtatem habet Papa in Purgatorium generaliter, talem habet Epiſcopus & Curatus in ſua* Theſ. 25. *diœceſi & parochia ſpecialiter:* Et illico ſubnectens: *Quis ſcit, ſi omnes animæ in Purgatorio velint redimi, ſicut de S. Seuerino & Paſchaſio factum narratur?* Theſ. 29. Hic aperte & dilucide credit & ſtatuit locum Purgatorium eſſe, ac animas ibi variis pœnis exerceri, vt nulla cauillatione eludi poſsit. MIN. Nulla certe.

2. DOCT. Idem in frequenti ad populum Germanicum Concione dicens: *Securius eſt,* Folio 59. *vt pro animabus ipſe preceris, & exerceas opera pietatis. Id quidem remedij receptius atque certius habetur:* non ſolum preces pro defunctis admittit, ſed & ad eas fundendas pro illis adhortatur.

3. Fol. 112. Eſt poſtea, Reſolutionibus diſputationum de virtute Indulgentiarum, ad Leonem decimum, Concluſione decima, ſcribit: *Ego cum B. Auguſtino remaneo, ſcilicet, quod receptacula animarum abdita ſint, & remota à noſtra cognitione. Quæ ideo dico, ne Pighardus hæreticus, in me ſibi videatur obtinuiſſe; Purgatorium non eſſe, quia locum eius ignotum eſſe confiteor. Aut ideo Eccleſiam Romanam errare, quia opinionem B. Thomæ non explodit. Mihi certiſſimum eſt Purgatorium eſſe. Nec multum me mouet, quid blaterent hæretici, quando mille & plus centum annis ſunt, quod beatus*

tus Auguſtinus in ſuarum Confeſsionum, libro nono, pro matre & patre ſuo orat, & orandum petit. Et eadem ſancta mater eius, moriens (vt ibi ſcribit) memoriam ſui fieri optauerit ad altare Domini. Sedet à beato Ambroſio id factum narrat. Quod ſi etiam tempore Apoſtolorum non fuiſſet Purgatorium (vt ſuperbit faſtidioſus Pighardus) nunquid ideo credendum eſt Hæretico, vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſæculorum falſam fuiſſe cõtendendum? Maxime cum ipſe nihil aliud faciat, quam quod dicit, Non credo: & ſic probauit omnia ſua, & improbauit omnia noſtra? Quaſi non & lignum, & lapis non credant. M I N. Commemoraſti iam ſex teſtimonia præcipui huius ſæculi hæreſiarchæ, eademque in ſcholis, in templis, in concionibus, in diſputationibus publicis ab illo aſſerta & propoſita: quibus non tantum Purgatorium aſſerit, ſed & eos Hæreticos appellat, qui contra dicunt. Quocirca non animaduerto, vnde excuſari iam valeant, qui Lutherum ſuſpiciunt & ſequuntur: & tamen hac in re obſiſtant illi, niſi dicant, *eum tum adhuc rudem ac imperitum rerum Chriſtianarum fuiſſe*: quod miniſter Parentius ſcripſit. D O C T. O Carneadicum acumen! O elegantem & grauem miniſterij Caluinici reſponſionem! O præclaros diſcipulos, qui ſic Præceptorem ſuum inſcitiæ, aut contradictionis ſecumque repugnantiæ condemnant! In qua ergo ætate, (dicant) in qua vitæ periodo perfectam ac ſolidam veritatis & puritatis Euangelicæ peritiam habuit? Nonne iam ſcriptis ille apud Maguntinum Præſulem Electorem, apud Brandemburgenſem, imo & apud Leonem decimum, Rom. Pontificem, gloriatus fuerat, ſe veram & ſimplicem Chriſti doctrinam profiteri? Nec quidquam ſuæ doctrinæ reuocare poſſe, quin ipſum ſimul Euangelium denegaret? Nonne Beza ſcribit, *Ipſum ore toto Diuinitus afflatum fuiſſe?* Qua ratione conciliabunt diuinam iſtam inſpirationem, cum imperitia & tanta inſcitia Euangelij?

Inſtruct. pag. 150. & 151.

In iconibus

4. Sed quæſo, num cumulatam habebat puri puti Euangelij peritiam, dum quatuordecim dierum ſpatio contra doctorem Ekium, Lipſiæ diſputauit? Ibique non ſemel profeſſus eſt, ſe credere Purgatorium, vt à beato Gregorio per Euangelij verba confirmatum eſt? M I N I S T. Parentius & commilitones *pernegant in diſputatione Lipſica vllum occurrere locum, quo Lutherus Purgatorium eſſe conceſſerit, hæc de Gregorio dixerit: ſed ea excogitata fuiſſe à Cochleo, qui in odium Lutheri multa confinxerit.* DOCT. Hæc ſecunda reſponſio tam vera & feſtina eſt quam prima. Ecce enim propria verba Lutheri, Tomo primo operum, Vvittebergæ impreſſorum 1545. apud Ioannem Luff, die octaua Iulij: *Ego qui credo fortiter, imo auſim dicere, ſcio Purgatorium eſſe, facile perſuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem, quemadmodum illud Matthæi inducit Gregorius in Dialogo, Non remittitur neq; in hoc ſæculo, nec in futuro, volens peccata quædam remitti in Purgatorio. Admitto & illud 2. Machab 12. Sancta eſt & ſalubris cogitatio pro defunctis exorare &c.* Hæc verba neque ex ſcriptis Cochlei, neque alterius cuiuſquam deprompta ſunt, ſed ex Lutheri ſcriptis, Vvitebergæ eo adhuc ſuperſtite, & conſentiente impreſsis, tomo, anno, folio, pagina, & Typographo, per nos deſignatis. MIN. Quiſquis veritatem ex animo quæſierit & coluerit, ingenue fatebitur Lutherum & Purgatorium credidiſſe, & illud per B. Gregorium expreſsis Chriſti verbis in Euangelio, inde etiam ex Machabæorum hiſtoria confirmatum. Ex quibus patet Miniſtrorum fœda inſcitia, ſimulque bene magnum mendacium, cum negant hæc in operibus Lutheri reperiri.

Inſtruct.

Folio 268. pagina 2.

5. DOCT. Audi & aliud quod in eadem diſputatione continetur. Cum doctor Ekius probaret authoritatibus B. Auguſtini libros Machabæorum in Canone Eccleſiæ Catholicæ cenſeri; & à S. Hieronymo inter diuinos libros numerari, Lutherus occurrit iſtis verbis: *Tria per ordinem Dominus Doctor copioſiſſime contra me proſequutus eſt. Primum, Canonem Scripturæ comprehendere libros Machabæorum. Deinde, Purgatorium probari etiam aliis Scripturis. Tertio, conatus eſt oſtendere, animas eſſe certas de ſalute ſua. Reſpondeo: De primis duobus nulla eſt inter me & dominationem eius controuerſia; ideo non erat neceſſe tot authoritates colligere ad eam rem, quam forte conſtantius affirmo, quam ipſe: vt qui me ſcire profeſſus ſim, eſſe Purgatorium.* Aliquanto poſtea, Concedit rationem Gregorij, conſentiente Bernardo, quod Deus remittat aliqua peccata in futuro ſæculo, *eſſe validam apud fideles.* Et iterum poſtea, Sententiam Pauli 1. Cor. 3. per Ambroſium, Hieronymum, Gregorium, Bernardum, & Gloſſam de Purgatorio expoſitam, recitans, ſubdit: *Per me libens admittam de Purgatorio.* Et paululum adhuc poſtea: *Beatiſſimos Patres de numero Theologiſtarum non habeo, quia Purgatorium cum eis confiteor.* Et paulo longius: *In Purgatorio exiſtentes ſic ordinati ſunt, vt hoc modo ad certam manſionem veniant, &c.* Iam vero, nonne

Fol. 270 pag. 1.

Pagina 2.

Fol. 271. pag. 1.

Fol. 274. pag. 2.

Digitized by Google

ſatis tibi videor probaſſe ex operibus Luthe- A ri, eum & Purgatorium, & preces pro defunctis agnouiſſe & aſſeruiſſe?

6. MIN. Quod ad me ſpectat, plura non expeto: ſi tamen alia rurſum velis inducere, non erit ſuperuacaneum. DOC. Exponens Concluſionem ſuam vigeſimam de Indulgentiis, ſcribit: *Papa & quilibet Christianus poteſt ſuffragari, orare, ieiunare, &c. pro animabus defunctis: Papa generaliter, Epiſcopus particulariter, Chriſtianus indiuidualiter. Patet itaque concluſio veriſſima. Sicut enim Papa vna cum tota Eccleſia ſuffragatur animabus (quale fit in die omnium animarum,) ita quilibet Epiſcopus cum ſua Diœceſi id* B *facere poteſt (ſicut fit in diebus quos vocant communes,) & Curatus in ſua parochia, ſicut fit in exequiis & anniuerſariis.* MIN. Egregia ſane teſtimonia Lutheri aduerſus ſuos Lutheranos & Caluinianos, quibus ſi non ceſſerint, & propriis, & authoris ſui iudiciis manebunt condemnati. Si quid rurſum habes ex operum illius Tomo ſecundo, ne celaueris me.

Reſolutionibus de Indulgent. Cõcluſ. 25. Tom. 1. fol. 119. pag. 2.

7. DOCT. Idem Lutherus etiam poſtquam à Sede Apoſtolica hæreticus declaratus, ac communione Eccleſiæ Chriſtianæ eiectus fuit, in ſuperiori doctrina permanens ſcripſit: *Ego & credo Purgatorium eſſe, & conſulo, ſuadeoq; credendum, ſed neminem volo cogi.* Et a- C lio in loco: *Firmiter credendum eſt, & ego ſcio verum eſſe, quod miſeræ animæ ineffabilem pœnam patiuntur (in Purgatorio:) & nos eas iuuare tenemur orationibus, ieiuniis, eleemoſynis, & quocunq; poſſumus.* Et in Reſolutione quarundam ſuarum concluſionum, ait, *Se hominem agnoſcere, qui in hoc ſæculo patiebatur Purgatorij pœnas.* Rurſum Sermone de Indulgentiis ait: *Mihi dubium non eſt Miſſam pro defunctis celebratam, meliorem ac efficaciorem eſſe ad redimendas animas, quam ſint indulgentiæ.*

Tomo 2. Aſſertion. art. 37.

Declarat. quorund. art.

Concluſ. 15.

Ser. de Indulg.

8. Atque ne dicere poſsint aduerſarij, Lutherum, tunc nec adultum, nec peritum ad- D huc fuiſſe Euangelicæ puritatis, hæc ſunt quæ iam ætate confectus, & anno priuſquam moreretur ſcripſit in Confeſsione fidei ſuæ: *Curetur orari pro requie defunctorum.*

Confeſſ. fidei.

9. Denique, Petrus Rebenſtok conuictor Lutheri, & colloquia eius menſalia colligens, refert eum non raro pro defunctis oraſſe, vtpote pro Muntzero, dicens: *Deus illi condonare velit.* Et cum audiſſet Zuinglium Heluetico bello cæſum, dicebat: *Optarem Zuinglium ſaluum [illegible], &c.* Iam habes ſedecim Lutheri teſt[illegible]onia, quibus & Purgatorias pœnas, & [illegible] quam conferre debemus iis qui in eis detinentur, docet, adfirmat, & multis modis conteſtatur: iam ne plura deſideras? MINIST. Viderer omni rationis vſu deſtitutus: tantum expeto, vt quædam de primis diſcipulorum eius adducas.

Tom. 1. Colloq. pag. 46. & 54.

10. DOCT. Melancthon eius Achates, & totius Germaniæ (vt aiunt) præceptor, ad quendam Amicum ſummam Diſputationis Lipſicæ perſcribens ait: *Cœpit Ekius aliam cantilenam, eſſe Purgatorium, probari vt poſſit; id quod receptius eſt quam vt neceſſe ſit toties in ſcholas vocare.* Ergo tam probatum & euidens id credit, vt in quæſtionem vocari non putet. Et poſt decem annos in eadem ſententia perſeuerans ait: *Scimus Patres veteres loqui de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus.* Poſtea, ad praxim reuocans doctrinam iſtam, Oratione pro Maximiliano Imperatore defuncto, pro anima illius orabat, & vniuerſos Germanos vt pro illo precarentur adhortatus eſt.

Tom. 1. operum Lutheri, fol. 33.

Apolog. pro confeſ. Auguſt.

11. Accedit Conradus Schluſſelburgius, diœceſeos Raceburgenſis Superintendens, coniunctarum Megapolenſium Eccleſiarum generalis Inſpector, & Vviſmarienſis paſtor; his enim titulis exornatur in ſuis de Theologia Caluiniſtarum libris: qui pro demortuis quatuordecim præceptorum & ſymmiſtarum ſuorum ſpiritibus ſic precatur: *quorum anima ſit in benedictione.* Adeo efficax eſt vis Veritatis, vt de hoſtium faucibus aliquoties erumpat.

Præfat. Apologet. pro lib. concordia.

12. Eodem plane modo Ioannes tertius, Rex Suetiæ (quibus in oris Lutheraniſmus inualuit) iuſſit, vt defuncta Regina vxor ſua, quæ in fide Catholica in finem vſque conſtantiſſime perſeuerauerat, humo mandaretur Vpſaliæ, cum omnibus Catholicis ritibus: & decreuit, frementibus licet ſuis Miniſtris, vt omnes ſubditi pro requie & ſalute eius orarent, iuſtaq; Catholica perſoluerent: quod & factum eſt. MIN. His contentus ſum: quandoquidem aduerto Lutherum ac Melancthonem tot locis dogma Catholicum adfirmare Purgatorium: adhæc, populos Suetiæ, Gotthiæ, & Vvandaliæ Luthero addictos pro defunctis orare. Dic ſodes, tantumdem de Caluinianis.

Poſſeuin. Refut. Chytræi, pag. 122.

13. DOCT. Tu iudex eſto. Caluinus palam confitetur doctrinam Apoſtolorum puram ac integram per omnes orbis Eccleſias viguiſſe quadringentis aut quingentis à mortibus eorum ſæculis, nimirum vſq; ad ætatem B. Auguſtini. MINIST. Parentius ait, *te adulteraſſe Caluini ſententiam, ac ideo cauiſſe ne in-*

Inſtitut. l. 4. c. 2. § 3.

Inſtruct. pag. 141.

Digitized by Google

ne incideres in locum, ne fraus tua detegeretur. A
DOCT. Non ea profecto mente verba eius omiſeram: ſed congenita mihi quadam feſtinatione: & quia in animum induxeram, tantum Caluini miniſtrum præceptoris ſui Inſtitutionem fideli memoriæ totam commiſiſſe. Diſcat nunc ergo à me Caluinianus miniſter & præco, quæ ſit Caluini ſui de propoſita re ſententia. Ille Inſtitutionis ſuæ libro primo, capite vndecimo, nota
Caluin. tertia decima, ſcribit: *Si quid nos mouet veteris Eccleſiæ authoritas, meminerimus quingentis circiter annis, quibus magis adhuc florebat religio, & ſyncerior doctrina vigebat, &c.* Et apertius hanc mentem ſuam, ſed in rem noſtram explica- B
turus, de ſæculis Irenæi, Tertulliani, Origenis, Optati, & Auguſtini, (qui à ſucceſsione valentiſsima in hæreticos ducebant argumenta) differens, ait in Inſtitutione Gallica:
Edita 1562 pag. 470. Nam in Latina, locum adulterarunt: *Mais pour ce que c'eſtoit vne choſe notoire & ſans doute, que depuis l'aage des Apoſtres iuſques à leur temps il ne s'eſtoit faict nul changement de doctrine ny à Rome, ny aux autres villes: ils prenuent ceçy comme vn principe ſuffiſant à renuerſer tous erreurs, qui s'eſtoient eſleuez de nouueau, &c.* Latine
Lib. 4. c. 2. §. 3. ad verbum reddam. *Sed quia res erat notoria, & ſine dubio, quod ab ætate Apoſtolorum vſque ad eorum tempora, nulla facta fuerat mutatio doctri-* C
næ, neque Romæ, neque in aliis ciuitatibus: hoc (argumentum à ſucceſsione) *capiebant vt principium ſufficiens ad euertendos omnes errores, qui recens ſurrexerant.* MINIST. Euidens quidem mihi eſt Caluinum adfirmare annis circiter quingentis, ſynceriorem doctrinam floruiſſe, & ab ætate Apoſtolorum, vſque ad tempora Auguſtini, (qui hanc vitam reliquit anno Chriſti 430.) nulla per orbem mutatione deprauatam fuiſſe illorum doctrinam: ſed non mihi aperte conſtat, quid hinc colligere velis, quod ad doctrinam Purgatorij pertineat. DOCT. Inde ſic colligo. Quadringentis & quingentis annis à D
Chriſto, Apoſtolica doctrina ſine vlla mutatione per totum orbem floruit & viguit: ſed cunctis illis annis ac ſæculis prædicatum & creditum eſt Purgatorium, inſuper oblatum & ſupplicatum pro defunctis: hæc igitur doctrina & ſententia eſt Apoſtolica. Propoſitio eſt Caluini. Aſſumptionem ſuperius copioſe & ſolide per illas omnes ætates probauimus. Item, ex eodem Caluino admittente,
Inſt. l. 3. c. 5. §. 10. *Ante mille & trecentos annos vſu receptum fuiſſe, vt precationes fierent pro defunctis,* nunc rurſum confirmamus: ergo tam conſecutio quam conſequentia euidentiſsima ſunt atque certiſsima.

MINIST. Ratiocinatio Caluinianos omnes conſtringit, imo & penitus conuincit. 14.
Sed & ſi eundem rurſus propriis quibuſdam aſſertionibus coargueres, vt ſupra Lutherum viciſti de hoſte acerrimo glorioſius triumphares. DOCT. Imo Veritas inermis de falſitate quantumuis armata triumphet. Ergo conſultus aliquando Caluinus à Monsbelgardenſibus, quibuſcum ritibus
1543. Epiſt. ad Monſbelgardenſis. vellet mortuos? reſpondit. *In ſepultura mortuorum hanc moderationem vellem adhiberi, ne in templum funus deferretur, ſed recta in cœmeterium. Illic quoque exhortationem haberi vellem, vt in re præſenti, funeris comites agnoſcerent quod diceretur.* At maiores funebribus illis orationibus ad concipiendas pro defunctis preces, oblationes, ac eleemoſynas pro iiſdem fa-
1546. Epiſt. ad Protectorem Angliæ. ciendas hortabantur: igitur ad eas paulo momento Veritas Caluinum impulit. Idem, poſtea ſcribit de Anglis iam erroribus ſuis infectis: *Audio recitari iſtic in Cœnæ celebratione orationem pro defunctis.* Adeo non poterat euelli è cordibus Chriſtianorum hæc pietas. Et adhuc ad rem propius accedens, rurſus
1562. Epiſt. ad Vatellũ. ſcribit: *Tale quidem votum, quin concipere liceat non contendo. Si amicus ſepeliatur, vel de eius morte allatus ſit nuntius, optabo vt in vltimo die, cœleſtis gloria mecum ſit particeps. Nulla in hoc voto ſuperſtitio.* At, huiuſmodi votum eſt ſaltem mente concepta deprecatio: & ea pro amico defuncto: ergo Caluini conſenſu, orare licet pro fidelibus defunctis.

MINIST. His reſpondeat qui volet aut valebit: ego Scripturarum oraculis, & Patrum decretis ſuperius allatis ſemper ſtabo. 15.
DOCT. A præceptore ad diſcipulos deſcendo, demõſtraturus etiam Bezam ipſum non ſemel orare pro mortuis? MINIST. Bezam ne: DOCT. Bezam ipſum, hæc verba pro Caluino ſuo mortuo reſonantem: *At,*
L. Iconum. *tu, interea Caluine, fruere apud Chriſtum, fidi ſerui præmiis.* MIN. Certe cum id imperare nequeat, aperte ſupplicat & precatur ei vitam cum Chriſto beatam. DOCT. Adhuc clarius orat
Ibidem. pro Frobennio: *Viuat in æternum, inuita morte.* Et multo diſtinctius pro Scaligero, & liberis eius: *Quieſcite in Chriſto, pij manes.* MIN. Hæc oratio nihil diſtat ab iis Catholicis precibus: *Requieſcant in pace. Requiem æternam dona eis Domine.* DOC. Et in Poematibus ita Simoni Gri-
Poemat. næo bene precatur: *Grinæum inſontem di* [illegible] *orbibus inſer.* Et verſibus [illegible] atq; Gualtheri Miniſtrorum [illegible]
ora-

Digitized by Google

orat: *Qui ſancti in terris nuper vixiſtis amici, Cœlo perennes viuite, &c.* MIN. Recte ſane à veteribus Prouerbio dictum eſt: Lingua errãs vera dicit. Nam Beza ſuos onerare potius quã ornare putans immeritis laudibus, vere pro mortuis orat, vitam cœleſtem, ęternam, perennemque, ac requiem comprecatur: quod in Catholicis vt ſuperſtitioſum, impium, & Chriſto iniurium impie traducit.

16. *Argumentum in Pſ. 38.* *Arg. in Pſ. 95.* DOCTOR. His adde, quod publicis ſcriptis concedit, *Supereſſe graues, etiam poſt remiſſa peccata, temporales pœnas exſoluendas, quibus caſtigati & domiti, magis ac magis ſapere condiſcamus.* Idem rurſum argumento in Pſ. 95. Venite exultemus Domino, &c. confitetur, *quod vt ſynagoga concinebat hunc Pſalmum, dum offerretur iuge ſacrificium; ita vetus Eccleſia Latina, diſtributis Cleri precibus, matutinas preces, & defunctorum exequias ab eodem pſalmo inchoabat, & merito quidem.* MINISTER. Ex priore loco, ſequitur pœnas illas temporales poſt culpã remiſſam exſoluendas in purgatorijs ignibus ac locis pendendas eſſe, ſiquidem, vt in pluribus contingit, non ſoluantur in hoc ſęculo. Ex altero antem efficitur, Eccleſiæ veteris imitatione, pſallendum eſſe, atq; ſic orandum, pro defunctis: quę omnia Caluinianos ſimul & Bezanos impietatis coarguunt.

17. *Com. in li. Aug. de hæreſib. c. 5. & 96.* Non aliquid adhuc aliud de Caluinicis mutuiſque repugnantijs tibi ſupereſt? DOCTOR. Tria adhuc ſuperſunt, quibus purgatorij aſſeritur doctrina. Primum, quod Lambertus Danæus agnoſcens, *Doctrinam Euangelicam, & Chriſti, inter Epiſcopos, vſque ad B. Damaſi Papæ tempora adhuc integram permãſiſſe*: inſuper, *abuſus & corruptelas (quas appellant) ortas tantum fuiſſe circa annum Dom. 574.* vniuerſam ſectam Hugnoſticam hac in re, & multis alijs ream peragit. MIN. Qui ſic? DO. Quia ſuperioribus diſputationibus nõ tantum ex omnium ſæculorum patribus oſtendimus, ſed etiam vincendo extorſimus à Caluino, integris & puris illis ætatibus creditum fuiſſe purgatorium, & oblatum, precatumque pro defunctis.

18. *Inſtruct. pag. 97. 98* MINIST. Quid ſecundo in eos proponis? DOCT. Miniſtrum Parentium cum aſſeclis, ſcribentem: *Quidam, imo plurimi antiquorum Doctorum Eccleſiæ exiſtimauerunt & ſcripſerunt orandum eſſe pro mortuis. Alij etiam purgatorium eſſe conceſſerunt.* *Pag. 123.* Et poſtea: *Aliqui ex quarto ſæculo, precati ſunt pro mortuis: adhuc, & purgatorium agnouerunt.* MIN. Iam proſpicio quid inferre velis: nimirum, antiquos illos Patres Eccleſijs præfuiſſe, cum adhuc (vt fatentur Miniſtri) pura Euangelij Chriſti doctrina in illis vigebat & florebat. Ergo precari ac offerre pro requie defunctorum, doctrina eſt pure Chriſtiana & Euangelica.

DOCT. Rem plane acu tetigiſti: iccirco ad tertium propero.

Miniſtri, aliique nunc temporis in Anglia Caluiniani quidem doctrina, Lutherani vero ritibus externis, non tantum priuatim orant pro mortuis, *vt Deus eorum miſereſcat*: ſed etiã publice, ex Officio à Regina ſua inſtituto (cuius obſeruantiæ ſeſe omnes iuris iurandi religione obſtrinxerunt) dum corpora è domibus ad cœmeteria efferuntur, pergunt eis obuiam, ac mortuorum nomine canunt: *Ego ſum reſurrectio & vita, &c. Scio quod redemptor meus viuit, &c.* Et cum ad foſſam in qua recondendum eſt, peruenerũt, rurſum cantant: *Homo natus de muliere, &c. Audiui vocem de cœlo dicentem, &c. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, &c.* MIN. Nemo certe negare poterit has eſſe pro mortuis preces, vt Dominus, vtque Chriſtus eorum miſereatur. Cumq; ita ſit, vt orent pro defunctis, fieri non poteſt, quin tacite fateantur purgatorium locum eſſe, in quo verſantes animæ fidelium, noſtris precibus, & Dei miſericordia plane indigeant. 19.

L. precum publicarũ. exeuſ. Londini.

VNIVERSAE PRECES AC OBLATIONES, de quibus ſuperius, non ſolum pro viuentibus factæ ſunt: verum maxime pro requie defunctorum: aduerſus 70. & 71. errorem.

CAPVT XL.

MINISTER.

ADeo pertinaces ſunt in ſuſceptis opinationibus contra purgatorium, & preces pro ſalute defunctorum conceptas, vt ſuos errores malint tueri, quam fateri. Aiunt enim Parentius & comminiſtri, *Oblationes & preces in exequijs defunctorum, nequaquam defunctorum nomine: ſed viuentium factas fuiſſe.* *Inſtruct. Gallica pag. 82.* Addunt: *Quidam etiam Deo obtulerunt gratiarum actiones pro mortuis, eo quod illis Deus fauore ſuo adfuiſſet vſque ad vltimum vitæ periodum. Preces quæ ibi fiebant, tantum erant pro viuis, non pro mortuis, &c.*

DOCT. Sua ergo contumacia in nouas contradictiones, nouaſq; hæreſes inducuntur. *Confut. 1.* Enimuero cum in primis negant oblationes & preces factas fuiſſe nomine mor-

tuorum: deinde, confitentur oblatas eſſe gratiarum actiones pro mortuis ſecũ aperte diſsident. Siquidem offerre & non offerre manifeſte ſunt pugnantia & contradicentia.

2. Præterea, cum veteres & ſancti Eccleſiæ patres preces fuderint & oblationes in exequijs defunctorum, horum autem nihil omnino præſtent Caluiniani: cum veteris Eccleſiæ pietate nihil prorſus habent cõmune.

3. *Instruct. p.97.98.* Scribendo quoque *quoſdam, imo plurimos Patres exiſtimaſſe purgatorium, & oraſſe pro mortuis*, nonne ſibimetipſi contradicunt? Quid enim magis cõtrarium ſibi, quam orare pro mortuis, & non orare pro illis? Exiſtimare purgatorium eſſe, & non exiſtimare? Quid ſecuritatis inuenire poterunt miſeræ conſcientię, in Miniſtrorum tam inconſtantium aſſertionibus?

4. Ad hæc, admittendo Oblationes factas fuiſſe à veteribus in exequijs defunctorum, nonne reprobant quod alijs locis contendunt, nullum in Chriſtianiſmo relictum eſſe externum & ſingulare Sacerdotium? nullum prorſus ſacrificium? Quot igitur & quantæ ſunt leuiſsimorum iſtorum Caluini Miniſtrorum contradictiones ac mutuę pugnæ?

5. *Instruct. pag.81.* MINISTER. Huic vltimæ obiectioni tuæ mihi videtur facere ſatis, cum aiunt, *has gratiarum actiones pro mortuis, quod Deus ſuo fauore adſtitiſſet illis vſque ad extremum vitæ ſpiritum, fuiſſe ſacrificia, abſque tamen precibus pro mortuis.*

DOCTOR. Paucis verbis, in duos adhuc alios errores incidunt. Primo, cum negant oblatum fuiſſe ſacrificiũm corporis & ſanguinis Chriſti pro requie defunctorũ: quod manifeſte damnatum & confutatum eſt ex ijs quę ſuperius laudata fuerunt ex Clemente, Tertulliano, Cypriano, Ambroſio, Chryſoſtomo, Auguſtino, aliiſque plurimis Spiritus ſancti certiſsimis oraculis. Secundo, cum æque imperite ac impie autumant, ſacrificia illa Deo oblata fuiſſe ſine vllis orationibus ad Deum: quæ tamen in illis præcipuum locum obtinere debeant, vt docet Apoſtolus; & ſummus Pontifex noſter Chriſtus religioſe ſeruauit. *Heb. 5. Luc. 23.*

6. Denique, nonne impudentia eſt vere Miniſtralis, & omnem impudentiſsimæ pellicis exuperans, dicere ac ſcribere, quod Tertullianus dicẽs, *Oblationes pro defunctis annuas offerimus, Oblationes offerat annuis diebus dormitionis eius, Pro cuius ſpiritu poſtules: pro quo oblationes reddas*, tantum de viuentibus loquatur? Quod Cyprianus ſcribens, *Sacrificium pro dormitione eius*, non loquatur de mortuis? ſanctum Ambroſium offerendo & orando *pro animabus defunctorum Imperatorum Valentiniani & Theodoſii & demortui fratris ſui Satyri* tantum de ſuperſtitibus curam habeat: non autem de defunctis? Poſtremo, Baſilium atque Chryſoſtomum in ſuis Liturgiis *offerentes & precantes pro iis qui dormierunt*, id tantum agant pro viuentibus, nihil pro mortuis?

L. de corona mil. L. de exhort. ad caſt. L. de Mo. n.3.

MIN. Adeo certe impudens eſt mendacium, ac extrema malitia, vt ampliore confutatione non indigeat.

EX OBLATIONIBVS ET PRECIbus pro defunctis recte inferri purgatorium locum eſſe: aduerſus 72. errorem.

CAPVT XLI.

MINISTER.

CVm denique inficiari nequeat tota generatio Prædicantium, quin vniuerſa docta piaque Maiorum antiquitas orauerit & obtulerit pro defunctis, hoc effugiũ quęrunt, *quod inde tamen non ſequatur, Locum tertium animarum, id eſt, purgatorium eſſe.* Cumq; vereantur ne ſatis ſit ſemel hæc dixiſſe, ſecundo & tertio repetunt ac inculcant: *Preces quæ fiunt pro mortuis, nequaquam efficiunt, quod purgatorium ſit; Cum Franciſcanus probauerit antiquos Patres oraſſe pro mortuis, non tamen inde probauerit purgatorium eſſe, &c.* *Instruct. pag.67. Pag.117. Pag.118.*

DOCT. Hæc ſunt ſubterfugia non modo frigida & putida, ſed etiam omni malitia & impietate referta. Cur enim adeo pertinaciter negarent offerendum ac orandum eſſe pro defunctis, niſi animaduerterent inde appoſite conſequi purgatorium, cui decreuerunt ſeſe omnino opponere? Huiuſmodi enim oblationes & preces pro mortuis non fiunt pro infidelibus, apoſtatis, excommunicatis, ac reprobis, qui ſempiternis ſubijciuntur ſupplicijs. Nec fiunt pro Apoſtolis, Martyribus, aliiſque iam beatis, qui ſempiterno æuo fruuntur in cœlis. Hi n.iam de ſalute ſua ſecuri, de noſtra ſunt ſolliciti. Iniuria quoque eſt orare pro Martyre, cuius nos debemus orationibus commendare. Ergo certum ac euidens efficitur, iſtiuſmodi preces pro illis concipi, qui purgatorij loci tertij ac medij pœnis cruciantur. *Confut. 1. Cypr. l. de mortalit. Aug. ſer. 17. de ver. Apoſt. & Tract. 84 in Ioan.*

MIN. Ratio & forma precum iſtarum debet hanc omnem controuerſiam dirimere. Etenim ſi in his rogetur Deus, vt requiem & pacem animabus hinc digreſsis conferat, certum 2.

Digitized by Google

certum præſupponitur quod in altero ſæculo ærumnis & pœnis quibuſdam exercentur. Si vt liberentur è tormentis, peruium eſt quod torqueantur. Si pro eis expetitur lux cœleſtis, creduntur detineri in tenebris. Si refrigerium, flammarum ardoribus exæſtuant. Si regnum cœlorum, & conſortium beatorum, non dubitandũ, quin exulẽt, &c.

3. *Liturg. Iacobi, Baſilii, Chryſ. Li. 8. conſt. c. 40. L. Eccl. hierar. c. 7.*

DOCT. Iam audiſti ex Liturgiis Apoſtolicis, preces fieri ad Deum, *vt dormientium animas faciat requieſcere cum Sanctis. In pace requieſcant. Faciat eas requieſcere in regione viuentium, &c.* Itemque accepiſti ex B. Clemente Apoſtolorum diſcipulo atque ſucceſſore, rogari Deus, *vt remittat eis omne peccatum; condonet ſi quid peccauerunt: collocet in ſinu Patriarcharum.* Et ex Dionyſio Areopagita, harum orationum ſcopum & finem eſſe, *vt diuina clementia eis relaxet omnia ex humana fragilitate admiſſa peccata; & collocet eas in regione viuorum, in qua nullus eſt dolor, nullus gemitus, nullaque triſtitia, &c.* MIN. Nullus ergo dubitandi locus ſupereſt, quin pro illis oretur, quæ in locis, laboribus, doloribus, gemitibus, aliiſque pœnis, plenis detinentur, & ſupplicia peccatis debita perſoluant: quales ſunt expiatorij loci.

4. *L. de Monogam. Epiſt. ad Antonian. Orat. fun. pro Caſar. & Satyro. L. Medit. c. 40. In 1. cap. ad Cor. 1.*

DOCT. Adhæc, ex Tertulliano accepiſti, viduam refrigerium adpoſtulare animę defuncti mariti ſui. Ex B. Cypriano, preces fieri pro iis qui diu torquentur & purgantur in igne. Ex Ambroſio, pro requie earum poſtulari affectu. Ex Nazianzeno, vt cœlos penetrent, ibique quieſcant. Ex Auguſtino, vt abſolutionem ſempiternam obtineant. Ex Chryſoſtomo, vt requiem adipiſcantur, & propitium Iudicem inueniant, &c. Nonne ergo iure optimo elicitur & concluditur ex iſtis, animas pro quibus hæc poſtulantur, in loco purgatorio & laborioſo detineri, & ibi tanquam aurum in fornace eliquari ac expiari? Hic porro locus neque beatorum eſt in cœlis: neque reproborum in perpetua Gehenna ignis inferni: igitur Erebus eſt expiatorius.

Et vt vela diſputationis contrahamus, Liturgia Latinorum, id eſt, Miſſa, quæ per Africam ab Auguſtino, Poſsidonio, Fulgentio, Victore, Eugypio, & aliis: & in Europa, à ſanctis Ambroſio, Leone, Gregorio, illorũque ſucceſſoribus, in vſu fuit, in Commemoratione eorum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt, ſecundum corpora, in ſomno pacis, petitur à Domino, *vt iis concedat locum refrigerii, lucis, & pacis.* Igitur fides Chriſtianorum Latinorum eſt, eos in loco obſcuro, ardoribus, aliiſq; ærumnis pleno verſari. Efflagitando quoque in precibus publicis, vt Deus liberet animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni. & de profundo lacu tenebrarum. & quod ſanctus Michael Archangelus repræſentet eas in lucem ſanctam, promiſſam Abrahæ & ſemini eius: ſatis teſtatur vniuerſus orbis Chriſti deuotus, huiuſmodi preces pro animabus purgatorio adiudicatis: eius locum & ſupplicium per eas deſignari.

SEPELIRI IN LOCIS DEO, ET SANCTIS eius dicatis, non eſt ſuperſtitio: ſed actus pietatis ac fidei: plurimumque defunctis vtile: contra 73. 74. & 75. errorem.

CAPVT XLII.

MINISTER.

In 1. Cor. 15. v. 2. & Locus communib. fol. 357.

CEnſent inſuper Authores noſtri, deſiderium ſepulturæ in locis ſacris, *meram eſſe ſuperſtitionẽ, cum locus vnus nihilo ſanctior ſit alio: impium vero putare iſtud prodeſſe defunctorum animabus.* Id enim tuetur Petrus Vermilius & coarguit ſanctum Auguſtinum, quod aliter ſenſerit atque ſcripſerit. *Nos* (inquit) *plane illud non recipimus, &c.* Petrus Viretus in ſuis Inſtructionibus, id quoque irridet, atque reprobat.

Confut. 1.

DOCT. Ego facile horum deliria & irriſiones refellam: præſtaboque vt cunctis innoteſcant impias eſſe atque damnabiles. Primum enim licet vniuerſa terra fuerit ab ipſo mundi exordio à Deo conditore benedicta, ac proinde quiſque locus natura ſit æqualis: non obſtat tamen quin ſingularibus Dei bonis, donis, ac miraculis vnus alio factus ſit ſanctior atque felicior. Hoc oſtendit ſanctus Patriarcha Iacob, dicens de loco vbi Deus cum angelis per ſcalam è cœlo deſcendentibus, & aſcendentibus, ſibi apparuit: *Vere Dominus eſt in loco, & ego neſciebam. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli:* quod promiſcue de alijs locis omnibus dici non poteſt. *Gen. 28.*

2. *Exod. 3. Act. 7. Ioſue 7.*

Confirmat hoc idem Dominus dicens Moyſi: *Solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Angelus item ad Ioſue: *Solue* (inquit) *calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt.* Cum vero iſthæc de aliis nullis dicatur, plane denegatur illos iſtiuſmodi ſanctitate eſſe præditos.

Iterum,

Digitized by Google

3\. Iterum, dicens Salomoni: *Elegi locum iſtum* A *mihi, in domum ſacrificii. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit. Elegi enim, & ſanctificaui locum iſtũ, vt ſit nomen meum ibi, &c.* Præterea, vocans hunc locum per Prophetam virum ſecundum cor ſuum, *Locum ſanctum, Locum habitationis gloriæ ſuæ, Locum tabernaculi admirabilis, &c.* apertiſsime declarat Locum illum alijs fuiſſe longe ſanctiorem & ſua liberalitate auguſtiorem.

2. Paral. 7.
Pſa. 23. 25. 41. 67.

4\. Ecquis etiam infinitam Dei poteſtatem. beneuolentiam, amplitudinem cohibere poſſet, quin pari modo vnum locum alijs ſanctiorem redderet, quo benedixit & ſan- B ctificauit diem ſeptimum præ cæteris? Ac innumeras res ſub Veteri Teſtamento, præ alijs ſibi ſacras eſſe & dicatas eſſe voluit? Quoties in ſacris Ieruſalem ciuitas ſancta præ cęteris, dicitur? Templum, ſanctum? Vaſa, ſancta? Populus Iſrael, ſanctus? Mons Sion, ſanctus? An non D. Petrus locum transfigurationis Dominicæ, vocat *montem ſanctum*?

Gen. 2.
Exod. 15. 19. 20. 28. 29. 30. &c
Matt. 4. & 27.
2. Petr. 1.

MIN. Id adeo mihi compertũ eſt, vt plures non requiram probationes, quibus fundamentum baſiſque argumenti Miniſtrorum ſubuertatur.

5\. Iam declares velim, Expetere ſepulturam in locis Deo, & Sanctorum eius memoriæ C ſacris & dicatis, non eſſe ſuperſtitioſum, imo religioſum, ac perutile animabus. DOCT. Id facio, & quidem exemplo ſumpto ab omnium noſtrum primo parente Adamo, qui poſt varios caſus, & diſcrimina rerum, hanc vitam poſiturus, venit in montem, qui poſtea dictus Golgotha, & Caluaria, (quem reuelatione didicerat Chriſtum redemptorem tandem aliquando præ alijs ſanctificaturum eſſe ſua cruce, paſsione & morte,) in eodemq́ à ſuis filijs ſumma pietate ſepeliri voluit, nec fraudatus eſt à deſiderio ſuo.

MINIST. Mirũ certe. Sed quibus authoribus id affirmas? DOCTOR. Grauiſsi- D mis & antiquiſsimis patrum Latinorum atque Græcorum: veluti Tertulliano, libro 2. carminum aduerſus Marcionem: S. Cypriano, Tractatu de Cardinalib. operibus Chriſti: S. Ambroſio, Epiſt. 9. Auguſtino, ſerm. 71. de tempore: S. Hieronymo, Epiſtola ad Marcellam. MINIST. Qui Græcorum hanc ſententiam amplectuntur? DOCTOR. Origenes Tractatu 35. in Matthæum: Baſilius Magnus Com. in cap. 5. Iſaiæ: Athanaſius ſerm. de paſsione & cruce: Epiphanius contra hæreſim 46. Chryſoſtomus homil. 84. in Ioan. & alij multo plures, qui eis ſucceſſerunt. MIN. Non video qua ratione aut religione poſsit quis tot tantiſque heroibus ſeipſum opponere.

DOCT. Sententiam perſequor exem- 6. plis Patriarcharum Abrahæ, Iſaac, Iacob, & Ioſeph, qui cum ſcirent terram Paleſthinam ſingulariter ſanctificatam eſſe, tam promiſſis futuri in ea Meſsiæ, quam prophetijs, miraculis, tabernaculo, templo, & diuino cultu in ea venturo, ſeruando, ac exercendo, ſummopere exoptarunt ibidem ſepeliri: non autem in ſolo prophano gentilium. Hos ſcire peruelim, an Vermilius, aliive authores veſtri, arguere audebunt ſtultitiæ ac ſuperſtitionis?

MIN. Id non facile crediderim, ne inter Marcionitas & Manichæos, hoſtes Patriarcharum numerentur. Annectas ergo veteris Eccleſiæ Chriſtianæ ſententiã, ſi patribus antiquioris Teſtamenti conformis ſit. DOCTOR. B. Auguſtinus mirum in modum laudat honeſtam & religioſam curam ſepulturæ exemplis Tobiæ, & aliorum Patrũ, quos commemorauimus: item Lazari, Stephani protomartyris, & Chriſti domini noſtri, cuius etiam à Propheta prædictum fuerat ſepulchrum fore glorioſum atque magnificentiſsimum. Cœmeteriorum quoque, vt locorum ſanctorum ac expetendorum à morituris meminit, Epiſt. 64.

L. 1. de ciu. c. 12. & 13.
Ser. 34. de ver. Apoſt.
L. de cura pro mort. c. 3.
Iſa. 11.

Et ne Græcos in hac re deeſſe nobis pu- 8. tes, Chryſoſtomus etiam agit de Cœmeteriis, quæ extra vrbem erant: & de magnificis ſepulchris, quæ in honorem virorum præſtantium excitabantur. Accedit & Nazianzenus, qui in Oratione de S. Baſilio, & Cæſario refert, quomodo honorificentiſsime eorum corpora in ſanctam ſepulturam delata fuerunt. Tantundem aiunt quoque de magnificis Conſtantij Imperatoris exſequijs. Euſebius quoque ſcribit, maximũ Imperat. Conſtantinum ſepultum fuiſſe in loco ſancto, cum magno tædarum, cereorum, & luminarium apparatu, ac orationibus & precibus. Idem referens Galienum Imperatorem, pacem reſtituiſſe Chriſtianis, iuſsiſſeque vt redderentur cœmeteria: Aſyriumque Romanum cuiuſdam Martyris corpus pretioſiſsimo lintheo inuoluiſſe, illudque ſplendidiſsimæ ſepulturæ tradidiſſe, ſ[illegible] meditandum & credendum relinquit, Chriſtianos curam magnam habuiſſe honeſtæ ſacræq́; ſepulturæ.

Hom. 79. in Ioan.
L. 4. de vita Conſtantini.
L. 7. hiſtor. c. 13. & 17.

MIN. Iam hoc ſatis probatum. Reliquum 9. eſt

Digitized by Google

eſt vt oſtendas ſepeliri in locis ſacris, ac memorijs Sanctorum vtile eſſe animabus eorũ, qui illic humo traduntur. DOCT. Anni ſunt ſupra mille, quod Flora ſancta vidua curauit filium ſuum Cynegium humo mandari in Eccleſia ſancti Felicis Epiſcopi memoriæ dicata. Hæc à ſancto Paulino Epiſcopo ſancta curioſitate quæſiuit, An id eſſet profuturum animæ filij ſui defuncti? Reſpõdit, Aliter fieri non poſſe, quandoquidẽ piæ huiuſmodi affectiones Chriſtianorum pro amicis defunctis conceptæ, non poterãt eſſe vanæ, cum omnis Eccleſia pro illis oret, qui ibi ſepulti ſunt: & Sanctos talibus locis honore affectos, & in auxilium vocatos, defunctis opitulari. Atque hæc beati Paulini reſponſio

Aug. l. de cura pro mort. c. 1.

10. *L. de cura pro mort. agenda, c. 4*

Auguſtinus autem interrogatus, quid de ea, & tota re ſentiret: reſponſionem non ſolum probauit, verum etiam rationibus ſuis firmauit, vtiliſsimum eſſe & viuis & defunctis locum ſepulturæ expetere & accipere in huiuſcemodi ſacris locis. Primo, quod bonæ affectionis humanæ eſt ergà funera ſuorum: quoniam ſi nonnulla religio eſt vt ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando vbi ſepeliantur, attenditur. Hinc, dum [illegible]lunt, vbi ſunt poſita eorum quos diligunt corpora, eiſdem Sanctis illos tanquam patronis ſuſceptos, apud Dominum adiuuandos, orãdo commendant. Cum etiam is affectus à fidelibus cariſsimis exhibetur, eum prodeſſe nõ dubium eſt ijs, qui cum in corpore viuerent, talia ſibi poſt hãc vitam prodeſſe meruerũt. Denique, ſic concludit Auguſtinus: Cum recolit animus, vbi ſepultum ſit cariſsimi corpus, & occurrit locus venerabilis Martyris, eidem Martyri animam dilectam commendat.

11. *L. 4. Dialogor. c. 50.*

MIN. Quid hac de re ſenſerunt alij Patres Chriſtiani? Num eadem quæ Paulinus & Auguſtinus? DOCTOR. Eadem omnino: quãdoquidem ſummus Eccleſiæ Pontifex Gregorius ſcribit. Quos grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis ſi in Eccleſia ſepeliãtur, quod eorũ proximi quoties ad eadem ſacra loca conueniunt, ſuorũ quorũ ſepulchra conſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. &c.] In eodem vero loco, terribilibus exemplis docet impijs nihil prodeſſe, ſed potius ad maiorem damnationis cumulum accedere, quod illud ſibi arrogarint.

12. Et ne ambigas vniuerſum Chriſtianiſmũ in eam conſpiraſſe ſententiam, quæ ſuperius diximus, in Decretis Eccleſiæ relata ſunt? vt

A videre eſt: Cauſſa 13. qu. 2. Canone, Quibus: Canone, Cum grauia: Canone, Non æſtimemus, &c.

OBSERVATIONEM TRIGESIMI, quadrageſimi, quinquageſimi, imo & Anniuerſarij dierum publicarum precum pro defunctis, rem eſſe à priſcis ſeruatam, vt laudabilem ac vtilem: aduerſus errorem. 76. 77. 78. 79.

CAPVT XLIII.

B MINISTER.

INter religionis defecatæ (quam vos Caluinianam ſectam nominatis) profeſſores, nulla habetur ratio vel trigeſimi, vel quadrageſimi, vel quinquageſimi, imo nec Anniuerſarij diei à morte cuiuſquam: *quinetiam huiuſmodi obſeruationes damnantur & prohibentur, velut ſuperſtitiones à Monachis & Sacerdotibus ob auaritiam excogitatæ.* *Viretus in Inſtruct.*

DOCT. Priſci illi Patriarchæ & Prophetæ ſynceri ſerui Dei qui hos ritus ſanctiſsime ſeruauerũt, nec Monachi, nec Sacerdotes, nec auari fuerũt. Sunt igitur hæ calumniæ & C putida mendacia miniſtrorum Diaboli, aduerſus receptiſsimos Eccleſiæ ſponſæ domini noſtri Ieſu Chriſti, ritus & mores. MINISTER. Num vero demonſtrare poſſes, veteres Patres, hos ritus obſeruaſſe? DOCT. Poſſum & facile. Nam Moyſes teſtatur Ioſeph & fratres eius quadragenarium dierum ſpatio luctu proſequutos fuiſſe obitum patris ſui Iacob: atque tunc temporis morem fuiſſe corporum conditorum, Rurſum, Ægyptum eundem defunctum fleuiſſe aliis ſeptuaginta diebus. Rurſumque, Ioſeph in terra Chanam in celebrandis patris exequiis ſeptem alios dies expleuiſſe. Habes ergo ſeD ptimum, quadrageſimum, & ſeptuageſimũ diem à Patriarchis, idq. non tam duce natura, quam Spiritu ſancto reuelãte, in exequiis defunctorum obſeruatum fuiſſe. De trigeſimo accipe. *Moyſes mortuus eſt*, ait Scriptura. *fleuerunque eum filij Iſrael triginta diebus: & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſem.* An nõ ergo illorum dierum ritus à Deo, à ſanctis Patriarchis, & Prophetis acceptos iure ſeruant Chriſtiani? Aut illi iniqui & ſuperſtitioſi fuerunt? MIN. Non dubito quin eos Spiritus Dei propoſuerit ad imitandos. & nõ ad ſuggillandos aut reprobandos.

Confutatio. 1.

Gen. 50

Deut. 34.

Digitized by Google

2\. DOCT. Adhæc, ſub lege Moſis dicuntur A
1.Reg.31. viri Iabes Galaad, ſepultis cadaueribus Sau-
2.Reg.1. lis & filiorum eius, ſeptenarias exequias ſer-
uaſſe, flendo & ieiunando ſeptem diebus: qua de re, miſit Dauid Legatos, qui opus piũ laudarent, eiſdemque gratificarentur. Inſu-
Iudith. 16. per, eodem numero dierum totus Iſrael fu-
L.1.Mach. nus Iudith liberatricis ſuæ proſequutus eſt.
2.9.13. Quin etiam ſtatis diebus fleuerunt obitus Matthatiæ, Iudæ, Ionathæ, Simeonis Machabæorum, quos Deus liberatores & patriæ, religionis, libertatiſque vindices conceſſerat.

3\. MIN. Num aliquid de ijs conſtitutum & traditũ habes ab Apoſtolis? DOCT. Habeo
L.8. Conſt. S.Clementem eorum, quæ ab illis Conſtitu-
c.41.& 42.tralat. Tur. ta fuerunt fidum ac diligentem collectorẽ. B Hæc enim de ijs ſtatuerunt: Exequiæ mortuorum fiant tertio die adhibitis Pſalmis, precibus, & lectionibus.] adijciunt & hanc rationẽ: Propter eum qui tertio die à mortuis ſuſcitatus eſt, Die nono, ad recordationem eorum, qui ſunt ſuperſtites, & eorum qui defuncti ſunt. Quadrageſimo fiant ſecundum veterem typum: Moſem enim ſic populus fleuit. Item, anno exacto, ad habendam memoriam ipſius defuncti, & ſuppeditetur ex bonis eius pauperibus ad recordationem eiuſdem. Quibus verbis non ſolum C tradita eſt ab Apoſtolis forma orandi & largiendi pro defunctis: verumetiam tertij, noni, quadrageſimique diei ac anniuerſarij obſeruatio, imo & obſeruationis reddita & explicata ratio.

4\. MIN. Firmiſsimis argumentis ſuperius peruiciſti, hos Conſtitutionum libros vere eſſe Clementis Apoſtolorum auditoris & ſucceſſoris: ideoque ſacrilegium exiſtimarẽ his Apoſtolicis decretis ſeipſum obijcere. Adijce ſi hæc à poſterioribus ſeruata ſunt.
DOCT. Tertullianus Eccleſiæ Carthagini-
L.de Monogam.c.10. enſis celeberrimus quondam Presbyter,
L.de exhort.ad caſtitatem c. 11. huc intendens dicit, Officium viduæ Chriſtianæ eſſe, Offerre annuis diebus dormitionis viri ſui. Et alibi, hunc in modum viduum ac cælibem virum alloquitur: Repete apud
L.de coron. militis. c.3. Deum, pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua annuas oblationes reddas.] Alio rurſum in loco: Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus.] MIN. Nihil certius eſt hanc agendi rationem inter Chriſtianos, à traditionibus Apoſtolicis emanaſſe: ac ideo neceſſe eſt eos Spiritui ſancto, qui in Apoſtolis viuebat & loquebatur, ſeſe opponere, qui hos ritus deſpiciunt & reprobant. Sed perge eorum ſucceſsionem & obſeruationem aperire.

DOCT. Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus, celebrem inſtituit Cæſa- 5. Orat.in laudẽ Cæſarij.
rij fratris ſui defuncti Anniuerſarij mentionem: & hanc pollicetur ſe quotannis renouaturum.

S. Ambroſius occidentalis Eccleſiæ præclarum lumen, elegantem in primis orationẽ habuit in exequijs quadragenarijs Theodoſij Imperatoris, adſtante ante ſacrum altare Honorio eius filio ac imperij hærede ac 6. Orat.de exitu Theodoſij.
huiuſmodi firmat exequiarum formã exemplo Ioſeph patriarchę, qui patri ſuo Iacob Gen.50.
tales perſoluit. Addit ibidem nonnullos obſeruaſſe tertium diem, alios ſeptimum, alios trigeſimum, alios vero quadrageſimũ. Admonet inſuper, talem ritum originem ducere ab antiquo populo Dei, defunctorum exequias, modo trigeſimo, modo quadrageſimo, & modo ſeptuageſimo die celebrãte. Concludit autem: Vtraque obſeruatio authoritatem habet, qua neceſſarium pietatis impletur officiũ.] MIN. Cũ perſpiciã clara ſacraque Patriarcharum & Prophetarum exem[illegible]deamque beatorum Apoſtolorũ Conſtitutiones, denique veteris Eccleſiæ tã Græcæ quam Latinæ praxim hos pietatis ritus confirmantem, omnibus Hugnoſticorũ delirijs ex animo vale dico, & Chriſtianas cæremonias ſuauiſsime complector. Deut.34

ANIMAE QVAE IN PVRGATORIIS cruciantur, iuuantur ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti ſimul & feruentibus fidelium precibus: aduerſus 80. & 81. errorem.

CAPVT XLIV.

MINISTER.

His de purgatorio pertractatis, iam ſcire cupio quibus modis ac remedijs opem D ferre poſſumus ijs, qui in pœnis ac tormentis eius detinentur, vt vel citius inde liberentur vel vt cruciatus minuentur: quando quidẽ
iſtud Caluini oraculum *Nullam Dominus reliquit nobis communicationem cum mortuis*, inter Inſt.l.3 c. 20.§.24
ſuos prope diurnum habetur.

DOCT. Iſtum errorem iam refutaui- Confutatio.
mus velut doctrinæ Apoſtolicæ prorſus aduerſantem oſtendimuſque talem eſſe inter 1.
Chriſtianos omnes ſiue in hoc, ſiue in altero ſæculo verſentur, ſympathiam & communionem, qualis inter corporis membra cer- L.1.c.11. Rom.12.
nitur, vt igitur manus pedes iuuant, & pedes manus.

Digitized by Google

1.Cor.10. & 12. Eph.4. Apoc.4. 7.19. 22. Eph.1. & 2. Coloſſ.1.

manus: oculi, aures, lingua, alijque ſenſus tã interni quã externi, mutuis officijs ſibi ſuccurrunt: pari ratione pij omnes ſub Chriſto capite ſuo, mutuo ſibi opitulantur. Effecimus item, fideles defunctos cõmunione Eccleſiæ Chriſti contineri, quod hunc agnoſcant Deum ſeruatorem & iudicem ſuum, cuius ſanguine inſtaurata ſunt omnia, quæ in cælis ſunt & ſuper terram.

2. MIN. Hæc omnia fideli memoria teneo: præterea, ſententiam iſtam corroboratam fuiſſe hoc Symboli fidei Chriſtianæ articulo: *Credo ſanctorum communionem.* Productus inſuper, fuit miniſtri Vireti locus, quo hac in re Caluino ſuo manifeſte contradicit: quinetiam eiuſdem Caluini alius, quo turpiter ſecum pugnans, fatetur pios defunctos comprehenſos eſſe in Eccleſia, & numero filiorum eius.

3. L.20. de ciuit. c.9.

DOCT. Iam ergo ſolummodo referam iſtam B. Auguſtini ſentẽtiã, qua hæreſis propoſita funditus ſubuertitur: Neq; piorum animæ defunctorum (inquit) ab Eccleſia ſeparantur, quæ eſt regnum Chriſti. Patet ergo multiplicem nobis relictam eſſe cõmunicationem cum fidelibus defunctis, ſiue iã in cælis felici ac ſempiterno æuo fruantur, ſiue adhuc quibuſdam pœnis exerceantur & expientur in Purgatorio.

4. MIN. Dic ergo, quomodo his ſuccurratur ſacrificio corporis Chriſti, atque fideliũ precibus. DOCT. In primis Sacerdos in altari priuatis precibus: deinde, totus populus, qui adſtat cõmunib' orationib. ſuis, animas piorum defunctorũ Deo ſuppliciter cõmendát: hinc oblatione incruenta corporis & ſanguinis Chriſti, & mors eius annunciatur donec veniat, & merita ſatisfactioneſq; eius pijs defunctis applicantur ad ſubſidiũ, & prõptiorẽ liberationẽ. Prima huius rei probatio nititur cum rebus per eundem Chriſtum geſtis, tũ certiſsimis verbis eius. MIN. Quæ res ab eo in hanc rem geſtæ? DOCT. Vniuerſa ſacræ tragœdiæ paſsionis eius acta, vt pote eius vẽditio & traditio ab ingratiſsimo diſcipulo, captio, vincula, conuitia, accuſationes, condemnationes, irriſiones, probra, alapæ, irriſiones, ſputa, flagella, vulnera, corona ſpinea crux, ſanguines, paſsiones, lacrymæ, ſuſpiria, manuum, pedum, & lateris aperitiones, clamores, mors deniq; omnium acerbiſsima; quæ omnia cum ſumma caritate, obediẽtia, & patientia Deo Patri ſuo obtulit tam pro viuis, quam pro defunctis, ac etiam nobis ac futuris fidelibus, qui nullo adhuc numero A inter hos cenſebamur. MINISTER. Vere hæc omnia ſunt iuſtitia, redẽptio, ſalus, ſanctificatio, & ſatisfactio coram Deo, cunctis hominibus, non ſolum qui tum in terris agebant, ſed & qui ab initio mundi fuerant, & vſque ad finem illius ſunt futuri. Atq; illud attendens Apoſtolus ait. *Chriſtus Ieſus heri, & hodie: ipſe & in ſæcula.* Et in Actis dicitur: *Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Non eſt in aliquo alio ſalus.* Heb.13. Act.4.

Quocirca nihil certius eſt, omnes eius labores, paſsiones & dolores; omnia ieiunia, cõuitia, & diſcrimina; omnes plagas, pœnas, & ſanguinis effuſiones: omnes denique preces, B vigilias, & oblationes eius fuiſſe Deo Patri gratas & acceptas pro ſalute viuorum, defũctorum, ac futurorum. Nec dubito quin hac ratione hocque ſenſu dixerit ipſemet Chriſtus de pretioſo ſanguine ſuo Diſcipulis: *Pro vobis, & pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum,* id eſt, pro viuentibus, defunctis, atque futuris. Et quod in hunc finem Dilectus diſcipulus veluti præceptoris verba exponens, ſcripſerit: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* Defuncti namque ſiue corpora, ſiue horum animas ſpectemus, nequaquam ſunt extra mundum, quantumuis a condi- C tione noſtra ſeiuncti. Atque hæc de rebus per Chriſtum in rem eorum geſtis. Quæ dixiſti verba eius certiſsima? Matth.26. Mar.14. Luc.22. 1.Cor.11. 1.Io.2.

5. DOCT. Ea deſignaui, quibus Apoſtolis, & omnibus Sacerdotibus, qui his legitima ordinatione ſuccederent, poteſtate diuina edixit: *Hoc facite in meam commemorationem:* quibus verbis præcipit pro viuis atque defunctis orare, ac offerre corpus & ſanguinem ſuum in remiſsionem peccatorum, ſicut ipſe obtulerat. MINISTER. Tam certum eſt hæc verba, *facere, facite,* pro offerre & offerte frequenter ſumi, vt nemo poſsit D illud in dubium vocare, qui tantillam fidẽ veteris ac noui teſtamenti ſcriptis detulerit. Quapropter cum Dominus iuſsit eos id facere, quod prius ipſe fecerat, ſine dubio præcepit, vt pro viuis atque defunctis corpus & ſanguinem ſuum offerrent, ſicut ipſe obtulerat. Luc.22. 1.Cor.11. Exod.19. Num.16. Leuit. 9.11. & 23. 3.Reg.18. Luc.2.

6. Sed magna lux fideſq; iis accederet, ſi priſcos illos patres, & Apoſtolicos viros interpretes, aſſertores, & comprobatores horum haberes. DOCTOR Quantum ad [illegible] rationem pertinet, [illegible] Martialem [illegible] num è ſeptuaginta diſcipulis Chriſti, Dionyſium Areopagitam, Clementem Romanum, [illegible]

Digitized by Google

L.5.& 8. conſt. manum, Ignatium Antiochenum, omneſq; Presbyteros & Diaconos Eccleſiæ Athaiæ, cunctos Apoſtolorum diſcipulos & auditores, teſtes locupletiſsimos & fidiſsimos. Habeo deinde, proximos eorum ſucceſſores, Alexandrũ martyrem. Epiſt.ad omnes orthodoxos: Iuſtinum Martyrem, in Dialogo: Irenæum martyrem libro quarto, ca. trigeſimo ſecundo, & trigeſimo quarto: Hippolytum martyrẽ, Orat. de Antichriſto: Tertullianum martyrij appetentiſsimum L. de corona militis, lib. de cultu fœminarum, lib. 2. ad vxorẽ, lib. de exhortatione ad caſtitatẽ, lib. de velandis virginib. & lib. de Monogamia: Laurentiũ martyrẽ, in actis Sixti martyris, & apud Ambroſium, lib. 1. officiorũ, cap. 41. Cyprianum martyrẽ, Epiſtola 4. 7. 14 17. 27. 62. 68. 97. & 99. iuxta ordinem Morelij, &c. MIN. Deum immortalem? quales & quantos authores ac teſtes? Sed iam attẽtiſſimus ſpecto, vt de huius ſacrificij oblatione pro ſalute defunctorum dicas.

Epiſt.ad Smyrnêſes. Epiſt.ad vniuerſ.

7. L. 4. Dialog. c. 55.

DOCT. S. Gregorius ante mille annos ſcripſit: Multum ſolet animas, etiã poſt mortem, ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare: ita vt hanc nonnunquam ipſæ defunctorum animæ expetere videantur.] Quod ſtatim confirmauit duabus hiſtoriis, non minori memoria, quam admiratione dignis. MIN. Gregorium non minimi facio, vtpote, quem etiam Miniſtri Centuriatores, Ioannẽ Diaconum agnoſcunt *dono miraculorum à Deo honoratum fuiſſe: quippe qui ægrotos verbo ſanarit, diabolos ex obſeſſis eiecerit, habuerit ſpiritum vaticinij, non ſolum Eccleſias, ſed & ſcholas bene conſtituerit, ſtudium ſapientiæ & bonas artes in ſummo flore retinuerit, & quod eius tempore, Romæ, talis fuit ſtatus Eccleſiæ, qualis ſub Apoſtolis Luca & Marco penes Alexandriam.* Sed Teſtes huius ætate ſuperiores libenter expeterem, vt ſi fieri poſſet, induceres.

Centur. 6. colum. 678 & 679.

8. Inſt. l. 4. c. 4. §. 26. Ep. ad Comitem Friſiæ. L. 9. Conf. cap. 11.

DOCT. S. Auguſtinus, quem veſter Caluinus agnoſcit, *optimum ex tota antiquitate & fideliſsimum teſtem*: & Danæus appellat, *Virum inter pios pientiſsimum, & inter Scriptores Eccleſiaſticos, ſi qui vnquam doctiſsimum.* Is inquam, ſcribit. Monicam matrem ſuam, vita excedentẽ humana, cũctis alijs poſthabitis, à filio & adſtantib. expetiuiſſe. Tantũ illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei vbi fueritis. Et votum matris exponens, addit poſtea: Tantummodo memoriã ſui ad altare fieri deſiderauit, cui nullius diei prætermiſſione ſeruierat, vnde ſciret diſpenſari victimã ſanctã, qua deletũ eſt chirographum,

Cap. 13.

A quod erat contrarium nobis. MIN. Audio Altare Dei; audio inde diſpenſari victimam ſalutis, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti: denique, beatiſsimam matronam ſummopere deſideraſſe, vt in altari ſacris operantes ſui memores eſſent: hoc eſt, pro eius requie & ſalute orarent & offerrent: quæ omnia propoſitæ diſputationis capita confirmant. DOCT. Audi etiam, quæ ſubijcit Auguſtin. Cum corpus (defunctæ matris) elatum eſt (ad ſepulturam) imus & redimus ſine lachrymis. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea Sacrificiũ pretij noſtri iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, nec in ijs precibus ego fleui, &c. Cap. 12.

B MINIS. Ecce ſacrificium pretij noſtri, id eſt, Chriſtum oblatum, idq; in altari, vt ſupra dictum eſt, pro Monica defuncta, prædicante, affirmante, atq; ſcriptis tradente magno Auguſtino: non dubium ergo, quin Sacrificio altaris iuuentur animæ defunctorum.

DOCT. En rurſum tanti Doctoris aliæ aſſertiones: Orationibus ſanctæ Eccleſiæ, & Sacrificio ſalutari non eſt dubitãdum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt. Et iterum: Oblationes pro ſpiritibus dormientium, quas vere aliquid adiuuare credendum eſt, ſuper ipſas memorias nõ ſint ſumptuoſæ. Iterumq;: Neque negandũ eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuẽtium releuari, cum pro illis Sacrificium mediatoris offertur. Eſt poſt pauca: Cum ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis offeruntur, pro valde bonis, gratiarum actiones ſunt; pro non valde malis, propitiationes ſunt, &c. 9. Serm. 34. de verbis Apoſtoli. Epiſt. 64. Enchirid. c. 110.

C

MIN. Antiquiores illo, pari ne conſtantia hac de re loquuti ſunt? DOCTOR. Superius accepiſti, qua pietate ſanctus Ambroſius offerret Agnum ſine macula (id eſt, ſanctiſsimum corpus & ſanguinem Chriſti) pro animabus omnium defunctorum, & nominatim pro fratre ſuo Satyro: pro Valentino, pro Gratiano, & pro Theodoſio Imperatoribus. Accepiſti Chryſoſtomũ cõſtanter affirmantẽ, iſtud traditum & ſancitum fuiſſe ab Apoſtolis: & magnũ Athanaſium docentem, eas animas participes eſſe redundantis ab exangui immolatione & gratificatione pro ipſis facta. Accepiſti Cyrillum ſacrorum Ieroſolymorum Patriarcham, ſcripſiſſe: Maximum eſſe credimus animarum iuuamen, pro quibus offertur obſecratio ſan- 10. Contra errorem 34. D Quæſt. 34 & 58. Catech. 5. myſtag.

cti illius

ſti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt ſacrificii. Accepiſti beatum Cyprianum martyrem, mentionem facientem Sacrificii, quod Sacerdotes in altari offerebant pro fidelibus defunctis. Et vt in his citandis modum finemque apponam, accepiſti beatum Clementem Pauli cooperatorem, & Petri ſucceſſorem, iſtam Apoſtolorum Conſtitutionem referentem: Pro fratribus veſtris, qui in Domino mortui ſunt, Euchariſtiam Deo acceptam, antitypon regalis corporis Chriſti offerre in Eccleſiis veſtris.

L. 1. ep. 9.

L. 6. conſt. c. 6.

11. MIN. Fieri ne poteſt, vt homo ſyncerae veritatis amans, & ſalutis ſuae ſerio cupidus, tam certis manifeſtiſque probationibus non acquieſcat? Secura conſcientia doctrinae tam validis argumentis firmatae, repugnet? Non potius ambabus manibus fidem tam Catholicam non amplectatur? Non legitima indignatione inſurgat aduerſus impudentiam & improbitatem Miniſtrorum Hugnoſticorum, contra tantam lucem obnitentium & reluctantium? Quaſi alter Pharao, quiſquis volet, à caetero induret cor ſuum, reſiſtat Spiritui ſancto, ac haereſes conſectetur, qui ſponte perire voluerit: quod ad me attinet, Deum, & eius Eccleſiam Catholicam ſequar, pro defunctis fidelibus ex animo ſupplicabo, & pro eiſdem ſacrum Miſſae myſterium celebrantibus aſtabo religioſiſsime.

ELEEMOSYNAS INDIGENTIBVS nomine defunctorum erogatas, illis eſſe perutiles: aduerſus 82. errorem.

CAPVT XLV.

MINISTER.

IAm de eleemoſynis agendum, atque demonſtrandum eas defunctorum nomine erogatas, eiſdem vtiles eſſe ſicut de oblationibus & precibus factum eſt: Sat quidem ſcio eleemoſynas piorum in Scripturis plurimum commendari, eaſdemque à patribus mirifice laudari, ſed quod defunctorum animabus in purgatoriis locis ac cruciatibus detentis proſint ad requiem & ſalutem conſequendam, non noui.

Probationes. 1

Tob. 4.

DOCT. Attamen clarum eſt ex Scripturis Patriarcham Tobiam filio ſuo teſtamento praecepiſſe, *vt panem & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitueret:* quod itidem eſt, atq; eleemoſynas pauperibus erogaret nomine defunctorum, quae non modo illis eſſent ad ſolatium & releuandam indigentiam, ſed & iſtis prodeſſent in alio ſaeculo ad requiem atque ſalutem conſequendam.

MIN. Memini certe, te & hunc librum probaſſe canonicum, ac diuinae authoritatis eſſe; ſimulque docuiſſe ex Diuo Ambroſio, illam Priſcorum oblationem praeſagiſſe ſanctiſsimi corporis & ſanguinis Chriſti oblationem, quae nunc in Eccleſia Chriſtiana fit pro fidelibus defunctis. Alias probationes ſi quas habes, adiicito. 2.

L. 11. c. 14.

DOCT. Cum praecipit Saluator, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defecerit, recipiant vos in aeterna tabernacula*, primo, diuites hortatur, vt indigentibus eleemoſynas & neceſſaria ſubminiſtrent. Secundo, teſtatur illas iis fore vtiles poſt mortem: ſcilicet, orationibus pauperculorum Chriſti membrorum, quae hoc modo excipient ſecum benefactores ſuos in regno coeleſti. Hoc ſtatim confirmatur argumento à contrariis & oppoſitis inducto, nimirum E. pulonis, qui nullam à Lazaro in altero ſaeculo ſuſcepit conſolationem, quoniam in illum inhumanus nullas eleemoſynas contulerat, dum in hoc verſaretur: aliquas accepturus, ſi fuiſſet beneficus. Econtrario autem beatus Hieronymus ſcribit, Fabiolam hinc tranquilla morte ſublatam; à pauperibus in Paradiſo receptam, quos ante mortem ſuas effuderat facultates. 3.

Luc. 16.

Luc. 16.

Epitaph. Fabiolae.

MIN. Quos patrum veterum huius pietatis habes aſſertores? DOCT. Clementem in primis Apoſtolorum auditorem & ſucceſſorem. Is refert eos Epiſcopis praeſertim praecepiſſe, vt pauperibus nomina diuitum dictarent, qui ſuas eleemoſynas depoſuiſſent, vt illis donarentur, quo precum eorum fierent participes. Scribit rurſum, illos praecepiſſe, vt in defunctorum Anniuerſariis eleemoſynae fierent, ad recolendam eorum memoriam: tantum tamen piorum atque fidelium. Siquidem eleemoſynae adiumento eſſe non poſsint poſt mortem iniquis ac infidelibus. Praeterea, teſtatur piiſsimu praeceptorem ſuum beatum Petrum, paulo antequam cruci affigeretur, docuiſſe mortuos ſepelire, diligenter horum exequias peragere, pro eiſque orare, & eleemoſynas dare. 4.

L. 3. Conſtit. c. 4.

L. 8. c. 42. 43.

Epiſt. ad Iac.

MIN. Addas & ſubſequentes, qui huic Apoſtolicae conſtitutioni ſubſcripſerunt. DOCT. Magnus Auguſtinus, Serm. 34. de verb. Apoſt. ſcribit: Orationibus ſanctae Eccleſiae, 5.

cleſiæ, Sacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum (defunctorum) ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari. Rurſus in alio loco ſententiam iſtam ſic confirmat: Cum ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde bonis, propitiationes. A

Enchirid. c.110.

6. MIN. Hæc de Auguſtino ſufficiunt, ad alios properandum. DOCT. Pius ac eruditus Paulinus laudat quendam Alethium, ob amplas eleemoſynas, quas nomine Ruffinæ defunctæ coniugis ſuæ pauperibus erogabat. Sic etiam beatus Hieronymus Pammachium ſanctæ Paulæ generum valde commendat, quod tantundem præſtaret pro anima defunctæ vxoris. Sanctus item Ambroſius mirifice tollit fratrem ſuum Satyrum defunctum, propterea quod in teſtamento ſuo pauperum non fuiſſet oblitus, ſed fratribus commiſiſſet, vt pro æquitate facultatum ſuarum liberales eſſent in pauperes, &c. B

Epiſtola ad Aleth. Ep. ad Pãmachium. Orat. de obitu fratris.

7. MIN. Superiores Latini fuerunt: Græcorum conſenſum adiunge. DOCT. Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, quæ ſequuntur ſcriptis mandauit: Si iis qui obiit peccator erat, non modo plorare oportet, verum eleemoſynas dare, altaris ſacrificium offerre, aliaque id genus præſtare, quæ mortuo aliquam conſolationem adferre queant. C

Orat. de Lazari ſuſcitat.

8. Hoc idem confirmat ſanctus Anaſtaſius Niceæ Epiſcopus, adductis in robur Conſtitutionibus Apoſtolicis, quas paulo ante ex beato Clemente referebamus: nimirum vt eleemoſynæ fierent in exequiis fidelium defunctorum.

Quæſt. 20. in Scripturam.

9. Præ cæteris tamen ſanctus Chryſoſtomus hanc pro defunctis cumulatiſsime prædicabat liberalitatem, ſcribens, Pauperes ad defunctorum exequias conuocandos, vt defunctus requiem eleemoſynis, & illorum precibus adipiſcatur. Et alio in loco ait: Quantum fieri poteſt, defunctus iuuetur, precibus, ſupplicationibus, eleemoſynis, & oblationibus. Hanc ipſam ſententiam inculcat Homilia tertia ad Philippenſes; Homilia quarta ad Hebræos; Homilia ſexageſima-prima, & octuageſima-quarta in Ioannem; Homilia ſexageſima-nona ad populum Antiochenum. MIN. Hæc abunde ſufficiunt: alia remedia paucis attingas. D

Hom. 32. in Matth. Hom. 41. in 1. Cor.

IEIVNIA, PEREGRINATIONES, carnis caſtigationes, & quæcunque alia laborioſa & pœnalia opera nomine defunctorum voluntarie ſuſcepta, illis proſunt ad ſalutem, aduerſus errorem 82. 83. 84. & 85.

CAPVT XLVI.

MINISTER.

TAntum abeſt vt Caluinus, & qui ſunt ex eius diſciplina, fateantur ieiunia prodeſſe defunctis: vt nec à Deo nobis viuentibus præcepta, vel ad ſalutem requiſita eſſe velint. Scribit enim ille: *Ieiunium non eſſe ex eorum genere, quæ Deus requirat & probet.* Et rurſum alio in loco: *Stulta imaginatio eſt,* inquit, *cælibatum eſſe virtutem, quia non magis quam ieiunium Deo per ſe placet, nec inter obſequia, quæ à nobis requirit, cenſeri meretur.*

In 6. cap. Matth. In cap. 19. Mat. v. 12.

DOCT. Itaque meum eſt oſtendere illud præceptum, imo & pergratum, & remunerandum eſſe à Deo: ſimulque hoc ipſum cum aliis laborioſis operibus ſponte aſſumptis aut toleratis à viuentibus, non parum prodeſſe fidelibus defunctis. Sunt autem in primis hæc manifeſta præcepta Dei per Prophetas: *Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu. Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, &c.* Et per ſanctum Angelum Raphaelem: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recondere.* Quis ergo non videt Deum à nobis ieiunium requirere, illudque probare? Inter obſequia, quæ à nobis requirit, recte cenſeri? Cõfutatio 1.

Ioel. 2. Tob. 12.

Et ne Prophetarum teſtimoniis Caluinianos obruamus, ad Euangelium accedamus. Chriſtus ibi dicens, *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, &c.* omnino ſupponit ieiunandum eſſe, velut ex præcepto: Quemadmodum dicendo, *Cum facis eleemoſynam, Tu autem cum oraueris, &c.* manifeſtum eſt, quod præſumat, eleemoſynis & orationibus operam dandam eſſe. Sed nullo cauillo eludi poteſt iſtud eiuſdem Chriſti præceptum de Apoſtolis, cunctiſque Chriſtianis: *Venient dies cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt.* Non enim ſimplex eſt futurorum prædictio, ſed vim quoque præcepti continet, velut Apoſtolorum acta praxeſque cunctis manifeſtant, quando in rebus magni momenti ſemper ieiunationibus incubuerunt. *Miniſtranti-* 2.

Matth. 6. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. Actor. 13.

Digitized by Google

ſtrantibus autem illis Domino, ait Lucas, *& ieiunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus, &c.* Et de
Actor.14. Paulo ac Barnaba: *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino.* Ea
2.Cor. 6. propter ille inter continuos labores ſuos
2.Cor.11. numerat, Neceſsitates, anguſtias, plagas, carceres, & ieiunia. Item, famem, ſitim, & ieiunia multa.

3. Quinetiam aliquando à Regibus ſubditis, & à Prophetis auditoribus ſuis pie & ſalubriter ieiunia indicta fuiſſe in ſacris legi-
1.Reg.14. mus, veluti à Saule populo Iſraelitico: à Io-
2. Paral. 20. ſaphat, ciuibus Ieroſolymorum, à Rege Ni-
Ion. 3. niuitarum vniuerſis incolis, imo & beſtiis
1.Eſd 8. Niniues, ab Eſdra reduce captiuorum He-
Eſther. 4. bræorum de Babylone, ab Eſthera & Mardochæo pro liberatione popularium ſuorum obtinenda, &c. Quanto melius putandum eſt & à Deo inſtitutum, & ab Eccleſiæ Catholicæ Præſulibus decretum eſſe, vt Chriſtianus populus huic tantæ virtuti ſedulam nauet operam?

4. MIN. Iſta profecto de ieiunio ex verbo Domini clara & certa ſunt: ſed nō ita, quod à Deo præmiis ac meritis coronetur. DOCT. Imo vero & iſtud peruium & indubitabile eſt, vel ex eo quod Deus ipſe filiis Rechab à vino abſtinentibus & ieiunantibus ſacro iu-
Ierem.35. reiurando promittit: *Propterea non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Danieli quoque ac tribus
Dan. 1. ſociis dedit Dominus, & formam oppido quam aliorum omnium præſtantem, & donum ſapientiæ, prophetiæ, atque miraculo-
Ion. 3. rum Niniuitarum quoque *Deus vidit arctiſsima ieiunia, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.* Iſraelitæ propemodum obſeſsi ac enecati ab ex-
Iudith. 4. 8. ercitu Holofernis, *humiliauerunt ſuas animas in ieiuniis & orationibus*: Iudith quoque *ieiunans omnibus diebus vitæ ſuæ*, meruerunt liberari, & ſpoliis hoſtium optimis ditari.

5. Tantum adiiciam, quæ de ieiunii fructi-
Tom.1 pag. 17. bus ante mille & trecentos annos ſcripſit B. Ephrem Syrus. Appete optimum ieiunium, rem pretioſam atque ſpectabilem. Ieiunium vehiculum eſt ad cœlum. Ieiunium prophetas ſuſcitat, legiſlatores docet. Ieiunium bona animæ cuſtodia, & corporis ſecurus cohabitator. Ieiunium ſtrenuis militibus telum, athletis exercitium, tentationes retundit, ad pietatem iungit: Sobrietatis comes, temperantiæque artifex. Fortitudo viri eſt in bellis, ignis virtutem extinxit, ora leonum obturauit, orationes in cœlum dirigit. Eſt iuuentutis diſciplina, ornamentum ſenibus, optimus itineris comes viatoribus. Ieiunium Lazarum in ſinu Abrahæ refecit, &c. Idem rurſum ſcribit: Rex Niniuitarum ſciens morbum ciuitatis Tom. 3.
ſuæ, adhibito ieiunii pharmaco, eam curauit. pag. 655.
Cognouerunt (ciues) ieiunium potens eſſe & efficax, ad ſedandam mortis ſententiam, & donandam ipſis vitam, &c. Reliquas ieiunii laudes & virtutes colliget Lector ex Baſilii magni Homiliis, de ieiunio, de laudibus ieiunii: & Chryſoſtomi, de ieiunio, & ad populum Antiochenum: &
B Ioan. Caſsiani lib. 5. & Collat. 21.

Sed extra omnem controuerſiam eſſe 6.
debet, quod Chriſtus adfirmat de eo qui recte & alacriter ieiunauerit: *Pater tuus, qui* Matth.6.
videt in abſcondito, reddet tibi, nimirum pro ieiunio mercedem. MINIST. Tam validum eſt hoc argumentum de merito ieiuniorum, vt Caluinus aliter ſoluere nequeat, quam Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi, impropriæ locutionis coarguendo. Scribit enim: *Quod ieiunii mercedem à Deo promittit* In cap. 6.
Chriſtus, impropria locutio eſt. DOCT. Certe Matth.
iſta reſponſio tam abſurda, tam impia, &
C blaſphema eſt, vt eam recitaſſe confutaſſe ſit.

MINIST. Dic ergo vnde noſti, ieiu- 7.
nia, aliaque opera pœnalia, nomine defunctorum peracta, iis vtilia eſſe? DOCT. Refert ſcriptura, viros Iabes Galaad poſt ſepulta cadauera Saulis & filiorum eius, *ſu-* 1. Reg. 31.
per iis, id eſt, pro iis ieiunaſſe ſeptem die- 1. Paral.
bus. Rurſum Dauidem & viros eius ad il- 10.
lius cædis nuntium, ſcidiſſe veſtimenta ſua, 2. Reg. 1.
& planxiſſe, & fleuiſſe, & ieiunaſſe *vſque ad veſperam ſuper Saul*: pro Saul, *& ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eo quod corruiſſent gla-*
D *dio.* Rurſumque Dauid & omnis popu- 2. Reg. 3.
lus dicitur, *veſtes ſcidiſſe, ſaccos accinxiſſe, & planxiſſe ante exequias Abner, nec ante occaſum Solis guſtaſſe panem, vel aliud quidquam.* Recte, inquit venerabilis & ſanctus Presbyter Beda, libro ſecundo, expoſitione allegorica in Samuelis caput decimum, pro mortuis ieiunauerunt, vt ad requiem peruenire valeant. Et eo longe antiquior, Ioannes Caſsianus (Collationis vigeſimæ ſecundæ, cap. quarto) illis ieiuniis & lamentis orationes pro mortuis adiunctas fuiſſe, his verbis docet: Dauid præcepta legis ſupera-

ſuperauit: qui præcipiente Moſe, vt inimicis A talio redderetur, non ſolum hoc non fecit: verumetiam dilectione complexus eſt perſequentes, & pro iis pie ſupplicans, etiam lugubriter fleuit, & vltus eſt interfectos.

8. MINIST. Hæc ipſa luce clariora ſunt, nec ampliores de iis probationes requiro. DOCT. Permitte, vt duo tantum adiiciam ad cumulum. Venerabilis, ac ſanctus Beda, teſtificatur ſibi Angelum dixiſſe, plurimas animas è purgatoriis pœnis liberari propter preces, eleemoſynas, ieiunia, & oblationes eorum nominibus factas à viuentibus.

9. Sanctus idem quoque adfirmat: Animæ defunctorum ſoluuntur aut oblationibus B Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut carorum eleemoſynis, aut ieiuniis cognatorum. Quæ verba vniuerſa probat Eccleſia, quando illa inter decreta ſua cenſuit eſſe referenda. MIN. De iis iam ſatis, ad reliqua properemus. DOCT. Quinimo, potius ſummatim colligamus, quæ hoc bene longo colloquio dicta ſunt & concludamus eum precibus, cætera relinquentes in lucem craſtinam.

10. MIN. Fideli memoriæ commendabo, ignem, locumque Purgatorium manifeſte probari Euangeliorum, deinde Petri, Pauli, & Ioannis Apoſtolorum firmiſsimis teſtimoniis, eo ſenſu explicatis, quem Spiritus C Eccleſiæ ſponſæ Chriſti per ſanctos patres continuo ſuggeſsit. Ad hæc, pœnis temporariis, quæ peccata quo ad culpas & ſupplicia æterna remiſſa, conſequuntur: deinde, peccatorum venialium ratione: ſpirituum quoque ex altero ſæculo redeuntium reuelationibus: præterea, ſexdecim ſæculorum vnanimi fide atque doctrina, eandem ſententiam comprobatam fuiſſe. Denique, non modo ſanctorum Patrum, & Conciliorum validis aſſertionibus: verum & ipſorum aduerſariorum confeſsionibus & orationibus: piæ ſepulturæ ritibus eandem doctrinam corroboratam: poſtremo, & quibus mediis ac remediis, fidelibus defunctis opem feramus copioſe & ſolide diſputatum, & probatum.

ORATIO.

Suppliciter obſecramus te, Domine Ieſu Chriſte, ampliſsime redemptor, ac æquiſsime iudex viuorum & mortuorum, qui etiamnum hodie ſingulari iudicio tuo reddis vnicuique ſecundum opera ſua: illico colligens nimirum tecum in regno cœleſti valde bonos, cuiuſmodi ſunt ſancti Apoſtoli, Martyres, Virgines, Confeſſores, & eos qui fructus dignos peregerunt pœnitentiæ: & non valde malos, Chriſtianos tamen, qui necdum his fecerunt ſatis, iuſtis in purgatorio ſuppliciis coerces, caſtigas, emundas tanquam aurum in fornace. Domine, qui hanc doctrinam & religionem animis noſtris per Spiritum ſanctum inſtillas, & per Apoſtolos, Diſcipulos, ſanctoſque Eccleſiæ tuæ rectores eandem magna authoritate confirmas, compunge timore tuo corda noſtra, vt extremum peccatis omnibus vale dicamus, de iis ſeriam agamus pœnitentiam, & nunquam ad eorum volutabrum reuertamur, nunquam ad vomitum redeamus. Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in furore tuo corripias nos. Domine, ſaluos nos fac ex omnibus perſequentibus nos, & libera nos, nequando immitis Alaſtor rapiat animas noſtras, dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat. Complaceat etiam tibi clementiſsime, paſsionis, & mortis tuæ meritis, Eccleſiæ chariſsimæ ſponſæ tuæ precibus & oblationibus, vt eruas ſpiritus patrum, matrum, fratrum, ſororum, benefactorum, amicorum, inimicorum, omnium poſtremo fidelium defunctorum, iubeaſque illos ab Angelis tuis ſuſcipi, & in patriam cœleſtem perduci; in qua vna cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

* * *

LIBER

Digitized by Google

LIBER DECIMVSTERTIVS, QVO DISSOLVVNTVR OBIECTIONES, ET REFELLVNTVR RELIQVI ERRORES CENTVM QVADRAginta quatuor Caluinianorum, aduerſus Purgatorium.

CAPVT PRIMVM.

MINISTER.

NON ſatis eſt copioſe ſciteque Purgatorium probaſſe, ſuffragia pro defunctis tot argumentis firmaſſe, & quaſi per tranſennam aliquot aduerſariorum obiectiones diluiſſe: oportet præterea librum contra te hac de cauſa conſcriptum ad amuſsim reuocare, examinare, & cæteris, quæ illic opponuntur ſatisfacere. Ita tamen vt vix ſciam, an Reformatorum iſtorum votis reſpondere valeas. DOCT. Pars fuiſti eorum, qui in Synodum Cadomenſem & Treuirenſem coierunt, & pro virili ſententias & argumenta ſuppeditaſti, quibus ignis ille extingueretur: te itaque iterum atque iterum rogo, vt ab illo eximio immanique volumine mihi impræſentiarum depromas quidquid reſponſione dignum iudicaueris: & quantum in me erit, à te propoſitis quæſtionibus reſpondebo atque faciam ſatis.

Iactationes Miniſtrales, & impoſtura quædam refelluntur: errore primo.

MINISTER.

Equidem illuſtre ac eximium eſt volumen illud quandoquidem in eo cudendo plurimum ſomniauerunt Reformationis ſeniores, laborauerunt Diaconi, & quidquid Parentius & comminiſtri nouerunt concinitatis, Hebræi, Græci, Latini, Gallicique ſermonis ac elegantiæ contulerunt in eo compingendo, augendo, ac exornando, & quaſi omnium Reformatarum copiarum Pandoram & Achillem, omnibus commendando. Et vt illi maior accederet authoritas. *Parentius miniſter initio eius gloriatur ſe contempſiſſe ſucceſſionem quinque aut ſex millium argenti librarum, quas quidam Patruus eius in Eccleſiaſtico reditu poßidebat: item ſe viginti & quinque annis lectioni patrum antiquorum dediſſe: in collegiis ſeptem annis prælegiſſe, iam ſupra viginti annos Prædicantem egiſſe, cunctaſque Bibliothecas Lugdunenſes, Geneuenſes, Bernenſes, Tigurenſes, Baſileenſes, Germanicas, & Veneticas euoluiſſe, præterea, iam ſupra triginta annos effluxiſſe ex quo Dialecticen in celebrioribus Galliæ, Germaniæ, & Italiæ vniuerſitatibus profeſſus eſt. Poſtea, conteſtatur etiam ſe copias ſuorum Reformantium & Reformatorum militares miniſterio ſuo docuiſſe & inſtruxiſſe per Delphinates & Volſcos, interfuiſſe oppugnationibus, expugnationibus, & direptionibus plurimarum vrbium, prædicaſſe ad Iudæos, quibuſdam Monachis & Monialibus vt clauſtra ſua desererent, perfeciſſe vt Catholicæ religionis aliquot in locis exercitium intermitteretur, denique, ſuos Marromanos ita docte erudiuiſſe, vt potior eorum pars Hebraicum, Græcum, ac Latinum ſermonem optime calleat, &c.* [Inſtructionum Gallica, pag. 42. 79 80. 208. 209. 260. 261.]

DOCT. Hæc tantum iactitat? De iis ſolum ſe venditat immodicus proprii iactator honoris? Certe leuiora ſunt, quam deceat Caluinici Miniſtri gloriam. Debuiſſet profecto ſcribere, ſe ſapientia ſua præcedere ſapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum, & quod eſt ſapientior omnibus hominibus: ſapientior Ethan Ezralita, & Heman, & Chalcol, & Dorda filiis Mahol, imo & ipſo Salomone, vt Reformati de ſuo hoc Miniſtro gloriarentur: *Ecce plus quam Salo-* [Refutationes. 1.] [3. Reg. 4.] [Matth. 12.]

Salomon hic. Debuit & vires ſuas pluſquam Giganteas extollere: vt voce ſtentorea vociferari poſſet aduerſus omnes omnium
1. Reg. 17. Catholicorum phalangas: *Nunquid ego non ſum Caluinianus & vos Papiſtæ? Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen, Si quiuerit pugnare mecum, & vicerit me, erimus vobis audientes: ſi autem percuſſero eum, vos ſeruietis nobis.* Et reuerſus ad ſuos, pluſquam Goliathice in concionibus exultare: *Ego exprobraui agminibus Catholicis hodie.* Et huius tanti herois ſui in admirationem rapti omnes fideles Reformati, ſtupentes excla-
Apoc. 13. marent: *Quis ſimilis Beſtiæ? Et quis poterit pugnare cum ea.*

2. Cæterum ſi vera ſunt, quæ de ſeipſo iactat Miniſter, tota profecto Caluiniana gens valde culpanda eſt, quod tantum talemque Miniſtrum ſinat in vili & abiecto pago miniſterium ſuum profiteri: aut certe ex inſulis Anglicanis, vbi pro meritis ſuis exulat, negligant eum reuocare, aut reuocatum, Cadomenſemque Miniſtrum conſtitutum, iam officio abdicare vt oneroſum nimis, adeo turpiter expellere. Etenim tam clara fax non deberet ſub Marromæo modio latere: ſed poni ſuper Rupellanum vel Geneuenſe candelabrum, vt eximiis Reformatorum præluceret. Denique, plurimum mihi congratulor, quod res mihi ſit cum viro tam erudito, tam excellenti, tamque raræ ſcientiæ & ſapientiæ, quam ſeipſum arbitratur atque venditat. Quid enim eſſe voluptatis poſſet, aut certare cum bellua, aut aſini caput lauare?

3. Verum, Paulus me non parum deterret, ne vana ſint, quæcunque glorioſus hic Thraſo de ſeipſo iactat, quando de omni
1. Tim. 6. hæretico ſcribit: *Superbus eſt, nihil ſciens. ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.*
Luc. 22. Et ſanctus Iudas de omnibus ait: *Quæcunque ignorant, blaſphemant.* Chriſtus denique qui-
Matth. 22. buſdam ait: *Erratis neſcientes ſcripturas, neque*
Matth. 15. *virtutem Dei.* Et de aliis: Sinite illos: *Cæci*
L. 3. c. 11. *ſunt, & duces cæcorum.* His ſuccinit Irenæus martyr de coæuis ſibi hæreſeôn profeſſoribus: Vani ſunt omnes, & indocti: inſuper,
L. præſcrip. c. 41. audaces, &c. Tertullianus quoque illos eodem penicillo deſcribit: Omnes (inquit) tument, omnes ſcientiam pollicentur: ante ſunt perfecti catechumeni, quam edocti.

4. Ac de Parentii miniſtri egregiis animi & corporis dotibus nihil per me volo detractum, ſed iudicent aui... omnes quibus ſana

A mens eſt, & humaniorum literarum peritia, an emendate ſcripſerit: *Hoc Hebræorum* Apologia
idiotiſmum. Et: *Fragmentum typis excuſſum,* Latina.
&c. Deinde, vtrum probe in Eccleſiaſticis hiſtoriis, cum ait: *Iacobum Apoſtolum poſt a-* Inſtruct.
tatem D. Clementis & Dionyſii extitiſſe. Præ- Gall.
terea: *Cæſarium Gregorii Nazianzeni fratrem,* Pag. 115.
fuiſſe fratrem Imperatoris. Rurſum: *in quodam Concilio Romæ habito, excommunicatum fuiſſe Papam Conſtantinum, propterea quod vſum ac venerationem imaginum condemnaſſet.* Dicant etiam quam diligenter verſatus ſit in huius
ſæculi controuerſiis, *cum negat Diſputationem* Pag. 200.
Lipſicam in Lutheri libris reperiri: aut Calui-
B num vnquam ſcripſiſſe, *quatuor prioribus ſæ-* Pag. 142.
culis Apoſtolicam doctrinam ſanam & integram perſtitiſſe. Ad hæc, pronuncient quoque, quantum linguæ Græcæ peritus ſit, quando duo adiectiua pluralia, vni ſingularis numeri ſubſtantiuo copulat, ſcribens ἐκκλησιαστικαὶ
βίβλος καὶ ἀποστολικαὶ φωνή, & numerent quot Pag. 200.
in quatuor verbis admittat errata. Affirment denique, quam Hebraice norit, & ſcite mutuatus ſit R. Akiba, & à Thisbi Eliæ, à Fagio in lucem edito, & in Latinum ſermonem conuerſo quædam fragmenta, in quibus non ſemel *Iod* pro *Vaſ* vſurpat im-
C peritiſsime.

5. Statuant quoque ex defecata conſcientia, vtrum ſolutiones eius ad quædam argumenta mea valentes ſint. Cum illi obiicio, ſatius eſſe priſcorum Patrum interpretationes ſequi, quam nouitiorum Miniſtrorum,
reſpondet: *Nullam à me recipiet ad hoc reſpon-* Pag. 83.
ſionem: Vniuerſis antiquis Patribus nihil defero. Cum oppono illi Auguſtinum & Hieronymum Latinos patres, Chryſoſtomum & Origenem Græcos, reſpondet: *Primum,* Pag. 300.
eſſe doctorem nimis inconſtantem & incertum: ſecundum, deprauare verbum Dei: tertium, nihil præter fœnum & ſtipulam obtrudere: quartum
D *vero, impuriſsimum eſſe.* Iterum alio in loco laudans Epiphanium, Damaſcenum, & Auguſtinum, qui Aerium iudicarunt hæreticum, eo quod oblationes & preces pro defunctis improbaret, reſpondet: *illos nimis leuiter locutos eſſe, & nimis inique de hæreſibus iudicaſſe.* Et dum illum Lutheri & Melanthonis iudiciis premo, ait: *eos tunc temporis nondum perfectam veritatis Euangelicæ lucem hauſiſſe.* Denique, dum erroribus eius obiicio Paulum Apoſtolum diſerte prædicantem,
Quoſdam poſt detrimentum aliquod, ſaluari per ignem, reſpondet: *hoc eſſe nimis abſurdum, ni-* Pag. 46.
mis craſſum, nimiſque literale, &c. Quid de his

reſpon-

Digitized by Google

reſponſis tibi videtur? MIN. Ingenue di- A
co, illa eſſe non tam imperiti, quam impro-
bi, ac contumacis hominis.

6. DOCT. Quantum vero ſpectat ad ea, quibus gloriatur ſe caſtra Gallias Reformantium Caluiniſtarum ſecutum, ac ibidem miniſtrum & ſatellitem egiſſe cum vrbes expugnarent, illi facile aſſentior, quandoquidem in ſcripto ſuo Gallico, multo frequentius vtitur verbis militum, quam Apoſtolorum, Nam *ſtruere inſidias, in hoſtili inſultu ſuperiores partes conquirere, hoſtes delere, gladiorum aciem experiri, ferro viam ſibi aperire, tormenta dirigere, mœnia ſolo æquare, aggeres extruere, explicare vexilla, præſenti nece extinguere,* B *hoſtes delere, aut in fugam vertere, arces euertere, caſtra metare, &c.* verba ſunt magis apta militibus, quam Apoſtolis: & ſulphureos tormentarioſque potius ſentiunt pulueres, quam ſacros concionum, aut orationum odores. Et vt ait quidam: Apoſtatica & piſtolica potius ſunt, quam Apoſtolica vel Euangelica.

Pag. 5. 17. 43. 63. 91.

7. Interea tamen hunc (quem audio adhuc in viuis eſſe) adhortor, honoris cauſa, vt hæc omnia è ſcriptis ſuis deleat: quandoquidem eiuſmodi iactationes & glorioſæ eum perduellionis, ſeditionis, ac læſæ Maieſtatis aduerſus legitimum Regem noſtrum C Carolum nonum, in quem arma ferebant, reum coarguunt. Inſuper, eundem quoque conſcium reddunt, infinitorum ſcelerum, quæ tum paſsim à militibus illis committebantur. Etenim Nicolaus Frumentæus, vnus ex Miniſtrorum Caluinicorum grege (ne dicant à Catholicis fictũ) ſcripto commendauit & vulgauit typis, *in eo ipſo Delphinatu ab eo exercitu reformato, extra belli ardorem & furorem, trucidatos fuiſſe ducentos ſexaginta quinque Sacerdotes, ſeptuaginta nouem Monachos, triginta & tres Franciſcanos, Dominicanos, Carmelitas, & Auguſtinenſes, quadraginta & quatuor: vicos, ædes, & oppida exuſta fuiſſe non-* D *genta, vimq; illatam matronis & virginibus abſq; numero.* Atque hi fructus concionum, hæ vtilitates adhortationum, hæc horrenda & plane barbarica incommoda, quæ ſecum adduxerunt tam huius Parentii, quam ſimilium ardelionum caſtrenſia miniſteria: quæ pro iactationum confutatione plus ſatis eſſe debent.

1581. L. ſecreti ærarii Franciſci.

* * *

CONTVMELIÆ QVIBVS ET GEneraliter omnes, & ſpeciatim quoſdam ſanctos ac veteres Eccleſiæ patres afficit, refelluntur, contra 2. & 3. errorem.

CAPVT II.

MINISTER.

Tibi negare nec poſſum nec debeo, mihi plurimum diſplicuiſſe tot calumnias, quot in libro illo aduerſus ſanctos & veteres Doctores euomunt, miror que Antiquos & Cenſores, quibus emendandus fuit traditus eas non deleuiſſe, & Miniſtros non monuiſſe vt modeſtius agerent. Cum enim differit de illorum doctrina, appellat eam, *Vanam traditionem hominum, fermentum Phariſæorum, fænum & ſtipulas, verbo Dei contrariam.* A doctrina, ad homines orationem conuertens, eos vocat, *Vſurpatores ſedis Diuinæ, ſpoliatos omni præſidio verbi Dei, corruptores fidei, errones, antichriſtos, qui Eccleſiam Chriſti in errorem induxerint, & à recta doctrina & veritatis via abduxerint.* Reſumptis paululum ſpiritibus, poſtea ore latius diducto vociferatur illos fuiſſe, *Homines arrogantes, ſuperſtitioſos, Satanæ mancipia, quos par eſt contemptui eſſe omnibus illuſos, deceptos, inconſtantes, Scripturarum ignaros, Propheticæ & Apoſtolicæ doctrinæ aduerſarios, viros qui in grauiſsima abſurda inciderunt, qui ſibi diuinos honores tribuerunt, iudices iniquiſsimos, impoſtores, inuidos, paganiſmi inſtauratores, &c.* Et ſine vlla exceptione aut reuerentia circa quenquam eorum, addit: *Omnes patres communi conſenſu errauerunt, non tantum ſemel, neque in vno tantum ſæculo, ſed in pleriſque, & ſæpe. Maior illorum pars in errores abſurdos lapſi ſunt, & quod deterius, in hæreſes.* Atque hæc generatim ille euomuit in ſanctiſsima omnium ſanctiſsimorum Patrum veterum capita, vt velut alter prophanus Eſau manus leuaret contra omnes, & omnes contra eum.

Parentii & commiſtrorum in patres comitia.

Inſtr. Gallica, pag. 18. 19. 31. 64. 67. 83. 89. 118. 131. 136. 141. 144.

DOCT. Dic nunc ſpeciatim quos in colloquiis rodunt, quos in ſcriptis vellicant. MIN. Sanctum Ioannem Damaſcenum vocant, *Nimis impurum:* S. Epiphanium dicunt, *ſancto ſeruo Dei Aerio impoſuiſſe, & nimis leuiter de hæreſibus iudicaſſe:* S. Gregorium in Dialogis, *tantum agere de rebus commentitiis atque ridiculis:* D. Auguſtinum, *ſacras literas exponere præter omnem rationem, & cum omni inconſtantia atque leuitate.* D. Hieronymum, *verbum Dei deprauaſſe, & diſtraxiſſe à vero &*

Inſtru. pag. 28. 29. 71. 117. 125.

Digitized by Google

germano ſenſu: S. Dionyſium Areopagitam *ſolas deliramiones referre, illiſque eſſe ſimilem, de quibus ait Apoſtolus, In ea quæ non viderunt ſe ingerentes*: negat inſuper, Opera quæ ſupra oſtendimus eſſe B. Clementis, *eius eſſe Clementis qui Apoſtolorum fuit Diſcipulus, ſed alterius, quem Apoſtolus condemnat iſtis verbis: Ne quis vos depredetur per inanem Philoſophiam*. Denique, Decem libri ſui paginas conſumit *quam poteſt comminiſci ſcommatibus, ledoriis, probris, contumeliis, & irriſionibus aduerſus vitam & miracula beati Patris veſtri Franciſci, &c.* Hactenus Parentius, & comminiſtri, in ingenti illo volumine de Patribus, tam in generali quam in ſingulari.

Pag. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163.

Refutatio 1.

DOCT. Ecquid proſunt illi, tot in hæc ſanctiſsima Spiritus ſancti oracula & organa, putidæ calumniæ? iactata probra & maledicta? Non efficiunt Caluinianas hæreſes veras eſſe, dogmata vero Catholica falſitatis conuicta. MIN. Imo vero, Miniſtros huiuſmodi oſtendunt omni Diuino timore & amore deſtitutos eſſe: ac è contrario, ſpiritu blaſphemo, immundo, & omnium conuitiorum mendaciorumq; fœcundo parente refertos. Inſuper, manifeſtant ſe ad eius Beſtiæ cornua pertinere, quæ ora ſua aperiet in Deum, & Sanctos eius oppugnabit & blaſphemabit. Quod enim bellum capitalius eis inferri poteſt, quam ſic pedibus eorum conculcare ſanctitatem, infamare ſcripta, labefactare virtutem, proſcribere doctrinam, peſſundare gloriam, & famam lacerare? Quid deterius aduerſus illos aut cogitare, aut patrare poterit ipſemet Filius perditionis, aut idem Satanas, cum pro certo & palam mundo reuelatus & manifeſtatus fuerit?

Apoc. 13.

2. DOCT. Scio quod his artibus conantur homines imbecillioris ingenii à lectione eorum auertere: efficere vero vt ſola Caluini & ſimilium ſcripta manibus terantur, circumferantur, legant, obtineant. Sed aberrant plurimum, quando è contrario Spiritus Diuinus pios omnes excitat, & corda inflammat ad exquirendam virorum tam ſanctorum & celebrium doctrinam, ſententiam, & fidem: eam autem ex libris eorum compertam, ambabus vlnis amplectuntur, cordibus recondunt, in finem vſq; retinent: hæreſes autem huic aduerſas non minus quam ipſum Diabolum aut infernum fugiunt, & abominantur. Tuus, & innumerorum aliorum ad fidem ac Eccleſiam Catholicam reditus, à ſanctorum Patrum lectione initium habens, huic rei ampliſsimum reddit teſtimonium. Quocirca hæ omnes accuſationes, quibus ſanctos Patres impetunt, non magis eis proſunt, quam viris capitalibus in magiſtratus vel lictores ſuos proiecta conuitia.

3. Præterea, attende iſtorum conuitiatorum amentiam. Detrahunt melioribus, obloquuntur iuſtioribus, maledicunt innocentibus: quod & petulantiſsimus, & ad iurgia natus nebulo quiſque facere poteſt. Conantur illos iniuriis ſuis deprimere, à quibus nihil vnquam læſi fuerunt: illoſque infamare, à quibus omni pietate atque virtute ſuperantur. Et impudentiſsimæ meretrices, honeſtis matronis flagitia propria imponunt ac improperant. Plurima obiiciunt, ſed nihil eorum probant. Tanta tamen arrogantia, vt ſe dignos arbitrentur, quorum nudis verbis credatur. MIN. Iudæis illis profecto ſimiles ſunt, qui ante omnem litis conteſtationem, volebant à Pilato continuo in crucem adigi Chriſtum. Volunt enim vitilitigatores iſti, vt Patres omnes velut Antichriſti, & mancipia Satanæ habeantur, expellantur, reprobentur. Io. 18.

4. DOCT. Hac etiam in re veros ſe præſtant veterum hæreticorum diſcipulos, de quibus B. Hieronymus ſcribit: Iſtæ machinæ hæreticorum ſunt, vt conuicti de perfidia, ad maledicta ſe conferant.] Et Auguſtinus iure deteſtatur Iulianum Pelagianum, propterea quod obiectos erroribus ſuis ſanctos Patres vocabat, *Homines obcæcatos*: ſectæ vero ſuæ addictos, *Perſpicaces & oculatiſsimos*: ſic lucem ponens tenebras, & tenebras lucem: & bonū iudicans malum, malum vero bonum. Iccirco exprobrat ei, quod Coniugis ac ſponſæ Chriſti Eccleſiæ, matris ſuæ viſcera, inſtinctu nefario, non erroris, ſed furoris, infamaret.] Ambroſius de huiuſmodi hæreticorū maledictis conquerens, ait: Liberā linguam habent ad latrandum.] Denique, Irenæus Martyr iuſta indignatione commotus in Marcionem patribus detrahentem, appellat eum: *Os Diaboli*, Epitheto ſane omni hæreſeôn authoribus & præconibus conuenientiſsimo.

Apolog. 3. adu. Rufin. L. 2. & 3. contra Iul. Pelag. In Pſ. 118. octon. 11. L. 1. c. 29.

5. Ad hæc, ſeipſos non tam oppugnantes quam expugnantes in libro ſuo ſcribunt: *Non eſt turpiter infamandus bonus ille Pater Auguſtinus*. Ipſi tamen eundem traducunt, dicentes eum: *Scripturam contra omnem rationem expoſuiſſe, ac hominē fuiſſe in doctrina ſua varium & inconſtantem*. Cumq; Caluinū & Bezam

Inſtruct. pag. 20. Pag. 38. 56. & 57.

Digitized by Google

zām dico Principeſ ſectarum, ipſi aduerſum A me vociferantur, *quod ſim ingratus in hos bonos ſeruos Dei, immodeſtus, dicamque contumelias cum iis quas Iudæi in Chriſtum fecerunt, comparandas.* Interim ſordidi Diabolares iſti volunt haberi modeſti, temperantes, & multum colendi, poſt emiſſam in ſanctos omnes opprobriorum virulentiam. Inſuper, quando illos inuito ad Patrum lectionem: *maiorem à me modeſtiam requirunt:* & cum illos dilacerant atq; vndequaq; proſcindunt, non ſibi videntur impudentes. Alicubi illos remitto ad ſcholā diuorum Gregorij, Hieronymi atq; Clemētis: propterea, ſic indignantur & inflantur aduerſum me, vt fere more Iudæ Iſcariotis B aut Arij diſrumpantur. Quia conuentus illorum *Sectas* appellaui; eorum ſententia, *crimen admiſi ferro Magiſtratus plectendum, &c.* Quonam ergo ſupplicio expiabuntur tot conuitia, tot calumniæ, tot maledicta, tot blaſphemiæ, quibus tam calamis quam linguis ſanctiſsimos Dei ſeruos, præclara Eccleſiarum Chriſti lumina, iamque cælorū beatos incolas, corde pluſquam ferreo impetūt? Nonne ſeipſos obnoxios reddunt grauiſsimis ſupplicijs, eadem ſententia, quam in me de ſuo Miniſtrico tribunali tulerunt?

Pag.323.

Quantum vero ſpectat ad ea, quæ aduerſus beatorum Dionyſij & Clementis ſcripta C deblatterant, ſatis copioſe ſuperius diſſoluimus. Illa autem quæ de B. Hieronymo & Auguſtino comminiſcuntur, tam manifeſtæ calumniæ ſunt, vt nulla indigeant reſpōſione. Diximus etiam quam grauiter quam mature ac erudite ſanctus Epiphanius hæreticos reprobauerit, & hæreſes illorum ſolide refutauerit. Sancta vero D. Ioannis Damaſceni conuerſatio, mirabilis conſtantia, ſolidaque eruditio cunctam hæreticorum maledicentiam ſatis refellit & confutat. Quid autē ſentiendum ſit de B. Gregorij Dialogis, ſatis indicat Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & alij Patres Græci, qui eos in ſuā lin- D guam conuerſos ſuauiter legunt, & care amplectuntur. Lutherus, vel ſolus, paucis improbat omnes irriſiones & calūnias, in ſanctiſsimum Patrem Franciſcum ab iis directas, cum dicit: *Franciſcus fuit Italus, ex ciuitate Aſiſia, haud dubie vir bonus.* Non ergo funguntur bonorum virorum officiis, cum virum tam pium & ſanctum vituperant.

6. *Dialog.5.*

Colloquiorum menſal. pag. 69.

QVINQVE ATROCISSIMIS CAlumniis Catholicam Eccleſiam impetunt: errore 4.5.6.7.8.

CAPVT III.

MINISTER.

ACcuſant omnes Catholicos multis criminibus; quæ ſi vera ſunt, nolim eorum vobiſcum eſſe particeps. Primum eſt, quod aſſeratis, *Chriſti ſanguinem vim non habere ad expianda omnia hominum peccata: ſed illa tantum quæ ante receptum Baptiſmum commiſſa fuerunt.* Alia proponam cum ad iſtud reſponderis.

Inſtruct. pag. 311.

DOCT. Coram Deo & beatis Angelis eius profitemur, Catholicos nunquam id ſenſiſſe, nunquam id docuiſſe, nunquā ſcripſiſſe: ideoque reſpondemus, hanc impoſturam vere eſſe Diabolicam. Qua in re ſatis declarant Miniſtri veſtri, ſe omni verecundia & conſcientia non minus deſtitutos eſſe, quā fuerunt illi duo ſenes impuri, qui Suſannæ caſtiſsimæ adulterium obiecerunt, quod ipſimet in ſecretiori mentis receſſu contra illam excogitauerant. Ipſi enim, ipſimet Caluiniani adeo vim ſanguinis & mortis Chriſti extenuant, imo & tollunt, vt cū ſuo authore clamitent, *quod in morte & cruce Chriſti non reperit fides noſtra, quo ſe erigat vel ſuſtentet.* Item: *In Chriſti morte ſpectaculum occurrere deſperationis plenum.* Et rurſum: *Nihil actum fuiſſe pro ſalute noſtra, ſi corporea tantum morte, defunctus fuiſſet Chriſtus.* Rurſumque: *Sanguinem Chriſti ante mille & quingentos annos in terra computruiſſe, &c.* Cum has ipſimet blaſphemias nō vereantur aduerſus efficacitatem mortis & ſanguinis Chriſti ructitare: conantur tamen iis ſordibus ſuis ſanctiſsimam Filij Dei ſpōſam Eccleſiam Catholicam maculare & cōſpurcare.

Confutat. 1.

Dan.13.

In cap. 16. Matth.

In cap. 27. Matth.

Inſt. li. 2. c. 16. §. 10.

Aulakim. Banarus. Eraſtus.

2\. Contra vero, toto corde credimus, & ore confitemur, eundem ſanguinem Chriſti tātæ eſſe virtutis ac efficientiæ, vt Baptiſmo applicatus, non tantum peccata prius admiſſa deleat; ſed & fidem, ſpem, caritatem infūdat animis, vna cum ſigillo ac ſacro charactere, qui nunquam deleri valeat. Inſuper, eundem puriſsimum cruorem per ſacramētum Pœnitentiæ, omnia ſubſequentia peccata delere & abluere, gratiam deperditam cumulatius reſtituere; Deo nos conciliare; filios eius, ac proinde hæredes regni eius cōſtituere: delere quod aduerſum nos erat chirographum decreti pro pœnis æternis quæ

Digitized by Google

noſtris peccatis mortalibus debitæ erant, Diuino iudicio ſatisfacere: bona opera delictis mortificata viuificare, tranquillare cōſcientias, cælos denique non modo aperire ſed & animas noſtras illuc inferre.

3. Rurſum palam affirmamus, eundem pretioſum Chriſti ſanguinem Confirmationis ſacramento iterum animas noſtras ſignare; eiſdem gratiam conſtantiæ conferre: & ad fidei noſtræ confeſsionem aduerſus hoſtes illius adſerendam robur animi infundere. Euchariſtiæ quoq; beneficio, nos ſanctiſsimo Corpori Chriſti Domini noſtri vt viua membra coaptare, ac vt ita dicam, concorporare: vt in nobis vere maneat, & nos ſic in ipſo maneamus, velut oſſa de oſsibus, & caro de carne eius: fructus mortis & paſsionis eius iuxta diſpoſitionis noſtræ menſurā cōmunicare: ac futuræ gloriæ nobis certiſsimū pignus præbere, &c. Atque vt breuior ſim, credimus, confitemur, docemus, ſcribimus, hunc eundem ſanguinem non tantum efficacem eſſe ac ſalutarem omnibus præteritis præſentibus, futuris, viuentib. atque fidelib. defunctis, quos eripit è tenebris & cruciatibus, ſic tamen quaſi per ignem. Atque hæc ſufficiant ad retundendam primam Caluinicorum Miniſtrorum calumniam,

Epheſ.5.

1.Cor.3.

4. *Inſtruct. pag.204.* MIN. Obiiciunt ſecundo, *quod Monachi inſeruerunt ſcripto Auguſtini lib.21. de ciuit. c. 24. multa quæ faciunt pro aſſertione Purgatorij: quæ non reperiuntur in exemplaribus Brugenſibus, Colonienſibus, ac Friburgenſibus.* Nonne ſcelus eſt atrociſsimum, ſic Patrum ſcriptis quælibet aſſuere? DOCT. Tam nimirū atrox, quam iniuſtum eſt & impiū Miniſtris veſtris quidquam detrahere. Sed quo verius eſt iſtud poſtremū, eo prius videtur amplius falſum ac ſuppoſititium. Nam Ludouicus Viues, à quo Parentius veſter illam impoſturā mutuatus eſt, ait quidem in illis exemplaribus decem lineas deeſſe: ſed non aſſerit Monachos illas addidiſſe vt iſte confingit. Verum è contrario iudicat ſtilum earundem linearum Auguſtinum omnino redolere, & ſic deeſſe in illis exemplaribus, vt adiectæ ſint ex alijs libris eiuſdem B. Auguſtini. Denique, concedit in iiſdem exemplaribus orationes pro defunctis his verbis comprobari. Nam pro defunctis quibuſdam vel ipſius Eccleſiæ vel piorum quorundam exauditur oratio.] Atque ſic talis calumnia ab eodem refutata & exploſa, à quo primum fuit repetita.

5. MIN. Quibus vero authoribus euincis, Miniſtros è Sanctorum Patrum ſcriptis aliqua detraxiſſe? DOCT. Primum ex ipſomet Caluino veſtro, autumante. *Neminem illorum ante Gregorium animaduertiſſe Matrimoniū Chriſtianorum eſſe Sacramentum*: ſicque ex Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Auguſtino ſexcenta loca tollit & detrahit, in quibus illud ipſum teſtificantur. *Inſt. l.4. c. 19. §.34.*

Secundo, ex Beza ſcribente, *Auguſtinum Duo tantummodo Eccleſiæ Chriſtianæ agnouiſſe & probaſſe Sacramenta, Baptiſmum & Cœnam*, cum è contrario, manifeſte & conſtanter, idque plurimis in locis, alia quinque duobus illis eſſe connumeranda doceat. *Confeſſ. fidei puncto 4. art. 36.*

Tertio, ex Danæo, ſuffurāte à cūctis Scholaſticis doctoribus, *peccatum Adæ in liberos eius pertranſiiſſe*, vt eius tantum pœnam ferant. Item ex eodem detrahente ſancto Clementi, *quod vnquam Romanus Pontifex fuerit.* Ex eodē iterum plurima reſecante ex Auguſtini libro de hæreſibus: idque ſine vlla alia ratione, *quam quia impudentiſsime mentitur, illa per Monachos addita fuiſſe.* Et ne ſingulis immorer, Philippus Mornæus Gallus nobilis Hugonoſticorum nunc Achilles & Patroclus, palam conuictus eſt, in vnico de Euchariſtia libro, longe plus quingentis locis Patrum varia loca, vel detruncaſſe, vel interpolaſſe, vel additamentis ſuis in alienum ſenſum detorſiſſe. *In cap. 26. & 47. Enchirid. B. Auguſt. In cap.2. li. de hæreſ. Auguſt.*

6. *Inſtruct. pag.120.* MIN. De iis tantum quantum ſat eſt. Tertium crimen vobis à Parentio obiectum eſt, *Scholaſticos & Monachos primum conſtituiſſe diuerſa animarum receptacula in inferis.* DOCT. An Patriarchæ & prophetę fuerunt Scholaſtici, vel Apoſtoli ac Euangeliſtæ Monachi, qui nomen Inferorum ſæpius plurali numero extulerunt, ſignantes plura in ijs eſſe receptacula? An Dauid Scholaſticus, vel Salomon Monachus ſcribentes, *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori: Non eſt ſcientia apud inferos?* Aut Abraham Scholaſticus vel Monachus, profitens tantum eſſe in ijs diuerticulis chaos, vt qui vellent ex vno tranſire ad aliud, id non poſſunt? Vere quidem Auguſtinus & Gregorius; & hi non ſolum verum & veteres Synagogæ Rabbini, vt ſupra docuimus, ex ijs collegerunt plura eſſe apud Inferos animarum receptacula, & id ante Scholaſticorum qui Petrum Lombardum principem agnoſcunt, tempora. Sic aperte mentiri Caluinicorum Miniſtrorum eſt. *Gen.42. & 44. 1.Reg.2.3. Eph.4. Pſ.85. Eccl.9. Luc.16. L.20. ciuit. c.15. L.12. Moralium c.6.*

7. *Inſtruct. pagin. 136.* MIN. Quarto poſt hæc loco, ſcribit *Doctrina Patrum de Purgatorio fundata eſt ſuper inuentiones Paganiſmi, &c.* DOCT. Immane, quantum mentitur iniquitas ſibi. Scribit alibi, *Purgatorium eſſe inuentum Monachorum,*

Sorbo-

Digitized by Google

Sorbonicorum, Odilonis, Gregorii, &c. nunc vero Platonis, Homeri, Virgilij, ac ethnicorum, qui multis ſæculis, illos præceſſerant. (Lib. 11.) Quo tenebis Protea nodo? Sed fraudem iſtam iam ſatis notam fecimus & repulimus ſuperius plusquam quinquaginta teſtimoniis Prophetarum, (qui Platonem, Homerum, & Virgilium multis ſæculis præceſſerunt) interpretationibus explicatis ſanctorum Patrum, Purgatorij doctrina fideſque nititur. Hauſta eſt ergo ex fontib. Iſraelis nõ ex cœno, aut lacunis Paganorum. Addidimus & in libro 12. plurima Euangeliſtarum & Apoſtolorum teſtimonia, quibus veteres hanc ipſam ſententiam firmiter ſtabiliunt; adeo vt hæc veritas à Spiritu Dei reuelata ſit: nequaquam vero aut inuentum aut imitatio Paganiſmi.

Et ſi verum ſit Tertullianum, Lactantium, Auguſtinum, interdum vti Ethnicorum teſtimonijs vt dogmata noſtra corroborent, id tantum faciunt ex auctario & incremẽto, non autem vt aliquid fidei ex iis deſumant. (Libr. 12.) Denique, memoria tenes, opinor, ſanctos Dei homines Clementem, Dionyſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Auguſtinum profitentes iſtud dogma omnibus Eccleſiis Chriſtianis, ab initio traditum & acceptum eſſe à beatis Apoſtolis.

Quod autem certius & valentius argumẽtum aduerſus Nouatorum iſtorum calumnias requiris?

1. MINISTER. Nullum requiro: ſed addo quintam contra vos Parentij & ſymmiſtarum accuſationem. Victi omnino & ſuperati per hanc ſententiam: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, &c.* (Pag. 150.) aiunt iſta verba, *non eſſe authoris illius Libri, ſed ſuppoſititia, & adiecta.* DOCT. Putidum ac miſerum effugium hoc illis ſubminiſtrauit Lambertus Danæus, ſcribens, verba illa *eſſe gloſſema.* (In ca. 119. Enchirid. Auguſt.) Sed nemo eorum probat, vel probare vnquam poterit, qui, quando, quo loco, quot-ue in exemplaribus iſtud fecerit: ſed ſola ſua authoritate contenti hæc comminiſcuntur: ac iccirco calumniis ſuis onuſtos illos longum valere iubeamus: & de alijs rebus diſſeramus.

A

ALIAS DECEM CALVMNIAS contorquent aduerſus Authorem: quæ pro 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18 erroribus computentur.

CAPVT IV.

MINISTER.

IMo vero iterum de calumnijs agendum, & quidem de plurimis, quibus famam tuã petunt. DOCT. Si de me tantum agitur, facile fero, ſin religionem Catholicam per latus meum transfodere nituntur, Antagoniſtam habent. Enimuero ſi me de peccatis vere coarguunt, (B) gratias habeo gratuitis monitoribus: deumque ſuppliciter precor, vt illam mihi condonet, ac in miſericordia ſua me corripiat, emendet, ſaluet. Si vero falſo me traducunt, non pluris eos facio, quam canes oblatrantes, vel rudentes aſinos.

MINISTER. De religione agitur, non de priuatis moribus. (Confutatio. 1 Inſtruct. pag. 5.) Aiunt enim primo loco: *Hic Franciſcanus reformidans concertationis carceres, in quibus præcipua religionis capita, quæ inter nos & Papiſtas in controuerſiam adducuntur, alterum quendam interpoſuit, qui diſputandi materiam eligeret ſibi faciliorem, & in qua potiores partes ſemper ſibi fauentes haberet, &c.*] DOCT. (C) Quam falſum crimen mihi obiectet, paucis tibi aperiam. Annotationes meæ in D. Irenęũ, Appendix in quadraginta Caluinianorum hæreſes, priores Dialogi in ducentas, poſteriores iſti in ſexcentas, Admonitio ad Miniſtros de ducentis & triginta erroribus in eorum Confeſsione fidei contentis, Examen Catechiſmi vbi ſexcentos ſexaginta ſex horum alios refello, Digreſsiones in aliquibus Commentarijs, & alia ſcripta à me edita, toti mundo patefaciunt, quam parum reformidẽ aduerſus eos certare de ſummis præcipuiſque religionis capitibus. Ecquando cũ illis congredi refugi? (D) Imo vero bene memini, ſeptem diuerſis locis & temporib. oblatã Miniſtris mecum diſputationem, eos toties illam omnino detrectaſſe. Reſponſio mea ad quæſita cuiuſdam Nobilis, tunc Caluiniani, nunc conſtantiſsimi Catholici, ab eodem multis Miniſtris oblata, vt eam refelleret, ſine vlla cuiuſquam eorum reſponſione hactenus inuicta permanet. Eſt igitur nõ minus aperta Miniſtrorum calumnia, me veritum eſſe in arenam diſputationis deſcendere aduerſus huiuſmodi rabulas, quam eſt illa altera in qua affirmat *me interpoſuiſſe alterũ, qui nobis de Purgatorio materiam proponeret.*

MIN.

Digitized by Google

2. Inſtruct. pagin.6. MINIST. Paulo poſtea Reſponſionem tuam riſu excipiens, ſcribit: *Occurrit eius obiectio tam compta tamque elegans, & fucata laborioſis inuentionibus multorum doctorum, ſcholaſticorum, Sorbonicorum, & Monachorum, qui tam multos labores & ſudores perpeſſi ſunt, in colligenda illi huius ignis Purgatorii materia, &c,* DOCT. Horum ſannionum riſus Sardonios nihili prorſus duco. Deus enim mihi iudex eſt, & Angelus cuſtos teſtis ampliſsimus, me tantũ vnius diei partem ſerotinam, & ſequentis matutinam inſumpſiſſe in mea Reſponſione reddenda: & eam ipſam tantum ſemel ſcripſiſſe & vix relegiſſe: tantum abeſt, vt cum quoquam de ea communicauerim. Habes pro certo totum eius ornatum, omnem fucum, omnes inuentiones, & omnes labores, quos in ea exornanda & perpolienda exantlaui: de quibus hic Miniſter, ſeu potius Mimus apud imperitos ſuos hiſtrionicam exercet, nõ perpendens interim, miſer, quibus iniuriis Prophetas, Apoſtolos, omneſq; ſanctos Patres afficiat, doctrinam de Purgatorio vocans *Scholaſticas & fucatas inuentiones.* Nam & ſeipſum impietatis alibi coarguens confitetur. *Plurimos veterum ſanctorumque Doctorum & oraſſe pro defunctis, & Purgatoriũ profeſſos eſſe.* Pag.98.99 103 136. 137. Quinetiam Platonẽ, Homerũ, Pythagoram, & Virgiliũ illud ipſum nouiſſe: quod in præſentiarum appellat Inuentionem Sorbonicorum & Monachorum. Quid magis ſibi contrarium? quid impudentius?

3. Pagin. 78. 18.19.20. 23.& 30. MIN. Tertio loco ad formam reſpõſionis tuæ accedens. *Quidquid probat Franciſcanus* inquit, *deſtitutum eſt verbo Dei, ſed tantum per ſcripta veterum Patrum ſua confirmat.* Identidẽque multoties repetit. DOCT. Bene habet, quod in primis agnoſcat profiteaturque diſerte me doctrinam Purgatorij, oblationum ac precum pro requie defunctorum, per veterum Patrum ſcripta probare: ſicque eam non eſſe Scholaſticorum aut Monachorum inuentum, quod ſemper ad nauſeam vſque repetiuit. Sic enim ſuper manet proprio iudicio condemnatus, hoſtiſq; fidei atq; doctrinæ totius ſanctiſsimæ & ſapientiſsimæ antiquitatis. MIN. Addit rurſum: *Franciſcanus ne locum quidem vllum inducit ſacrarum Scripturarũ ad aſſertionis ſuæ confirmationẽ.* Pagin. 22. 323. DOCT. Me meamque Reſponſionem ſuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilacerat: niſi inter Caluinianos, Pſalmi Dauidis, Euangeliũ Matthæi, Epiſtolæ Pauli, & Apocalypſis B. Ioannis, ex quibus plurima citaui teſtimonia, ſacrarum literarum loco non computentur. Cum e-A nim ad illa conatur reſpondere, & argumẽta mea inde ducta diſſoluere, palam fatetur ea me in aciem eduxiſſe: ſicque rurſus manet reus calumniarum. Sudet quantuncunque voluerit, nodum iſtum pluſquam Gordium nunquam reſoluet.

MINISTER. Suggerit quarto, *Franciſcanus non candide explorat veritatem: ſed tantũ ſtudet doctrinam noſtram calumniari.* 4. Inſtruct. pag.5.53. & 57. Et timens ne ſatis ſit ſemel dixiſſe, iterum ait: *Funigerulus iſte non ſtudet veritati, ſed fingit.* Et poſtea loquẽdi formam commutans, ait: *Magna Funigeruli huius apparet ingratitudo, quando conatur ſibi vulgi beneuolentiam conciliare, Caluinum & Bezã* B *fidos Domini miniſtros vituperando.* DOCTOR. Nulla ingratitudine vti poſſum erga Hugnoſticos, qui nulla me vnquam ſibi deuinxerũt beneuolentia, nullo me vnquam affecerunt beneficio: niſi velint vt beneficio adſcribam alapam, quam mihi vnus illorũ inflixit: & innumeras iniurias quibus ſæpiſsime per vias, per vrbes, per domos me affecerunt. Niſi beneficia reputẽt, quod quidam eorũ apud Magiſtratus non raro me accuſarũt, & tertio eadem die ad necem quæſierunt. Niſi beneficia dicant, ꝙ proprium fratrem fiſtulæ ſuæ glande traiecerunt: duos religione germanos gladiis diſſecuerunt: duas cõuentus no-C ſtri Bibliothecas incendio conſumpſerunt, templũ expilauerunt: & confratres de omnibus domeſticis cõmodis ſpoliatos ſemel & iterum ædibus expulerunt. Niſi beneficia vocent, quauis data opportunitate, maledicere, detrahere, calumniari, minari, & ſuo modo nos infames & odioſos reddere: denique, equum gradarium, quo per vicos & caſtella euangelizaturus ſenex vehebar, furto ſubripere. Atque hæc & alia plurima ſunt Caluinianorũ in me collata beneficia. Quo iure igitur ingratitudinis me nunc inſimulant atque accerſũnt?

Quidquid videor iniuriæ feciſſe Caluino 5. D & Bezæ in mea illa Reſponſione, in eo verſatur, quod illos vocauerim *Duces anteſignanos ſectarum, quæ paßim occurrunt in Gallia.* Num tibi videntur tam atroces iniuriæ, vt querimoniis, imo & ſcalis gradibuſq; dignæ ſint gemoniis? Verum, Euangelicum & Apoſtolicũ ne erit iſtis nebulonibus tot euomere cõuitia, tot probra, totq; blaſphemias in omnes Sanctos cælorum ciues: imo nec Angelis nec Supra li. 9 & 10. beatiſsimæ Deiparæ, nec ipſi Deo parcere à maledictis: mihi vero tam graue ſcelus, quod Caluinum appellauerim *Ducem ſectarum?* Exhibeant mihi quo iure ſibi liceat ſan-

Digitized by Google

ſanctiſsimis & antiquiſsimis Doctoribus Ec- A cleſiæ detrahere, ac omnibus quas poſſunt intingere infamijs ſummos Pontifices, Epiſcopos, Sacerdotes Domini, omnes Imperatores, Reges, Duces, Principes, Nobiles, Magiſtratus, Catholicos, conſpurcare & lacerare: nobis vero ne gry quidem reſpōdere, vel minimum quidem lapidem, quo nos quotidie impetunt, in eorum vireta remittere liceat: & ſancte polliceor me reuocaturum eſſe quidquid aduerſus Caluinianam & Miniſtralem maieſtatem dixerim vel ſcripſerim.

6. MIN. Quid ais ad alterum accuſationis caput, nimirum, *quod nec cures, nec candido animo quæras veritatem*? DOCT. Deum ſcrutatorem cordium teſtificor, me illam amare, efflagitare, inueſtigare, ac toto animo exquirere. Sed id facio ex ſacris Scripturis explicatis, prout Spiritus S. Eccleſiæ Catholicæ rector & Doctor perpetuus ſuggerit, reuelat, & dictat omnem veritatem. Illam poſtea

Ioan.14. exquiro in libris Diſcipulorum, & virorum Apoſtolicorum, quod hi melius Prophetarum, Apoſtolorum, ac Euangeliſtarū mentes, profundoſq; ſenſus, & traditiones accuratius nouerint, retinuerint, & docuerint, q̄ hi q poſt mille & quingētos annos illis ſe ſuccedere iactitant, Illam candide exquiro in ſcriptis ſanctorum Martyrum & Patrum,

Act.20. quos Spiritus ſanctus poſuit Paſtores ad regendam Eccleſiam, quam Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo: quorumq; Deus ſanctitatem, pietatem, & doctrinam innumeris miraculis ſibi gratam & probatam eſſe ſignauit. Illam exquiro in legibus ac decretis vniuerſalium Conciliorum & Pontificum, quibus nullatenus dubito, Spiritum Dei adfuiſſe, bonum depoſitum priſcorum fideliter ſeruaſſe, nec Eccleſiam vnquam ſiuiſſe vel ad ea quæ fidem ſpectant, vel bonos mores definienda, à bono, vero, & æquo aberrare: Hæc ſunt loca & principia è quib' ſynceram diuinamq; Veritatē inueſtigo, & diu noctuq; exquiro: omnino certus quod in iis lateat, & ſerio inquiſita reperiatur. Non autem requiro in ſcriptis hæreticorum, quia eorum mutuæ pugnæ & manifeſtæ contradictiones mihi proclamant eam longe ab iis abeſſe. In illis eam non requiro, docente me Tertulliano, viro Apoſtolicorum temporū; Veritas non eſt quærenda apud hæreticos,

Lib. praſcr. c.12. ad quos vetamur accedere. Quis ſeruus cibaria ab inimico Domini ſui ſperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus regibus donatiuum & ſtipendium captat, niſi plane deſertor, transfuga, rebellis?]

MIN. Quinto, indignati ac frementes 7. quod dixeris, Omnes eos cum Aerio quondam damnatos fuiſſe ab Eccleſia Catholica: & illorum condemnationem reperiri ſcriptam apud Epiphanium, Auguſtinum, Damaſcenum, & ſacra Concilia, reſpondent: *Te plane ignorare, qua ratione hæretici conuincendi ſint: teque aduerſus eos procedere contraria ratione, qua D. Auguſtinus, qui noluit citare contra Maximinum Arrianum Concilium Nicenum, ſed ſolam Scripturam communem vtrique.* *Pag.21.* DOCT. Reſpondeo, eos tametſi imprudenter, iure B nihilominus ſeipſos comparare cum Arrianis, quos in multis ſequuntur: & nos cum D. Auguſtino, cuius pietatem & doctrinam imitamur pro viribus. Deinde, proprijs verbis eoſdem ſeſe hæreticos fateri: quod hoc argumento ab eorum verbis repeto. Auguſtinus vult tantum procedendum eſſe ex Scripturis contra hæreticos. Hic aliter procedit contra nos. Ergo non recte procedit contra hæreticos. MIN. Reipſa ſequitur eos hæreticos eſſe: proindeq; cadunt in foueam quam fecerunt.

DOCT. Præterea, doceo falſum eſſe, q̄ 8. ſcribunt, Auguſtinum voluiſſe ex ſolis Scri- C pturis contendendum eſſe cum hæreticis: quandoquidem ipſemet valētiſsime ſæpiſſimeque pugnet aduerſus illos, ex Concilijs, ex traditionibus non ſcriptis, & ex authoritatibus Eccleſiæ, Pontificum, & ſanctorum Patrum, qui ætatem eius præceſſerāt. Quin etiam, lib.3. contra Maximinum, ca.12. eundem, & reliquos Arrianos remittit ad Concilium Nicænum his verbis: Iam tandem Concilium Nicænum, & homoouſion laudate, & tenete nobiſcum.] Et probans pueros non eſſe rebaptizandos, contra Donatiſtas, l.1. de Baptiſ. ca.7. eo. Quod plenario to- *L.2. contra* tius orbis Concilio ſaluberrime firmatum *Epiſt. par-* D eſſet.] Et eandem ſententiam firmaturus in- *men.c.13.* ducit præterea; Hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum, per- *L. de hære-* fectum, atque firmatum eſt.] Pronunciat *ſib.c.69.* quoque Donatiſtas vere eſſe ſchiſmaticos & hæreticos, eo quod contra definitionem totius Eccleſiæ rebaptizabant.] MINIST. Certe his tribus locis omnibus apparet eum non ſolas Scripturas hæreticis obieciſſe: ſed & Conciliorum, & Eccleſiæ Catholicæ authoritatem. DOCT. Attende etiam quo pacto contra Pelagianos idem proceſſerit. Opponit enim illis Concilium Carthaginenſe:

Digitized by Google

Epiſt. 90. nenſe: deinde, Mileuitanum: tertio, authori-
92.94.95. tatem Sedis Apoſtolicæ: non ſolas Scriptu-
ras Audacter pronũciat illos plurimum eſſe
Epiſt. 152. ingratos apud diuinam miſericordiam, &
L.2.contra corda habere non tam dura quam diaboli-
duas Epiſt. ca, qui Concilio generali audeant repugna-
Pelag.c.12. re. Monet inſuper, vt excludantur ſicut lupi,
qui conantur ouile domini conturbare, &
diſsipare totius Eccleſiæ Catholicæ concor-
diam. Decem igitur tam exemplis quã ſen-
tentijs S. Auguſtini effeci meum proceden-
di aduerſus Miniſtros Hugnoſticos modum
non eſſe contrarium Auguſtino, aut damna-
tum ab eo, vt garrit Caluinianus; ſed potius
traditum & commendatum.

9. MIN. Cur ergo his verbis vtitur ad Ma-
L.3.adu. ximinũ hæreticum: *Sed nunc nec ego Nicænum,*
Max.c.14. *nec tu debes Ariminenſe tanquam præiudicaturus*
proferre? DOCT. Reſpondeo. Quia rem ha-
bebat cum litigioſo ac pertinaci hæretico,
qui Conciliorum authoritatem parui pen-
debat, maluit eum tunc ſolis Scripturis quas
admittebat, reuincere: ad aliam occaſionem
aliudq; tempus Concilio reſeruato, vt nunc
decem locis ex eo probabam: & plane indi-
cant hæc eius verba, *Sed nunc, &c.* Ergo gra-
tuita ſolum conceſsio fuit aduerſario ſuo
delata, non Concilij Nicæni, quod alijs in
locis tantopere ſuſpicit atque miratur, ali-
Matt.22. qua contemptio. Qua in re prudentiam
Chriſti imitatus eſt, qui cum Sadducæis cer-
tans ſolo Moyſis teſtimonio vſus eſt, quem
admittebant non aliorum Prophetarum,
quos aſpernabantur. Item & Pauli, qui Iu-
Epiſt. ad Heb. & ad dæos veteris ſolum Teſtamenti ſcriptis re-
Galat. uincebat: Athenienſes aut Philoſophos te-
Act.17. ſtimonijs veterum ſuorum Poetarum & O-
ratorum, non ſacris Scripturis. Quis ergo ſa-
næ mentis propterea diceret, aut poſterio-
res Prophetas reijciendos eſſe, aut N. Teſta-
mento hæreſes non poſſe aut debere refelli?
His igitur patet orationes miniſtrales aduer-
ſus B. Auguſtinum nullas eſſe; meam vero
aduerſus illos procedendi formam opti-
mam & firmam: eos denique in Spiritum S.
contumelioſos, cùm ipſum per ſacra Con-
cilia, per traditiones Apoſtolicas, & per vni-
uerſorum Patrum ac Eccleſiæ vniuerſæ
conſenſum loquentem repellunt & aſper-
nantur. Accedas ad reliqua.

10. MIN. Sexto, valde iraſcuntur & ſtoma-
Inſtruct. f. chantur aduerſus te dicentes: *Franciſcanus*
21.22. *tam multa ſibi arrogat, vt potiorem partem Chri-*
ſtianiſmi condemnet, nuda quorundam Concilio-
rum authoritate. Et poſtea quam lata ſint Cal-

A uinianiſmi regni pomeria referentes aiunt:
Sine vlla difficultate Funigerulus iſte totam conde-
mnat reformatam Eccleſiam toto orbe diffuſam, vt.
pote per Franciam, Angliam, Scotiam, Bohemiam,
Daciam, Suetiam, Noruegiam, Poloniam, Germa-
niam, Heluetiam, Flandriam, Sabaudiam, Italiã,
Neapolim, Siciliam, Hiſpaniam, Portugalliam.
Adhuc poſtea huic gloriationi inſiſtentes,
dicunt. *Noſtra eccleſia defæcata diffuſa eſt etiam* Pag.134.
ſub Turcis, & aliis Ethnicis, &c.

DOCTOR. Hæc ſi vera ſunt, non aſper-
nandi, ſed valde tremendi, & ab omnibus
ſuſpiciendi ſunt, Miniſtri Caluiniani, tanquã
Auguſtiſsimi, victorioſiſsimi, & Maximi Im-
B peratores Francici, Anglici, Scotici, Danici,
Septentrion. Polonici, Germanici, Heluetî-
ci, Hiſpanici, Italici, Turcici, Perſici, Tartari-
ci: cur non & Calecutici & Indici, & Braſi-
lienſes? Sed vereor, ne plurimum demen-
dum ſit de numero iſto, quo Prædicantes
pluſquam thraſonice & iuueniliter exultant
atque triumphant. Nam in primis, hæ voci-
ferationes non ſimpliciter ſunt contra me,
non ſolum obtundunt: ſed contra ſanctos
Epiphanium, Auguſtinum, Iſidorum, Da-
maſcenum, Bernardum, imo & vniuerſam
Apoſtolicam Eccleſiam diriguntur: quo-
rum vnanimi conſenſu & iudicio, illi omnes
C hæretici ſunt damnati, qui doctrinæ de pur-
gatorio, & ſuffragiis pro defunctis aduer-
ſantur:

Deinde, tantum abeſt vt ea Eccleſia ma- 11.
lignantium, id eſt, Sacramentaria factio ſit
per Hiſpaniam, Portugalliam, Siciliam, Ita-
liam, & Neapolim diffuſa, vt nemo in illis
tam audax occurrat, qui ſe alterius quam
Catholicæ religionis audeat profiteri. Tan-
tundem per inſulas Maiorcam, Minorcam,
Melitam, Corſicam, Sardinum, per Cala-
briam, per Mediolanẽſem prouinciam cre-
dendum. Duces Sabaudiæ, Florentiæ, Man-
tuæ, Ferrariæ, Lotharingiæ, Venetiarum, ſu-
D perioris ac inferioris Bauariæ, nunquam eos
in ſuis ditionibus admiſerunt. In Germania,
Duces Saxoniæ, VVitembergiæ, Pruſsiæ,
Pomeraniæ, & Brunſuigæ: Comites Man-
ſeldenſes, Marchiones Brandemburgenſes,
Lanthgrauij Haſsiæ, Lutherum ſequuti, Sa-
cramentarios ſeu Zuinglianos ſeu Caluinia-
nos vel morte afficiunt, vel è prouincijs ſuis
proſcribunt. Electores Treuirenſes, Magun-
tinenſes, Colonienſes; Epiſcopi Virtzbur-
genſes, Saliſburgenſes, Præſules Franconiæ
& Fuldenſes (habes maiorem Germaniæ
partem) nunquam illos probauerunt. Reges
Suetiæ,

Digitized by Google

Suetiæ, Noruegiæ, & Daciæ, ſic eos execrantur vt vel Anglia eiectis nullū in ſuis regnis locum vel angulum vnquam concedere voluerint. Ampliſsimæ illæ Balthici littoris ciuitates & reſpublicæ, Lubeca, Hamburgū, Luneburgum, Roſtochium, Sūdum, VViſmaria, Regiomons, Brunſuiga, Hildeſia, Hānouera, Halberſtadium, Hamelenia, Minda, Stadthagia, Oldendorpia, &c. Sacramētarios cane & angue peius oderunt. Principes Auſtriaci Germaniæ, Bohemiæ & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ reges, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgūdiæ, Marchianos Morauiæ, Comites Tyrolis, &c. plane ſunt Catholici: Regina Scotiæ nō eſt Caluiniana: Regina Angliæ in ſacello ſuo dicitur imaginem Chriſti religioſe ſeruaſſe, frementibus Miniſtris. Septem Heluetiorum tribus (Cantones vulgo dicuntur) fortiſsimi ſunt religionis Catholicę aſſertores. In Flandria Hollandia, & Friſia, cum Miniſtris & ſatellitibus non tam Caluiniſmum, quam Atheiſmum & Epicureiſmum ſapiunt tantum Balatrones, perduelles, hoc genus omne. In Francia noſtra, à viginti annis plus media parte imminutus eſt Caluin. & Bezan. numerus, ac in dies ad Eccleſiam & fidem Catholicam plurimi redeunt. adeo vt fere tantum homines nihili, & perditorum fæcem, Miniſtri in ſordibus & cœnis ſuis ſibi retineant.

Schluſſelburgius.

13. *Acta VVitebergenſ.* Ad Turcarum ac Ethnicorum, de quibus Miniſtri gloriantur, regionēs ſi placet transmigremus. Conſtantinopoli in primis Ieremiam nouiſsimum Græcorum Patriarchā, comperiemus cum cęteris qui tam in Europa quam Aſia, & Cycladibus eis ſubduntur Epiſcopis, Confeſsionem Auguſtanam ſibi à Prædicātibus oblatam, tribus ampliſsimis ſcriptis refellentem, & illos cum hæreticis longe valere iubētem. Orientis Patriarchæ, nimirum Antiochenus, & Chaldæus ſeu Maronita, Hieroſol. & Alexandrinus ditionis Turcicæ, Aſſyrius Perſicæ, ac Aethiopicus, magno Aethiopum Imper. Ioanni Pretioſo ſubditus, Eccleſiam Romanam omniū Eccleſiarum matrem agnoſcunt & verentur. Chriſtiani omnes qui ſub principibus Ethnicis diſperſi ſunt in latiſsimis regnis de Meudao, Oriſſa, Cambaia, Biſnagar, Narſinga, Calicut, Cochin, Cananor, Malabas, Pedir, Bengala, Verma, Pecu, Malaca, Camboia, Longoa, Campa[illegible], Tipura, Tenduch, Tangut, Cataio, Cambalu, Quinſaio, & aliis quæ peragrando luſtrauit & deſcripſit Marcus Paulus Venetus; illi inquam omnes, de Caluinianis metonymijs & figuris in Euchariſtia conſtituēdis nullum vnquam verbum audierunt vel crediderunt. Secta itaq; Sacramētariorum plus ſeptuageſies ſepties minor eſt, quam hi declamatores ac rabulæ de foro vociferantur. Cur igitur non audebo, poſt Concilia generalia, poſt Apoſtolicam fidem, poſt ſanctos Patres Græcos & Latinos, quædam nouorum Aerianorum & Petrobruſianorum conciliabula, in hæreticorum numerum referre?

Turcogræcia.

Cenſura Eccl. Oriēt. Aluares. Damianus à Goes.

L. de regionibus Orientalib.

14. Etſi vero adhuc centuplo frequentiores eſſent à me condemnati, nullā tamen Chriſtianitatis partem damnaſſem: quandoquidem didicerim à viro Apoſtolicorum temporum Tertulliano: Si hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt.] Et à magno Athanaſio: Animo ſunt Ethnico, alieni à Chriſtianiſmo, & diaboli, eiuſdemq; dæmonum amici.] Eadem de eiſdem iudicant B. Cypr. libr. de vnitate Eccleſiæ, & B. Hieron. initio Dialog. aduerſus Luciferianos. Quinetiam ſummi orbis Romani Imperatores Theodoſius iunior & Valentinianus Tertius, ſuis legibus cauerunt omnibus hæreticis, ne ſe curarent Chriſtianos appellari: ſed ſuorum authorum acciperent nomina, vt ab Arrio Arriani, à Neſtorio Neſtoriani, vt à Luthero Lutherani, à Caluino Caluiniani, & à Beza Bezani dicerentur.

L. praſ. ca. 37. *Ser. 1. & 4. adu. Arrianos.* *L. 6. c. de hæreſ.*

15. MIN. Addunt ſeptimo criminationum loco, *Te de priſcis & ſanctis Patribus facere nunc Angelos, mox diabolos.* DOCT. Vere miniſtrale, imo & pluſquam ſeruile mendacium. Nec enim vnquam poterit probare vniuerſa Caluinianorum cohors, me vel ſcripto, vel viua voce de beatis illis Dei ſeruis & ſanctis Spiritus organis quidpiam vel ſenſiſſe vel dixiſſe, quod ad hanc criminationem vel tantillum pertineat. Sed talis eorum ſycophantia hinc proficiſcitur, quod cum nihil ſolidum obiectis meis reſpondere valeant: iamque pudeat eos tot conuiciorum & blaſphemiarum, quibus illos proſciderunt & vexauerunt: pro omni ſolutione, maledicta & ſcelera propria in me reiicere conantur. Deum optimum & maximum obſecro, ne ſtatuat illis hoc peccatum: Interim autem, quod eſt officij boni & Catholici viri pro viribus præſtabo: quod vero hæreticorum eſt, nimirum mentiri & calumniari, eiſdem relinquam. Sic n Hæreticus deſcribitur à magno Athanaſio: Hæreticus eſt calumniator, & accuſator veritatis.] Et compertos

Inſtruct p. 228. *Tract. de definition.*

Digitized by Google

Epiſt. ad ſolitariam vit. agentes. *L.9.&10.*

ſibi eius mores referēs ait: Hæretici ne mortuis quidem parcunt: viuos calumnijs perſequuntur.] Quod in hos Hugnoſticos appoſite quadrat. Nam poſtea quam ſanctos omnes, vt ſupra recenſuimus, omnibus probris & contumelijs affecerunt, nituntur nūc vulgo perſuadere, à me illos (quos poſt Deū ſummopere veneror,) inter infœlices Diabolos numerare. O conſcientias miniſtrales! Certum eſt argumentum, ait iterum B. Athanaſius, quam nihil ſit fiduciæ in eorum ſecta, cum ad mendacia de piis hominibus confingenda confugiant.]

Ep. de ſent. Dionyſ. Alex.

16. MINISTER. Octaua accuſatione ſcribunt, quod cum ais Hebræos tam præteritæ quam præſentis memoriæ, purgatorium confiteri, orationeſque pro defunctis admittere: inſuper, illos ſingulare pro ijs officium habere, quod HASCHABA nominent; *reſpondent, opinionem eſſe nouam, rem non probabilem, herbam ex hortulo tuo decerptam, ac impoſturam quam fingas.*

Inſtruct. pag.265. & 266.

DOCTOR. Deum immortalem! Quid detur, aut quid apponetur tibi ad linguam tam doloſam! Nonne iſtam iam refutaui calumniam, primo apertis trium Miniſtrorum, ſcilicet, Münſteri, Fagij, & Kyberi, teſtimonijs? Hinc, eorundem calumniatorum ſententijs & confeſsionibus? Inde, ipſorummet Hebręorum decem locis orantium pro defunctis: & in ipſis tumulorum lapidibus ipſas preces exprimentium? Hoc ipſum autem HASCHABA, ſeu Officium lugentium, aduerſus quod Parentius & comminiſtri fremunt atque tumultuantur, Hebraicis literis impreſſum fuit Venetijs apud Danielem Bombergam: poſtea, Hebraicis ſimulque cum Latina interpretatione, Pariſijs, apud Martinum Iuuenem, vt ſupra recenſui: quibus rationibus accurate perſpectis, patet me nullatenus impoſtorem eſſe: ſed Miniſtros impoſtores, ſimul & bonarum literarum expertes, & magiſtros vere inertes.

Lib.4.

17. MINISTER. Nono in rabiem propemodum acti, quod nec authoritatibus ſuperent, nec rationibus cauſam obtineant, aiunt: *Te eſſe Satanam in Angelum lucis transformatum, Phariſæum, Pſeudoprophetam ac ethnicum, &c.* DOCTOR. Supplex Deum rogo, vt ignoſcat illis, quia neſciunt (malitia animos eorum excæcante) quid faciunt. Remoueat ab oculis eorum, errorum velamina, vt veritatem Catholicam videant, conuertantur, & ſanet eos. Auferat à pectoribus

Apol. Lat. p.15.16.

A eorum cor lapideum & det eis carneum atq; diſciplinabile. Cæterum, cum Apoſtolus ait, Satanam aliquoties perſonam aſſumere Angeli lucis, ac iccirco mirum non eſſe, ſi etiam Miniſtri iniquitatis perſonam aſſumant miniſtrorum iuſtitiæ, Miniſtros ac Prædicantes futurarum hæreſeon velut digito monſtrat: qui Pſeudoapoſtolis, Simoni Mago, & veteribus Gnoſticis ſuccedentes, cum ijs docent: *Solam fidem ſine bonis operibus, iuſtificare atque ſaluare*, vt dudum obſeruauit beatus Auguſtinus. Quando itaque opinionum Caluinicarum aſſertores idem profiteantur, quis non videt illud in eos cadere?

2.Cor.11. *Lib. de fide & operib.*

B Sed & idem Auguſtinus reſpondet Donatiſtis Apoſtolica verba illa in Catholicos doctores contorquentibus; Chriſtum interea iubere, non eſſe deſerendam cathedram Moyſi, in qua ſedebant, & quæ dicebant eſſe ſeruanda & facienda: non ratione eorum fugiendum eſſe templum, non deſpicienda ſacrificia, non erigendum altare contra altare, aut deficiendum à fide & religione maiorum.

L.2.contra lit. Petilia. c.61. *Matt.23.*

MINISTER. Decimo denique loco, 18.
grauiter & lamentabiliter conqueruntur, *quod multis & acerbis eos in Replica tua iniuriis atque contumeliis affeceris.* C DOCTOR. Nullam ne earum in confirmationem adferunt? MINISTER. Nullam prorſus. DOCTOR. Neque certe potuiſſent. Tantum abeſt vt in eos vllam iniuriam in Reſcripto meo aduerſus illos protulerim: vt è contrario, nimis viſus ſim humaniter cum his feſtiuis Prædicantibus egiſſe, cum illos honeſtis nomenclaturis exornauerim, *Domini Miniſtri, Domini Prædicantes, Domini reformati, Domini reformatores, Eccleſiæ inuiſibilis Miniſtri, Magiſter Claudi, Domine Parenti, &c.* Ipſi autem contra, acuerunt cōtra me linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Aperuerunt os ſuum ſicut leo D rapiens & rugiens. Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Apol. Lat. pag.16.

Illos profecto, ne iniuſte conquererentur, 19.
cum iiſdem appellare debuiſſem nominibus, quibus D. Paulus vocat Elymam, Petrus Simonem, Ioannes Ebionitas, Iudas Seductores, Ignatius Cerinthianos, Irenæus Gnoſticos, Tertullianus Marcionitas, Athanaſius Arrianos, & ſanctus Hieronymus Iouinianiſtas & Vigilantianos, &c. Inſurgant ergo in poſterum aduerſus arrogantiam ſuam, & linguæ, calamiq; petulantiam

tiam

Digitized by Google

tiam cohibeant, ni malint pro iure noſtro A paulo ſeuerius excipi. Tertulliano etenim obtemperabimus conſulenti: Ad officium hæreticos compelli, non illici dignum eſt. Duritia vincenda eſt, non ſuadenda.] Duro nodo, durus adhibendus eſt cuneus.

Scorpiace cap.2.

SACRA CONCILIA GENERALIA *in definitione de fide & moribus errare non poſſe: hæreticos autem condemnare poſſunt: etiam ſi & expreſſa Scriptura deſit: aduerſus 19.20. & 21. errorem.*

CAPVT IV.

MINISTER.

PArentius & comminiſtri extra chorum ſaltantes, à pagina 18. vſque ad 41. Libri ſui, conantur efficere, *Concilia generalia frequenter aberraſſe: nullamque habere poteſtatem, abſque expreſſo Dei verbo, conuincendi aliquem de hæreſi.* Admodum enim grauiter ferũt, quod ſcripſeris, eos iam de hæreſi damnatos fuiſſe in Aerianis, quos priſca tam Græcorum quam Latinorum Eccleſia hæreſeos coarguit & damnauit, propterea quod nec Purgatorium nec oblationes pro defunctis admitterent. Nituntur autem Miniſtri his Pauli C verbis: *Non dominamur fidei veſtræ.* Deinde, exemplo Auguſtini, nolentis Maximinum Arrianum contundere authoritate Concilij Nicæni, ſed ſola Scriptura. Quid tu ad hæc?

2. Cor.1.

Confut. 1. DOCT. Animaduerto ſolitam omnibus hæreticis fraudem. Vt hæreſes ſemper retineant, profitentur ſe ſolas admittere Scripturas: cum autem apertis Scripturis conuincuntur, vel illas reiiciunt velut, Apocryphas, vt Libros Machabæorum, vel ſe ſolos earum veros & germanos interpretes conſtituunt: atque ſic nunquam ſe per expreſſas Scripturas victos aut ſuperatos eſſe de erro- D ribus gloriantur. Sic enim Lutherus (vt Ioannes Aurifaber commenſalis eius perſcripſit) dicere ſolebat Catholicis: *Deponite quidquid armaturæ ſuppeditant Veteres, Theologorum ſcholæ, auctoritas Conciliorum, & Pontificum, conſenſus tot ſæculorum, ac totius populi Chriſtiani. Nihil recipimus niſi Scripturas, ſed ſic vt penes nos ſolos ſit authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc ſenſit Spiritus ſanctus: quod adſerunt alij, quamuis magni, quamuis multi, à ſpiritu Satanæ profectum eſt, &c.* Voces profecto ſuperbiſsimi dæmonis, nõ hominis qui vllam

ſenſus particulam habent. Hoc idem artificium notauit Auguſtinus in Maximino Arriano dicente: *Si quid de diuinis Scripturis protuleris, quod commune eſt omnibus, neceſſe eſt vt audiamus: hæ vero voces, quæ extra Scripturam ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiuntur.* Iiſdem quoque artibus vſos eſſe teſtatur Manichæos atque Priſcillianiſtas. Tertullianus quoque eaſdem technas deprehendit in Gnoſticis, quas nos experimur in his Hugnoſticis. Vnde conqueritur. Hæc hæreſis nullas Scripturas recipit: & ſi aliquas recipit, adiectione vel detractione mutilatas & adulteratas, & ad inſtitutum ſuum detortas, &c. MIN. Ergo ſi- B miles ſunt improbis obæratis, ſcedulas ſuas videre petentibus: cum vero exhibentur, eas conteſtantur eſſe fictas vel adulteras, vt ſic liberi ſint à ſoluendo, & creditores ſuos inique defraudent.

Lib.1. contra Maxim. L. de hæreſ. c.46.70.

Lib. præſcr. c.17.

DOCT. Aduerte ſecundo huiuſmodi pertinaces homines, excuſationes in peccatis quærentes fingere ſibi Scripturas à partibus ſuis ſtare, iis vti conantur aduerſus doctrinam Catholicam, ſicut olim Iudæi ſua lege abutentes, dixerunt: *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, &c.* Qua etiam fraudulentia & temeritate vſus Satanas, vt Chriſto præcipitium ſuaderet, Scripturam allegauit, *Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c.* Recte ac ſcite monet Ambroſius: Non te capiat hæreticus, quia poteſt de Scripturis aliqua proferre. Vtitur enim & Diabolus teſtimoniis Scripturarum, non vt doceat, ſed vt circunſcribat & fallat. Alibi etiam ſcribit, fures ſunt qui verbum Dei non ad vtilitatem furantur & rapiunt: ſed ad fraudem detorquent.] Etiam ab ipſius Eccleſiæ initio Tertullianus obſeruarat, huiuſmodi homines de Scripturis immodice ferocire, atque id eos facere tum ad commouendos imbecilles, tum vt ſub iis, quaſi ſub dulci melle venena ſua abſcondant atque diffundant. Scripturas obtendunt, inquit, & hac ſua audacia quoſdam mouent, &c. Et adhuc antea Irenæus Martyr queſtus fuerat Gnoſticos per traditiones Apoſtolicas ſuperatos, ad Scripturas prouocaſſe, vt nunc faciunt Hugnoſtici: ac eorum denique conatus in pertinaciam & obſtinationem conuerti. Adeo conueniunt illis iſta Comici: In melle ſunt linguæ ſitæ voſtræ atque Orationes. Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.

2. Io 19. Matth.4. Pſ.90. Com in ca. 4. Luc. In Pſ.118. Octon.11. L. Præſcr. Lib.3. Plaut.

3. Sed vt magis ex profeſſo agamus de Conciliorum generalium, quæ Eccleſiæ Catholicæ faciem appoſite repræſentant, authori-

germano ſenſu: S. Dionyſium Areopagitam *ſolas deliramiones referre, illiſque eſſe ſimilem, de quibus ait Apoſtolus, In ea qua non viderunt ſe ingerentes*: negat inſuper, Opera quæ ſupra oſtendimus eſſe B. Clementis, *eius eſſe Clementis qui Apoſtolorum fuit Diſcipulus, ſed alterius, quem Apoſtolus condemnat iſtis verbis: Ne quis vos*
Pag. 154. *depradetur per inanem Philoſophiam*. Denique,
155. 156. Decem libri ſui paginas conſumit *quam po-*
157. 158. *teſt comminiſci ſcommatibus, ledoriis, probris, con-*
159. 160. *tumeliis, & irriſionibus aduerſus vitam & mira-*
161. 162. *cula beati Patris veſtri Franciſci, &c.* Hactenus
163. Parentius, & comminiſtri, in ingenti illo volumine de Patribus, tam in generali quam in ſingulari.

Refutatio 1. DOCT. Ecquid proſunt illi, tot in hæc ſanctiſsima Spiritus ſancti oracula & organa, putidæ calumniæ? iactata probra & maledicta? Non efficiunt Caluinianas hæreſes veras eſſe, dogmata vero Catholica falſitatis conuicta. MIN. Imo vero, Miniſtros huiuſmodi oſtendunt omni Diuino timore & amore deſtitutos eſſe: ac è contrario, ſpiritu blaſphemo, immundo, & omnium conuitiorum mendaciorumq; fœcundo parente refertos. Inſuper, manifeſtant ſe ad eius Beſtiæ cornua pertinere, quæ ora ſua aperiet in Deum, & Sanctos eius oppugnabit & blaſphemabit. Quod enim bel- Apoc. 13.
lum capitalius eis inferri poteſt, quam ſic pedibus eorum conculcare ſanctitatem, infamare ſcripta, labefactare virtutem, proſcribere doctrinam, peſſundare gloriam, & famam lacerare? Quid deterius aduerſus illos aut cogitare, aut patrare poterit ipſemet Filius perditionis, aut idem Satanas, cum pro certo & palam mundo reuelatus & manifeſtatus fuerit?

2. DOCT. Scio quod his artibus conantur homines imbecillioris ingenii à lectione eorum auertere: efficere vero vt ſola Caluini & ſimilium ſcripta manibus terantur, circumferantur, legant, obtineant. Sed aberrant plurimum, quando è contrario Spiritus Diuinus pios omnes excitat, & corda inflammat ad exquirendam virorum tam ſanctorum & celebrium doctrinam, ſententiam, & fidem: eam autem ex libris eorum compertam, ambabus vlnis amplectuntur, cordibus recondunt, in finem vſq; retinent: hæreſes autem huic aduerſas non minus quam ipſum Diabolum aut infernum fugiunt, & abominantur. Tuus, & innumerorum aliorum ad fidem ac Eccleſiam Catholicam reditus, à Sanctorum Patrum lectione initium habens, huic rei ampliſsimum reddit teſtimonium. Quocirca hæ omnes accuſationes, quibus ſanctos Patres impetunt, non magis eis proſunt, quam viris capitalibus in magiſtratus vel lictores ſuos proiecta conuitia.

Præterea, attende iſtorum conuitiatorum amentiam. Detrahunt melioribus, obloquuntur iuſtioribus, maledicunt innocentibus: quod & petulantiſsimus, & ad iurgia natus nebulo quiſque facere poteſt. Conantur illos iniuriis ſuis deprimere, à quibus nihil vnquam læſi fuerunt: illoſque infamare, à quibus omni pietate atque virtute ſuperantur. Et impudentiſsimæ meretrices, honeſtis matronis flagitia propria imponunt ac improperant. Plurima obiiciunt, ſed nihil eorum probant. Tanta tument arrogantia, vt ſe dignos arbitrentur, quorum nudis verbis credatur. MIN. Iudæis illis Io. 18.
profecto ſimiles ſunt, qui ante omnem litis conteſtationem, volebant à Pilato continuo in crucem adigi Chriſtum. Volunt enim vitilitigatores iſti, vt Patres omnes velut Antichriſti, & mancipia Satanæ habeantur, expellantur, reprobentur. 3.

DOCT. Hac etiam in re veros ſe præ- 4.
ſtant veterum hæreticorum diſcipulos, de Apolog. 3.
quibus B. Hieronymus ſcribit: Iſtæ machi- adu. Ruſin.
næ hæreticorum ſunt, vt conuicti de perfidia, ad maledicta ſe conferant.] Et Augu- L. 1. & 3.
ſtinus iure deteſtatur Iulianum Pelagia- contra Iul.
num, propterea quod obiectos erroribus Pelag.
ſuis ſanctos Patres vocabat, *Homines obcacatos*: ſectæ vero ſuæ addictos, *Perſpicaces & oculatiſſimos*: ſic lucem ponens tenebras, & tenebras lucem: & bonũ iudicans malum, malum vero bonum. Iccirco exprobrat ei, quod Coniugis ac ſponſæ Chriſti Eccleſiæ, matris ſuæ viſcera, inſtinctu nefario, non erroris, ſed furoris, infamaret.] Ambroſius de In Pſ. 118.
huiuſmodi hæreticorũ maledictis conque- octon. 11.
rens, ait: Liberã linguam habent ad latrandum.] Denique, Irenæus Martyr iuſta indi- L. 1. c. 29.
gnatione commotus in Marcionem patribus detrahentem, appellat eum: *Os Diaboli*, Epitheto ſane omni hæreſeôn authoribus & præconibus conuenientiſsimo.

Ad hæc, ſeipſos non tam oppugnantes 5.
quam expugnantes in libro ſuo ſcribunt: Inſtruct.
Non eſt turpiter infamandus bonus ille Pater Au- pag. 20.
guſtinus. Ipſi tamen eundem traducunt, dicentes eum: *Scripturam contra omnem rationem expoſuiſſe, ac hominẽ fuiſſe in doctrina ſua va-* Pag. 38.
rium & inconſtantem. Cumq; Caluinũ & Be- 56. & 57.
zam

zām dico *Principes ſectarum*, ipſi aduerſum me vociferantur, *quod ſim ingratus in hos bonos ſeruos Dei, immodeſtus, dicamque contumelias cum iis quas Iudæi in Chriſtum iecerunt, comparandas.* Interim ſordidi Diabolares iſti volunt habe-ri modeſti, temperantes, & multum colendi, poſt emiſſam in ſanctos omnes opprobriorum virulentiam. Inſuper, quando illos inuito ad Patrum lectionem: *maiorem à me modeſtiam requirunt*: & cum illos dilacerant atq; vndequaq; proſcindunt, non ſibi videntur
Pag.323. impudentes. Alicubi illos remitto ad ſcholā diuorum Gregorij, Hieronymi atq; Clemētis: propterea, ſic indignantur & inflantur aduerſum me, vt fere more Iudæ Iſcariotis aut Arij diſrumpantur. Quia conuentus illorum *Sectas* appellaui; eorum ſententia, *crimen admiſi ferro Magiſtratus plectendum, &c.* Quonam ergo ſupplicio expiabuntur tot conuitia, tot calumniæ, tot maledicta, tot blaſphemiæ, quibus tam calamis quam linguis ſanctiſsimos Dei ſeruos, præclara Eccleſiarum Chriſti lumina, iamque cælorū beatos incolas, corde pluſquam ferreo impetūt? Nonne ſeipſos obnoxios reddunt grauiſsimis ſupplicijs, eadem ſententia, quam in me de ſuo Miniſtrico tribunali tulerunt?

6. Dialog. 5. Quantum vero ſpectat ad ea, quæ aduerſus beatorum Dionyſij & Clementis ſcripta deblatterant, ſatis copioſe ſuperius diſſoluimus. Illa autem quæ de B. Hieronymo & Auguſtino comminiſcuntur, tam manifeſtæ calumniæ ſunt, vt nulla indigeant reſpōſione. Diximus etiam quam grauiter quam mature ac erudite ſanctus Epiphanius hæreticos reprobauerit, & hæreſes illorum ſolide refutauerit. Sancta vero D. Ioannis Damaſceni conuerſatio, mirabilis conſtantia, ſolidaque eruditio cunctam hæreticorum maledicentiam ſatis refellit & confutat. Quid autē ſentiendum ſit de B. Gregorij Dialogis, ſatis indicat Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & alij Patres Græci, qui eos in ſuā linguam conuerſos ſuauiter legunt, & care amplectuntur. Lutherus, vel ſolus, paucis improbat omnes irriſiones & calūnias, in ſanctiſsimum Patrem Franciſcum ab iis directas, cum dicit? *Franciſcus fuit Italus, ex ciuitate Aſsiſia, haud dubie vir bonus.* Non ergo funguntur bonorum virorum officiis, cum virum tam pium & ſanctum vituperant.

Colloquiorum menſal. pag. 69.

A

QVINQVE ATROCISSIMIS CAlumniis Catholicam Eccleſiam impetunt: errore 4.5.6.7.8.

CAPVT III.

MINISTER.

ACcuſant omnes Catholicos multis criminibus; quæ ſi vera ſunt, nolim eorum vobiſcum eſſe particeps. Primum eſt, quod aſſeratis, *Chriſti ſanguinem vim non habere ad expianda omnia hominum peccata: ſed illa tantum quæ ante receptum Baptiſmum commiſſa fuerunt.* Inſtruct. pag. 311.
B Alia proponam cum ad iſtud reſponderis.

DOCT. Coram Deo & beatis Angelis eius profitemur, Catholicos nunquam id ſenſiſſe, nunquam id docuiſſe, nunquā ſcripſiſſe: ideoque reſpondemus, hanc impoſturam vere eſſe Diabolicam. Qua in re ſatis declarant Miniſtri veſtri, ſe omni verecundia & conſcientia non minus deſtitutos eſſe, quā fuerunt illi duo ſenes impuri, qui Suſannæ caſtiſsimæ adulterium obiecerunt, quod ipſimet in ſecretiori mentis receſſu contra illam excogitauerant. Ipſi enim, ipſimet Caluiniani adeo vim ſanguinis & mortis Chriſti extenuant, imo & tollunt, vt cū ſuo authore
C clamitent, *quod in morte & cruce Chriſti non reperit fides noſtra, quo ſe erigat vel ſuſtentet.* Item: *In Chriſti morte ſpectaculum occurrere deſperationis plenum.* Et rurſum: *Nihil actum fuiſſe pro ſalute noſtra, ſi corporea tantum morte, defunctus fuiſſet Chriſtus.* Rurſumque: *Sanguinem Chriſti ante mille & quingentos annos in terra computruiſſe, &c.* Cum has ipſimet blaſphemias nō vereantur aduerſus efficacitatem mortis & ſanguinis Chriſti ructitare: conantur tamen iis ſordibus ſuis ſanctiſsimam Filij Dei ſpōſam Eccleſiam Catholicam maculare & cōſpurcare.

Confutat. 1. Dan. 13. In cap. 16. Matth. In cap. 27. Matth. Inſt. li. 2. c. 16. §. 10. Aulakim. Banarus. Eraſtus.

Contra vero, toto corde credimus, & ore 2.
D confitemur, eundem ſanguinem Chriſti tātæ eſſe virtutis ac efficientiæ, vt Baptiſmo applicatus, non tantum peccata prius admiſſa deleat: ſed & fidem, ſpem, caritatem infūdat animis, vna cum ſigillo ac ſacro charactere, qui nunquam deleri valeat. Inſuper, eundem puriſsimum cruorem per ſacramētum Pœnitentiæ, omnia ſubſequentia peccata delere & abluere, gratiam deperditam cumulatius reſtituere; Deo nos conciliare; filios eius, ac proinde hæredes regni eius cōſtituere: delere quod aduerſum nos erat chirographum decreti pro pœnis æternis quæ noſtris

Digitized by Google

noſtris peccatis mortalibus debitæ erant, Diuino iudicio ſatisfacere: bona opera delictis mortificata viuificare, tranquillare cõſcientias, cælos denique non modo aperire ſed & animas noſtras illuc inferre.

3. Rurſum palam affirmamus, eundem pretioſum Chriſti ſanguinem Confirmationis ſacramento iterum animas noſtras ſignare; eiſdem gratiam conſtantiæ conferre: & ad fidei noſtræ confeſsionem aduerſus hoſtes illius adſerendam robur animi infundere. Euchariſtiæ quoq; beneficio, nos ſanctiſsimo Corpori Chriſti Domini noſtri vt viua membra coaptare, ac vt ita dicam, concorporare: vt in nobis vere maneat, & nos ſic in ipſo maneamus, velut oſſa de oſsibus, & caro de carne eius: fructus mortis & paſsionis eius iuxta diſpoſitionis noſtræ menſurã cõmunicare: ac futuræ gloriæ nobis certiſsimũ pignus præbere, &c. Atque vt breuior ſim, credimus, confitemur, docemus, ſcribimus, hunc eundem ſanguinem non tantum efficacem eſſe ac ſalutarem omnibus præteritis præſentibus, futuris, viuentib. atque fidelib. defunctis, quos eripit è tenebris & cruciatibus, ſic tamen quaſi per ignem. Atque hæc ſufficiant ad retundendam primam Caluinicorum Miniſtrorum calumniam,

Epheſ. 5.

1. Cor. 3.

4. Inſtruct. pag. 204.

MIN. Obiiciunt ſecundo, *quod Monachi inſeruerunt ſcripto Auguſtini lib. 21. de ciuit. c. 24. multa quæ faciunt pro aſſertione Purgatorij: quæ non reperiuntur in exemplaribus Brugenſibus, Colonienſibus, ac Friburgenſibus.* Nonne ſcelus eſt atrociſsimum, ſic Patrum ſcriptis quælibet aſſuere? DOCT. Tam nimirũ atrox, quam iniuſtum eſt & impiũ Miniſtris veſtris quidquam detrahere. Sed quo verius eſt iſtud poſtremũ, eo prius videtur amplius falſum ac ſuppoſititium. Nam Ludouicus Viues, à quo Parentius veſter illam impoſturã mutuatus eſt, ait quidem in illis exemplaribus decem lineas deeſſe: ſed non aſſerit Monachos illas addidiſſe vt iſte confingit. Verum è contrario iudicat ſtilum earundem linearum Auguſtinum omnino redolere, & ſic deeſſe in illis exemplaribus, vt adiectæ ſint ex alijs libris eiuſdem B. Auguſtini. Denique, concedit in iiſdem exemplaribus orationes pro defunctis his verbis comprobari. Nam pro defunctis quibuſdam vel ipſius Eccleſiæ vel piorum quorundam exauditur oratio.] Atque ſic talis calumnia ab eodem refutata & exploſa, à quo primum fuit repetita.

5. MIN. Quibus vero authoribus euincis, Miniſtros è Sanctorum Patrum ſcriptis ali-

A qua detraxiſſe? DOCT. Primum ex ipſomet Caluino veſtro, autumante. *Neminem illorum ante Gregorium animaduertiſſe Matrimoniũ Chriſtianorum eſſe Sacramentum*: ſicque ex Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Auguſtino ſexcenta loca tollit & detrahit, in quibus illud ipſum teſtificantur.

Inſt. l. 4. c. 19. §. 34.

Secundo, ex Beza ſcribente, *Auguſtinum Duo tantummodo Eccleſiæ Chriſtianæ agnouiſſe & probaſſe Sacramenta, Baptiſmum & Cœnam*, cum è contrario, manifeſte & conſtanter, idque plurimis in locis, alia quinque duobus illis eſſe connumeranda doceat.

Confeſſ. fidei puncto 4. art. 36.

Tertio, ex Danæo, ſuffurãte à cũctis Scholaſticis doctoribus, *peccatum Adæ in liberos eius pertranſiiſſe*, vt eius tantum pœnam ferant. Item ex eodem detrahente ſancto Clementi, *quod vnquam Romanus Pontifex fuerit*. Ex eodẽ iterum plurima reſecante ex Auguſtini libro de hæreſibus: idque ſine vlla alia ratione, *quam qua impudentiſsime mentitur, illa per Monachos addita fuiſſe*. Et ne ſingulis immorer, Philippus Mornæus Gallus nobilis Hugonoticorum nunc Achilles & Patroclus, palam conuictus eſt, in vnico de Euchariſtia libro, longe plus quingentis locis Patrum varia loca, vel detruncaſſe, vel interpolaſſe, vel additamentis ſuis in alienum ſenſum detorſiſſe.

B In cap. 26. & 47. Enchirid. B. Auguſt. In cap. 2. li. de hæreſ. Auguſt.

6. Inſtruct. pag. 120.

C MIN. De iis tantum quantum ſat eſt. Tertium crimen vobis à Parentio obiectum eſt, *Scholaſticos & Monachos primum conſtituiſſe diuerſa animarum receptacula in inferis*. DOCT. An Patriarchæ & prophetę fuerunt Scholaſtici, vel Apoſtoli ac Euangeliſtæ Monachi, qui nomen Inferorum ſæpius plurali numero extulerunt, ſignantes plura in ijs eſſe receptacula? An Dauid Scholaſticus, vel Salomon Monachus ſcribentes, *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori: Non eſt ſcientia apud inferos?* Aut Abraham Scholaſticus vel Monachus, profitens tantum eſſe in ijs diuerticulis chaos, vt qui vellent ex vno tranſire ad aliud, id non poſſunt? Vere quidem Auguſtinus & Gregorius; & hi non ſolum verum & veteres Synagogæ Rabbini, vt ſupra docuimus, ex ijs collegerunt plura eſſe apud Inferos animarum receptacula, & id ante Scholaſticorum qui Petrum Lombardum principem agnoſcunt, tempora. Sic aperte mentiri Caluinicorum Miniſtrorum eſt.

Gen. 42. & 44. 1. Reg. 2. 3. Eph. 4. Pſ. 85. Eccl. 9. Luc. 16.

D L. 20. ciuit c. 15. L. 12. Moralium c. 6.

7. Inſtruct. pagin. 136.

MIN. Quarto poſt hæc loco, ſcribit *Doctrina Patrum de Purgatorio fundata eſt ſuper inuentiones Paganiſmi, &c.* DOCT. Immane, quantum mentitur iniquitas ſibi. Scribit alibi, *Purgatorium eſſe inuentum Monachorum,*

Sorbo-

Digitized by Google

Sorbonicorum, Odilonis, Gregorii, &c. nunc vero Platonis, Homeri, Virgilij, ac ethnicorum, qui multis ſæculis, illos præceſſerant. *Lib.11.* Quo tenebis Protea nodo? Sed fraudem iſtam iam ſatis notam fecimus & repulimus ſuperius pluſquam quinquaginta teſtimoniis Prophetarum, (qui Platonem, Homerum, & Virgilium multis ſæculis præceſſerunt) interpretationibus explicatis ſanctorum Patrum, Purgatorij doctrina fideſque nititur. Hauſta eſt ergo ex fontib. Iſraelis nō ex cœno, aut lacunis Paganorum. Addidimus & in libro 12. plurima Euangeliſtarum & Apoſtolorum teſtimonia, quibus veteres hanc ipſam ſententiam firmiter ſtabiliunt; adeo vt hæc veritas à Spiritu Dei reuelata ſit: nequaquam vero aut inuentum aut imitatio Paganiſmi.

Et ſi verum ſit Tertullianum, Lactantium, Auguſtinum, interdum vti Ethnicorum teſtimonijs vt dogmata noſtra corroborent, id tantum faciunt ex auctario & incremēto, non autem vt aliquid fidei ex iis deſumant. *Libr.12.* Denique, memoria tenes, opinor, ſanctos Dei homines Clementem, Dionyſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Auguſtinum profitentes iſtud dogma omnibus Eccleſiis Chriſtianis, ab initio traditum & acceptum eſſe à beatis Apoſtolis.

Quod autem certius & valentius argumētum aduerſus Nouatorum iſtorum calumnias requiris?

8. MINISTER. Nullum requiro: ſed addo quintam contra vos Parentij & ſymmiſtarum accuſationem. Victi omnino & ſuperati per hanc ſententiam: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, &c.* aiunt iſta verba, *non eſſe authoris illius Libri, ſed ſuppoſititia, & adiecta.* *Pag.250.* DOCT. Putidum ac miſerum effugium hoc illis ſubminiſtrauit Lambertus Danæus, ſcribens, verba illa *eſſe gloſſema.* *In ca. 110. Enchirid. Auguſt.* Sed nemo eorum probat, vel probare vnquam poterit, qui, quando, quo loco, quot-ue in exemplaribus iſtud fecerit: ſed ſola ſua authoritate contenti hæc comminiſcuntur: ac iccirco calumniis ſuis onuſtos illos longum valere iubeamus: & de alijs rebus differamus.

A

ALIAS DECEM CALVMNIAS contorquent aduerſus Authorem: quæ pro 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18 erroribus computentur.

CAPVT IV.

MINISTER.

IMo vero iterum de calumnijs agendum, & quidem de plurimis, quibus famam tuā petunt. DOCT. Si de me tantum agitur, facile fero, ſin religionem Catholicam per latus meum transfodere nituntur, Antagoniſtam habent. Enimuero ſi me de peccatis vere coarguunt, gratias habeo gratuitis monitoribus: deumque ſuppliciter precor, vt illam mihi condonet, ac in miſericordia ſua me corripiat, emendet, ſaluet. Si vero falſo me traducunt, non pluris eos facio, quam canes oblatrantes, vel rudentes aſinos.

B

MINISTER. De religione agitur, non de priuatis moribus. *Confutatio.* Aiunt enim primo loco: *Hic Franciſcanus reformidans concertationis carceres, in quibus præcipua religionis capita, quæ inter nos & Papiſtas in controuerſiam adducuntur, alterum quendam interpoſuit, qui diſputandi materiam eligeret ſibi faciliorem, & in qua potiores partes ſemper ſibi fauentes haberet, &c.*] 1 *Inſtruct. pag.5.* DOCT. Quam falſum crimen mihi obiectet, paucis tibi aperiam. Annotationes meæ in D. Irenęū, Appendix in quadraginta Caluinianorum hæreſes, priores Dialogi in ducentas, poſteriores iſti in ſexcentas, Admonitio ad Miniſtros de ducentis & triginta erroribus in eorum Confeſsione fidei contentis, Examen Catechiſmi vbi ſexcentos ſexaginta ſex horum alios refello, Digreſsiones in aliquibus Commentarijs, & alia ſcripta à me edita, toti mundo patefaciunt, quam parum reformidē aduerſus eos certare de ſummis præcipuiſque religionis capitibus. Ecquando cū illis congredi refugi? Imo vero bene memini, ſeptem diuerſis locis & temporib. oblatā Miniſtris mecum diſputationem, eos toties illam omnino detrectaſſe, Reſponſio mea ad quæſita cuiuſdam Nobilis, tunc Caluiniani, nunc conſtantiſsimi Catholici, ab eodem multis Miniſtris oblata, vt eam refelleret, ſine vlla cuiuſquam eorum reſponſione hactenus inuicta permanet. Eſt igitur nō minus aperta Miniſtrorum calumnia, me veritum eſſe in arenam diſputationis deſcendere aduerſus huiuſmodi rabulas, quam eſt illa altera in qua affirmat *me interpoſuiſſe alterū, qui nobis de Purgatorio materiam proponeret.*

C

D

MIN.

Digitized by Google

2. Inſtruct. pagin. 6.

MINIST. Paulo poſtea Reſponſionem tuam riſu excipiens, ſcribit: *Occurrit eius obiectio tam compta tamque elegans, & fucata laborioſis inuentionibus multorum doctorum, ſcholaſticorum, Sorbonicorum, & Monachorum, qui tam multos labores & ſudores perpeſſi ſunt, in colligenda illi huius ignis Purgatorii materia, &c.* DOCT. Horum ſannionum riſus Sardonios nihili prorſus duco. Deus enim mihi iudex eſt, & Angelus cuſtos teſtis ampliſsimus, me tantũ vnius diei partem ſerotinam, & ſequentis matutinam inſumpſiſſe in mea Reſponſione reddenda: & eam ipſam tantum ſemel ſcripſiſſe & vix relegiſſe: tantum abeſt, vt cum quoquam de ea communicauerim. Habes pro certo totum eius ornatum, omnem fucum, omnes inuentiones, & omnes labores, quos in ea exornanda & perpolienda exantlaui: de quibus hic Miniſter, ſeu potius Mimus apud imperitos ſuos hiſtrionicam exercet, nõ perpendens interim, miſer, quibus iniuriis Prophetas, Apoſtolos, omneſq; ſanctos Patres afficiat, doctrinam de Purgatorio vocans *Scholaſticas & fucatas inuentiones*. Nam & ſeipſum impietatis alibi coarguens confi-
Pag. 98. 99 103 136. 137. tetur. *Plurimos veterum ſanctorumque Doctorum & oraſſe pro defunctis, & Purgatoriũ profeſſos eſſe.* Quinetiam Platonẽ, Homerũ, Pythagoram, & Virgiliũ illud ipſum nouiſſe: quod in præſentiarum appellat Inuentionem Sorbonicorum & Monachorum. Quid magis ſibi contrarium? quid impudentius?

3. Pagin. 78. 18. 19. 20. 23. & 30.

MIN. Tertio loco ad formam reſpõſionis tuæ accedens. *Quidquid probat Franciſcanus* inquit, *deſtitutum eſt verbo Dei, ſed tantum per ſcripta veterum Patrum ſua confirmat.* Identidémque multoties repetit. DOCT. Bene habet, quod in primis agnoſcat profiteaturque diſerte me doctrinam Purgatorij, oblationum ac precum pro requie defunctorum, per veterum Patrum ſcripta probare: ſicque eam non eſſe Scholaſticorum aut Monachorum inuentum, quod ſemper ad nauſeam vſque D repetiuit. Sic enim ſuper manet proprio iudicio condemnatus, hoſtiſq; fidei atq; doctrinæ totius ſanctiſsimæ & ſapientiſsimæ
Pagin. 22. 323. antiquitatis. MIN. Addit rurſum: *Franciſcanus ne locum quidem vllum inducit ſacrarum Scripturarũ ad aſſertionis ſuæ confirmationẽ.* DOCT. Me meamque Reſponſionem ſuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilacerat: niſi inter Caluinianos, Pſalmi Dauidis, Euangeliũ Matthæi, Epiſtolæ Pauli, & Apocalypſis B. Ioannis, ex quibus plurima citaui teſtimonia, ſacrarum literarum loco non computentur. Cum e-

A nim ad illa conatur reſpondere, & argumẽta mea inde ducta diſſoluere, palam fatetur ea me in aciem eduxiſſe: ſicque rurſus manet reus calumniarum. Sudet quantuncunque voluerit, nodum iſtum pluſquam Gordium nunquam reſoluet.

4. Inſtruct. pag. 5. 53. & 57.

MINISTER. Suggerit quarto, *Franciſcanus non candide explorat veritatem: ſed tantũ ſtudet doctrinam noſtram calumniari.* Et timens ne ſatis ſit ſemel dixiſſe, iterum ait: *Funigerulus iſte non ſtudet veritati, ſed fingit.* Et poſtea loquẽdi formam commutans, ait: *Magna Funigeruli huius apparet ingratitudo, quando conatur ſibi vulgi beneuolentiam conciliare, Caluinum & Bezã*
B *fidos Domini miniſtros vituperando.* DOCTOR. Nulla ingratitudine vti poſſum erga Hugnoſticos, qui nulla me vnquam ſibi deuinxerũt beneuolentia, nullo me vnquam affecerunt beneficio: niſi velint vt beneficio adſcribam alapam, quam mihi vnus illorũ inflixit: & innumeras iniurias quibus ſæpiſsime per vias, per vrbes, per domos me affecerunt. Niſi beneficia reputẽt, quod quidam eorũ apud Magiſtratus non raro me accuſarũt, & tertio eadem die ad necem quæſierunt. Niſi beneficia dicant, ꝙ proprium fratrem fiſtulæ ſuæ glande traiecerunt: duos religione germanos gladiis diſſecuerunt: duas cõuentus no-
C ſtri Bibliothecas incendio conſumpſerunt, templũ expilauerunt: & confratres de omnibus domeſticis cõmodis ſpoliatos ſemel & iterum ædibus expulerunt. Niſi beneficia vocent, quauis data opportunitate, maledicere, detrahere, calumniari, minari, & ſuo modo nos infames & odioſos reddere: denique, equum gradarium, quo per vicos & caſtella euangelizaturus ſenex vehebar, furto ſubripere. Atque hæc & alia plurima ſunt Caluinianorũ in me collata beneficia. Quo iure igitur ingratitudinis me nunc inſimulant atque accerſunt?

Quidquid videor iniuriæ feciſſe Caluino & Bezæ in mea illa Reſponſione, in eo verſatur, quod illos vocauerim *Duces anteſignanos ſectarum, quæ paſſim occurrunt in Gallia.* Num tibi videntur tam atroces iniuriæ, vt querimoniis, imo & ſcalis gradibuſq; dignæ ſint gemoniis? Verum, Euangelicum & Apoſtolicũ ne erit iſtis nebulonibus tot euomere cõuitia, tot probra, totq; blaſphemias in omnes Sanctos cælorum ciues: imo nec Angelis nec beatiſsimæ Deiparæ, nec ipſi Deo parcere à maledictis: mihi vero tam graue ſcelus, quod Caluinum appellauerim *Ducem ſectarum*? Exhibeant mihi quo iure ſibi liceat ſan-

5. Supra li. 9 & 10.

Digitized by Google

ſanctiſsimis & antiquiſsimis Doctoribus Ec- A cleſiæ detrahere, ac omnibus quas poſſunt intingere infamijs ſummos Pontifices, Epiſcopos, Sacerdotes Domini, omnes Imperatores, Reges, Duces, Principes, Nobiles, Magiſtratus, Catholicos, conſpurcare & lacerare: nobis vero ne gry quidem reſpōdere, vel minimum quidem lapidem, quo nos quotidie impetunt, in eorum vireta remittere liceat: & ſancte polliceor me reuocaturum eſſe quidquid aduerſus Caluinianam & Miniſtralem maieſtatem dixerim vel ſcripſerim.

6. MIN. Quid ais ad alterum accuſationis caput, nimirum, *quod nec cures, nec candido animo quæras veritatem*? DOCT. Deum ſcrutatorem cordium teſtificor, me illam amare, efflagitare, inueſtigare, ac toto animo exquirere. Sed id facio ex ſacris Scripturis explicatis, prout Spiritus S. Eccleſiæ Catholicæ rector & Doctor perpetuus ſuggerit, reuelat, & dictat omnem veritatem. Illam poſtea exquiro in libris Diſcipulorum, & virorum Apoſtolicorum, quod hi melius Prophetarum, Apoſtolorum, ac Euangeliſtarū mentes, profundosq; ſenſus, & traditiones accuratius nouerint, retinuerint, & docuerint, q̄ hi q poſt mille & quingētos annos illis ſe ſuccedere iactitant. Illam candide exquiro in ſcriptis ſanctorum Martyrum & Patrum, quos Spiritus ſanctus poſuit Paſtores ad regendam Eccleſiam, quam Christus acquiſiuit ſanguine ſuo: quorumq; Deus ſanctitatem, pietatem, & doctrinam innumeris miraculis ſibi gratam & probatam eſſe ſignauit. Illam exquiro in legibus ac decretis vniuerſalium Conciliorum & Pontificum, quibus nullatenus dubito, Spiritum Dei adfuiſſe, bonum depoſitum priſcorum fideliter ſeruaſſe, nec Eccleſiam vnquam fuiſſe vel ad ea quæ fidem ſpectant, vel bonos mores definienda, à bono, vero, & æquo aberrare: Hæc ſunt loca & principia è quib⁹ ſynceram diuinamq; Veritatē inueſtigo, & diu noctuq; exquiro: omnino certus quod in iis lateat, & ſerio inquiſita reperiatur. Non autem requiro in ſcriptis hæreticorum, quia eorum mutuæ pugnæ & manifeſtæ contradictiones mihi proclamant eam longe ab iis abeſſe. In illis eam non requiro, docente me Tertulliano, viro Apoſtolicorum temporū; Veritas non eſt quærenda apud hæreticos, ad quos vetamur accedere. Quis ſeruus cibaria ab inimico Domini ſui ſperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus

Ioan. 14.

Act. 20.

Lib. præſcr. c. 12.

regibus donatiuum & ſtipendium captat, niſi plane deſertor, transfuga, rebellis?]

MIN. Quinto, indignati ac frementes 7 quod dixeris, Omnes eos cum Aerio quondam damnatos fuiſſe ab Eccleſia Catholica: & illorum condemnationem reperiri ſcriptam apud Epiphanium, Auguſtinum, Damaſcenum, & ſacra Concilia, reſpondent: *Te plane ignorare, qua ratione hæretici conuincendi ſint: teque aduerſus eos procedere contraria ratione, qua D. Auguſtinus, qui noluit citare contra Maximinum Arrianum Concilium Nicenum, ſed ſolam Scripturam communem vtrique.* DOCT. Reſpondeo, eos tametſi imprudenter, iure B nihilominus ſeipſos comparare cum Arrianis, quos in multis ſequuntur: & nos cum D. Auguſtino, cuius pietatem & doctrinam imitamur pro viribus. Deinde, proprijs verbis eoſdem ſeſe hæreticos fateri: quod hoc argumento ab eorum verbis repeto. Auguſtinus vult tantum procedendum eſſe ex Scripturis contra hæreticos. Hic aliter procedit contra nos. Ergo non recte procedit contra hæreticos. MIN. Reipſa ſequitur eos hæreticos eſſe: proindeq; cadunt in foueam quam fecerunt.

Pag. 21.

DOCT. Præterea, doceo falſum eſſe, q̄ 8. ſcribunt, Auguſtinum voluiſſe ex ſolis Scri- C pturis contendendum eſſe cum hæreticis: quandoquidem ipſemet valētiſsime ſæpiſſimeque pugnet aduerſus illos, ex Concilijs, ex traditionibus non ſcriptis, & ex authoritatibus Eccleſiæ, Pontificum, & ſanctorum Patrum, qui ætatem eius præceſſerāt. Quinetiam, lib. 3. contra Maximinum, ca. 12. eundem, & reliquos Arrianos remittit ad Concilium Nicænum his verbis: Iam tandem Concilium Nicænum, & homoouſion laudate, & tenete nobiſcum.] Et probans pueros non eſſe rebaptizandos, contra Donatiſtas, l. 1. de Baptiſ. ca. 7. eo. Quod plenario totius orbis Concilio ſaluberrime firmatum D eſſet.] Et eandem ſententiam firmaturus inducit præterea; Hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſideratum, perfectum, atque firmatum eſt.] Pronunciat quoque Donatiſtas vere eſſe ſchiſmaticos & hæreticos, eo quod contra definitionem totius Eccleſiæ rebaptizabant.] MINIST. Certe his tribus locis omnibus apparet eum non ſolas Scripturas hæreticis obieciſſe: ſed & Conciliorum, & Eccleſiæ Catholicæ authoritatem. DOCT. Attende etiam quo pacto contra Pelagianos idem proceſſerit. Opponit enim illis Concilium Carthaginenſe:

L. 2. contra Epiſt. parmen. c. 13.

L. de hæreſib. c. 69.

Epiſt. 90. nenſe:deinde, Mileuitanum:tertio, authori- A
92.94.95. tatem Sedis Apoſtolicæ: non ſolas Scriptu-
ras Audacter pronũciat illos plurimum eſſe
Epiſt. 152. ingratos apud diuinam miſericordiam, &
L.2.contra corda habere non tam dura quam diaboli-
duas Epiſt. ca, qui Concilio generali audeant repugna-
Pelag.c.12. re. Monet inſuper, vt excludantur ſicut lupi,
qui conantur ouile domini conturbare, &
diſsipare totius Eccleſiæ Catholicæ concor-
diam. Decem igitur tam exemplis quã ſen-
tentijs S. Auguſtini effeci meum proceden-
di aduerſus Miniſtros Hugnoſticos modum
non eſſe contrarium Auguſtino, aut damna-
tum ab eo, vt garrit Caluinianus; ſed potius
traditum & commendatum. B

9. MIN. Cur ergo his verbis vtitur ad Ma-
L.3.adu. ximinũ hæreticum: *Sed nunc nec ego Nicænum,*
Max.c.14. *nec tu debes Ariminenſe tanquam præiudicaturus*
proferre? DOCT. Reſpondeo. Quia rem ha-
bebat cum litigioſo ac pertinaci hæretico,
qui Conciliorum authoritatem parui pen-
debat, maluit eum tunc ſolis Scripturis quas
admittebat, reuincere: ad aliam occaſionem
aliudq; tempus Concilio reſeruato, vt nunc
decem locis ex eo probabam: & plane indi-
cant hæc eius verba, *Sed nunc, &c.* Ergo gra-
tuita ſolum conceſsio fuit aduerſario ſuo
delata, non Concilij Nicæni, quod alijs in
locis tantopere ſuſpicit atque miratur, ali- C
Matt.22. qua contemptio. Qua in re prudentiam
Chriſti imitatus eſt, qui cum Sadducæis cer-
tans ſolo Moyſis teſtimonio vſus eſt, quem
admittebant non aliorum Prophetarum,
Epiſt. ad quos aſpernabantur. Item & Pauli, qui Iu-
Heb. & ad dæos veteris ſolum Teſtamenti ſcriptis re-
Galat. uincebat: Athenienſes aut Philoſophos te-
Act.17. ſtimonijs veterum ſuorum Poetarum & O-
ratorum, non ſacris Scripturis. Quis ergo ſa-
næ mentis propterea diceret, aut poſterio-
res Prophetas reijciendos eſſe, aut N. Teſta-
mento hæreſes non poſſe aut debere refelli?
His igitur patet orationes miniſtrales aduer-
ſus B. Auguſtinum nullas eſſe; meam vero D
aduerſus illos procedendi formam opti-
mam & firmam: eos denique in Spiritum S.
contumelioſos, cum ipſum per ſacra Con-
cilia per traditiones Apoſtolicas, & per vni-
uerſorum Patrum ac Eccleſiæ vniuerſæ
conſenſum loquentem repellunt & aſper-
nantur. Accedas ad reliqua.

10. MIN. Sexto, valde iraſcuntur & ſtoma-
Inſtruct. f. chantur aduerſus te dicentes: *Franciſcanus*
21.22. *tam multa ſibi arrogat, vt potiorem partem Chri-*
ſtianiſmi condemnet, nuda quorundam Concilio-
rum authoritate. Et poſtea quam lata ſint Cal-
uinianiſmi regni pomeria referentes aiunt:
Sine vlla difficultate Funigerulus iſte totam conde-
mnat reformatam Eccleſiam toto orbe diffuſam, vt-
pote per Franciam, Angliam, Scotiam, Bohemiam,
Daciam, Suetiam, Noruegiam, Poloniam, Germa-
niam, Heluetiam, Flandriam, Sabaudiam, Italiã,
Neapolim, Siciliam, Hiſpaniam, Portugalliam.
Adhuc poſtea huic gloriationi inſiſtentes,
dicunt. *Noſtra eccleſia defæcata diffuſa eſt etiam* Pag.134.
ſub Turcis, & alijs Ethnicis, &c.

DOCTOR. Hæc ſi vera ſunt, non aſper-
nandi, ſed valde tremendi, & ab omnibus
ſuſpiciendi ſunt, Miniſtri Caluiniani, tanquã
Auguſtiſsimi, victorioſiſsimi, & Maximi Im-
peratores Francici, Anglici, Scotici, Danici,
Septentrion. Polonici, Germanici, Heluetici,
ci, Hiſpanici, Italici, Turcici, Perſici, Tartari-
ci: cur non & Calecutici & Indici, & Braſi-
lienſes? Sed vereor, ne plurimum demen-
dum ſit de numero iſto, quo Prædicantes
pluſquam thraſonice & iuueniliter exultant
atque triumphant. Nam in primis, hæ voci-
ferationes non ſimpliciter ſunt contra me,
non ſolum obtundunt: ſed contra ſanctos
Epiphanium, Auguſtinum, Iſidorum, Da-
maſcenum, Bernardum, imo & vniuerſam
Apoſtolicam Eccleſiam diriguntur: quo-
rum vnanimi conſenſu & iudicio, illi omnes
hæretici ſunt damnati, qui doctrinæ de pur-
gatorio, & ſuffragijs pro defunctis aduer-
ſantur:

Deinde, tantum abeſt vt ea Eccleſia ma- 11.
lignantium, id eſt, Sacramentaria factio ſit
per Hiſpaniam, Portugalliam, Siciliam, Ita-
liam, & Neapolim diffuſa, vt nemo in illis
tam audax occurrat, qui ſe alterius quam
Catholicæ religionis audeat profiteri. Tan-
tundem per inſulas Maiorcam, Minorcam,
Melitam, Corſicam, Sardinum, per Cala-
briam, per Mediolanẽſem prouinciam cre-
dendum. Duces Sabaudiæ, Florentiæ, Man-
tuæ, Ferrariæ, Lotharingiæ, Venetiarum, ſu-
perioris ac inferioris Bauariæ, nunquam eos
in ſuis ditionibus admiſerunt. In Germania,
Duces Saxoniæ, VVitembergiæ, Pruſsiæ,
Pomeraniæ, & Brunſuigæ: Comites Man-
feldenſes, Marchiones Brandemburgenſes,
Lanthgrauij Haſsiæ, Lutherum ſequuti, Sa-
cramentarios ſeu Zuinglianos ſeu Caluinia-
nos vel morte afficiunt, vel è prouincijs ſuis
proſcribunt. Electores Treuirenſes, Magun-
tinenſes, Colonienſes; Epiſcopi Virtzbur-
genſes, Salisburgenſes, Præſules Franconiæ
& Fuldenſes (habes maiorem Germaniæ
partem) nunquam illos probauerunt. Reges
Suetiæ,

Digitized by Google

Suetiæ, Noruegiæ, & Daciæ, ſic eos execrantur vt vel Anglia eiectis nullũ in ſuis regnis locum vel angulum vnquam concedere voluerint. Ampliſsimæ illæ Balthici littoris ciuitates & reſpublicæ, Lubeca, Hamburgũ, *Schluſſelburgius.* Luneburgum, Roſtochium, Sũdum, VViſmaria, Regiomons, Brunſuiga, Hildeſia, Hãnouera, Halberſtadium, Hamelenia, Minda, Stadthagia, Oldendorpia, &c. Sacramẽtarios cane & angue peius oderunt. Principes Auſtriaci Germaniæ, Bohemiæ & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ reges, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgũdiæ, Marchianos Morauiæ, Comites Tyrolis, &c. plane ſunt Catholici: Regina Scotiæ nõ eſt Caluiniana: Regina Angliæ in ſacello ſuo dicitur imaginem Chriſti religioſe ſeruaſſe, frementibus Miniſtris. Septem Heluetiorum tribus (Cantones vulgo dicuntur) fortiſsimi ſunt religionis Catholicę aſſertores. In Flandria Hollandia, & Friſia, cum Miniſtris & ſatellitibus non tam Caluiniſmum, quam Atheiſmum & Epicureiſmum ſapiunt tantum Balatrones, perduelles, hoc genus omne. In Francia noſtra, à viginti annis plus media parte imminutus eſt Caluin. & Bezan. numerus, ac in dies ad Eccleſiam & fidem Catholicam plurimi redeunt, adeo vt fere tantum homines nihili, & perditorum fæcem, Miniſtri in ſordibus & cœnis ſuis ſibi retineant.

13\. *Acta VVitebergenſ.* Ad Turcarum ac Ethnicorum, de quibus Miniſtri gloriantur, regionẽs ſi placet transmigremus. Conſtantinopoli in primis Ieremiam nouiſsimum Græcorum Patriarchã, *Turcogræcia.* comperiemus cum cęteris qui tam in Europa quam Aſia, & Cycladibus eis ſubduntur Epiſcopis, Confeſsionem Auguſtanam ſibi à Prædicãtibus oblatam, tribus ampliſsimis *Cenſura Eccl. Oriẽt.* ſcriptis refellentem, & illos cum hæreticis *Aluares.* longe valere iubẽtem. Orientis Patriarchæ, *Damianus à Goes.* nimirum Antiochenus, & Chaldæus ſeu Maronita, Hieroſol. & Alexandrinus ditionis Turcicæ, Aſſyrius Perſicæ, ac Aethiopicus, magno Aethiopum Imper. Ioanni Pretioſo ſubditus, Eccleſiam Romanam omniũ Eccleſiarum matrem agnoſcunt & verentur. Chriſtiani omnes qui ſub principibus Ethnicis diſperſi ſunt in latiſsimis regnis de Meudao, Oriſſa, Cambaia, Biſnagar, Narſinga, Calicut, Cochin, Cananor, Malabas, Pedir, Bengala, Verma, Pecu, Malaca, Camboia, Longoa, Campaa, Tipura, Tenduch, Tangut, Catato, Cambalu, Quinſaio, & alijs quæ peragrando luſtrauit & deſcripſit Marcus Paulus Venetus; *L. de regionibus Orientalib.* illi inquam omnes, de Caluinianis metonymijs & figuris in Euchariſtia conſtituẽdis nullum vnquam verbum audierunt vel crediderunt. Secta itaq́ Sacramẽtariorum plus ſeptuageſies ſepties minor eſt, quam hi declamatores ac rabulæ de foro vociferantur. Cur igitur non audebo, poſt Concilia generalia, poſt Apoſtolicam fidem, poſt ſanctos Patres Græcos & Latinos, quædam nouorum Aerianorum & Petrobruſianorum conciliabula, in hæreticorum numerum referre?

14\. Etſi vero adhuc centuplo frequentiores eſſent à me condemnati, nullã tamen Chri- *L. præſc. ca. 37.* ſtianitatis partem damnaſſem: quandoquidem didicerim à viro Apoſtolicorum *Ser. 1. & 4. adu. Arrianos.* temporum Tertulliano: Si hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt.] Et à magno Athanaſio: Animo ſunt Ethnico, alieni à Chriſtianiſmo, & diaboli, eiuſdemq́ dæmonum amici.] Eadem de eiſdem iudicant B. Cypr. libr. de vnitate Eccleſiæ, & B. Hieron. initio Dialog. aduerſus Luciferianos. Quinetiam ſummi orbis Romani Imperatores Theo- *L. 6. c. de hæreſ.* doſius iunior & Valentinianus Tertius, ſuis legibus cauerunt omnibus hæreticis, ne ſe curarent Chriſtianos appellari: ſed ſuorum authorum acciperent nomina, vt ab Arrio Arriani, à Neſtorio Neſtoriani, vt à Luthero Lutherani, à Caluino Caluiniani, & à Beza Bezani dicerentur.

15\. MIN. Addunt ſeptimo criminationum loco, *Te de priſcis & ſanctis Patribus facere nunc* *Inſtruct. p. 228.* *Angelos, mox diabolos.* DOCT. Vere miniſtrale, imo & pluſquam ſeruile mendacium. Nec enim vnquam poterit probare vniuerſa Caluinianorum cohors, me vel ſcripto, vel viua voce de beatis illis Dei ſeruis & ſanctis Spiritus organis quidpiam vel ſenſiſſe vel dixiſſe, quod ad hanc criminationem vel tantillum pertineat. Sed talis eorum ſycophantia hinc proficiſcitur, quod cum nihil ſolidum obiectis meis reſpondere valeant: iamque pudeat eos tot conuiciorum & blaſphemiarum, quibus illos proſciderunt & vexauerunt: pro omni ſolutione, maledicta & ſcelera propria in me reiicere conantur. Deum optimum & maximum obſecro, ne ſtatuat illis hoc peccatum: Interim autem, quod eſt officij boni & Catholici viri pro viribus præſtabo: quod vero hæreticorum eſt, nimirum mentiri & calumniari, eiſdem relinquam. Sic n Hæreticus deſcribitur à magno Athanaſio: Hæreticus eſt calumnia- *Tract. de definition.* tor, & accuſator veritatis.] Et compertos

 ſibi

Digitized by Google

Epiſt. ad ſolitariam vit. agentes. L.9.& 10.

ſibi eius mores referẽs ait: Hæretici ne mortuis quidem parcunt: viuos calumnijs perſequuntur.] Quod in hos Hugnoſticos appoſite quadrat. Nam poſtea quam ſanctos omnes, vt ſupra recenſuimus, omnibus probris & contumelijs affecerunt, nituntur nũc vulgo perſuadere, à me illos (quos poſt Deũ ſummopere veneror,) inter infœlices Diabolos numerare. O conſcientias miniſtrales! Certum eſt argumentum, ait iterum B. Athanaſius, quam nihil ſit fiduciæ in eorum ſecta, cum ad mendacia de piis hominibus confingenda confugiant.]

Ep. de ſent. Dionyſ. Alex.

16. MINISTER. Octaua accuſatione ſcribunt, quod cum ais. Hebræos tam præteritæ quam præſentis memoriæ, purgatorium confiteri, orationeſque pro defunctis admittere: inſuper, illos ſingulare pro ijs officium habere, quod HASCHABA nominent; *reſpondent, opinionem eſſe nouam, rem non probabilem, herbam ex hortulo tuo decerptam, ac impoſturam quam fingas.*

Inſtruct. pag. 265. & 266.

DOCTOR. Deum immortalem! Quid detur, aut quid apponetur tibi ad linguam tam doloſam! Nonne iſtam iam refutaui calumniam, primo apertis trium Miniſtrorum, ſcilicet, Munſteri, Fagij, & Kyberi, teſtimonijs? Hinc, eorundem calumniatorum ſententijs & confeſsionibus? Inde, ipſorummet Hebręorum decem locis orantium pro defunctis: & in ipſis tumulorum lapidibus ipſas preces exprimentium? Hoc ipſum autem HASCHABA, ſeu Officium lugentium, aduerſus quod Parentius & comminiſtri fremunt atque tumultuantur, Hebraicis literis impreſſum fuit Venetijs apud Danielem Bombergam: poſtea, Hebraicis ſimulque cum Latina interpretatione, Pariſijs, apud Martinum Iuuenem, vt ſupra recenſui: quibus rationibus accurate perſpectis, patet me nullatenus impoſtorem eſſe: ſed Miniſtros impoſtores, ſimul & bonarum literarum expertes, & magiſtros vere inertes.

Lib. 4.

17. MINISTER. Nono in rabiem propemodum acti, quod nec authoritatibus ſuperent, nec rationibus cauſam obtineant, aiunt: *Te eſſe Satanam in Angelum lucis transformatum, Phariſæum, Pſeudoprophetam ac ethnicum, &c.* DOCTOR. Supplex Deum rogo, vt ignoſcat illis, quia neſciunt (malitia animos eorum excæcante) quid faciunt. Remoueat ab oculis eorum, errorum velamina, vt veritatem Catholicam videant, conuertantur, & ſanet eos. Auferat à pectoribus

Apol. Lat. p.15.16.

A eorum cor lapideum & det eis carneum atq; diſciplinabile. Cæterum, cum Apoſtolus ait, Satanam aliquoties perſonam aſſumere Angeli lucis, ac iccirco mirum non eſſe, ſi etiam Miniſtri iniquitatis perſonam aſſumant miniſtrorum iuſtitiæ, Miniſtros ac Prædicantes futurarum hæreſeon velut digito monſtrat: qui Pſeudoapoſtolis, Simoni Mago, & veteribus Gnoſticis ſuccedentes, cum ijs docent: *Solam fidem ſine bonis operibus, iuſtificare atque ſaluare*, vt dudum obſeruauit beatus Auguſtinus. Quando itaque opinionum Caluinicarum aſſertores idem profiteantur, quis non videt illud in eos cadere? B Sed & idem Auguſtinus reſpondet Donatiſtis Apoſtolica verba illa in Catholicos doctores contorquentibus; Chriſtum interea iubere, non eſſe deſerendam cathedram Moyſi, in qua ſedebant, & quæ dicebant eſſe ſeruanda & facienda: non ratione eorum fugiendum eſſe templum, non deſpicienda ſacrificia, non erigendum altare contra altare, aut deficiendum à fide & religione maiorum.

2. Cor. 11. Lib. de fide & operib. L.2. contra lit. Petilia. c.61. Matt. 23.

MINISTER. Decimo denique loco, grauiter & lamentabiliter conqueruntur, *quod multis & acerbis eos in Replica tua iniuriis atque contumeliis affeceris.* DOCTOR. C Nullam-ne earum in confirmationem adferunt? MINISTER. Nullam prorſus. DOCTOR. Neque certe potuiſſent. Tantum abeſt vt in eos vllam iniuriam in Reſcripto meo aduerſus illos protulerim: vt è contrario, nimis viſus ſim humaniter cum his feſtiuis Prædicantibus egiſſe, cum illos honeſtis nomenclaturis exornauerim, *Domini Miniſtri, Domini Prædicantes, Domini reformati, Domini reformatores, Eccleſiæ inuiſibilis Miniſtri, Magiſter Claudi, Domine Parenti, &c.* Ipſi autem contra, acuerunt cõtra me linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Aperuerunt os ſuum ſicut leo D rapiens & rugiens. Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. 18.

Apol. Lat. pag.16.

Illos profecto, ne iniuſte conquererentur, cum iiſdem appellare debuiſſem nominibus, quibus D. Paulus vocat Elymam, Petrus Simonem, Ioannes Ebionitas, Iudas Seductores, Ignatius Cerinthianos, Irenæus Gnoſticos, Tertullianus Marcionitas, Athanaſius Arrianos, & ſanctus Hieronymus Iouinianiſtas & Vigilantianos, &c. Inſurgant ergo in poſterum aduerſus arrogantiam ſuam, & linguæ, calamiq; petulantiam 19.

tiam

Digitized by Google

tiam cohibeant, ni malint pro iure noſtro paulo ſeuerius excipi. Tertulliano etenim obtemperabimus conſulenti: Ad officium hæreticos compelli, non illici dignum eſt. Duritia vincenda eſt, non ſuadenda.] Duro nodo, durus adhibendus eſt cuneus.

Scorpiace cap. 2.

A

SACRA CONCILIA GENERALIA in definitione de fide & moribus errare non poſſe: hæreticos autem condemnare poſſunt: etiam ſi & expreſſa Scriptura deſit: aduerſus 19. 20. & 21. errorem.

CAPVT IV.

MINISTER.

PArentius & comminiſtri extra chorum ſaltantes, à pagina 18. vſque ad 41. Libri ſui, conantur efficere, *Concilia generalia frequenter aberraſſe: nullamque habere poteſtatem, abſque expreſſo Dei verbo, conuincendi aliquem de hæreſi.* Admodum enim grauiter ferũt, quod ſcripſeris, eos iam de hæreſi damnatos fuiſſe in Aerianis, quos priſca tam Græcorum quam Latinorum Eccleſia hæreſeos coarguit & damnauit, propterea quod nec Purgatorium nec oblationes pro defunctis admitterent. Nituntur autem Miniſtri his Pauli verbis: *Non dominamur fidei veſtræ.* Deinde, exemplo Auguſtini, nolentis Maximinum Arrianum contundere authoritate Concilij Nicæni, ſed ſola Scriptura. Quid tu ad hæc?

2. Cor. 1.

C

Confut. 1.

DOCT. Animaduerto ſolitam omnibus hæreticis fraudem. Vt hæreſes ſemper retineant, profitentur ſe ſolas admittere Scripturas: cum autem apertis Scripturis conuincuntur, vel illas reiiciunt velut, Apocryphas, vt Libros Machabæorum, vel ſe ſolos earum veros & germanos interpretes conſtituunt: atque ſic nunquam ſe per expreſſas Scripturas victos aut ſuperatos eſſe de erroribus glориantur. Sic enim Lutherus (vt Ioannes Aurifaber commenſalis eius perſcripſit) dicere ſolebat Catholicis: *Deponite quidquid armaturæ ſuppeditant Veteres, Theologorum ſcholæ, auctoritas Conciliorum, & Pontificum, conſenſus tot ſæculorum, ac totius populi Chriſtiani. Nihil recipimus niſi Scripturas, ſed ſic vt penes nos ſolos ſit authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc ſenſit Spiritus ſanctus: quod adferunt alij, quamuis magni, quamuis multi, à ſpiritu Satanæ profectum eſt, &c.* Voces profectò ſuperbiſsimi dæmonis, nõ hominis qui vllam

D

ſenſus particulam habent. Hoc idem artificium notauit Auguſtinus in Maximino Arriano dicente: *Si quid de diuinis Scripturis protuleris, quod commune eſt omnibus, neceſſe eſt vt audiamus: hæ vero voces, quæ extra Scripturam ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiuntur.* Iiſdem quoque artibus vſos eſſe teſtatur Manichæos atque Priſcillianiſtas. Tertullianus quoque eaſdem techinas deprehendit in Gnoſticis, quas nos experimur in his Hugnoſticis. Vnde conqueritur. Hæc hæreſis nullas Scripturas recipit: & ſi aliquas recipit, adiectione vel detractione mutilatas & adulteratas, & ad inſtitutum ſuum detortas, &c. MIN. Ergo ſimiles ſunt improbis obæratis, ſcedulas ſuas videre petentibus: cum vero exhibentur, eas conteſtantur eſſe fictas vel adulteras, vt ſic liberi ſint à ſoluendo, & creditores ſuos inique defraudent.

Li. 1. contra Maxim.
L. de hæreſ. c. 46. 70.
Lib. præſcr. c. 17.

B

DOCT. Aduerte ſecundo huiuſmodi pertinaces homines, excuſationes in peccatis quærentes fingere ſibi Scripturas à partibus ſuis ſtare, iis vti conantur aduerſus doctrinam Catholicam, ſicut olim Iudæi ſua lege abutentes, dixerunt: *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, &c.* Qua etiam fraudulentia & temeritate vſus Satanas, vt Chriſto præcipitium ſuaderet, Scripturam allegauit, *Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c.* Recte ac ſcite monet Ambroſius: Non te capiat hæreticus, quia poteſt de Scripturis aliqua proferre. Vtitur enim & Diabolus teſtimoniis Scripturarum, non vt doceat, ſed vt circumſcribat & fallat. Alibi etiam ſcribit, fures ſunt qui verbum Dei non ad vtilitatem furantur & rapiunt: ſed ad fraudem detorquent.] Etiam ab ipſius Eccleſiæ initio Tertullianus obſeruarat, huiuſmodi homines de Scripturis immodice ferocire, atque id eos facere tum ad commouendos imbecilles, tum vt ſub iis, quaſi ſub dulci melle venena ſua abſcondant atque diffundant. Scripturas obtendunt, inquit, & hac ſua audacia quoſdam mouent, &c. Et adhuc antea Irenæus Martyr queſtus fuerat Gnoſticos per traditiones Apoſtolicas ſuperatos, ad Scripturas prouocaſſe, vt nunc faciunt Hugnoſtici: ac eorum denique conatus in pertinaciam & obſtinationem conuerti. Adeo conueniunt illis iſta Comici: In melle ſunt linguæ ſitæ voſtræ atque Orationes. Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.

2.
Io 19.
Matth. 4.
Pſ. 90.
Com in cap. 4. Luc.
In Pſ. 118. Octon. 11.
L. Præſcr.
Lib. 3.
Plaut.

Sed vt magis ex profeſſo agamus de Conciliorum generalium, quæ Eccleſiæ Catholicæ faciem appoſite repræſentant, authori- 3.

Digitized by Google

rate ingenue quæſo, fatearis, quidnam po- A teſtatis illis concedant Authores veſtri. MI. NIST. Tu me in arctiſsimas cogis anguſtias, de quibus neſcio qua parte effugiam. Tam varios namque ac inconſtantes in huius quæſtionis diſſolutione illos comperio, vt nullam tibi poſsim certam dare reſponſionem. Nam Lutherus & aſſeclæ primum perpendentes, quam difficile foret generale Concilium conuocare, conſiderentque id nunquam ſua ætate contingere, vt ſuas nunquam opiniones deponeret, à ſententiis Pontificum & Academiarum in eas latis, prouocarunt ad generale Concilium, *Dicentes ſe velle illius iudicio ſubmittere.* B Caluinus poſtea ſcripſit: *Priſcas illas Synodos Nicenam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonenſem, ac ſimiles, quæ confutandis erroribus habitæ ſunt, ſe libenter amplecti, reuererique vt ſacroſanctas, quantum attinet ad fidei dogmata. Nihil enim continent* (inquit) *quam puram & natiuam Scripturæ interpretationem, quam Sancti Patres ſpirituali prudentia, ad frangendos religionis hoſtes accommodarunt.* Eadem concedit & profitetur Beza: ſuccinunt in Neuſtria noſtra Parentius & commilitones. Denique, Hugnoſtici omnes in publica & communi Confeſsione fidei ſuæ, profitentur, *Se admittere, quod determinatum fuit per antiqua* C *Concilia.* Sicque videntur plurimum authoritatis, poteſtatis, & reuerentiæ deferre Conciliis.

Appellatio habetur Tomo 1. op. Luther. facta anno 1518. Nouemb. 28. fol. 231. Et Tomo 2. fol. 52.

L. Inſt. 4. c. 9. §. 8.

Artic. 6.

4. Sed cum animaduerterunt Concilium Tridentinum ſæuò aggregari, ibidemque dogmata ſua coargui, refelli, damnari, quaſi Protei formam ſuam commutantes, palam vociferati ſunt, ſe illud nunquam petituros, neque decretis obtemperaturos, neque admiſſuros vt inter ſe vllum gradum dignitatis vel authoritatis haberet. Quinetiam Lutherus, Illyricus, Kemnicius, Molinæus, Caluinus, & alij, calamos exacuerunt ad pungenda, expungenda, laceranda, D non ſolum Concilia poſteriora, verum & priora omnia, adeoque primum illud ſanctiſsimum Nicænum, quod prius admiſerant: cuius decreta non timuerunt *vocare fœnum, ſtramen, titiones, inutilia, periculoſa, impoſsibilia, & ſecum pugnantia.* Sed neque illi pepercerunt, (horribile dictu.) illi quod olim ſancti Apoſtoli Ieroſolymis congregarunt, in quo ad conciliandos Gentiles cum Iudæis, pie decreuerunt, vt illi abſtinerent à ſanguine & ſuffocato. *Non oportet* (vociferat Lutherus) *huic Concilio obtemperare, alioqui nobis abſtinendum eſſet à capreolis, ceruis, lepuſculis, cuniculis anſeribus, turdis, farciminibus, lucanicis, aliiſque delicatis cibis qui cum ſanguine conficiuntur.* DOCT. O valida incommoda, & abſurda helluonibus iſtis & ganeonibus digna, vt Spiritui ſancto per Apoſtolos loquenti ſeipſos opponant! MINIST. Sine adhuc paululum me de Luthero referentem. Scribit item: *Res eſt inſana, quod Concilia concludere & ſtatuere volunt quid credendum ſit: cum ſæpe nullus vir ibi ſit, qui diuinum Spiritum vel modicum olfecerit. ſicut contingit in Concilio Nicæno, &c.* Exiit denique à Miniſtrorum Geneuanorum officina, annis nouiſsimis Libellus famoſus, cui *Antiguiſarti* nomen dederunt: in quo ſcriptum eſt: *Concilia ſunt curiæ temporariæ Satanæ, faſti dies Antichriſti, & comitia generalia aduerſariorum fidei Chriſtianæ, &c.* Atque hæc nouiſsima Authorum noſtrorum de Conciliis & prioribus & poſterioribus iudicia. Hæc præſentis temporis meditata & pronunciata. Quid poſtea de iiſdem dicturi ſint, penitus ignoro. Hæc quæ ad interrogata tua reſpondere poſſum. Tu dic nunc quid de iis tibi videatur.

Luth. li. de Concil. Act. 15.

In 500. articulis, art. 115. & ſequentibus.

Pagina 54.

DOCT. Eos non ſolum in primis, fœdam ac pudendam hac in re inconſtantiam demonſtrare, ſed & incredibilem malitiam, & tantam improbitatem vt eos cunctis optimo iure execrentur ac reprobent. Deinde, idem quoque Arrianos, ſimileſq; veteres hæreticos apprime imitantis qui vt teſtatur Athanaſius, Synodum Nicænam perditam cupiebant, vt ſuum conciliabulum ſtatuerent. Nicæni concilij decreta irrita: ſua autem rata volebant.] Hi eodem ſpiritu ducti, ſupra cœlos tollunt Synodum quam tenuerunt Lugduni anno 1563. cum præter ius omne tam humanum quam diuinum illam ciuitatem occuparent: & aliam Rupellæ coactam 1571. cui Beza, fœmina, & puer ſimul & ſemel præfuerunt; earumq; decreta volunt aurea & argentea eſſe: Apoſtolorum autem lignea & ſtraminea. Sed auſim mihi polliceri homines in poſterum non fore tam ſtupidos, vt talibus frænis vitulinis ſe regi ducique patiantur. 5.

Apolog. 2. contra Arrianos.

Inſtruct. pag. 32. 33.

MIN. Paucis ergo iam expone, quid de Cōciliis generalibus, & horum authoritate, 6. etiam vbi expreſſum Dei verbum de re aliqua defuerit, piis omnibus credendum, & ſentiendum ſit. DOCT. Primo, ſic eis adeſſe atque præeſſe Spiritum S. vt illis ſuggerat omnem veritatem: & nunquam aberrare ſinat à vero & recto, cū decernunt de fide, ac bonis

Digitized by Google

bonis moribus. Sunt enim firma & clara iſta A
promiſſa Chriſti, nõ Apoſtolis duntaxat, ſed
per eos Eccleſiæ plenariis Concil. adumbratæ
Ioan.14. ac exhibitæ. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternũ Spiritum veritatis, &c.* MIN. Hic obſeruo, eum
qui promittit, eſſe æternum & omnipotentẽ
Dei Filium, qui nec fallere poteſt, nec promiſsis
ſuis aliquando deeſſe: Hinc, eũ quem
rogat eſſe Patrem optimum, maximum, &
Filij ſui ſic amantem, vt eum ſemper audierit,
nihil vnquam denegauerit. Inde, donum
poſtulatum, promiſſum, & collatum non ad
quatuor quinqueve ſæcula, ſed prorſus in æternum
manſurum. Vnde pro certo conſtat B
hunc conſolatorem & doctorem Spiritum
vere ſemperque adeſſe Conciliis & conuentibus
Eccleſiæ Catholicæ.

6. DOCT. Notes etiam velim, Spiritum illi
Io.8. dici *Veritatis*, non tantum vt à diabolo patre
mendacij diſcernatur, ſed quod etiam Eccleſiæ
Chriſti paſtoribus ac ouibus omnem
veritatem, ſuggerat, tradat, inſtillet. Hoc euidenter
comprobat, quod illico à Domino
Ioan.16. ſubiicitur: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Etenim trina *Veritatis*
repetitione, omnem prorſus errorem, omnemque
falſitatem ab Eccl. perpetuo arcendam
repromittit. Conſulto itaque prioris C
omnium Concil. Patres, nihil de huius
Spiritus veritatis aſsiſtentia & directione dubitantes,
tam confidenter quam vere pro-
Act.15. nunciauerunt: *Viſum eſt Spiritui S. & nobis, &c.*
Hos imitati ſequentium Synodorum præſules,
conſtanter profitentur. *Sancta & œcumenica Synodus in Spiritu S. legitime congregata.* Et
ad finem earum, cum omni ſecuritate Patres
benedictionum omne genus impertiunt illarum
obſeruatoribus: contra vero, plurima
anathemata fulminant in hoſtes & contemptores,
vt in eos qui Spiritui S. earum rectori
peruicaciter reſiſtunt.

7. Præterea, ſuperioribus addendæ ſunt mirabiles: D
ac prorſus diuinæ promiſsiones iſtæ
ad Eccleſiam in Conciliis generalibus re-
Matth.16. præſentatam: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Hoc idem apertius antea declaratum
fuerat comparatione hominis ſapien-
Matth.7. tis, ſupra firmam petram domum ſuam conſtruentis,
quam neque pluuiæ, neque flumina,
neque torrentes, neque venti aduerſus
hanc irruentes ſubuertere potuerunt. MIN.
Non eſt dubium, quod ſi Eccleſia in Conciliis
coadunata in fide & moribus aberraret,
tum à Spiritu Domini deſerta, à torrentibus
hæreſeon ſubuerteretur, vt ea domus funditus
euerſa eſt, quæ ſuper arenam ædificata erat.
Præterea, portę inferi, nimirum, errores,
perfidia, tyrannis, apoſtaſia præualerent aduerſus
eam: ac proinde, falſa & inania eſſent
Diuina promiſſa, quod vel tantum cogitare
impium eſt. *Eſt enim Deus verax, omnis autem* Rom.4.
homo mendax. Quæcunque promiſit ille, potens eſt Heb.11.
& facere.

DOCT. Adhæc, cogitandum eſt & ſerio 8.
meditandum, quod Chriſtus caput & ſaluator
Eccleſiæ, ad huius fidem & obedientiam
nos remittit tanquam ad tutiſsimum aſylum, Matth.18.
& primum omnis religionis & veritatis
principium: idque ſub æternæ abiectionis &
perditionis comminatione. Repromittit Ioan.10.
quoque ſe cum ea futurum ſicut paſtor bo- Marc.6.
nus cum grege, nauclerus in naui, cor in me- Matth.14.
dio membrorum, doctor cum diſcipulis pa- Matth.23.
ter cum liberis, ad eos docendos & ſeruan- Matth.18.
dos. Rurſum adfirmat, *Vbicunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum, &c.* Ergo vbicunque conuenerint trecenti,
vel ſexcenti, legitime congregati in Concil. Niceno, & Chalcedo.
Conciliis, vt frequenter accidit, certum eſt
Chriſtum viam & veritatem ipſam eſſe in
medio eorum, iiſque inſpirare quidquid ad
credendum & agendum optimum eſt atq;
ſalutare.

Adde, quod firmo & ſacro iureiurando 9.
promiſerit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Matth.28.
Iam ante
mille & quingentos annos ſæculum hoc reliquerũt
Petrus, Andreas, Ioannes, Iacobus,
Apoſtoli omnes, & in cœlis iam beato æuo
perfruuntur: at Chriſtus iam immortalis
ſemper adeſt, omnibus diebus Eccleſiæ ſuæ
in terris ſemper præſto eſt, vt eã congreget,
ſeruet, defendat, doceat, & regat, vſq; ad cõſummationem
ſæculi, Sæculum peribit ac
deficiet; ac Chriſti Eccleſia non deficiet, non
peribit, ſed poſt hoc ſæculum, inuitis hoſtibus
in alio ſeculo triumphabit. MIN. Video
ſeptem his ex Euangelio teſtimoniis ampliſſimis
ſatis confirmatam eſſe tantam Eccleſię
Catholicæ ſtabilitatem, vt nunquam errare
poſsit aut à recto veroq; vnquam deflectere,
ſtante Chriſti præſentia, & Spiritus eius fida
cuſtodia. Velim nunc reſcire, an etiam in
hoc conſenſerint veteres.

DOCT. Quoties profecto de Conciliis 10.
præſertim vniuerſalibus, inter eos agitur,
de iis loquuntur, tanquam de ſacris conuentibus,
quæ nulla ratione in errorem cadere
poſsint:

Digitized by Google

poſsint: & quorum decretis repugnare nun- A
quam liceat iis, qui infames hæreſis & ſchi-
Orat. in laud. Athanaſii & Heronis. ſmatis notas fugere velint. Nazianzenus ete-
nim nihil dubitat, quin Spiritus ſanctus tre-
centos decem & octo ſanctos Patres in Sy-
nodo Nicæna congregauerit: eorumq́ue de-
Epiſt.2.ad Cledon. creta plane diuina fuerint: cum eis nihil aut
poſsit, aut velit anteponere. Athanaſius ma-
Ep. ad Epictetum. gnus illam eandem Synodum appellat, o-
mnium hæreſeon, præcipue autem Arrianę,
Apolog.2. contr. Arr. trophæum: grauiter ferens, quod adhuc
quæſtiones quædam excitarentur, de iis, quę
tanti Concilij authoritate & maieſtate defi-
nita eſſent: eoſque cenſet hæreticos, qui ei
vellent repugnare. Refert inſuper, Epiſt. B. B
Iulij Papæ ad fautores Arrianorum in qua
confirmatur, authoritatem Conciliorum in-
L.1.de fide ad Gratianum. uiolabilem eſſe. Ambroſius vt diuinum ora-
culum reueretur quidquid illius Concilij
318. Patres decreuerunt; eoſque iuſtiſsime
Epiſt.32. damnatos cenſet quos illi damnarunt. Poſt-
modum profitetur, nullum eſſe tam acutũ
gladium, nec vllam tam acerbam mortem,
quæ poſsit illum ſeparare ab eorum Decre-
torum veritate. Hieronymus indigniſsi-
mum iudicat homine Chriſtiano, in dubium
reuocare, quidquid duo Concilia concluſe-
runt atque decreuerunt. Nec dubitat eum
eſſe hæreticum atque reprobum hominem, C
quem talem eſſe pronunciauerint tam O-
rientis quam Occidentis Concilia: ſibique
perſuadet vnanimem Patrum ſententiam
ſufficientem eſſe ad reformandos omnes
totius huius orbis incolas.

11. MIN. Hæc quidem præclara ſunt: ſed v-
Epiſt.152. nius magni Aurelij Auguſtini iudicium ex-
pecto. DOCT. Ille Epiſtola ad populum fa-
ctionis Donatianæ adfirmat illius ſenten-
tiam eſſe certiſsimam, quæ nititur ſuper de-
creta Concilij generalis habiti & probati ab
Eccleſia Dei: eos vero animos habere in Dei
miſericordiam ingratos, & Diabolicos, qui
illius definitioni nolunt obtemperare. Nec D
L. de hæreſ. c.69. veretur aſſerere Donatiſtas hæreticos eſſe,
eo quod contra vniuerſæ Eccleſiæ definitio-
L.2.de baptiſmo,c.4. nem ad ſe venientes rebaptizarent. Alio lo-
co, docet illum vere eſſe Doctorem Catho-
L.4.contra duas Epiſt. Pelag.c.12. licum, qui veritatem tuetur, exquiſitam, ex-
aminatam, & declaratam in Concilio vni-
Epiſt.41. uerſali atque plenario. Concludit tandem,
illos non tantum eſſe excludendos, verum-
etiam caſtigandos velut lupos, qui renuunt
acquieſcere definitionibus generalis Con-
cilij, quo omnis Eccleſia, & omne Ouile ex-
hibetur Domini noſtri Ieſu Chriſti.

MIN. Hæc quinque Auguſtini teſtimonia 12.
tantundem mihi ſunt ac quinque millia: lo-
cum hunc claudamus. DOCT. Iſtud fa-
ciam, hac magni eximijq́ue Imperatoris Mar-
tiani lege, ad preces S. Leonis Papæ ſancita *Lib.1. Cod.*
& promulgatą: Nemo Clericus vel militaris, *titulo1.*
vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide
Chriſtiana, publice, turbis coadunatis, &
audientibus, tractare conetur in poſterum,
ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem re-
quirens. Nam & iniuriam facit iudicio re-
uerendiſsimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata
ac recte diſpoſita reuoluere, & publice diſ-
putare contenderit. Et paulo poſt. Nam in
contemptores huius Legis pœna non deerit,
quia non ſolum contra fidem vere expoſi-
tam veniunt; ſed etiam Iudæis & Paganis ex
huiuſmodi certamine prophanant vene-
randa myſteria, &c.

MIN. Mihi factum ſatis profiteor de Ec- 13.
cleſiæ atque Conciliorum eximia firmitate
& authoritate tam ex Euangelio quam ex
patribus: ſupereſt, vt obiecta, quæ me diu in
ſententiam contrariam tenuerunt, in præ-
ſentiarum diluas. DOCT. Propone quot & *Inſtruct.*
quanta volueris. MIN. Chriſtus accuſatus *pag.30.31.*
cæſus, irriſus, atque damnatus fuit à gene- *32.*
ralibus Conciliis. Prophetæ & ſæpe & gra- *Ioan.11.*
uiter queruntur, omnem Synagogam, quæ *Matth.26.*
vetus Eccleſia Dei fuit, turpiſsime in fide ac *Iſa.50.56.*
moribus erraſſe. Cur ergo pari ratione ab- *Ezech.22.*
errare non poſſent Eccleſia Chriſtiana, & *Ierem.6.*
Concilia generalia? DOCT. Reſpondeo. *Oſe.9.*
Etſi tota Iudæorum Synagoga multum, *Io.14.16.*
multotieſque aberraſſet, nec id, nec ſimile *Matth.16. 18.&28.*
tamen conſequitur de Eccleſia Chriſtiana *Luc.22.*
in Conciliis generalibus congregata, quan-
doquidem iſta longe ampliorum promiſ-
ſorum de perpetua firmitate & veritate præ-
ſidiis firmata eſt, quam illa vnquam fuerit:
nimirum de Sponſi continua præſentia, Spi-
ritus omnem veritatem ſuggerentis aſsiſtẽ-
tia, quod portæ inferi non præualebunt ad-
uerſus eam, quod fides ſua non deficiet, a- *Cãt.2.3.4.*
matura Deo velut vnica columba, amica,
atque Sponſa innixa ſuper dilectum ſuum,
quod ſit regnum Dei, regnum cœlorum, *Matth.6.*
corpus Chriſti, ſine ruga, & ſine macula, co- *8.13.20.21*
lumna denique & firmamentum veritatis: *Eph.5.*
quæ nunquam de Synagoga vel promiſſa *1.Tim.3.*
vel pronunciata fuerunt. Quantum vero
ſpectat ad conuentum Pontificum, ſcri-
barum, Phariſæorum, & Seniorum, in do-
mo Caiphæ contra Chriſtum, quis neſcit *Io.11.*
potius fuiſſe coniurationem latronum, &
conſpi-

Digitized by Google

conſpirationem ſicariorum, quam legiti- A
mum patrum Concilium? Ibique nullam iu-
ris formam ſeruatam fuiſſe? Denique; tam-
Io.11. etſi tam impia eſſet ac ſcelerata coitio, Spiri-
tum ſanctum Præſidem illius coegiſſe vt ve-
rum concluderet atque denunciaret, *Opor-
tere vnum hominem mori pro populo?*

14. MINIST. Sed tres Apoſtoli prædixe-
2.Petr.2. runt, inter Chriſtianos, & de Chriſtianis
2.Theſ.2. ſurrecturos eſſe viros peruerſos, magiſtros
Iud. mendaces, qui ſectas inducerent perditio-
nis, imo & multos Antichriſtos: & quartus,
venturos lupos, qui non parcerent gregi:
præterea, hominem peccati, ac filium perdi-
Act.20. tionis. Poſtremo, & Dominus ipſe præmo- B
nuit, in nouiſsimis diebus futuros pſeudo-
prophetas, ſeductores, & pſeudochriſtos,
Matth.24. qui ſeducerent multos. DOCT. Hic, non
ex vnguibus leonem, ſed ex auribus aſinita-
tem Caluinianorum manifeſtam depre-
1.Tim.4. hende. Manifeſtum quippe eſt iſta ad Eccle-
2.Tim.3. ſiam vniuerſam nequaquam torquenda eſ-
ſe: ſed ad ſecta hæreticorum qui nouiſsimis
temporibus iſtis ſurrexerunt. Quales ſunt
Lutherani, errorum ſuorum primordia à
Luthero ſumentes anno Domini milleſimo
quingenteſimo decimoſeptimo: Zuinglia-
ni anno milleſimo quingenteſimo vigeſi-
moquinto: Anabaptiſtæ anno milleſimo C
quingenteſimo vigeſimoſeptimo: Caluini-
ſtæ & Bezani 1538. Seruetiſtæ, Gentiliſtæ,
noui Arriani, Ebionitæ, Samoſateniani, An-
titrinitarij, &c. ſubſequentibus annorum
temporibus, id eſt, vt Scriptura teſtatur, *no-
uiſsimis diebus atque temporibus*, qualia ſunt hęc,
in quibus notauimus ſupradictos errores in-
uectos eſſe.

15. MIN. Nec tamen adhuc ſe victos faten-
tur, ſed capita toties contrita erigunt, ac ob-
iiciunt *quædam Concilia ſibi contradixiſſe, quale
fuit Conſtantinopolitanum oppoſitum ſecundo Ni-
cæno: Epheſinum ſecundum contra primum Nice-
num, &c.* DOC. Miror quî fieri poſsit, vt illos D
non pudeat neſcio quæ profana hæreticorũ
conuenticula, ſacris & generalibus Eccleſiæ
Catholicæ Conciliis opponere. Quod enim
vocant Concilium Conſtantinopolitanum,
conuentus tantum quidem fuit quinqua-
ginta Acatianorum & Arrianorum ſub Con-
ſtantino ſecundo, magno eorum fautore, ad
Lib. de Synodis Arim. Socrat. l.2. ca. 41. Sozom. l.4. c.23. abolenda Subſtantiæ & Perſonarum in diui-
nis nomina, vt diligenter notauit magnus
Athanaſius. Quod vero dicunt Epheſinum
ſecundum etiam conciliabulum fuit Euty-
chianorum, inter quos cum inuenti eſſent
quidam Catholici ab hæreticis tam graui-
bus plurimiſque verberibus & plagis ſunt
affecti, adhuc hodiè vocetur Synodus præ-
datoria & profana. Quintum ac ſextũ quod
vocant Conſtantinopolitanum, vtrumque
per Leonem Iſauricum & Conſtantinum Paulus
Copronymum Imperatores hæreticos adu- Diacon.
natum, nihilo fuerunt religioſiora; quando- L.21.22.
quidem à quibuſdam Epiſcopis Curialibus,
politicis, laicis, ac eiuſdem furfuris homini-
bus; abſq; ſedis Apoſtolicæ, aut aliorum Pa-
triarcharum conſenſione celebratũ. Ideoq;
poſtea duo illa Conciliabula ab vniuerſis
Eccleſiis reuocata, reprobataque fuerunt.

MINIST. Aiunt rurſum: *Concilium Roma-* 16.
num ſub Stephano Papa, anno 758. celebratum, ex- Inſtruct.
communicaſſe Conſtantinum Papam, eo quod da- pag.34.
mnaſſet cultum imaginum. DOCT. Arcadicæ
pecudes, neſcientes de quibus loquuntur,
nec de quibus affirmant. Non hoc eſt ve-
rum: ſed Concilium Romæ celebratum an-
no 712. ſub Conſtantino Papa, excommuni-
cauit Philippicum Imperatorem, virum re-
uera magum, præſtigiatorem, tyrannum, i-
conomachum, ac hoſtem manifeſtum fidei
ac Eccleſiæ Catholicæ, vti teſtificantur Beda,
Ado, Paulus Diaconus, Sigebertus, & Platina.
Et in quodam alio Concilio Romæ coacto,
anno 768. ſub Stephano Papa huius nominis
tertio, Papatu quem vi inuaſerat, exutus fuit
Conſtantinus frater Deſiderij Regis Longo-
bardorum: & omnia eius decreta facta irri-
ta vt ab homine laico ſeu prophano, ſacrile-
go pirata, tyranno, & tantæ dignitatis latrone
indigniſsimo, vti in ſcriptis ſuis reliquerunt
Sigebertus, Platina, Sabellicus, Antonius,
& Marianus Scotus adfirmantes hunc vt
maleficum ac hæreticum, igne conſumptũ
fuiſſe.

DOCT. Siquidem videris abunde pro- 17.
bauiſſe Concilia generalia non poſſe errare,
& contrarias obiectiones refutaſſe: paucis
recenſe, qui poſsint de hæreſibus, ac hæreti-
cis iudicare. DOCT. Quandoquidem Chri- Matth.28.
ſtus viuorum ac mortuorum Iudex cum il- Io.14.16.
lis eſt omnibus diebus, ſimul & Spiritus ſan-
ctus eiſdem adeſt rector & doctor: quis du-
bitabit quin id valeant: & debeant facere? Si
B. Petrus, Paulus, Ioannes, & Iudas diſcipuli
Chriſti, cum omni fiducia de hæreſibus hæ-
reticis, pſeudoapoſtolis, pſeudochriſtis, &
ſeductoribus, pronunciauerunt: nonne i-
dem ille Chriſtus ac Spiritus ſanctus per con-
gregatos in Concilio Patres illorum ſucceſ-
ſores, tantumdem præſtare poterit? Ecquis

Digitized by Google

Paulum Samoſatenum, hæreticum denunciauit, quam Cõcilium Antiochenum? Ariũ, quam Nicenum? Et Conſtantinopolitani, Epheſini, atq; Chalcedonenſes patres, Macedonianos, Neſtorianos ac Eutychianos eſſe hæreticos, vere iudicauerunt & cenſuerunt? Secundum Conſtantinopol. quod ſextũ generale dicitur, noñe hæreſeos damnauit Anthemium & Theodorum? Et Lateranenſe ſub Agathone, Monothelitas? Secundum Nicænum Hagiomagiſtas & Iconomachos? Denique, id adeo manifeſtum & verum eſt de ſequentibus Conciliis ac hęreſib. vt monſtrum ſit inter veſtros quemquam reperiri, qui in tanta luce cæcutiat. Præterea, ſi poteſtas iudicandi inter lepram & non lepram, & decernendi de mundis ac immundis, ſic data ſit Leuitis & ſacerdotibus veteris Teſtamenti, vt ſub capitis lege eis obtemperandũ eſſet: quis negabit Præſules noui Teſtamenti commiſſum, vt de hæreſibus aduerſa illa valetudine ſignificatis, iure pronũciant? Cumque Dominus ait: Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus, nonne vult eam de immorigeris & perduellibus doctrinæ ſuæ ſententiam ferre?

Euagrius l. 4. c. 38. Niceph. l. 17.
Deut. 17. Leuit. 10. 11. 12. 13. 15. 18.
Matth. 18.

81. MIN. De his nihil ambigo: muſsitent alij quantum voluerint. Vt vero fides creſcat de die in diem, tantum veterum Theologorum cenſuram adhibe. DOC. Athanaſius magnus ac Epiph. mirantur, quí fieri poſsit, vt quidam adhuc reluctentur rebus in Concilio Niceno decretis, cum ſine errore huiuſmodi Cõciliorum decreta immutari nequeant. Nazian. dicit ſe non iudicaturum Apolinariſtas eſſe hæreticos ac veræ fidei inimicos, modo probare poſsint, ſe comprobatos & admiſſos eſſe per aliquod Concil. generale. Baſilius ſuadet vt proponantur decreta Cõcilij Niceni viris incertis & ſuſpectis, vt ſic cõſtricti aperiant hæretici ſint, aut non. Leo magnus arbitratur eos non eſſe Catholicos, qui Concilio Niceno aut Chalcedonenſi repugnant; iubetq; vt Anatolius Presbyter ſe ſubmittat authoritati concilij Chalcedonenſis: vel ſeiũgatur à communione Chriſtian. Auguſt. affirmat B. Cyprianum propter Anabaptiſmum nec fuiſſe, nec dicendum hæreticum, quia nondum fuerat habitum Concilium aliquod generale, in quo damnata eſſet eius ſententia. Præterea, eos eſſe lupos, ingratos Deo, hæreticos, & inexcuſabiles, qui cedere nolunt authoritati generalis Concilij, &c. Habes tam Orientis quam Occidentis Eccleſiæ paſtores ſanctiſsimos, doctiſsimos, & antiquiſsimos, Conciliorum eximiã authoritatem comprobantes. Quid apud te hac de re decernis?

Epiſt. ad Epictet. contra hæreſ. 77.
Epiſt. 1. ad Cledon.
Epiſt. 28.
Ep. 77. 78.
Lib. 1. de Bapt. c. 18.
Epiſt. 152. & lib. 3. contra Iulian. c. 1.

19. MIN. Hanc vere eſſe catholicam atq; orthodoxam doctrinam, cui qui nõ acquieſcit, mihi eſt ſicut ethnicus & publicanus. Sic enim mecum ratiocinor: Si Calu. & comminiſtri Geneuenſes iuſte damnaſſe videntur Seruetum, vt peſtiferum, hæreticum, flammiſque abſumendum: Bernenſes Valentinũ Gentilem propter varios errores gladio cædendum: denique Heidelbergenſes Neuſerum Prædicantem ſuum hæreſibus & blaſphemiis Alchoranicis infectum, capite minuendum; multo potiori iure trecenti, quadringenti, ſexcenti, Eccleſiæ Catholicæ Paſtores & Doctores, de hæreſibus cenſere & dicere poterunt. Inſuper, Zuinglius nihil de ſua poteſtate dubitans, declarat Lutherum eſſe ſeductorem, hæreticum, Marcione deteriorem, atque Chriſti negatorem: Petrus Vermilius eiuſdem doctrinã dicit eſſe craſſum errorem, nouam peſtem, Chymeram, portentoſam vbiquitatem, figmentum ab omni hominum conſortio excludendum: Lauatherus, Lutheranos verſari in maximo errore, furentesq; præ hęreſi homines: Thalmanus ſcribit omnes eos reiiciendos, quaſi damnatos hæreticos: Beza denique (vt conqueritur Schluſſelburgius) eorum de Euchariſtia ſententiam vociferatur eſſe Cyclopicam, Capernaiticam, & Læſtrygonicam: illos vero Carniuoros, Hæmatopotas, Anthropophagos, hoſtesq; Euang. &c. quanto magis vniuerſa totius Eccl. Chriſtianæ Concilia de veterum hęreſeon inſtauratorib. iſtis pronunciabunt? DOC. Certe ſi fas eſt Calu. Miniſtris de hæreſibus Lutheranorum, & viciſsim Lutherariis de Calu. erroribus pro tribunalibus iudicare: neceſſe eſt vt concedant ſanctos Patres, Apoſtolorum ſucceſſores, ac legitimos Eccleſiæ Chriſt. Paſtores de vtriſque illis cenſere & pronunciare.

Epiſt. ad Lutherum
Dialog. contra Brent.
Hiſt. ſacrament. fol. 3. & 7.
Aſſert. fol. 23. & 28.
Lib. 3. de Theolog. Caluiniſtica.

20. MIN. Adhuc vnum reſtat foramen, quo elabantur, ſcilicet: *Concilia nullius eſſe poteſtatis ſine verbo Dei.* DOCT. Iam & illud obturauimus ab initio, demõſtrantes hoc nihil aliud eſſe, quam excuſationem in peccatis, hæreticis omnibus communem, qua turpiter abutuntur ſpecie verbi Dei. Hanc vero quoque rurſum confutando, ab illis quæro, An non Simoniani, Nicolaitæ, Cerinthiani, Ebionitæ, vere hæretici & iudicati & damnati fuerunt, antequam verbum Dei expreſſum in nouo Teſtamento aut ſcriptis inchoatum,

aut

Digitized by Google

aut ſaltem abſolutum fuiſſet. Vel non ante Moſem primum verbi diuini ſcriptorem, Cainitæ, Gygantiſtæ, aliíque pſeudoprophetæ, vere fuerunt hæretici, atque ſeductores animarum? Vel ipſe Satanas non fuit pater mendacium, & hæreticorum, Deo aperte contradicens, *Nequaquam moriemini? Eritis ſicut dij?* Quo autem expreſſo Dei verbo ſcripto (non enim aliud confitentur) conuinci & damnari poterant? A

Gen. 3.

21\. Quid autem, ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis? Nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebât Eccleſias? Quid enim & ſi de modica aliqua quæſtione quibuſdam diſputatio eſſet, (vt plane nunc eſt, nec ſimplex, nec leuis) nonne oporteret ad antiquiſsimas recurrere Eccleſias (quarum princeps ac notiſsima Romana eſt,) in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de propoſitis quæſtionibus ſumere quod certum, & reipſa liquidum eſt? Eſt itaque Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ in Conciliis generalibus præſertim conſpicitur, de controuerſis fidei dogmatibus, atque Scripturarum variis interpretationibus, ac hæreſibus pro certo diiudicare, ſimulque pronuntiare, qui orthodoxi vere ſint, vel hæretici. B

Iren. l. 3. cap. 4.

22\. Sed & grauiter errant in eo Caluiniani, quod nihil penitus Dei verbum reputant, niſi quod chartæ & atramento conſignatum eſt: traditiones autem viua voce, praxiq; ab Apoſtolis relictas & datas aſpernantur; quas tamen Paulus & alij Apoſtoli volunt locum habere, eiſdemque non minus authoritatis deferri, quam ſcriptis ſuis: cum idem Spiritus (vt notat D. Cyprianus) per eos loqueretur, atque ſcriberet. Adde quod voces iſtæ *Pater ingenitus, Filius & Spiritus S. ſunt Patri conſubſtantiales, coæterni, coæquales Spiritus S. procedit ab vtroq;, Virgo eſt mater Dei, in Chriſto ſunt duæ naturæ, inconfuſæ, vnica vero perſona, &c.* à Conciliis, & maiorum traditione, non à Scriptura ſunt, tamen ex fide retinendæ. C D

2\. Theſſ. 1. & 2.
Act. 15. & 16.

23\. Adde poſtremo, quod cum Auguſtinus profitetur ſe Euangelio non eſſe crediturum, niſi Eccleſiæ authoritas eum ad id impelleret; præterea, quod & ſi nuſquam in Scripturis legeretur, offerendum pro mortuis ſacrificium, ad id nihilominus confirmandum ſufficere vniuerſæ Eccleſiæ auctoritatem: ſatis manifeſtat quam diuina ſit eius ad iudicandum & ſtatuendum de occurrentibus per tempora hæreſibus iuris dicendi poteſtas & authoritas.

Li. contra Ep. fund. cap. 5.
L. de cura pro mort. cap. 4.

MINIST. Iam ſatis comprobaſti Eccleſiam Catholicam in definitione morum ac fidei, à recto veroque aberrare non poſſe: Conciliis eius generalibus Spiritum Dei perpetuo adeſſe: eandemque (tametſi Scriptura expreſſa deeſſet) recte & appoſite de hæreſibus pronunciare: inſuper, argumenta iis obiecta nihil prorſus efficere. Præterea, Paulum 1. Cor. 1. v. 24. omnino extra rem à Parentio citari, cum illic haudquaquam de Purgatorio vel de Conciliis diſſerat: inſuper, conuitia in Epiphanium, Auguſtinum, & Damaſcenum à Miniſtris euomita in proprium os eorum recidere: denique, quod velut ex Chryſoſtomo citant, non eſſe illius, ſed hominis palam Arriani, quod etiam Eraſmus obſeruauit. Alias ergo illorum obiectiones percurre ac diſſolue.

Oper. imperfect.

VVALDENSES NEC BONOS DEI ſeruos: nec ſynceram Euangelij doctrinam ſectatos fuiſſe: aduerſus 22. & 23. errorem.

CAPVT VI.

MINISTER.

PArentius & gregales omni niſu conantur probare *Vvaldenſes fuiſſe viros pios, qui ſynceritatem ſequuti ſint veritatis Euangelicæ, conſtanter depugnantes aduerſus doctrinam Papiſticam, ab hinc quadringentis annis*, Eoſdem quoque Lambertus Danæus habens pro hominibus vere Euangelicis, ait: *Quum Catharorum hæreſis eſſet omnibus, & merito, odioſa: poſterior ætas ad prægrauandam bonam, ſacroſancti Euangelij cauſam, homines vere gelicos conſamis Catharorum nomine calumniata eſt, quos eoſdem etiam Vvaldenſes, Pauperes de Lugduno, Arnaldiſtas, ab Arnaldo quodam, denique Toſſepinos vocauit.* Ante vtroque & Chemnitius, & Centuriatores conati ſunt illos & omni crimine, & omni ſuſpitione erroris liberare. Quid tu ad hæc?

In li. Auguſt. de hæreſ. c. 38. fol. 96.
Vide ſupra lib. 8. c. 12. 9. 13.

DOCT. Hi ſunt, qui à Petro Vvaldone, in Gallia Lugdunenſi primum Vvaldenſes ſunt nominati, & Pauperes de Lugduno; in Anglia, & Liuonia, Lollardi; in Germania Pighardi; in Belgio Turelupini; in Allobrogibus Chaignardi & Caniani; quas nomenclaturas vſq; ad Lutheranorum appellationes retinuerunt. Quam autẽ impij ac hæretici fuerint ipſorum etiam præcipuorũ Miniſtrorum teſtimoniis peruinco. Nam Luthe-

Confut. 1.
Tom. 1. Declamation. in 10.

præcepta. fol. 12.

rus in primis poſtquã aduerſus aliquot Sanctos declamaſſet, ait: *Verum ne Pighardi hæretici infelices, ſuas partes à me adiutas confidant, qui præ nimia ruditate nobis Teutonicis (ſuperbiſſimo faſtidio indignati) imponunt, quod Sanctos Dei idola facimus, &c. Propter horum itaque rudiſſimam, & inſulſiſſimam ruſticitatem, Dico ego ad Sanctorum ſuffragia recurrendum omni modo, ſicut in Iob dicitur: Ad Sanctorum aliquem conuertere. Et ſicut Salomon ſuum patrem allegat. Memento Domine, Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Sed & Iacob Patriar. dixit de Ephraim & Manaſſe: Inuocetur nomen meum ſuper pueros iſtos, & nomina patrum meorum Abraham, & Iſaac.* Hæc Lutherus, quibus non ſolum Sanctorum inuocationem comprobatam habes: verum quod ad rem præſentem propius attinet, Vvaldenſes ac Pighardos fuiſſe viros infelices, rudes, impoſtores, inſulſos, ac hæreticos, quidquid de iis blaterent Caluiniani. Idem rurſus etiam illos damnans hæreſeôn, ſcribit: *Nihil de igne & loco Purgatorij loquor, non quod ea negem, ſed quod alia eſt diſputatio, nec à me nunc inſtituta. Quæ ideo dico, ne Pighardus hæreticus in me ſibi videatur obtinuiſſe, quia locum eius ignotum eſſe confiteor. Aut ideo Eccleſiam Romanam errare, quia opinionem Beati Thomæ non explodit. Mihi certiſſimum eſt Purgatorium eſſe. Nec multum me mouet quid blatterent hæretici, quando iam mille & plus centum anni ſunt, quod B. Auguſtinus in ſuarum Confeſſionum lib. 9. pro matre & patre ſuo orat, & orandum petit. Et eadem ſancta mater eius moriens (vt ibi ſcribit) memoriam ſui optauerit fieri ad altare Dom. Sed & à B. Ambroſio id factum narrat. Quod ſi etiam tempore Apoſt. non fuiſſet Purgatorium (vt ſuperbit faſtidioſus Pighardus) nunquid ideo credendum eſt Hæretico vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſeculorum falſam fuiſſe contendendum? Maxime cum ipſe nihil aliud faciat, quam quod dicit: Non credo? Et ſic probauit omnia ſua, & improbauit omnia noſtra, quaſi non & lignum, & lapis non credant.* MIN. Gaudeo quod ipſummet textum Lutheri fuſius citaueris. Hinc enim diſcere poterunt tam diſcipuli eius quam Caluiniani, præcipua diſputationum ſuarum fundamenta ab Authore ſuo euerſa & diſiecta eſſe: hinc, Purgatorij ſententiam comprobatam: inde Vvaldenſes (quos tanti faciunt) à Luthero ſemel & iterũ hæreſis damnatos: denique, Eccleſiam Romanam in reb. fidei haudquaquam errare.

Iob. 5. Pſ. 131. Gen. 48.

Reſolution. de indulg. Concluſ. 15. fol. 112.

3. DOCT. Et ne ſigillatim omnia perſequar, quæ in eorum reprobationem idem ille ſcripſit, paucis contraho. Alibi rurſum vocat eos, *Hæreticos, infœlicem populum, fœtore Romano gaudentem, ſicut Phariſæus ſuper Publicanum, furioſo timore abreptum, miſeros hæreticos, blaſphematores Dei, proditores Chriſti, &c.* quibus patet quam prauo ac iniquo iudicio Parentius eos, à pietate, ſynceritate, aut veritate celebrauerit.

Concluſ. 80 fol. 139. Cõment. in ep. ad Galat. Comm. in Pſal. 109.

4. MINIST. Imo etiam Caluinus ipſe, quod nunc occurrit in mentem, alicubi de iis ſcribens, eoſdem longe plus arguit & damnat, quam laudet vel probet. Sic enim illos alloquitur: *Nos manemus in ſententia, non poſſe ſimpliciter recipi Confeſſionis veſtræ formulam abſque periculo: ac ſubſcriptionem niſi adhibita dextra interpretatione.* Et paulo poſt: *Non poteſt verecunde negari, quin Auctor apologiæ veſtræ modum exceſſerit.* DOCT. Non ſunt profecto viri boni, non veritatem ſynceritatis Euangelicæ ſequuntur, vt Parentius ſcribit, ſi confeſsionem fidei periculoſam atque reiiciendam amplectũtur, vti Caluinus teſtificatur. MIN. Alibi rurſum de iiſdem ſcribit: *Statim ad confeſsionem (fidei ſuæ) tranſeunt, quæ noſtro iudicio, doctrinam obſcurat, vel inuoluit magis quam illuſtret. Non ſatis diſerte vel enucleate de hoc myſterio (Euchariſtiæ) loquuti ſunt. Ab ipſis omnis interpretatio reſpuitur. Ex breuibus & obſcuris eorum verbis offenſio concipi poteſt, &c.* DOCT. Qua igitur fronte Caluiniani adfirmant, eos ſynceritatem veritatis Euangelicæ ſectari, cum iuxta Caluinum veritatem obſcurent? Omnem expoſitionem reſpuant? Offendiculum non tantum Catholicis, ſed etiam Sectariis præbeant?

Epiſt. ad Vvaldenſes, 1560.

Ep. ad Polonos 1557.

5. MIN. Addo & Bezam tam Parentium mendacij, quam Vvaldenſes, impietatis verbis iſtis damnantem. *Obſoleuerat inter eos (Vvaldenſes) doctrinæ puritas.* Denique, alibi referendo, *Caluinum eoſdem ſolicitaſſe, vt ad ſuas partes tranſirent*, ſatis declarat illos aliena à Caluinianis dogmata ſequutos eſſe. DOCT. Manifeſtum eſt ergo Hugnoſticos toto cœlo aberrare, cum illos à pietate & ſynceritate commendant, cum tam impij fuerint, quam Lutherus, Caluinus, & Beza in ſcriptis reliquerunt.

L. Iconum. In vita Caluini, ad annum 1560.

6. MIN. Quinetiam Geneuenſes Miniſtri in immani illo martyrum ſuorum Gallico volumine, à pagina 189. vſq; ad ducenteſimam vigeſimam primam, inter nugaciſsimas quas deblaterant nugas, nunc illos laudant, *tanquam euangeliciſſimos & conſtantiſſimos Martyres ſuos*: nunc è contrario ſcribunt, *illos impuram ex parte religionem à Bohemis retinuiſſe, plurimis & grauiſſimis modis aberraſſe, & veteres horum Miniſtros (quos Barbas & Auunculos ſuos* appella-

Digitized by Google

appellabant) non pure ac ſyncere inter eoſdem docuiſſe, &c. DOCT. Hæ profectò & manifeſtæ & pudendæ ſunt contradictiones, quæ nullo modo ſtare poſſunt.

7. *Ora. de ſtatu Eccleſiarum.* MIN. Audi rurſus & alias iſtorum Reformatorum pugnantes ſententias. Dauid Chytræus Roſtochij Lutheranus Miniſter, palam aſſeuerat, *hos VValdenſes ſynceros eſſe Lutheranos, & per omnia, Lutheri dogmatibus adhærere: & quod in Apologia ſua ad Georgium Brandeburgenſem, de Euchariſtia cum Auguſtana Confeſſione conſentiunt: tametſi Miniſtri eorum Latinæ linguæ penitus ſint ignari.* DOCT. Profectò ſi Lutherani ſunt Zuingliani & Caluiniani eſſe nequeũt, cũ Lutherus iſtos vt hæreticos ſemper damnauerit: & Schluſſelburgius grandis Lutheraniſmi propugnator, ex ducentis viginti tribus Sacramentariorum ſcriptis publicis, demonſtret, eoſdem de nullo fere doctrinæ Chriſtianæ articulo recte ſentire. Verum, his omiſsis, iam attende, quid veteres grauesq; authores de illis ſenſerint ac ſcripſerint. B

L. de Theologia Caluiniſtica.

8. Cõtinuator Sigeberti, VVernerus VVeſtphalicus, Aeneas Syluius, Guido de Perpigniano, Antoninus Florentinus, Bernardus de Luxemburgo teſtes ſunt ampliſsimi, VValdum ſeu VValdonem à quo nomen ſortiti ſunt, linguæ Latinæ prorſus ignarum quadam animi contentione curaſſe, vt ſibi à quodam Biblia ſacra in linguam Gallicam transferrentur. C

MIN. Ergo expers erat omnis Philoſophiæ, Theologiæ, & bonarum liberaliumq; diſciplinarum. Præterea, ſcientiam nullam cœlitus infuſam recepit vt Salomon, Prophetæ, & Apoſtoli: ex quibus cuiuis promptum eſt colligere, illum Euangelica prædicatione, miniſterioq; verbi prorſus indignũ & incapacem fuiſſe: & nihil aliud quam nugas, fabulas, aut veteres errores, non autem Euangelicam vel Apoſtolicam doctrinam potuiſſe concionando diſſeminare. D

9. DOCT. Adhæc, ducenti & octoginta ex tota Europa in Concilium Lateranum coadunati Paſtores & Doctores, circa annum Domini 1178. vel 1180. hanc VValdenſium ſectam reprobantes, teſtes ſunt locupletiſsimi, quod inter varios errores quibus ſe & alios commaculabant, *Cantum omnem eccleſiaſticum reprobarent: Omnem luxuriæ ſpeciem, accedente libidine, licitam eſſe: Nullum iudicem aut magiſtratum poſſe ad mortem damnare: Omnem poteſtatem ſiue eccleſiaſticam ſiue politicam peccato mortali tolli: Nullam aliam precandi for-* *Cap. 27.*

A *mam præter orationem Dominicam, Chriſtianis licitam eſſe, &c.* Obſecro te, vtrum hæc reſipiunt ſynceritatem euangelicam, an pietatem Chriſtianam?

MIN. Imo vero tam diabolicam impietatem, vt vehemens me ſubeat admiratio, qui fieri potuit, vt Parentius & comminiſtri tam ſceleratos homines auſi ſint probare & commendare.

ALBIGENSES PERNICIOSISSIMI FVERUNT ac damnabiles hæretici: aduerſus 24. errorem.

CAPVT VII.

MINISTER.

AD eundem euangelicorum ac piorum ordinem referũt Albigenſes: cum ſcribunt, *Hos fuiſſe fidos Dei Miniſtros, & ſynceritatis Euangelicæ ſectatores, ac non minus pios, quam VValdenſes, quorum ætatem ſequuti ſunt: & Papam contra hos Dominicum & Franciſcum accerſiuiſſe, &c.* Quid tu ad hæc? *Inſtruct. pag. 25.*

DOCT. Quam etiam fœde ac miſere in hac re ſecum pugnent, attende. Alius Miniſter cui nomen Ioannes Heſnaldus, cum Ioanne Criſpino Caluini typographo, aiunt è contrario, *Albigenſes hæreticos fuiſſe tam infelices, tamque peſtiferos, vt nuptias Chriſtianas reprobarent, & omne genus voluptatum, adeoque maſculinam venerem admitterent &c.* Num hoc eſt ſynceritatem ſectari euangelicam? MIN. Ita quidem ſi Parentio Miniſtro fides adhibeatur. Si vero verbis diuinis credatur, horrendę ſunt blaſphemiæ, ac peccata in cælum clamantia, vltioneſque cœleſtes in authorum ſuorum perniciem efflagitantia. Sed fortaſſe ſuſcepto iam Caluiniſmo, dogmata moreſque in melius commutarũt. DOCT. Imo vero teſtificantibus Miniſtris, qui *Excitatorium matutinum Francorum* ediderunt, profecerunt in peius, & quod dicitur, à calce in carbonariam deſcenderunt. Aiunt n. iſti anno Domini 1574. *Albigenſes qui Pragellam, Cabrierium, Merindolium, Freſſinerium* (pagi ſunt inter Prouinciam & Allobroges) *inhabitant, puram religionem non habent.* Itaque impuras obſcœnitates ac hæreſes ſuperius nominatas adhuc conſectantur.

Confut. 1. L. de ſtatu Eccleſiæ, f. 314. *Supra, li. 8. c. 12.* *Gen. 19.* *Pag. 116.*

Inſuper, Ioannes VVigandus, Andreas Coruinus, & Thom. Holtherus alij Germaniæ Miniſtri, inter Albigenſium hæreſes referunt, *illos effinxiſſe duos deos diuerſos, cum Marcione & Manichæis: à ſuo cœtu omnem Baptiſmi* 2. *Cent. 13. col. 154. 155 156.*

Digitized by Google

vſum excluſiſſe: improbaſſe matrimonium: negaſſe carnis reſurrectionem: animarum humanarum in varia corpora, etiam belluina tranſmigrationes aſſeruiſſe: item, Chriſtum non fuiſſe Deum, & alia portenta, quæ pudet atque piget referre. Habes paucis impietates eorum, quos Prædicantes Caluiniſmi fidos Dei Miniſtros iudicant: habes mores eorum, quos affirmant ſynceritatem euangelicam ſequutos: habes ſanctitatem eorum, quibus Martyrologia ſua veſtri ſuffarciunt.

3. Nec ijs contenti, libros ſanctorum Chriſti Euangeliorum (vt in ſcriptis reliquit Bernardus Luxemburgius) ipſis à Catholicis obiectos, vt inde veram religionem haurirent, lotio ſuo conſperſos, à mœnibus vrbis in qua obſidebantur, in caſtra Catholica reiecerunt, in has voces erumpendo: *Cernite veſtram legem, veſtrumque Euangelium pro ſua dignitate à nobis exceptum & ornatum.* Gulielmus de Nangiaco etiam teſtis eſt, eos tam horrendis ac nefarijs blaſphemijs vſos eſſe contra ſanctiſsimam dominam noſtram Deiparam, vt indignum videatur eas ſcriptis referre.

4. MINISTER. A quibuſnam alijs veteribus enumerantur errores, quibus hi fanatici ſeipſos & alios commacularunt?

DOCT. Nonnulli fuerunt eis coætanei: nonnulli paulo poſt eorum ortum ſequuti ſunt. Hi porro ſunt Cæſarius Ciſtercienſis, Antoninus Florentinus, Vincentius Bellouacenſis, VVernerus VVeſtphalicus, Paulus Aemilius, Blondus, Polydorus, Sabellicus, Hermannus Schedelius, Gulielmus Nangiacenſis, Bernardus Luxemburgius, &c. Hi & alij qui noſtram ætatem ſuperauerunt ſcriptores, impietates illorum recenſuerunt & damnauerunt.

MIN. Miror, qui fieri poſsit, vt Parentius Miniſter, audeat iactare ſe tandiu docuiſſe, tamque curioſe omnes Europæ Bibliothecas euoluiſſe, non commemoret ſe incidiſſe in tantas Albigenſium impietates: atque è contrario, qui fieri poſsit vt illum non maxime pudeat, & furiali horrore non correptus ſit, vt ſanctam commendauerit tam improbam hæreticorum colluuiem. Oportet ſane illum propria malitia excæcatũ fuiſſe.

5. DOCT. Attende etiam amabo te, quantam cum fœdis erroribus ſuis, malorum lernam, quantas clades & vaſtationes in Gallias inuexerint, vt à fructibus eorum cognoſcas eos. Adiuti namque opibus & copijs Remundi comitis Tholoſani, Comitis à

Matt. 7.

A S. Aegidio, Comitis Fuxenſis, & Conuenarum, item Petri Aragonum Regis, rurſumque potentiſsimarum vrbium Vaſconiæ, quas in partes ſuas pertraxerunt, atrocia & cruenta bella vbiuis excitauerunt. Nec vlla ratione totius Chriſtianiſmi parcentes exitio, Memelinum Regem Marrochij ex Africa, cum tanto Saracenorum & Maurorum exercitu in auxilium accerſiuerunt, vt gloriarentur ſe poſſe vniuerſam Europam ſubuertere: ac in tantam inſaniam euaſerunt, vt mitterent ad Innocentium tertium hunc Papam, qui dicerent, ſe cũcta Romana templa in equorum ſuorum ſtabula conuerſuros. B Inſuper, ſalutiferum crucis ſignum à pinnaculo templi D. Petri ſe detracturos: eiuſque loco, impuri Mahometis vexilla ſuffecturos: quam intolerandam arrogantiam potenter repreſsit D. Ieſus optimus & fortiſſimus generis humani redemptor, ſuæque ſponſæ Eccleſiæ ſeruator & vindex.

MIN. Qua id ratione factum eſt? DOCTOR. Paucis expediam. Sanctus ac eruditus Pontifex Innocentius Tertius, duodecim ordinis Ciſtercienſis ordinis Abbates, viros doctrina & pietate celebres ad eos miſit, qui concionibus & concertationibus ſuis, plurimos eorum ab erroribus ad veram C Religionis & ſalutis viam reduxerunt. Acceſsit ex Hiſpania Didacus Epiſcopus, vna cum ſancto Dominico, ſanctitate, eruditione, & miraculis viro tum clariſsimo, qui ſuis laboribus multos quoque ad Eccleſiæ Catholicę gremium reduxerunt. Hinc Leopoldus Auſtriæ Dux Germanus, Simon à monte forti Gallus, & Ioannes Bellomontanus, adiuti copijs Epiſcoporum Senonenſium, Baiocenſium, Toloſatum, Lodeuatum, Conuenarum, & aliorum Catholicorum, reliquos peruicaces domuerunt, tanta Dei fauentis ope, vt cum ſolis octo millibus Catholicorum, centum millia hęreticorum D vno die ac prælio fuderint & diſsipauerint, ſine inſigni iactura. MINISTER. Manus Dei excelſa fecit hæc omnia. Sic enim confidentes in ſe pios ſemper defendit & liberat: improbos autem diſsipat, confundit, euertit. 6.

PHILIP-

PHILIPPVM AVGVSTVM FRANciæ Regem, non eſſe culpandum; ſed magis laudandum, quod Albigenſes oppreſſerit: contra errorem 25. 26.

CAPVT VIII.

MINISTER.

POſtquam laudibus extulerunt ſuperiores hæreticos, ſcribunt, *illos fuiſſe immaniter oppugnatos, expugnatos, denique oppreſſos vi & armis Philippi Auguſti Regis Franciæ*: ex quo eum vituperant, velut oppreſſorem innocentium & fidorum Dei ſeruorum,

Confut. 1. DOCTOR. Hæ ſunt præ cæteris leuiores calumniæ, quas improbi iſti hæreſeon Miniſtri effundere ſolent aduerſus legitimos Reges, Principes, & Magiſtratus, qui iuſtis ſupplicijs eorum blaſphemias & perduelliones, pro officijs ſuis coercere & caſtigare ſtudent. Sic nimirum Lutherus exorſus eſt in quodam ſuo libro aduerſus Angliæ Regem. Hunc enim appellat *inſanum, rabidum, cyclopem, furioſum, blaſphematorem, detractorem, morionem, amentem, impudentẽ, mendacem, pernicioſum Sophiſtam, portentum, cuius maieſtas regia & diadema maculari debet cœno ac fœtidis excrementis. Ius mihi erit* (ait impurus apoſtata) *maieſtatem Anglicanam luto & ſtercore conſpergere, & coronam iſtam blaſphemam pedib. cõculcare.* His vtitur opprobrijs à primo libri ſui folio. Tribus autem ſequentibus, aduerſus eundem Principem his verbis inſurgit. *Eſt ineptus, inſulſus, baſiliſcus, portentum, os putridum, fœdiſſima meretrix, progenies viperæ, Thomiſta, laruatus, inſanus, aſinus, porcus, virulentus, ſtultus, hebes, lethargicus, miſerabilis librific', ſcurra leuiſſimus, os impurum, hiſtrio, ſtolidum caput, ſtupidus, truncus, rudis aſinus, craſſus porcus, ſtipes, & cæt.* Iam tibi meditandum relinquo, quæ quantaque conuitiorum plauſtra per totum libri decurſum in eundem exoneret.

Tom. 1. fol. 356. 357. 358. &c.

2. MINIS. De his certe plus ſatis. DOCT. Reticebo igitur contumelias, quas effundit in Georgium Ducem Saxoniæ, ac filios eius plane Catholicos, aduerſus Henricum Ducem Brunſuicenſem, aduerſus Cardinalem Auguſtanum, contra Archiepiſcopum Moguntianum, imo etiam aduerſus Carolum Quintum Imperatorem maximum, & aduerſus præcipuos Eccleſiæ Catholicæ paſtores: tantum te hic rogans, vt hinc accurate colligas, quo furore, vel potius quanta rabie efferantur Authores veſtri aduerſus eos, qui

A placitis ſuis repugnant: denique qua petulantia conculcent pedibus, & vexent contumelijs principatus à Deo in hominum ordinem & vtilitatem conſtitutos.

MINIST. Video plane in his adimpleri, quod B. Iudas de ſeductoribus prædixit: *Dominationes ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.* Nec memoria excidit quam horrenda deſignarunt in Germania aduerſus Imperatorem Lutherani, in VVeſtphalia Anabaptiſtæ, in Belgio, Scotia & Gallia, aduerſus ſummas poteſtates Caluiniani noſtri. DOC. Et hoc ipſum volebam Caluino veſtro nũc B obijcere, nimirum, quod nihilo moderatius ſeſe geſſerit aduerſus Regem Angliæ Henricum Octauum, quam Lutherus. Scribit enim de illo: *Certe fuit deterior omnibus aliis mãcipiis Antichriſti. Nullo pudore hominum retentus fuit. Oſtendit ſe prorſus vacuum fuiſſe omni timore Dei. Fuit homo belluinus.*

3. Ep. verſ. 8.

Com. in 1. c. Oſe. v. 5. 4.

MIN. His certe paucis exſuperat longam Lutheri maledicentiam. DOCT. Idem in Epiſtolis ſuis rurſum de eodem ait: *Rex ipſe vix dimidia ex parte ſapit. Habet mutilum, & ſemilacerum Euangelium. Non iocoſe inſanit. Dei beneficiis male reſpondet. Graues pœnas luet ſua ingratitudinis, &c.* Antonium Borbonium illu- C ſtriſsimũ Nauarræ Regem, Franciæ ad tempus Regentem, & Chriſtianiſsimi nunc Regis noſtri Henrici IV. patrem, Caluinianis quidem initio fauentẽ: ſed poſtea perduelliones ac blaſphemias ſerio auerſantem, miris modis traducit, ſcribẽs: *Promptum erat in Regis Nauarræ his malis* (ciuilium bellorum in Gallia) *remedium & mira pollicitus fuerat. ſed cum eius ignauia nihil fuerit turpius, acceſſit tandem & proditio* Beza quoq; epiſtola ad Caluinum 1561. Eundem Principem ſæpius appellat *Iulianum Apoſtatam, leuem, perfidum, ſceleris exemplum, inſanum, &c.* De Regina nouiſsi- D morum trium Regum noſtrorum matre, Petrus Martyr Caluino palam ſcripſit: *De Regina ego non miror. Nam pietatis eius erga religionem, ſynceram vllam affectionem nunquam ſenſi. De Rege Nauarræ nouum admodum videtur, vt qui antea Euãgelio filii Dei,* (i. Caluiniſmo) *tam pleno ſpiritu fauere videbatur, nunc ſe pietate vacuum adeo præbeat.* Myconius miniſter Baſilienſis Epiſt. ad Caluinum, magnum Imperatorem Carolum V. vocat *Miniſtrum Antichriſti & Satanæ.*

Pag 15.

Ep. ad Petr. Martyr 1559.

Miraberis etiam non dubito, quod Caluiniana maledicentia neq; ſuis Magiſtratibus Geneuenſib. pepercerit, ſcribens de huius vrbis Senatu: *Duo fuerũt in Senatu improbi homines,*

Ep. ad Bull. ing. 1555.

Digitized by Google

mines,atque audaces vſque ad ſummam impudentiam. Ambo etiam inopes ac famelici. Prior cum Capitaneus eſſet vrbis,colluuiem improborum propoſita ſcelerum impunitate ſibi cõciliauerat. Nam ſi quid nequiter,proterue, diſſolute geſtum fuerat, patrocinium ſuſcipere paratus erat, &c. Idem rurſum Epiſtola ad Tigurinos Miniſtros,his verbis magiſtratum ſuum traducit: *Deploranda eſt Senatus noſtri cæcitas, quod libertatis ſuæ patrem,& patrem huius eccleſiæ* (Farellum ſeditioſiſsimum Barrabam) *ſibi reum cauſæ capitalis, mitti à Neocomenſibus popoſcit.* Atque hæc Caluini & Miniſtrorum eius de Regibus, Principibus, ac Magiſtratibus à Deo conſtitutis iudicia, hæc in illos maledicta,conuitia, & probra. Viderint ergo fautores eorum, quos ſerpentes alant in finibus ſuis, ne ſero ſaltem ſibi ſapiant & caueant.

Ep. ad Tigurinos.

4. *Reueille-matin.*

MINISTER. Quid ſi legiſſes qualia in Excitatorio matutino Francorum, iidem Miniſtri de clariſsimis totius Galliæ viris publicarunt? DOCTOR. Legi quidem, ſed non adeo nunc illorum ſum memor. MIN. Vix audeo referre quidquid ore impuro euomuerunt, & cruentis calamis ſcripto conſignarunt: quædam ſummatim tantum delibabo. Clariſsimos viros Pybrachium, Chiuernium, Lanſſacum, Montlucium, Gondium, Valentium, ibi quibuslibet dictorijs proſcindunt. Deinde, Chriſtianiſſimum Regem Carolum IX. eius Matrem, Fratres, totamque Valeſiorum illuſtriſsimã familiam in eodem miſere deformãt: Principes Germanos, etiam Luthero aut Caluino addictos, appellant *Voragines vini, ſtercoreos, fœtidos, canes mutos, viros ſine diſciplina, obſcœnos, equos feroces, ſpurcos, crudeles, ebrioſos, &c.* De Principibus Anglicis in has voces prorumpunt: *Sunt vani, arrogantes, inſolentes, diſſoluti, infideles, iniuſti, hoſtes omnis diſciplinæ.* Nec ipſi quidem Elizabethæ reginæ, nec Thalaſſiarcho, nec Regio noſtro, (quem Deus nobis diutiſsime ſeruet incolumem) indulgent.

5. *Guanguin. lib.6. Æmil. l.6. Blondus l.6. VVerner. in Faſcicul. Vincent. in Spec.*

DOCT. O linguas ſerpentinas, ferro præcidendas! ô calami ſeditioſi! ô bellorum faces! Quouſq; principum noſtrorum abutemini patientia.

DOCTOR. Verum, hæc miſſa facientes, redeamus ad Albigenſes, quorum gratia Caluiniani regem Philippum Auguſtum traducunt. Iſte quidem à Nuncio ſedis Apoſtolicæ ſui muneris admonitus, ſubditis ſuis permiſit, vt aduerſus illos bellarent bella Domini: tumq; potentiſsimi Antiſtites, cum quibuſdam illuſtribus Dominis, ac ſelectis copijs profectos, initio Biterras, deinde Carcaſſonem ab illis occupatas expugnauerũt: poſtremo relictis copijs, & commiſſa expeditionis militaris cura Simoni à monte forti, domos redierunt. Bello aliquot annis perſeuerante, Rex Francorum Ludouicus obſedit, expugnauit, & ſolo adæquauit Auenionis, quibus præcipue confidebant, mœnia. Hoc ex humanis ſublato, ſanctus Ludouicus filius pietatis paternæ, vt & regni hæres, aduerſus illos miſſo Domino Ioanne à Bellomonte cum exercitu, feliciter, pauciſque diebus, Albigenſium reliquias fregit, domuit, & omnem petulantiam hæreticam adeo profligauit, vt toto regno exularet. Atq; ſic poſtrema eorum depreſsio beato Regi Ludouico, non Philippo Auguſto, tribuenda eſt, vt Miniſtri hiſtoriarum imperiti prodiderunt.

MIN. Igitur Parentius & congerrones tres Illuſtriſſ. & Chriſtianiſsimos Reges noſtros eadem opera vituperant, quod impetiuerint, proſcripſerint, oppreſſerint, *illos pios Euangelicæ profeſſores*, quaſi Miniſtrorum iudicijs, alij Nerones & Diocletiani: quæ iniuria eſt equidem grauiſsima.

DOCTOR. Senatus Galliarum id fieret quam modeſte voluerit: interim facile probabo noſtros Reges & Nobiles non eſſe culpandos quod illud fecerint, ſed potius maxime laudandos, vtpote qui ſic Deo ſint obſequuti, qui gladium eis conceſsit ad vindictam malorum. MIN. Reuera Magiſtratibus præceptum eſt à Deo, vt in Pſeudoprophetas & ſeductores animaduertant: lapidibus obruere faciant eos qui ſemen ſuum deuouẽt Moloch, id eſt, malis genijs. Stat quoque præclarum Moyſis exemplum, in eos qui contempta patrum religione, vitulum coluerunt, inſuper, cæleſtis vltio in ſchiſmaticos Core, Dathan, & Abyron: in contemptores ſacrorum rituum Nadab, Abie, & Oza: Blaſphemus, & Sabbathi contemptor lapidibus obruti ſunt: Saul morte multauit ariolos & magos: Iehu & Elias gladijs ceciderunt Miniſtros hæreſis Baaliticæ: Aſa Rex pius ne matri quidem ſuæ pepercit: Ioſias interemit ſacrificos excelſorum, & exhumauit: flammiſque conſumpſit oſſa eorum qui Iſraeliticum populum à vera religione abduxerant: & Babylonis Rex etiam edicto publico, eos necãdos decreuit, qui blaſphemarent verum ac omnipotentem Deum, quem Daniel & ſocij eius adorabant, &c. 6.

Rom.13. Deut.13. Leu.20.24 Exod.32. Num.16. 1.Reg.28. Pſal.100. 4.Reg.10. 4.Reg.25. Dan.3.4.

DOCT.

Digitized by Google

7. DOCT. Totidem ſunt equidem mandata, & exempla diuina, principibus Chriſtianis propoſita; quibus tum obſequuti ſunt Chriſtianiſsimi Reges noſtri, cum Albigenſes in Deum ipſum ter quaterque blaſphemos è ditionibus ſuis ſuſtulerunt. His adde, quod
Matt. 18. æternus Dei filius præcipit, vt à corpore noſtro reſecemus etiam propria membra, quæ nobis ſunt ſcandalo: ac expedire docet, vt mola aſinaria ſuſpendatur in eorum collo, ac demergantur in profundum maris. Ergo & Philippus, & Ludouicus vterque officio ſuo ſatisfecerunt, cum è medio piorum ſubditorum ſuorum tam nefarios & peſtilẽtes homines exterminauerunt.

8. Præterea, audientes à Nuncio Apoſtolico
Rom. 13. munus Regum ac Magiſtratuum eſſe, Paulo docente, vt vindictam de peſtiferis hominibus ſumãt, bonos autem ſeruent, ideoque illos gladio munitos eſſe: inſuper generoſos Reges ac Imperatores Dauidem, Ioſiã, Conſtantinum, Theodoſium, Arcadium, Gratianum, Marcianum, Iuſtinianum, &c. huic officio ſuo bene & nauiter incubuiſſe, & Deo obtemperare, & ſuperiorum exempla imitari cum eximia laude ſtuduerunt.

9. Ad hæc, cum iis ſuggerebatur ex ſacris li-
Matth. 7. teris, iſtiuſmodi hæreticos eſſe lupos rapaces
Act. 20. non parcentes gregi Chriſtiano, ſed veniſſe vt eum diſsiparent, raperent, & perderent in ſuis prouincijs: vt officiis bonorum Paſtorum & Protectorum reſponderent, tam crudelium ferarum impetum pie ac fortiter fregerunt & repulerunt.

10. Iiſdem quoque obijciebatur, D. Petrum
Act. 5. morte multaſſe Ananiam & vxorem eius, ob
Act. 13. votum minime ſeruatum: Paulum occæcaſ-
Tim. 1. 2. ſe Elymam magum, doctrinæ Chriſtianæ
Cor. 5. reſiſtentem, & Satanæ omniũ tortorum crudeliſsimo, quoſdam dediſſe corpore cruciandos. Hos itaque Albigenſes omnium vnquam ad hominum notitiam perueniſſent hæreticorum peſsimos, blaſphemos, peſtilentes eſſe; ex quo ſcite ac prudenter concluſerunt, quod cum eſſent Reges Chriſtianiſsimi, ac Eccleſiæ Catholicæ primogeniti filij deuotiſsimi, ſe debere vires à Deo ſibi conceſſas exercere ad extirpandos tam nefarios Manichæos, Encratitas, & Sodomæos in Albigenſibus renaſcentes.

11. MIN. Non poſſum ſatis mirari eius Miniſtri amentiam, qui æquum iudicat Bernẽſes capitali ſupplicio animaduertiſſe in Valentinum Gentilem, Geneuenſes Seruetum vſtulaſſe, ac Heidelbergenſes Syluanũ mortem multaſſe ob praua dogmata: & in malam partem rapere, quod priſci Reges noſtri iuſtis ſuppliciis Albigenſes his longe deteriores affecerint.

Denique, niſi legerit & perlegerit *Librum de Officio Principis*, à Melanthone editum, librum Brentij *de Republica adminiſtranda*, librũ Vuolphgangi Capitonis, *de iure Magiſtratus in religionem*, Sermones 7. & 8. ſecundæ Decadis Bullingeri, Tractatum Caluini *de actu Serueti*, Aretium Bernenſem *de caſo Gentili*, ac poſtremo, Bezæ *Librum de hæreticis à ciuili Magiſtratu puniendis*, eſt admodum ignauus & ignarus. Nã didiciſſet ab illis gregalibus ſuis, quod cũ Magiſtratus vel gladio, vel laqueo, vel igne, vel quibuslibet aliis ſuppliciis, blaſphemias ac perduelliones punit hæreticorũ, voluntati Dei id præcipientis obtemperat, officio ſuo fungitur, ſuæ reſpondet inſtitutioni, obſtat quo minus piæ ac ſimplices animæ ſeducantur ac pereant, vitam deniq; pro laborum mercede mercatur æternam. Ad alios pergamus. 12.

IOANNEM HVS, ET HIERONYmum de Praga, iuſte condemnatos fuiſſe: à Iudicibus idoneis: non ob profeſsionem Euangelij: ſed propter pernicioſas hæreſes, & plurima, eadem publica ſcelera: contra errorem 27. 28. 29. 30. & 31. Hugnoſticorum.

CAPVT VIII.

MINISTER.

INiquiſsimo animo ferunt Parentius & cõminiſtri, ſupplicia, quibus Ioannes Hus & Hieronymus de Praga Bohemi affecti fuerunt Conſtantiæ, cum illic celebraretur Concilium generale, de iiſque ſcribunt: *Actio qua Antiſtites Romani proſequuti ſunt Huſſitas, videtur adhuc rationi magis repugnare. Cum enim illi doctrinam Euangelicam profiterentur, ac Eccleſiæ reformationem poſtularent, morte affecti ſunt à Iudicibus non idoneis ac competentibus.* Tuũ eſt ad ſingula reſpondere. *Vide ſupra l. 8. c. 12.* *Inſtruct. p. 25. 27.*

DOCT. Euincam Deo duce, ſingula horum capita falſa eſſe ac erronea: exordiorq; à Iudicum competentia & legitima iudicandi & plectendi poteſtate. Hi fuerunt Sigiſmundus Romanorum Imperator ac Hungariæ rex, Septemuiri, ſeu Electores imperij: qui niſi ſint idonei iudices duorum nefario- Confutatio. 1.

rum ac diabolarium hominum, qui vnquã in terris eſſe poterunt? Si non ſunt competentes iudices duorum nebulonum, vt ſcribunt Caluiniani Miniſtri, ſerio ſibi perſuadeant Imperatores, Reges, Principes, Senatores, Magiſtratus, Senatuſque omnes authoritatem ſuam imminutam ac omnino depreſſam eſſe. Niſi Imperator cum ſeptem Electoribus ſuis, iudices ſunt idonei, vt ſententiam aduerſus vnius & alterius ſeditioſiſsimi hæretici ferant: ſciãt omnes Prçſides, omnes Iudices, omnes Regum officiarij, ac Rerumpublicarum adminiſtratores, nullo ſe iure in poſterum poſſe quemcumque facinoroſum adiudicare morti. Niſi ſunt iudices apti & conuenientes nonne par eſt, vt ſuas coronas faſceſque demittant; ſua ſceptra, ſericos pileos, purpureas veſtes, adeoq; ipſa tribunalia ſua ſubijciant pedibus Caluinicæ prauitatis Miniſtrorum: ſuaſque leges, decreta, ſenatuſconſulta, Regumque placita ac plebis ſcita mutuentur à Cõſiſtorijs quorundam inſulſorum Miniſtrorum? MIN. Equidem niſi Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Princeps ſummus, competẽtes ſint ſubditorum ſuorum iudices, longe minoris authoritatis Senatu Bernenſi, conſiſtorio Geneuano, quorum ſententia morti adiudicati fuerunt Seruetus Hiſpanus, & Gentitis Italus.

2\. DOCT. Iam oſtendo illos duos hæreſiarchas non propter Euangelicam doctrinam, ſed propter nefarias hæreſes, & alia multa ſcelera iuſte damnatos, ac interfectos fuiſſe. Nam illi palam profitebantur: *Omnia abſoluta neceſſitate contingere: ac proinde nec conſultandum quidquam, nec orandum eſſe pro quacunquere:* quod commentum eſt pluſquam ethnicum ac impium, non Euangelica doctrina. Item aiebant *Nullus eſt Dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt Epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.* Probabant & prædicabant omnes articulos Vvicleff, quorum ſextus erat: *Deus debet obedire diabolo:* Et decimus ſeptimus: *Populares poſſunt ad ſuum arbitrium Dominos delinquentes corrigere, &c.* Dicant nũc Miniſtri veſtri, ſi hæc ſint Euangelicæ ſynceritatis? Si ad reformationem Eccleſiæ pertineant? Quod ſi adfirmare nõ ſint auſi, agnoſcant nobiſcum Huſsitas non pro veritate, ſed pro ſummis impietatibus iuſtiſsime damnatos fuiſſe.

3\. MIN. Rem nouam, ac miram nunc tibi referam. Dominus ac doctor Victor Petrus Cayer nuper miniſter Caluinianus, impræ- A ſentiarum autem conſtantiſsimus Catholicæ religionis aſſertor, quodam typis euulgato libello ex Ioannis Hus operib. collegit Septuaginta & quatuor antitheſes, inter doctrinam eiuſdem Huſsi & Caluinianorũ: vnde patet iſtos illum nec probare nec cõmendare poſſe, quin ſeipſos damnent. DOCT. Quid ad hæc reſpondent tot Miniſtri? tot ſuperintendentes? tot ſeniores? tot conſiſtoria Caluinica? MIN. Ne gry quidem: ſed omnes obmuteſcunt. Sed iam ſatis de impietate doctrinæ, ad mores illorum accedamus.

4\. DOCT. Si credatur libris martyrũ Hugnoſticorũ, probitate vitæ quoſq; probiſsimos ſuperauerunt: ſin vero inſiſtendum B iudicijs eorum qui illos viderunt, intus & in cute cognouerunt, & in Bohemia cum iis conuerſati ſunt, contrariam plane opinionẽ concipiemus. MIN. Quos authores notas? DOCT. Ioannem Przibram, Andream Brodam, & Stephanum Paletzium Boemos, & Huſſo æquales: quique Concilio Conſtantienſi adfuerunt omni eo tempore, quo Hus & Pragenſis aderant. Deinde, Vlricum Richentalium ciuem Conſtantiẽſem, qui Germanice ſcripſit, quæ in eo Concilio acta ſunt, prout oculis ſuis conſpexerat, Dominum Ioannem Gerſonem, qui eidem adfuit à principio C ad finem vſque, Albertum Crantzium in ſua Vvandalia, Thomam Vvaldenſem, Ioannem Niderum, Ioannem de Turrecremata, Vvernerum Vveſtphalum, ac Aneã Siluium in ſua hiſtoria Bohemica. Hi omnes vno conſenſu referunt præfatum Ioannem Hus hortatum fuiſſe ſuos auditores ad diripienda ſacra templa, euertẽda funditus monaſteria, mactandos Monachos, & virgines moniales conſtuprandas, ac omnes perdendos, qui ſuis opinionibus aduerſarẽtur. Quibus de cauſis motus Vvenceſlaus Bohemorum Rex eum proſcripſit, ac è Praga ciuitate metropoli relegauit. Sed ad eam factione D ſuorum reuerſus & admiſſus, ſeditioſis concionibus fecit, vt Cultellarius quidam ciuis lapidaretur, Carmelita extruderetur in fluuium, omnes paſtores Catholici de Eccleſiis ſuis pellerentur, eorum domus expilarentur, multi autem in carceribus enecarentur fame. Idem cum furioſis ſuorum copijs in Senatum contendit, è feneſtris ſeptem Senatores exturbari iuſsit, & cum iis plurimos Catholicos qui in illum locum ſecuritatis gratia confugerant, hos ſuppoſiti ſatellites excipiebant haſtarum atque ſaſſarum mucronibus atque cuſpidibus. Hinc conſum-

pro

Digitized by Google

L.1.c.3. hiſt. Bohemia. Tho. Vualden. opuſc. de Sacram. Gerſon ep. ad Archiepiſ. Pragen. L.4.5. hiſt. Bohem.

pto flammis B. Bernardi Monaſterio, A Corpus Regis ſui Vuenceſlai paulo ante ibidem ſepulti, humo extulerunt, & cum innumeris contumeliis in cloacam demerſerunt. Inde, duce Ziſcha, vi expugnata vrbe Vuratiſlauia, Senatores omnes quos Vẽceſlaus rex cõſtituerat, interemerunt, ac totum Bohemiæ regnum adeo vaſtauerunt, vt Nero, Diocletianus, Turca, nihil deterius, nihil crudelius patrare potuiſſent. Hæc ab ipſis Bohemis qui viderunt, & alijs authoribus Germanicis fide bona referuntur.

4\.

5\. MIN. Ecquis non cenſeret tot ſcelerum & ſcandalorum authorem & ſuggeſtorem acerbiſsimis quibuſque ſupplicijs digniſsimũ B fuiſſe? Sed recenſe quæſo te, quibus modis ac rationibus contra illos inſtitutum fuit iudicium. Hoc enim præcipue Miniſtri omnes exagitant. DOCT. Primo conuocatum fuit Conſtantiæ, ciuitate Germaniæ ad Acroniũ locũ, anno Dom. 1414. cui primo adfuit Papa Ioan. 23. quatuor Patriarchæ, Cardinales 29. Archiepiſcopi 47. Epiſcopi 160. Abbates alijque Antiſtites pene innumeri. Itẽ Sigiſmũdus Imperator, ſeptem Principes electores, plurimaque totius Europæ nobilitate. Ad Synodum palam conuocatus Ioannes Huſs, ne tot principes offenderet, ſuorum-ve declinaret odium, ante quos ſæpe gloriatus fuerat C ſe de concionibus ſuis vbique & quãdocunque reſponſurum. Cum acceſsiſſet, Miſſam de more quotidie celebrabat in quodã hoſpitij ſui ſacello, donec Epiſcopus Conſtantienſis, vt eius loci ordinarius prohibuiſſet. Tum animaduertens ſibi aliam doctrinæ ſuæ reddendam eſſe rationem coram Concilij Patribus, quam ante laicos ſuos Bohemos, quo primum tempore euitaturus eſſet concertationis aleam, delituit in vehiculo Henrici Latrembochi ſub ſtramine, egreſſuſque furtim Conſtantiam, Bohemiam ſuã repetebat donec occurſu quorundam agnitus in ciuitatem reductus eſt. D MIN. Hæc fuga certum erat argumentum, quod diffideret viribus ſuis, diſputationem fugeret, & cõſciæ ſibi mentis ſtimulis acerbe pungeretur. Sed perge vt cœpiſti.

Crantzius l.10. Vandalia c.23.

Richental. hiſt. German.

6\. DOCT. Tum Patres Concilij quatuor viros virtute & doctrina præcellentes deſignarunt, qui cum eo frequenter & placide colloquentes differerent, errores eius emẽdarent, & ſi fieri poſſet, eum ad veritatis & ſalutis viam reducerent. Illi fuerunt Epiſcopus Leodienſis Germanus, Archiepiſcopus Raguſinus Italus, Vrſinus Taluenda Gallus, & Gulielmus Commæus Anglus, Bohemus quidam qui concertationibus adfuit, teſtatur, Huſſum vi rationum & auctoritatum coactum fuiſſe ad confitendum, in Euchariſtia panem in ſubſtantiam corporis Chriſti tranſire, & vinum in ſanguinem. Idem refert Cardinalis de Allyaco: item: eundem de plurimis erroribus palam conuictum, ſed proh pudor? nequaquam emendatum fuiſſe. Vt enim Scribæ & Phariſæi à Chriſto quidem redarguti & conuicti, indurari maluerunt, quam corripi: & Iudas de proditione toties admonitus, in ea tamen patranda induruit: ſic & hic Hereſiarcha in erroribus ſuis obſtinatus manſit & contumax. MIN. Nihil mirum, quoniam Paulus ſcribit: Malos hominns proficere in peius: vixque fieri poſſe, vt ii qui ſemel illuminati ſunt, & ceciderunt, reuocentur ad pœnitentiam. Et de iſtiuſmodi impiis conqueritur Propheta: *Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.* Et Dominus per eundem: *Non inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt, quam patres eorum.* Sic nimirum & Iamnes, & Mambres, & Baalitæ, & Choritæ maluerunt perire in erroribus ſuis, quã redire ad cor. Deinde, Simoniani, Ebionitæ, Marcionitæ, Sabelliani, Arriani, Neſtoriani, & hæreſiarchæ omnes: de quibus mellifluus Bernardus: Nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt: nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiũt: nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubuerſi ſunt: probatum eſt, mori magis eligunt, quã conuerti: Horum finis, interitus: horum nouiſſima, incendium manet.

2.Tim.3. Heb.6. Ierem.5. Ierem.7. Ser.66. in Cantic.

DOCTOR. Coniice à ſequentibus, quãta cum humanitate & prudentia intẽta fuit Actio aduerſus hunc perditum hominem: & perfecte cognoſces quanti calumniatores ſint Miniſtri veſtri. Cum Patres concilij adhuc tantiſper illum reliquiſſent, vt ſeſe colligeret, ac emendatioris conſcientiæ ſtimulis ad meliora excitari poſſet, ſeſsione ſexta, habita, 17. Aprilis, rurſum quatuor præfectos delegarunt ad eum interrogãdũ, & ad meliorem mentem reducendum. Seſſione octaua, hæreſeos condemnati ſunt 45. eius articuli: demum, ſeſsione tertia-decima perſpicientes illum pertinacem, & omnis expertem emendationis atque reſipiſcentiæ, illum declarauerunt eſſe hæreticum, excommunicatum, & dignum, qui ſacris ordinib. exauthoraretur, & Magiſtratui 7.

politico permitteretur: quod & factum eſt anno Domini 1415. Iunij die ſexta. MIN. Equidem nec Heidelbergenſes, nec Bernates, nec Geneuenſes tam matura deliberatione, tamque prudenti conſilio vſi ſunt in ſuis hæreticis caſtigandis, quam patres huius Concilij erga pernicioſum hominem iſtum.

8. *Hiſt. huſſitica. l. 2. p. 110. 111.* Sed ſcire peruelim qua ratione fuit degradatus. DOCT. Omni grauitate & ſolemnitate in tali caſu requiſita. Indutus cunctis Sacerdotalibus indumentis, & manibus calicem præ ſe ferens cum patina, in ampliſsimum ac excelſum theatrum affertur, quo in loco ſeptem Epiſcopi infulis decorati, in totidem cathedris ſedentes, eum expectabant. Oblatum ſibi, rurſum benigne monent, vt errores agnoſcat, ac eoſdem abiuret. Cum nihilominus contumax remaneret, ſacrum calicem illi de manibus eripiunt, caſula, & tunica alba exuunt, in vnaquaque actione, hæc verba pronunciantes: *O Iuda maledicte, quare dereliquiſti conſilium pacis, & iniuiſti conſilium cum Iudæis?* Proferebant & alia huiuſmodi execrationum verba contra diabolum, & aduerſus Apoſtatas, quos ſeducit, poſsidet, agit, & obripit. MIN. Certe non potuiſſent mitius agere cum eo, nec cum maiori iudicio: ex quo ſatis intelligo, quam impudentes ſint Caluiniani, rem aliter referentes. Quid porro ſequutum eſt?

9. DOCT. Et Cum ſic omnibus ſacris veſtibus exutus fuiſſet, alta voce Antiſtites inclamauerunt: Cum Eccleſia videatur ſuo muneri reſpondiſſe, quoad ſpectat ad hunc virum, reliquit eum nunc Curiæ ſæculari, vt illum pro meritis excipiat, Tum Sigiſmundus Imperator præcepit Ludouico Bauariæ Duci, vt eum caperet, captum dedit eum carnifici, qui promiſſam ei comam abraſit, deinde capiti eius longum & procerum pileum chartaceum impoſuit, in quo craſsioribus literis ſcriptum erat, *Hic eſt hæreſiarcha.* Et in hoc ſtatu ductus ad crucem, in eius conſpectu, peſtiferi eius libri combuſti: deinde, palo terræ infixo ligatus, & faſciculis ligneis circundatus. Priuſquam vero ignis illis admoueretur, ſupradictus Dux Bauariæ, Comes Palatinus, & Dominus à Papenhem adequitarunt, vt ſaltem adhuc ſemel ad reſipiſcentiam hortarentur, vitam ei ſaluam promittentes ſi iis acquieſceret. Non minus autem obſtinatus quam Pharao vel Iudas, illico flammis conſumptus eſt, eiuſque cineres in profluentem Rhenum coniecti. Hæc Richardus Rinchental ciuis Conſtantienſis, vt

A propriis oculis vidit, ſcriptis ad poſteritatis memoriã cõſignauit. Habes breuiter omnes errores, omnia flagitia, mores, vitam, & infeliciſsimum exitum Ioannis Huſſ. Huſsitarum anteſignani: quem vides peſtiferum fuiſſe hæreticum, non doctrinæ Euangelicæ profeſſorem: à iudicibus competentibus iuſtiſsime damnatum, & morte multatum, cõtra quod garriunt eiuſdem furfuris Caluiniani Prædicantes, ſatellites, & Miniſtri. Cætera quæ videbuntur perſequere.

B *AERIVS IVSTE DAMNATVS FVIT à Patribus, quod oblationes & preces pro defunctis faciendas negaret: nec à Patribus hoc illi inuidioſe aſcriptum fuit: contra errorem 32. & 33.*

CAPVT IX.

MINISTER.

Parentius & comminiſtri rurſum ſtudent Aerianos iuſtificare ab erroribus, vt odium ac inuidiam conflent in veterum Patrum qui illum coarguerunt & damnauerunt ſanctiſsima capita. Scribunt enim: *Aerianorum condamnatio non ſimplex fuit.* C *Epiphanius dicit Aerium perfecte Arrianum fuiſſe, noluiſſeque ſacrificare, aut orare pro mortuis. Si verum dicit Epiphanius, damnatio eius iuſta fuit, eo quod eſſet Arrianus. Sed ratione aliarum cauſarum, dico eum iniquiſsime damnatum. Attamen quoniam Epiphanius hæreſin dicit iſtam fuiſſe in Aerio, quidam opinati ſunt, hoc per inuidiam impoſitum fuiſſe illi.* DOCTOR. Iſthæc didicerunt à Lãberto Danæo, qui antea in Aerianorum gratiam ſcripſerat: *Si quis ea excipiat, quæ cum Arrianis de Chriſti Deitate ſenſiſſe fingitur potius quã probatur Aerius nihil erit, quod iuſte in illius dogmate meritoque reprehendas.* Quæ ſequuntur, D criminationes ſunt aduerſus Epiphanium, & alios qui tum in Eccleſia pietate & doctrina florebant, ſanctos Epiſcopos. MIN. Quid tu ad hæc reſpondes?

Vide ſup. l. 8. c. 12. — *Inſtruct. Gallican. pag.* — *In lib. Auguſt. de hæreſ. c. 53. fol. 140.*

DOCT. 1. Conſentimus Aerium etiam Arrianum fuiſſe: & eã ratione iuſte damnatum & proſcriptum à Chriſtianorum communione. Sed quænam eſt impudentia hominibus iſtis recenter natis, in dubiũ reuocare, num ſanctiſsimus, doctiſsimus, antiquiſſimus Eccleſiæ doctor Epiphanius verum dicat & ſcribat de Aerio? Nonne eſt illum ſuſpectum reddere mẽdacij, fraudis, impoſturæ? *Confutat. 1.*

Digitized by Google

ſturæ? Atroci eum afficere contumelia? Sanctos Dei reprobare, vt cacodæmonis mancipia iuſtificent? Quis veterator, ac peſtifer hæreticus, qui non poſsit eodem pacto excuſari? Quid obſtabit, quominus exſurgant, qui in dubium reuocent, quidquid Patres de Sabellio, de Arrio, de Neſtorio, de Pelagio, de Donato, & ſimilibus, ſcripto reliquerunt, vera ſint nec-ne: Num quæcunque de cunctis aliis hæreticorum ſectis ſcribit idem Epiphanius fictitia, & per inuidiam tributa & adſcripta fuerint? MIN. Eſt id quidem certe cunctis veteribus hæreticis aditum patefacere: & quidquid aduerſus illos decreuit ſancta & docta antiquitas ſubuertere.

2. DOCT. Animaduerte etiam quæſo te, iſtorum hominum impudentem arrogantiam. Aſſumpta namque alicuius maximi Præſidis, aut ſummi Philoſophi Pythagoræ perſona, audacter dicunt, iudicant, & de tribunalibus ſuis pronunciant: quaſi eorū ſententiæ vniuerſus orbis ſubiaceret, omnes deberent ſubſcribere, omnes ſolis eorū verbis fidem adhibere. Aiunt ergo iniquiſsime à ſanctis Patribus tam Græcis quam Latinis Aerium damnatum, ſi cætera præ Arrianiſmo conſiderentur. Patiantur ne hac in parte me illis ſatisfacientem iiſdem verbis, quibus eorum Beza ſatisfacit alicubi Heſshuſio aliquibuſque aliis Lutheranis: *Parcite nobis Domini Miniſtri aſini, ſi verbis veſtris non credimus, neque obtemperemus vobis rudentibus, quaſi Deo certiſſima oracula ſua reddenti.* Sic iſti multa proponunt, ſed nihil probant. Mendacia inurunt frontibus veterum ſanctorumque patrum Epiphanii, Auguſtini, Damaſceni, Iſidori, Bernardi, ſed fidem non habebimus verbis eorum, donec veriora pronuntiant. *Cyclops.*

3. Iam vero tertiā impudentiam Miniſtrorum obſerua. Petunt vt S. Epiphanius, *probet hanc hæreſin extitiſſe in Aerio:* & ſatis ſibi feciſſe videntur ſola iſta diſquiſitione, quod Aerius fuerit iniuſtiſsime condamnatus. Nolunt fidem habere antiquiſsimo patri Epiphanio adfirmanti, & volunt ſibi credi negantibus. Id conſtanter teſtati ſunt de Aerio Epiphanius qui cum eo diſſeruit, conſenſerunt ante plurima ſæcula Auguſtinus, Philaſtrius, Damaſcenus, Nicetas, Iſidorus: & in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Negant nunc temporis duo Miniſtelli, quibus potius credendum? MIN. Non eſt æquum ſane, vt verbis cuiuslibet nebulonis rem teſtatiſsimam negantis fides habeatur, aut credatur dicenti, *Aio tales aut tales fuiſſe iniuſtiſſime condamnatos: Aio inuidioſe illis crimina impoſita: Aio, non ſufficienter conuictos: Aio, iudices aberraſſe:* alioquin nullus hæreſiarcha, nullus latro, nullus homicida aut facinoroſus, iuſte diceretur damnatus. Nihil enim eſt tam ſanctum, quod improbi non profanent: tam verum, quod non inficientur: nihil tam conſtans ac firmum, quod his artibus & arietibus non quatefacere & commouere poſsint.

Deut. 19. Matth. 16. Ioan. 2. Heb. 10.

DOCT. Non dubium, quin longe aliter iudicaſſent & locuti fuiſſent veſtri Miniſtri: ſi fontem ipſum, id eſt, proprium Epiphanii ſcriptum conſuluiſſent. Ille enim ſcripſit de Aerio tanquam ſibi coetaneo, cum quo ſæpe collocutus ore ad os diſſeruerat, taleſque hæreſes prædicantem & aſſerentem audiuerat: certū ac euidens argumentum, quod ipſum audiuerat beſtiam ſua verba reſonantem, quodque teſtis erat auritus & oculatus. Nam ſemel & iterum profitetur: *Hic Aerius in hunc vſque diem viuit in carne, & supereſt.* Quod vero cum illo verbis conſeruiſſet, indicans ſubdit: *Erat ipſi ſermo furioſus, magis quā humanæ conditionis.* Suſpicatur ergo quid in eo Satanici: quale Lutherus & Zvinglius de ſeipſis aſſeuerant. Sed & verba quibus ille vteretur recitat, hæc nimirum: *Qua ratione poſt mortem nominatis nomine mortuorum? Quid profuerit mortuis?* Quaſi videlicet, huiuſmodi Aeriani & veteres, & noui ſentirent omnia per mortē extingui cū corpore. 4. *Contra Aerianos.*

Et vt illi qui cum Aerio vixerunt, collocuti ſunt, pro certo teſtes ſunt locupletiſsimi cuiuſmodi fuerunt eius ſententiæ, opiniones, errores: certum eſt, quod Epiphanius vera, non ſuppoſititia ſcribat. Ait enim rurſus de illo: *Aerius adhuc hodie ſupereſt. Multa contra Eccleſiam docuit, fide quidem Arrianus: verum amplius docet, Non oportere offerre pro iis, qui obdormierunt.* An non ergo ſumma rurſum, & vere Miniſtrica & Caluinica impudentia eſt, aſſerere Epiphanium alioſq; ſanctos patres, hoc illi per inuidiam tribuiſſe? Ecqua de cauſa inuidiſſent illi Epiphanius, Auguſtinus, Damaſcenus, illi inquam, omnium abiectorum abiectiſsimo mancipio? Infelici hæreſiarchæ, celeberrimi & clariſsimi Doctores ac Epiſcopi? Illi barbaro, exuli, excommunicato à ſuo Epiſcopo Euſtathio, etiam Arriano? Cuius bono, qua-ve ratione inuidioſe & falſo has hæreſes tribuiſſent illi Aſiatico, Auguſtinus ex Africa, Damaſcenus ex Syria, Iſidorus ex Hiſpania, Epiphanius 5. *Anacephalæoſi.*

Digitized by Google

ex Cypro? MIN. Nec verum eſt, nec ſimile vero, ſed Miniſtri pudore confuſi quod horum Author tanto ante tempore, ab omni Eccleſia damnatus ſit, his calumniis, fucis, atque fictionibus, velut ficorum foliis pudenda ſua conantur contegere.

SANCTVS IO. DAMASCENVS excellens & ſyncerus doctor fuit, & in lucem edidit librum de hæreſibus: contra 34. & 35. errorem Hugnoſticum.

CAPVT X.

MINISTER.

Inſtruct. pag.... QVando obiicis illis authoritatem B. Io. Damaſceni, reſpondent: *Damaſcenus fuit valde impurus. Eius liber de Hæreſibus nō reperitur in libris impreſſis Baſileæ per Henricum Petrum.*

Cōfutatio 1. DOCT. Non potius tibi miſerandum, quam mirandum videtur, hos Miniſtros vix poſſe duas lineas ſcribere, quin vel opprobria ructent, vel impudenter mentiantur? MIN. In quo accuſas eos mendacii? DOCT. In eo quod in libris B. Damaſceni ab eodem Henrico Petro impreſsis Baſileæ 1559. p. 456. vere occurrit ille ipſe liber de hæreſibus, quē extare negant veſtri Miniſtri: eſtque è Græco in Latinum ſermonem conuerſus à Ioachimo Perionio: & in pag. 462. illius, ſunt hæc verba de Aerio: *Adiecit quædam de ſuo, negat enim quidquam offerendum eſſe pro mortuis.*

2. MIN. Nunquam profecto in animum induxiſſem meum, Miniſtros tam reformatos, tam Euangelicos, tamque Apoſtolicos, auſos fuiſſe tam aperte repugnare veritati. Nunc, nunc abunde perſpicio, omnes illas quas efflabant gloriolas de peruolutis Lugdunenſibus, Geneuenſibus, Baſileenſibus, Italicis, & Germanicis Bibliothecis, meras eſſe gerras, & vanitatum vanitates. Si enim verum protuliſſent, illū Damaſceni librum comperiſſent: nec vnquā conati eſſent eum nunc reddere ſuſpectum. DOCT. Adiicio adhæc, quod ſi tantum Pariſienſium Bibliopolarū officinas perluſtraſſent, offendiſſent primo intuitu B. Damaſceni opera, impreſſa apud Gulielmum Calderium anno Domini 1577. & in his Librū de hæreſibus à fol. 462. vſq; ad 469. Et ſi legiſſent huius ſancti Doctoris Epiſtolam liminarem in librū ſuum, De Dialectica, in ea didiciſſent eundem repromittere ſe ſcripturum de hæreſibus. Denique, ſi vel tantum relegiſſent, quæ Lambertus Danæus comminiſter edidit in librū

A beati Auguſtini de hæreſibus, reperiſſent hunc eundem librum Damaſceni, quem negant, plus quadragies citatū, velut ſcriptum & vulgatum ab eodem ſancto patre & doctore. MIN. O miſeri Hugnoſtici! Qua in capitis parte defixos habetis oculos? Qui patimini vos duci à tam cæcis? Aures commodatis tam ignaris, fidē habetis tam mendacibus? Ac æternam animarum veſtrarum ſalutem committitis tam perditis hominibus?

DOCT. Quam aperte mentientur acce- 3.
piſti, nunc quam ſint contumelioſi mecum expende. *Damaſcenus* (inquiunt) *eſt valde impurus.* Quæ ſunt huius accuſationis argumē-
B ta? Vbi probationes? Hi octaui Græciæ ſapientes tantæ ſe putant authoritatis, vt ſibi perſuadeant verum eſſe, quod dixerint. Sed ſi ſatis eſt accuſaſſe, quis innocens, & culpa liber? Solum dixi, *Caluinum & Bezam eſſe ſectarum magiſtros:* & exclamant Miniſtri & ſatellites, *Crimen dignum, quod à ciuili Magiſtratu plectatur.* Vocant hunc antiquum ſanctumque Doctorem, *Valde impurum,* id eſt, ſceleratum, contaminatum, obſcœnum: non & ipſi digniſsimi ſunt, qui pœnas à Magiſtratu ſubeant? MIN. Equidem apud Terentium, & Tullium, *Impurus,* eſt contaminatus, ſpurcus, improbus, ſceleratus, impudicus, &c.

C DOCT. Pro confutatione tantarū contumeliarum, Miniſtros tantum, rogo, vt vitam ipſius Damaſceni ante quingentos annos per Io. Patriarcham Ieroſolymitanum collectā perlegere non dedignentur. Comperient hunc ſanctiſſ. doctorem, etiam à prima iuuenta nō vulgari doctrina, ſanctimonia, in defendenda religione Chriſtiana aduerſus Saracenos, ac omnium ſectarum hæreticos, mirabili conſtantia in Oriente effloruiſſe. Ad hæc dono miraculorum, pro patientiæ, humilitatis, perpetuæ continentiæ, paupertatis euangelicæ, ac ſummæ pietatis in Deum, mercede illuſtratū claruiſſe. Tum, opinor, pudore correpti, contorta aduerſus tam pium Dei ſeruum opprobria reuocabunt, de iiſdemq; eos pudebit atq; pigebit.

D Sin vero vitam & mores eius non improbent, ſed *impurum* vocent propter doctrinam: quibus argumentis iſtud euincunt? Si dicant impuram eſſe doctrinam propterea quod adfirmet Offerendum & orandū pro defunctis aduerſus Aerianos: item, quod doceat vſum & venerationem ſacrarum imaginum: nonne incidunt in id ratiocinandi vitium, quod dicant, Petitionem principii? Nonne doctrina iſta communis eſt illi cum

4.

5.

cum tota ſanctaque antiquitate? Cur igitur hic magis *impurus*, quam Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Baſilius, qui & eaſdem tutantur ſententias? Quis porro ante Damaſcenũ & breuiori, & faciliori methodo vniuerſam Theologiam complexus eſt, quam ille quatuor libris de fide orthodoxa? Quis felicius dicta veterum Sanctorum digeſsit, quam iſte in Parallelis? Quanta ſubtilis ingenii argumenta, in ſua Dialectica & Phyſica? Quam lecta eſt eius poeſis in verſibus & canticis! Ecquis vnquam *impuritatis* eum coarguit ante iſtam omnibus modis vere impuram Caluinicam miniſtralem progeniem?

6. MIN. Equidem Illyricus, VVigandus, Iudex Lutherani Miniſtri ac Centuriatores longe honeſtius de illo ſenſerunt & ſcripſerunt, his verbis: *Commendatur ab humilitate, & à vita monaſtica exercitiis, quod omnia bona ſua deſeruerit, & in pauperes diſtribuerit, & quod ex Zelo diuino inuectus ſit in imaginum contemptores, &c.* Et paulo antea celebrant eum ab ingenii velocitate, aſsiduo ſtudio: & quod breui tempore didicerit Grammaticã, Dialecticam, Philoſophiã moralem, Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, & Aſtronomiam. Agarenicas literas non ignorauerit, & ſcripta patrũ diligenter legerit. Itẽ, quod pro doctrina Chriſtiana egregie pugnauerit cõtra Monothelitas, Monophyſitas, Iconoclaſtas, & Mahometanos ſui temporis hæreticos, vt patet ex libro eius de centum hæreſibus. Fatentur rurſum Centuriatores, illũ Germano Conſtantinopoleos Epiſcopo, Coſmæ Mahumeno Epiſcopo: & Ioanni Laodicenſi, familiarem fuiſſe, & Stephano: atque Synodum Nicænam ſecundam eum prædicaſſe: quibus eum & à calumniis Caluinianorum prorſus liberant, & librum de hæreſibus edidiſſe teſtificantur. Atque de hoc ſatis, de re alia dicamus.

Cent. 8. col. 830. — *Col. 827.* — *Col. 828.* — *Cent. 8. col. 830.*

FALSVM ESSE QVOD OMNES *doctores Eccleſiæ ſimul; & ſæpe errauerint: & quod Eccleſiam in errorem induxerint: aduerſus* 36. 37. & 38. *errorem Hugnoſticorum.*

CAPVT IX.

MINISTER.

IAm Parentius & congerrones ora ſua aperiunt in cœlum, & inflatis buccis concrepant, *Omnes Eccleſiæ paſtores, vna coniunctos ſe-*

Inſtructionis Gallica, p. 31. 32. 33.

A *piſsime erraſſe, ac Eccleſiam à recto veræ religionis itinere abduxiſſe*: & has ſuas opiniones probare nituntur Iſaiæ, Oſeæ, Petri, Pauli, & Ioannis authoritatibus.

DOCT. In promptu eſt oſtendere iſthæc falſiſsima eſſe, & obiecta plane refellere. Confut. 1.
Primo enim omnia argumenta, quibus paulo ſupra oſtendimus Concilia generalia errare non poſſe in definiendo de fide & moribus, tam propter præſentiam Spiritus S. omnem veritatem ſuggerentis: cum propter Chriſti ſponſi Eccleſiæ omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi aſsiſtentiã, & certiſsimam promiſsionem quod *portæ* B *inferi non præualebunt aduerſus eam*, quodque *non deficiet fides eius*, ſed permanebit ſemper, vt ſtabilis & tuta columna veritatis, &c. omnia inquam hæc argumenta eadem opera peruincunt omnes Eccleſiæ paſtores & doctores, ex quibus conflantur eadẽ concilia, à rectæ fidei doctrina nunquã aberrare poſſe.

Ioan. 14. — *Matth. 16.* — *Luc. 22.* — *1. Tim.*

2. Secundo, nulli vnquã hæreſiarchæ probauerunt, nec in æternum oſtendere potuerunt aliquem omnium patrum conuentum, à ſede Apoſtolica probatum erraſſe in his, quæ ad fidei & bonorum morum rationem pertinent: quandoquidem huiuſmodi conſenſus mirabilis aliud non ſit, quam oracu- C lum ſpiritus ſancti, qui tantæ multitudinis facit eſſe cor vnum & animam vnam. Atq; ſic hæreticorum Caluinianorum generatio praua & adultera, omni Chamo deterior, nõ verenda patrum, ſed honeſta, decora, & ſancti Spiritus mirabilia in eis opera ſubſannat, calumniatur, & damnat. E contrario, Miniſtri, & ſatellites hæreſeôn eiuſdem nationis, linguæ, idiomatis, nunquam adhuc potuerunt inter ſe conuenire, & talem concentum emittere in omnibus ſynodis, & colloquiis, quæ in hunc finem conſtituerunt. MIN. Reapſe nunquam Lutherani potuerunt de articulis inter ſe, aut cum Caluinianis, aut D cum Anabaptiſtis concordare in Colloquiis VVittebergenſi, Altemburgenſi, Malbrunenſi, Frankentalenſi, Monbelgartenſi, &c. In colloquio Poeſtiero Petrus Vermilius aliam confeſsionem fidei de Euchariſtia fecit, quam Beza, & alii Caluiniani Miniſtri. In his quoque noſtris Dialogis euidenter cernimus Caluinum fere ſemper ſibimetipſi contrarium, Bezam ab illo ſæpe diſsidentem, miſeroſq; iſtorum diſcipulos, & à præceptoribus, & à ſemetipſis frequentiſsime & turpiſsime diſſentire. Quocirca ſicut inter iſtos viget ac imperat ſpiritus vertiginis & ſchiſ-

Actor. 4. — *Gen. 9.*

Digitized by Google

& ſchiſmatis: ita manifeſtum eſt inter ſanctos patres Eccleſiæ Catholicæ ſemper adeſſe Spiritum pacis, vnitatis, & veritatis, qui illos in vniuerſum errare non ſinit.

3. DOCT. Fatemur ingenue illorum quoſdam in ſingulares, minuſque probandas opiniones incidiſſe, vt Papias, Tertullianus, Origenes, Arnobius, Lactantius, &c. ſed in iis à communi aliorum concentu diſcedentes, à ſequentibus notati ac emendati fuerunt: nemo autem probabit omnes ſimul, aut ſemel erraſſe in iis in quibus vnanimiter conueniunt: tantum abeſt vt ſæpe id contigerit, vel (quod longe deterius eſt) vniuerſam Eccleſiã in errorem induxerint. Prodeat audaciſsimus Miniſtrorum, qui ſuis viribus ac ſtudiis fretus de hoc contendat mecum: ego diuina fretus ope, audebo peruincere illum vel calumniatorem eſſe, vel probationis loco id aſſumere quod probare debebat, vel ſuis cœptis omnino defuturum.

4. His etiam addo, quod ſicut illi ſemper habiti ſunt legitimi Eccleſiæ Catholicæ filii, qui ſcripturas ſacras interpretati ſunt ex ſenſu & conſenſu ſanctorum patrum, traditiones Apoſtolicas admiſerunt cum ſanctis Patribus: crediderunt, docuerunt, ac vitam in finem vſq; egerunt ex diſciplina & inſtitutione ſanctorum patrum: ſic è contrario, pro hæreticis, ſchiſmaticis, & perditis hominibus iudicati, qui diuerſam & repugnantem ſententiam amplexi & ſecuti ſunt. Hoc ipſum confirmo grauiſsimis exemplis & teſtimoniis. Irenæus martyr velut digito ſignans omnium hæreſeon fontes, ait Gnoſticos aſpernatos eſſe patres, autumantes *ſe eſſe illis doctiores, traditiones contempſiſſe patrum, ſeq; etiã ipſis Apoſtolis prætuliſſe.* Annon & in lapidem iſtum hodie impingunt Hugnoſtici? MIN. Certe Aurifaber Lutherum ſuum, excepto vix Paulo, cunctis præfert Apoſtolis, dicens: (Sympoſiacis.)

Chriſtus habet primas, habeas tibi Paule, ſecundas:

Aſt loca poſt illos proxima Luther habet.

Et Lutherus ipſe, nec Angelos volens habere doctrinæ ſuæ cognitores, multominus Apoſtolos, Euangeliſtas, vel Prophetas admiſiſſet. DOCT. Beza etiam neminem omnino excipiens ſcribit: *Caluino nemo docuit doctius, &c.* tantum abeſt, vt ſanctis, priſciſque patribus, conciliis, aut traditionibus Apoſtolicis aliquid detulerint. (*In vita Caluin. Lib. Icon.*)

5. DOCT. Euſebius dicit hæreſin Pauli Samoſateni natam, quod contra doctrinã Eccleſiaſticam habebat opinionem. Theodoretus & Caſsiodorus etiã referunt, Arrium & Arrianos contra Deitatem filii caſtra conſtituiſſe, quoniam nec Priſcorũ quempiam dignantur ſibimet comparare, &c. Conqueritur S. Baſilius, quod Eunomius nulla in re vellet patribus cedere, nec eorum ſcripta reuereri, qui ab initio in Eccleſiis floruerant. Et Socrates teſtatur, Neſtorium veritatem deſeruiſſe, quod Veterum interpretum libros verſare noluerit. Vigilius martyr ſcribit, Eutychen damnandos errores excogitaſſe, quia arroganter repudiabat ſententias Patrum, vt ſuas induceret. Ac vt paucis plurima complectar, Vincentius Lyrinenſis eadem refert de Origene & Pelagio, Lanfrancus de Berengario, Bernardus de Abaillardo, VValdenſes de Huſſo & VVicleffo, &c. (*Lib. 7. hiſt. c. 12. L. 1. hiſtor. tripar. c. 14. L. 1. cont. Eunom. L. 1. hiſt. c. 31. L. 1. contr. Eutych. L. de prof. Nou. Epiſt. 190.*)

6. MIN. Hæc ſatis oſtendunt omnium hæreſum originem eſſe eam philautiam, qua Authores ſeſe ſupra ſanctos patres efferunt, ſcripta, ſenſaque contemnunt: vnde conſequitur, horum contemptores à Deo derelictos in manibus patris mendacii, vt eos in omnem errorem ac perditionem præcipitet: & ea propter à cunctis bonis viris patres ſectandos eſſe, vt peritos ac ſecuros viæ, virtutis, & veritatis duces, ſi noluit à ſalute excidere. Eam ob rem puto illos in ſacris litteris dici, Paſtores populum paſcentes ſecundum cor Domini. Cuſtodes conſtituti ſuper muros ſpiritalis Ieruſalẽ. Filii pro patribus, id eſt, Apoſtolis, conſtituti Principes ſuper omnem terrã. Hi poſuerunt terminos, quos non licet tranſgredi: hos poſuit Spiritus ſanctus rectores Eccleſiæ, quam Chriſtus redemit ſanguine ſuo. Denique, ſunt præpoſiti qui nobis locuti ſunt verbum Dei, quorum exitum intuentes, fidem iubemur imitari: Quocirca, aſſerere omnes ſimul, & frequenter erraſſe: inſuper, & quaſi conſilio præmeditato, totam Eccleſiam in errorem induxiſſe, contumelias puto nunquam ferendas, vtpote quæ in Spiritum ſanctum, & Chriſtum ſponſum Eccleſiæ referuntur. (*Ezech. 34. Iſa. 62. Pſal. 44. Prou. 22. Actor. 20. Heb. 13.*)

7. Sed quid vis quæſo, vt agat miniſtralis turba, quamuis ſe victã videat, & plurimorum iudiciorum ſeueritate vinctam ſanctorum patrum: nolit tamen à verbis ſenſiſque magiſtri in quæ iurauit, Caluini recedere? DOCT. Velim vt gloriam darent Deo, & à ſanctiſsimo veritatis eius Spiritu vinci ſe paterentur, & deſertis erroribus, eandem nobiſcum fidem ac Eccleſiam Cath. agnoſcerent, amplecterentur, ſeruarentur. Hæc namque eſt illa, quam ſancti patres illi propaga-

pagarunt, rexerunt, defenderunt, & continua ſucceſsione ab Apoſtolorum temporibus ad hæc vſque direxerunt, & magna fide poſteris tradiderunt. Hæc eſt in qua Chriſtus poſuit Prophetas, Apoſtolos ac Euan- *Epheſ. 4.* *1.Cor.12.* geliſtas ſanctarum ſcripturarum authores: inſuper, dedit Paſtores, Doctores, interpretes, ſermones, gratias curationum, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem filii Dei in virum perfectum, & non ſimus paruuli fluctuantes ad omnem ventum doctrinæ. MIN. Eſt illud ſane eximium diuinæ prouidentiæ argumentum erga populum ſuum, vt poſtquam contulit ei ſacras veteris & noui Teſtamenti tabulas, eidem præterea dederit Doctores ac interpretes, quorum coniunctis ſenſibus ac interpretamentis, & poſsimus, & debeamus tuto acquieſcere: iis procul reiectis, quibus hæretici eas deprauant, lacerant, ad ſuam & aliorum perniciem corrumpunt.

8. DOCT. Attende quæſo, & illud valde abſurdũ, quod ſequeretur, ſi patres omnes & ſimul, & frequenter (vt gannit Miniſter) Eccleſiam aberrare feciſſent. Nimirũ, quod *Ioan. 10.* Deus qui illos dedit verborum ſuorum in- *Matth. 23.* terpretes, gregis ſui paſtores & rectores, iuſſitque vt quæcunque dixerint audiamus, ſeruemus, & faciamus, vtpote qui ſedeant ſuper cathedras Apoſtolorum, author huius erroris haberetur. Cæcos enim duces, & præcones non tam mutos, quam mendaces præbuiſſet, qui vnice dilectam ſponſam ſecum in æternæ perditionis foueam præcipitarent, & gregem rapacibus lupis lacerandum, mactandum, & perdendum, data opera exponerent ac proſtituerent. Blaſphemia prorſus non toleranda.

9. MIN. Num etiam inferiorum ſæculorum Patres, ſuperiorum ſcriptis ac interpretationibus adhæſerunt? DOCT. Non ſolum adhæſerunt, ſed & eorum conſentientes de re controuerſa ſententias hæreticis cõſtanter obiecerunt, vt patet ex actis Concil. Nicæni, Chalcedonenſis, Epheſini, & Conſtantinopolitani, quibus ſe ſtare, ac vtinam vere non ficte Caluiniani profitentur. *Actor. 4.* Trecenti Patres in ſexto generali Concilio, palam citant Ambroſium, Auguſtinum, Chryſoſtomum, Athanaſium, vtrunque Gregorium, Leonem, Flauianum, ac illorum concordantibus ſententiis Monothelitas ſolide refellunt, & dogmata Catholica

A communiunt. MIN. Ergo credebant eos omnes ſimul nec errare, nec Eccleſiam à rectæ fidei tramite diſtrahere poſſe.

DOCT. Ad Latinos me conuerto. D. 10. Auguſtinus adducens aduerſus Pelagianos *L.1.cont. Iulian. Pelag.* Irenæum; Cyprianum, Reticium, Olympium, ſemel & iterum Hilarium, Baſilium, Innocentium, Chryſoſtomũ, Ambroſium, Gregorium Theologum, & Hieronymum, concludit illos debere ſuffundi pudore, cũ tot ſacris Authoribus contradicunt: ac erroribus ſuis cedere, ſi vllus in eis vel Dei timor, vel hominum pudor ſupereſſet.

Idem ab initio libri ſecundi aduerſus Iu- 11. B lianum, promittit ſe euerſurum omnes Pe- *Lib. 2.* lagianorum machinas, ſententiis Epiſcoporum, qui ſcripturas ſanctas ingenti gloria tractauerunt. Deinde, poſtquam decies & octies citauit S. Ambroſium, quater S. Cyprianum, ter S. Gregorium, Hilarium, Irenæum, Baſilium, Innocentium, Chryſoſtomũ, & alios: colligit tam beatos Patres, tam eruditos Epiſcopos, talia Dei templa, talia Spiritus ſancti oracula, talia domus Dei lumina, iudices eſſe idoneos earum, quæ de fide oriuntur controuerſiarum, cum ante ipſas ex hoc ſæculo migrarint, nullo ſingulari ſtudio elati in illos potius quam in iſtos.

C Initio autem tertii libri aduerſus eundẽ, 11. profitetur, quod niſi cedat tot, & tam eru- *Lib. 3.* ditorum Doctorum authoritati, qui tanto cum fructu laudeque rexerunt Eccleſiam Dei, ſed audeant dicere, eos erraſſe, ſeſe exhibebunt homines impudentes, frontis perfrictæ, contumelioſos, & contumaces hæreticos, &c. Quod igitur ſtatuiſſet iudicium aduerſus infœlices iſtos, quos non pudet ſcribere, *Omnes vniuerſæ Eccleſiæ Paſtores & Doctores ſimul, & ſæpe erraſſe, ac Eccleſiam in errorem induxiſſe?* Quique non horrent ſuis contumeliis vexare, tot millia virorum Apoſtolicorum, Martyrum, Antiſtitum, Docto- D rum, omnibus linguis & diſciplinis peritorum, miraculis & aliis Spiritus ſancti donis clarorum virorum, quos

Aureo nunc ſolio ſtillantis regia cæli
Accipit, & numerum Diuorum altaribus augent?

MIN. Contradicat, & Spiritui ſancto 12. repugnet quiſquis voluerit: ego ſtatui & ſcripturas interpretari, & fidem, moreſque ad normam ſanctiſsimorum Patrum formare propiuſquam potero, & in hac pietate religioneque de hac vita ad meliorem commigrare. Multo etenim ſecurius cum tam mul-

multis, fidiſsimis Dei ſeruis Chriſto pro tribunali vniuerſos ſecundum opera ſua iudicanti, aſtabo: quam in conſortio Aerii, Vigilantii, Iouiniani, Berengarii, Huſsi, Lutheri, Zvvinglii, Caluini, Serueti, Bezæ, & aliorum quoruncunque hæreſiarcharum. Supereſt nunc vt ſatis facias argumentis, quibus errores ſuos fulcire nituntur; tum cauſa perorata manebit.

13. Primum conficiunt ex iis Iſaiæ verbis: *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti nō valentes latrare, videntes vana, dormiētes & amantes ſomnia.* Addunt & alia verba quædam Oſeæ, fere ſimilia. DOCT. His primo reſpondent etiam horum comminiſtri, Muſculus, ac Oecolampadius, dicentes, illa dicta eſſe contra ſpeculatores ſeu excubitores murorum ac turrium, qui tempore belli non ſatis in his vigilabant, de quibus ait etiam Ezechiel: *Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non cecinerit buccina, &c.* Secundo, ſi magis placuerit allegoria, ſeu tranſlatio ad præfectos paſtoreſque Synagogæ, reſpondeo hæc verba referenda eſſe ad partē tantum illorum: nō autem dici de cunctis in genere. Nam cū ſanctus Ezechias, ſanctuſq; Iſaias, & alii plurimi pii adhuc & in ſacerdotio, & in populo ſupereſſent, excipi ab vniuerſa illa reprehenſione intelligi oportet. Veluti cum dicitur, *Omnis caro corruperat viam ſuam*, Noe cum familia ſua excipiendus eſt. Item: *Omnes auaritiæ ſtudent. Omnes auaritiam ſectantur*, demendi ſunt & Ieremias, & Baruch, & Ioſias, & alii permulti, &c. Reſpondeo tertio, quod cum Paſtores & Doctores Synagogæ nondū haberent promiſsiones de perpetua Spiritus S. ſuggerentis omnem veritatem aſsiſtentia; nondū, *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*; quas expreſſas, & frequenter repetitas habet Eccleſia Chriſtiana & Catholica: non mirum ſi non ſemel à vero rectoque Iudæi aberrauerint.

Iſa. 56. — Oſe. 9. v. 8. — Comment. in Prophet. — Gen. 6. — Ierem. 6. 8. — Ioan. 14. — Matth. 16.

14. MIN. Obiiciunt deinde hæc Petri verba: *Fuerunt pſeudopropheta in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces qui introducent ſectas perditionis, &c.* Et hæc B. Pauli, *Reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquā ſit Deus.* Et hoc B. Ioannis: *Multi pſeudopropheta exierunt in mundū, &c.* Ergo beati Patres omnes ſimul & frequenter errarunt. Ergo data opera vniuerſam Eccleſiā Chriſtianam à recto fidei tramite abduxerunt. DOCT. Non tantum inepta & inſulſa, ſed & impia conſecutio. Sed aduerte Comminiſtrorum ſummam peruerſitatem & malitiam. Quæ vere & appoſite prædicta fuerunt de Gnoſticis, Manichæis, Arrianis, Neſtorianis, Pelagianis, Donatiſtis, Vigilantianis, Aerianis, aliiſque tam veteribus quam recentibus hæreſiarchis; adeoq; de horum nouiſſimo rege & capite, cui ſtrenue militant omnes, Antichriſto, transferunt ad Diſcipulos & ſucceſſores ſanctorum Apoſtolorum: & quidquid à Spiritu ſancto de infeſtiſsimis hoſtibus Eccleſiæ Catholicæ, vi rapiunt & contorquent ad fortiſsimos Martyres, & ſapientiſsimos Paſtores & Doctores, qui cruentiſsimis mortibus & doctiſsimis ſcriptis religionem Chriſtianam propagarunt, vindicarunt, fœliciſsime gubernarunt & docuerunt. MIN. Reuera maxima improbitas & nequitia eſt, ea tribuere fidiſsimis Chriſti ſeruis, ac Eccleſiæ patribus ſanctis, quæ ad apoſtatas, abnegatores & perfidos hæreſiarchas pertinent. Accommodare S. Clementi, Ignatio, Dionyſio, Polycarpo: quæ de Simone mago, Ebione, Cerintho, & Carpocrate reuelata ſunt. Adſcribere Irenæo, Iuſtino, Cypriano: quæ Spiritus Dei prædixit de Marcione, Valentino, Nouato & Donato peſtiferis hominibus. Tribuere Athanaſio, Baſilio, Nazianzeno, Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio: quæcunque præſagierunt Apoſtoli de Arrio, Eunomio, Neſtorio, Pelagio, Iouiniano, Vigilantiano, ſimilibuſque Eccleſiæ Catholicæ deſertoribus. Sed mittamus hæc, & ad alia tranſeamus.

2. Pet. 2. — 2. Theſſ. 2. — 1. Ioan. 4.

QVINQVE PRIORA CONCILIA generalia nunquam errores Caluinianorum probarunt, ſed plurimos reprobarunt, ideoque non vere, ſed ficte aiunt ſe ea admittere: contra errorem 39. 40. 41. 42. 43.

CAPVT XII.

MINISTER.

POſtea quam Parentius & Comminiſtri, ſuis cōtumeliis, pro viribus & ſacra Concilia, & beatos Eccleſiæ Patres deformarunt, ſuggillarunt, & abnegarunt; nunc more proditoris Iudæ, in gratiam cum illis redire, oculoſque eorum diſſauiari velle ſe egregie ſimulant, & doctrinam (quaſi à partibus illorum ſtarent) ſuſcipere fingunt. Scribunt enim: *Concilia generalia veneremur, ac obtemperare eis volumus ac ipſimet Deo nobiſcum loquenti,* illud

In Inſt. Gallica, fol. 32. 33.

illud ſequentes quod Chriſtus dixit Apoſtolis ſuis, A
Qui vos audit, me audit. Tale fuit Concilium Ieroſolymitanum, regnante Claudio Imperatore: Nicenum ſub Conſtantino maximo: Conſtantinopolitanum ſub Theodoſio magno: primum Epheſinum ſub Theodoſio iuniore. Chalcedonenſe ſub Marciano Imperatore, & multa alia. Eadem
L. 4. c. 9. §. 8. fere ſcribunt Caluinus in Inſtitut. Beza in Confeſsione, & proteſtantur omnes Hugnoſtici in publica fidei ſuæ Confeſsione.

Cõfutatio 1. DOCT. Ego vero luce clarius oſtendo, & hos Prædicantes ſuis authoribus turpiter repugnare, & eorundem errores plurimos in his Cõciliis reprobatos & damnatos fuiſſe, noſtra vero catholica dogmata confir- B
L. de conciliis. mata. Lutherus namque in primis ſcribit: *Non obtemperandum eſſe illi concilio Ieroſolymitano, licet ab Apoſtolis celebrato, cum alioqui non liceret ſibi veſci capreis, leporibus, ceruis, cuniculis, anſeribus, turdis, lucanicis, aliiſque farciminibus, &c.* Grauis nimirum, & æqua ratio, egregio de grege Epicuri porco. Et de magni primique Nicæni concilii articulis ait: *Hi omnes articuli fœnum, ſtramen, lignum, & ſtipula ſunt.*
In 500. articulis. Rurſumque alibi: *Res eſt inſana quod Concilia concludere & ſtatuere volunt, quid credendum ſit. Cum ſæpe nullus vir ibi ſit, qui diuinum ſpiritum vel modicum olfecerit ſicut contingit in concilio Nicæno, &c.* Aut ergo Lutherus ſplendide C
mentitur, aut diſcipuli eius egregie fingunt ac ſimulant, ſe Deum attendere ſecum loquentem in Concilio Nicæno, & aliis multis, hoc loco iactantes. Eligant vtrum velint, ſi tamen aliqua vis electionis & liberi arbitrii in eis permanſerit.

2. Et Caluinus ſine vlla exceptione, de o-
Inſt. l. 4. c. 9. §. 10. mnibus illis ait: *In illis quoq; antiquis & prioribus (conciliis) eſt quod iure deſideres, vel quod eruditi alioqui & prudentes viri qui tũ aderant, præſentibus negotiis diſtracti, multa alia non proſpiciebant, vel quod grauioribus & magis ſeriis occupatos, nonnulla leuioris momẽti ſubterfugiebant, &c.* Videlicet, quaſi ſoli Miniſtri Caluiniani, ſic ex omni parte perfecti eſſent, vt nihil in eis D
deſiderandũ eſſet; omnia præterita, præſentia, futura proſpicerent; ne leuiſsima quidẽ
Ep. ad Farellum 1547. eos res præteriret. Et Caluinus de ſuis vindictis, de vxore à ſcortatione excuſanda de VVeſtphalo ac Heſshuſio, Balduinoq; & aliis diuexandis, nunquã cogitaſſet, vel Beza nunquã ad Candidam, ad Audebertum depereundũ, nunquam ad Caſtalionem, Smidelinum, Brentiũ, Heſshuſium, Sanctęſium lacerandũ; & quod longe deterius, nunquã ad bella pluſquã ciuilia aliquoties in Galliis accendenda, animũ adieciſſet. Hæc Caluini maledicentia oſtiũ aperuit cuidam eius diſcipulo, vt tam impie de omnibus ſacris Cõciliis ſentiret atq; ſcriberet: *Concilia fuere conuentus iuridici Satanæ, dies faſtos Antichriſti, & comitia generalia inimicorum fidei:* quibus nihil fœdius excogitari, nihil iniquius dici poteſt. *Antigeſt. & ſartus pag. 54.*

MIN. Vah, homines pluſquam è diame- 3.
tro ſecum pugnantes: Quod iſti tribuunt Satanæ & Antichriſto: illi vt oraculum ab ore ipſius Dei profectum ſuſcipere ſe profitentur. Quæ iſti abſurda, illi affirmant diuina eſſe, & quæ illi vere agnoſcere dicunt Apoſtolica, iſti ligna, ſtipulas & ſtramina vocant, &c. Hiccine conſenſus vnanimis, aut concordia cœleſtis nouorum iſtorum apoſtolorum? Verum his omiſsis, efferor deſiderio audiendi ea, quæ quinque concilia nominata aduerſus VValdenſium & Caluinianam doctrinam ais decreuiſſe.

DOCT. In primis, agnoſcunt omnia Pri- 4.
matum beati Petri, ac proinde ſucceſſorum eius in Eccleſia Romana, quem infelices iſti non verentur clamitare, *Publicã tyrannidem & regnum Antichriſti.* MIN. Reipſa quidem
Petrus præfuit cõcilio Ieroſolymitano. Pa- *Actor. 15.*
tres Nicæni poſtulant à S. Syluestro, vt de- *Præfat. concilii.*
creta ſua confirmet. Conſtantinopolitani *Act.*
rogant B. Damaſum, vt ſuis ſubſcribat. E- *Leo Epiſt.*
pheſini per Cyrillum Alexandrinum petunt *29. 69.*
à Celeſtino Papa, vt rata habeat quæcunque decreuerant. Leo Papa, poſtulantibus cum Marciano Imperatore Patribus conuentus Chalcedonenſis, acta quinti concilii comprobauit. DOCT. Iam ergo vides præcipuum caput & fundamentum Caluinicum funditus euerſum & dirutum eſſe priorum quinque generalium Conciliorum authoritatibus atque decretis.

MIN. De vnoquoq; velim, dicas ſigilla-
tim. DOCT. Primum, quod Ieroſolymis, 5. *Actor. 15.*
ſub Petro celebratum eſt ab Apoſtolis, & Presbyteris (quo nomine tum vocabantur Epiſcopi) ipſo facto declarat, non eſſe aut Principum, aut Laicorum quorumcunque Cõcilia Eccleſiaſtica cogere, ſed ſucceſſoris beati Petri. Aut, de fide ac religione decernere, ſed Epiſcoporum & Paſtorum, qui ea de cauſa Eccleſiis præſunt. Hoſque in Conciliis veros cognitores & idoneos iudices eſſe: non ſimpliciter teſtes, aut rei ad concertandum in vtramque partẽ de rebus in controuerſiã adductis. Deinde, ſtatuit abſtinentiam à carnibus ad certũ temporis ſpatium, vt rem laudabilem ab Eccleſia præcipi poſſe:

Digitized by Google

item oſtendit Spiritum ſanctum huiuſmodi Conciliis præſidere, adeo vt Patres conſtanter dicere queant: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, &c.* & eos qui Decretis Conciliorum non obtemperant, ipſimet Spiritui ſancto reſiſtere. Denique, eodem Concilio decerni non ſolas ſcripturas vtriuſque Teſtamenti ſuſcipiendas, ſed cum his etiam traditiones Apoſtolorum, & decreta ſeniorum, quæ vniuerſa decem capita, totidem reprobant placita Caluinianorum.

Actor. 15. 16.

5. MIN. Quid Patres Nicæni decreuerunt, quod Caluinianis aduerſetur? DOCT. 1. Cum accurate cauent ne Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi habeant domi alias fœminas, à matre, vel auia, vel ſorore, vel amita, vel matertera, homines ſacros volunt eſſe cælibes, à quo tantopere abhorrent Miniſtri Caluiniani, vt ſi à mulierum conſortiis arceantur, iam deſinant eſſe Miniſtri. 2. Statuentes Epiſcopum, ſaltem à tribus aliis Epiſcopis ordinandũ: Lutherũ, Zvvinglium, Farellum, & Caluinum damnant, qui à ſeipſis ſine legitima vocatione aut ordinatione hoc munus vſurparunt, legitimis Epiſcopis è ſedibus ſuis in hunc vſque diem profligatis. 3. Sinentes Epiſcopis humaniores & mitiores pœnas inferre peccantibus, quam eorũ delicta mereantur, probant vſum indulgentiarũ, quas iſti cane peius & angue auerſantur. 4. Statuentes vt habeatur ſemel ab Epiſcopis Conciliũ ante dies Quadrageſimæ, huius obſeruationem laudant, quã iſti præfracte reprobant. 5. Cõfirmantes authoritatem Metropolitanorũ, & Patriarcharũ: iſtos damnant, qui volunt omnes ſic in ordine Eccleſiaſtico eſſe pares, vt nullus ſit ordo, nullaq; hierarchia eccleſiaſtica, ſed magna vbiq; confuſio. 6. Secernentes inter Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & Clericos, diuerſos ordines in Eccleſia cognoſcũt, quos iſti perturbant & inficiantur. 7. Confeſsionem peccatorũ prædicantes, hos damnant, qui eã pro viribus tollunt. 7. Conſtituentes tres, aut ſeptẽ, aut decẽ annos pœnitentiæ agendæ, pro diuerſis gradibus delictorũ, ſatisfactiones temporarias pro parte pœnitentiæ ſtatuunt, à quibus Caluiniani penitus abhorrent. 8. Volentes viaticum, id eſt, ſacrã Euchariſtiæ communionem è ſæculo exeuntibus, & pœnitentibus eſſe porrigendam: Hugnoſticos confodiunt cœnã ſuam eis denegantes. 9. Dicentes Diaconos non habere poteſtatẽ offerendi ſacrificii Presbyteros vero offerre corpus Chriſti: ſacramentarios reprobant & veri *corporis* præſentiam, & eiuſdem oblationem, & oralem communionem abnegantes. 10. Excommunicantes eos qui Eccleſiaſtica ſtatuta non cuſtodiunt: multaq; ſtatuentes, quæ in ſcripturis haudquaquam habentur, nouiſsimos hæreticos reprehendunt, qui hæc omnia exploſa eſſe volunt. 11. Cũ huic Concilio præfuerint Hoſius Cordubenſis, Victor & Vincentius vrbis Romæ presbyteri pro venerabili Papa Syluestro: damnatur Caluinus ſcribens Athanaſium ei præfuiſſe, ſimulq; notantur huius æui hæretici nolentes Papam præeſſe Conciliis. 12. Confitentes in Symbolo, filiũ Dei ex patre genitũ, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris: iterũ Caluinum reprobant dicentem, eum eſſe ex ſeipſo Deum. 13. Credentes & prædicantes illum eſſe Deũ ex Deo, lumen ex lumine, & Deum verum ex Deo vero: Caluinum rurſus reprobant, qui in Synodo Lauſanenſi noluit illa verba vnquã admittere. 14. Deniq; ſancti illi Patres Nicæni definientes filium eſſe Homoouſion, id eſt, Conſubſtantialem Patri, & voces extra ſcripturas in explicanda fide Catholica recte vſurpandas docent: rurſuſque Caluinum confundunt ſcribentem, *ipſum Dei filium nec proprie dici Creatorem cœli & terræ, nec niſi ſecundum à Patre honoris gradum obtinere,* ſicque illi inæqualem eſſe blaſphemantem, &c. Atque hæc ſunt, in quibus Caluinica placita per maximum illud & ſanctiſsimum Concilium Nicænum reprobantur. Viderint ergo illi qua fide, quoue animi candore, illud ſe ſuſcipere, ac tanquam diuinum oraculum ſuſcipere profiteantur.

Can. 3. Can. 4. Can. 4. 11. Can. 6. 7. Can. 8. 9. Can. 11. Can. 12. Can. 14. Can. 16. 17. In ſubſcr. Symbol. L. contra Valent. gentil. pag. 33. 34. Ep. ad Polon. p. 59. Admonition. ad Polonos p. 60. 63.

6. MIN. Mira quidem, ſed veriſsima & certiſsima narras, geſtitq; animus adhuc audire plura. DOCT. Eiuſdem ſanctiſsimi Concilii Acta ab Æthiopibus integra ſeruata, & ex Arabico ſermone in Latinũ non ita pridem conuerſa, longe adhuc plura continent Decreta, quæ & fidem Catholicam firmant atq; ſtabiliunt: & huius ſæculi hæreſes non parum infirmant. Huiuſmodi ſunt Monachorum, Monialium, atq; Monaſteriorũ inſtitutiones, veſtium formæ à ſæcularibus differentes: Templorum & ſacrorum altarium vſus, ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, de Presbyterorum conſecrantiũ & Diaconorũ officiis: de vaſis aureis & argenteis in hoc myſterio de ſacris indumentis, & ornamentis Eccleſiarũ, aſſeruatione Euchariſtiæ extra vſum illius, de officio funebri, & oratione pro defunctis: de cognatione ſpi-

Can. 14. 42. 48. 49. Can. 16. 19. 54. Can. 63. 65. Can. 21. 23

Digitized by Google

A taſi inter fideiuſſores in baptiſmo paruulorũ: de vnctione Chriſmatis in Confirmatione: de operibus B. Dionyſij Areopagitæ: de obſeruatione feſtorum: de benedictione aquæ luſtralis: de aſperſione eiuſdem: de vſu ſacri olei circa infirmos, &c. quæ omnia Caluiniſmum longe refellunt & proſcribunt. MIN. Ergo cum Miniſtri illud Concilium admittunt, & decreta eius ſe ſuſcipere profitentur omnes Hugnoſtici, propriis iudicijs atq; ſententijs ſeipſos condemnant.

Can. 31. 32. *Can 69.* *In confeſſ. fidei.*

7. Sed quomodo ad Æthiopes & Arabes Acta Concilij Nicæni peruenerunt? DOCT. Sancti ac peruigiles Eccleſiæ Alexandrinæ (B) (cuius authoritati & poteſtati credita ſunt Ægyptus, Lybia, Arabia, ac vniuerſa Æthiopia) Alexander, & qui ſucceſsit magnus Athanaſius, ex illo Concilio in ſua redeuntes, huius Concilij Acta in eorum linguas conuerſa ad illos miſerunt: & hi eadem in hunc vſque diem ſarta tectaque ſeruarunt. MIN. Vnde ſumptum eſt exemplar Arabicum? DOCT. Ex libris Patriarchæ Alexandrini, commorantis in Cayro, ſeu Ægyptiaca Babylone: idque allatum à patribus Baptiſta, & Roderico, qui ad eum miſsi fuerant à Pio quarto ſummo Pontifice. Deinde, collatum fuit cũ alio exemplari Arabico bibliothecæ Marcelli (C) ſecundi: tertioque iterum collatum ac emendatum à Georgio Damaſci Archiepiſcopo, & Ioanne Seuano Alexandrino vtriſque natione & lingua Arabibus.

8. MIN. Sed quis teſtatur tot fuiſſe decreta, totque Canones illius Concilij, cum in exemplaribus Græcis & Latinis duntaxat ſint viginti? DOCT. Athanaſius magnus qui huic interfuit, adfirmat Septuaginta Decreta in eo edita fuiſſe: Iulius Papa, qui eadem ætate vixit, hoc idem confirmat. Photius Cõſtantinopolitanus Patriarcha ſcribit illius Acta non niſi tribus voluminibus comprehẽſa editaque. Plurimi Orientales Epiſcopi di- (D) xerunt Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo ſe ea vidiſſe in ingenti volumine: quod nõ ſatis cõuenit viginti canonibus, qui vnico papyri folio facile capi poſſent. Impreſſa vero fuerunt à Plantino Architypographo Regio, Antuerpiæ, 1578. vt legant Miniſtri ſi voluerint aut valuerint.

Ep. de Synodis. *Ep. 1. & 2.* *In Bibliotheca.* *Prologo collectionũ canon.*

9. MIN. His mihi abunde factum eſt ſatis. Dic quæ videntur aduerſari Caluiniſmo in generali Concilio, quod Conſtantinopoli coactum fuit. DOCT. In eius capite primo probantur omnia Acta Concilij Nicæni: atque ſic improbantur rurſus omnes articuli

Can. 1.

Caluiniani, de quibus paulo ante dicebamus. Decernentes poſtea Patres, vt Patriarcha Cõſtantinopolitanus primas dignitatis partes, poſt Sedem Apoſtolicam obtineret, agnoſcit primam ſummamque Petri Romæ ſedem ius habere in omnes etiam Græcas & Orientales Eccleſias: quod Caluiniani pernegant. Hinc regulas conſtituentes de aliis per Africam, Syriam, Aſiam, Pontum, & Orientem Metropolitanis & Patriarchis, confirmant ordinem Eccleſiæ hierarchicum: aduerſus quem illi latrare non deſinunt, vt rerum ſacrarum quandam anarchiam & perturbationem relinquant. Inde, prohibẽtes cunctis hæreticis, ne Catholicos Epiſcopos accuſent: nonne omnem illorum prætenſam reformationem (quæ in traducẽdis ac tollendis orthodoxis Paſtoribus potiſsimum verſatur) ſubuertunt: Præcipientes autem vt ab hæreſi conuerſis & ad Catholicam redeuntibus, frons, oculi, nares, aures, & labra vnctione ſacra tangerentur in Cõfirmatione: omnes cachinnos Miniſtrales damnant vt improbos. Denique exorciſmorum & catechiſmorum ritus Baptiſmum Catholicum præcedentes, decretis ſuis confirmando: impietatis coarguunt vniuerſas Caluinianas & Bezanas ſuper iis irriſiones & calumnias.

Can. 2. *Can. 9.* *Can. 7.* *Ep Synod. ad Theodoſ. Imper.*

10. MIN. Non poſſum non mirari, qua fronte Caluiniani profiteantur ſe huius Concilij decreta ſuſcipere: & his eius conſtitutiones irridere atque damnare. Quid porro Epheſina Synodus ſtatuit, quod etiam iiſdem aduerſetur? DOCT. Suſcipiens Cyrillum Alex. Cæleſtini Papæ legatum, totius cætus Præſidem: ac Neſtorium iuxta eiuſdem Papæ Epiſtolam, Conſtantinopolitana ſede ſua deiiciens, ſummam ſedis Apoſtolicæ poteſtatem, (quam hæretici totis viribus oppugnant,) contra, hanc admittendo ſuſpiciunt atque propugnant. Hinc eadem Synodus profeſſa ſe docere Filium Dei genitum eſſe ex ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, & Deum verum de Deo vero, Caluinum improbat, ſententias illas palam deridentem & aſpernantem. Inde, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum cũ ſua adorans humanitate: Danæum, Richerum, & Bezam, id facere detrectantes, impietatis coarguit. Præterea, prohibens Chriſti Deitatem ab eius humanitate ſeparare: damnat Bezam duas hypoſtaticas vnitates, inſtar Neſtorij, in eo conſtituentem. Inſuper, adfirmans carnem Chriſti eſſe viuificatricem

Præfat. *Can. 4. 15.* *Can. 6. 7.* *Can. 8.* *Can. 2.* *Can. 12.*

Digitized by Google

reprobat Caluinum autumantem eam tantum Canalem aut tubum eſſe, per quem ad nos vita defluat. Denique, tam magnifice ſtatuens ſacrum hoc Concilium beatiſsimã virginem Mariam & credendam & profitẽ-
Can.1. dam eſſe Matrem Dei, vniuerſas euertit ac reprobat contumelias, quibus generatio
11. Caluiniana illam aſpergit.

MIN. Hæc tam clara & certa ſunt, vt nemo vel negare, vel diſsimulare valeat. Iam audire peropto, quid aduerſus Caluiniſmũ Chalcedonenſis Synodus ſtatuerit. DOCT. Primo, quinque Legatos miſſos à ſancto
Can.1. Leone Papa, qui in eodem præſideant ſponte ſuſcipit, ſummam Pontificis Romani in omnes Eccleſias poteſtatem admittens. Secundo, ſtatuit veræ fidei catholicæ Confeſſionem non aliam admittendam eſſe, quam priorum Conciliorum, deinde, Sanctorum Patrum Gregorij, Baſilij, Hilarij, Athanaſij, Ambroſij, Cyrilli doctrina & authoritate firmatam. Tertio, ne monaſteria ſine Epiſco
Can.4. & 22. pi conſenſu conſtruantur. Quarto, ne Monachus aut Monialis vllum vnquam con-
Can.15. trahant matrimonium. Quinto denique, vt Epiſcopo Romano prima omnium ſedes in Eccleſiis ſeruaretur. MIN. Totidem ſunt decreta, velut in Caluinianos lata & pronunciata. Atque ſic perpetuo remanebunt propriis iudicijs condemnati & reprobati, cum profiteantur ſe ſuperiora Concilia recipere, horumque decreta probare: & Marrommæi Prædicantes euidentiſsimæ contradictionis rei coram Deo, Angelis & hominibus.

S. PAVLVM PRIMAE AD CORINthios cap.3. verſ.13. & 15. de igne vero & proprio Purgatorii: non de allegorico aut fictitio loqui: ſimiliter & de veris operibus: aduerſus 44.45.& 46. errorem Hugnoſticum.

CAPVT XIII.

MINISTER.

PArentius & Comminiſtri Ieroſolymis, Nicæa, Conſtantinopoli, Epheſo, & Chalcedone (quibus locis peregrinati in Patrum ſacris Concilijs, iuſtificationem hæreſeon ſuarum fruſtra venati ſunt) redeuntes, tandem ad præcipuam huius diſputationis partem ſeſe conuertunt, obfirmatis animis per-

A negantes, Paulum 1. Corinth. 3. vllo modo aut de vero igne Purgatorio aut de operibus in eo examinandis mentionem facere. *Solum* (inquiunt) *loquitur de examine ac probatione doctrinæ, quod faciet Spiritus ſanctus:* *Inſtruct. pag.42.*
& dictio ignis ſumi debet allegorice, quam Franciſcanus craſſe, & ſtupide, ad literam interpretatur. Hæc eſt ſumma ſeptem paginarum loquaciſsimi eorum ſcripti. Quid tu ad hæc? *43.44.45. 46.47.48.*

DOCT. Primo, cum fateantur me ad literam, id eſt, ad mentem germanumq; Apoſtoli ſenſum, locum illum interpretari, manus herbaſque mihi porrigunt, & ſe ani- Confutatio 1.
B mo victos confitentur: quandoquidem ſenſus ille primus, & a Spiritu ſancto præſertim intentus & reuelatus ſit, Barthaſio Caluiniſtarum poeta canente: *Allegorias ignorantium & fanaticorum eſſe perfugia.* MINISTER. Miror certe, qui nunc recurrant ad Allegoriam, quando Authores noſtri Origeni, Gregorio, & alijs veteribus grauiter ſuccenſeant, propterea quod eam figuram non raro vſurpent. Præterea, cum loci Apoſtolici ſenſum literalem nulla ſequatur abſurditas, nullum vitium, nihil impoſsibile: non debent tam proterue illum vituperare, tamque impudenter eidem conuitiari, tam
C impie demum in Apoſtolum qui ſcripſit, & in Spiritum ſanctumqui dictauit inſurgere.

DOCT. Præterea, velim apud te colligas incõmoda, quæ ſequerentur, ſi liberum vnicuique fuerit, deſerto literali Scripturarum ſenſu, eas in varias Allegorias detrahere atque deprauare. MINISTER. Nihil profecto tam certum, nihil tam verum aut ſanctum in religione permanebit, quod non Fanaticus quiſque pro ſuo arbitratu in Allegoriam permutet. Ita enim Valentiniani ſuos Æones, Bythos, Achamotas, & Pleromata Allegorijs conſtabilire nitebantur; de qui-
D bus tam grauiter conqueritur ſanctus martyr Irenæus. 2.

DOCT. Quæritur & Tertullianus de improbis Marcionitis & Appellitis, quod quidquid ad verbum ſenſumque literæ de reſurrectione carnis ſcriptum erat, ad animarum iuſtificationem per allegorias raperent. Sic etiam Montaniſtæ & Manichæi quodcunq; iuxta literam promiſſum erat de aduentu Spiritus ſancti, vitiabant, vt Maneti & alijs prioribus ſectæ ſuæ Miniſtris accommodarent. Et vt de Hugnoſticis loquamur, poſtquam Caluinus hanc allegorizandi, & metonymizandi ſcholam ſuis aperuit, quidquid *Li.3.contra hereſ. L.de reſur. Auguſt.l. contra Fauſt.*

quid de vera corporis Chriſti præſentia, cultu, eſuque in Euangelijs occurrit: quidquid de locis Paradiſi, Purgatorij, ac inferni fertur in eis, in tales metaphoras & allegorias tranſtulerunt, vt nihil ſecundum literam ex ijs vel interpretentur, vel credant, vel prædicent.

3. Proficientes in peius hæreſeon noui Miniſtri, tot Metonymijs, Metaphoris, Typis, Allegorijs, imo & Ironijs ſuis deformarunt iſta quatuor verba Chriſti HOC EST CORPVS MEVM, vt inde contrarium eliciant, & bene magnum mendacium concludant, *Non eſſe corpus eius: ſed tantum ab hoc myſterio abeſſe quantum diſtat à profundo centro terræ ſummus cælorum apex*, hoc ſolum ægre ferentes, qui ſunt ex Caluini diſciplina, quod nequeant illud adhuc remotius à nobis propulſare. Denique, plurimi eorum in talem ſuis allegorijs deſcenderunt errorum labyrinthum, vt bonos & malos Angelos in bonas & malas transformarint hominum cogitationes & affectiones. Hanc igitur atheiſmorum viam, ac inferorum ianuam exhorreamus & fugiamus pro viribus.

Beza. *Caluin. Beza. Viretus referunt.*

4. MINISTER. Hæc abſurda vere cohibere debent vnumquemque ne frigidis allegorijs ludat ac illudat veritati, quinimo literalem ſenſum preſsis conſequatur veſtigijs, in hoc potiſsimum loco, in quo tam ſerio & ignem, & opera per ignem probanda refert Apoſtolus, *Vniuſcuiuſque* (inquit) *manifeſtum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, En profecto nomen operis quater repetitum, ter vero ignis: nec tantum ſemel, *examen Spiritus ſancti* vſurpatum ab Apoſtolo, quod fingunt Miniſtelli. Quare ſenſus Apoſtolicus de vero igne, ac de veris operibus capiendus eſt: non de conficto examine doctrinæ, nuper à Geneua profecto. Verum, noſti ne quibus verbis iſtam obiectionem eludat? DOCT. Si dixeris, in promptu eſt ſolida refutatio.

1. Cor. 3.

5. MINISTER. *Nomina ſeminantis ſemen in agro ſuo, Zizaniorum, vitis, palmitum vitis, ſæpe in Euangelijs ſunt repetita: & tamen per allegoriam ſunt capienda.*

Matth. 13. Mar. 4. Io. 15.

DOCTOR. In eo vel magnam imperitiã, vel malitiam, vel potius vtrumque ſimul exhibet: Nam in iſtis locis diſerte notatur ab Euangeliſtis Chriſtum per parabolas locutum eſſe, prout Propheta dixerat, *Aperiam in parabolis os meum, &c.* vnde recte conſequitur hæc ſpiritali & myſtico ſenſu interpretãda eſſe. Sed in ſcripto Apoſtolico, de quo diſſerimus, ne verbum quidem, vel ſyllaba, vel literula vnica eſt, quæ metaphoram vllam ſignificet, & ſenſum literalem prohibeat. Quapropter Miniſtri & ſuis vinculis alligati, & argumenti ſui pondere oppreſſi remanent. *Pſ. 77.*

6. MIN. Iterum obſiſtunt, *in quibuſdam Scripturæ locis, ignis nomine Spiritus ſanctus deſignatur.* DOCT. Sit ita: ſed in multo pluribus eodem nomine ignis elementaris ac vere exprimitur. Nequaquam ergo vel ſignatur vel conſequitur, quod ſuperiore loco voluerit Apoſtolus Spiritum S. ſignificare per ignem, ſed potius verum ignem expiatorium. Nam & per nomen aquæ alicubi deſignatur: non tamen vbicunque idipſum vocabulum reperietur. *Io. 4. & 7.*

7. MIN. *Sed cum nomina fœni, ſtipulæ, ligni* (obiicit rurſum Parentius) *hic ſumantur allegorice, cur non Ignis & Operum vocabula?* DOCT. Eadem te quæſtione adorior. Cum in narratione Diuitis epulonis digitus, lingua, & oculi animorum vſurpentur metaphorice, cur non eodem modo nomina Lazari, Abrahæ, Moſis, & Prophetarum? MINIST. Quia non ſequitur omnia Scripturarũ verba figuratiua & typica eſſe, propterea quod duo aut tria ſic vſurpentur. DOCT. Eodem ære Comminiſtro tuo ſatisfacias: eiuſdem namque eſt & pretij & praxis. Adde quod comparatiue inſtituta ab Apoſtolo de bonis operibus cum auro & argento: & de peccatis venialibus, atque pœnis temporarijs cũ ligno, fœno, & ſtipula, admodum familiaris & facilis eſt ad id exprimendum quod ſtatuere volebat de igne Purgatorio in quo ſoluuntur & conſumuntur: atque ſic Ignis & Operum nomina proprie ſumenda ſunt: virtutum, autem & pœnarum per comparationem. *Luc. 16.*

8. MIN. Opponit rurſum Miniſtralis turba: *Apoſtolus non ſimpliciter dicit quemquam ſaluari per ignem: ſed quaſi per ignem, quæ particula ſatis declarat illum locum non eſſe ad literam intelligendum, ſed allegorice atque figurate.* DOCT. Reſpondeo. Rurſum improbitatẽ & inſcitiã ſuam cunctis deridendam oſtẽtãt. Nam ſi ſic omnes Scripturæ locos, in quibus hæ particulæ *quaſi, tanquam, velut, veluti*, reperiuntur, per metaphoram capias ac interpreteris, non autem proprie & ad literam præcipua

Inſtru. pag. 49.

Digitized by Google

præcipua fidei Chriſtianæ capita quatefacies A ac funditus ſubuertes. Sic enim hæc verba, Io.1. *Vidimus gloriam eius quaſi Vnigeniti à Patre: Docebat* Mar.1. *quaſi poteſtatem habens: Erat Ieſus quaſi an-* Luc.3. *norum triginta, &c.* de Chriſto vere ac proprie dicta fuiſſe negabis. Quanta vero nequitia? Quanta impietas?

MIN. Vt autem negent Apoſtolum ſer- 9. Inſtruct. pag.47. monem facere de operibus, ſubijciunt: *Apoſtolus ſaltu nimium præcipiti ſeipſum efferret, à Prædicatoribus verbi ſaliens ad hominum opera.* DOCT. Attende vt hi Miniſtelli moriones agant, etiam ter maximum Apoſtolum ridendo. Cum antea ſenſum literalem eius Epiſtolæ vocauerit *Craſſum & ſtupidum*: iam vero eundem vocent *Præcipitem ſaltatorem*: cunctis Libertinis exemplo relicto, vt idem faciant. Sed quo tandẽ iudicio metitur tãtã inter doctrinã & opera bona diſtantiã? Qua ratione inter vtrumque ſibi tam excelſos ſaltus effingunt, & aditum tam difficilẽ inter facere & docere? Quod in concioni- Luc.24. Act.1. bus tantum de ſola nuda que fide agant, nũquam ad bona opera hortentur? Quod ſatis ſibi ſit dicere Domine, Domine, nec curent Matth.7. facere quæ præcipit? Quæ dicit, ad praxim reducere? Quod denique Lutherum, Caluinumque ſectando dicant. *Opera quantumuis bona, peccata ſint mortalia?* Apagete tantam improbitatem.

10. Ad hæc, etſi Apoſtolus loqueretur tam de prædicatoribus quam de horum doctrina, vt hi volunt; num propterea ſequeretur illum minime loqui de bonis operibus? Pro concionibus docere, hortari, corripere, arguere, obſecrare, in omni patientia & doctrina, non pertinent ad opera bona? Eccur diceret Apoſtolus ad Timotheum ſuum, *Opus fac Euangeliſtæ*, ſi non eſſet opus bonum euangelizare? Aut idem de eodem affirma- 2.Tim.4. ret & referret, *Opus Domini operatur, ſicut & ego?* Et Spiritus ſanctus præciperet. *Segregate* D *mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſum-* 1.Cor.6. *pſi eos?* Et cum Chriſtus ait, *Me oportet operari* Act.13. *opera eius qui miſit me, donec dies eſt:* nonne tam Io.9. de laborioſis concionibus ſuis, quam de miraculis loquitur? Adeo ne deſipiunt Miniſtri, vt ſibi perſuadeant eos, qui audientes verbũ Dei, creſcunt in fide, confirmentur in ſpe, augẽtur caritate, à vitiis recedunt, virtutum incenduntur amore, nullum bonum opus edere? Et quare filius Dei rogatus à turbis, *quid faciemus vt operemur opera Dei? reſpondiſſet:* Io.6. *Opus Dei eſt vt credatis in eum, quem ille miſit, ſi auditio verbi diuini, ac fides in illud nõ ſit bonũ opus*

MIN. Hæc tam aperta & certa ſunt, vt ni- 11. hil ſit vltra quod requiram. Imo etiam ſi ſimplex ac nudus Apoſtoli textus, in quo quinquies Opera nominat, occurreret, hic timoratæ & religioſæ menti ſatis eſſet. Ait enim: 1.Cor.3. *Dei cooperatores ſumus. Opus vniuſcuiuſque manifeſtum erit. Vniuſcuiuſque opus ignis probabit. Si cuius opus remanſerit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, &c.* Hæc quoque in ſuperioribus Antiquorum interpretationibus expoſita & confirmata fuerunt: iccirco ad reliqua pergamus.

DOMINVS DE CRVCE PENDENS B *& Latroni Paradiſum repromittens, nihil egit aut dixit, quod doctrinæ de Purgatorio aduerſetur: contra 47. errorem.*

CAPVT XIV.

MINISTER.

SIne vlla methodo, vel ordinis obſeruatione, Miniſtri ſubiungunt: *Cum Chriſtus* Inſtruct. pag.49. C *repromiſit Latroni, Hodie mecum eris in Paradiſo, ſequebatur eum non debere flammas Purgatorii ſubire.* Hoc multis in locis ad nauſeam vſque inculcant, & repetunt importuniſsime.

DOCT. Supra iam docuimus ex D. Aug. Confutatio. 1. & Paulino, contrarium, nimirum, cum pœnitens Latro ſibi non perſuaderet tam cito Lib.12.c.2. Paradiſum ſe poſſe ingredi ſed per diuinam iuſtitiam ſeſe ad tempus caſtigandum, & igne Purgatorio expiandum fore: Chriſtum denique eius aliquando recordatum in ſuo regno erepturum & liberaturum, quantum poteſt humillime eiuſdem memoriæ ſeipſum commendat, dicens: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Hoc ipſum tam firmis Luc.23. rationibus a nobis corroboratum eſt, vt vix, ac ne vix quidem Veſtri poterint iis ſatisfacere.

Præterea, vnicuique Chriſtianorum cõ- 2 pertum eſt, Redemptorem noſtrum in huiuſmodi promiſſione ac eius effectu & exhibitione, ſingularis gratiæ ſpecimen, ac peculiaris miſericordiæ argumentum præbere voluiſſe. Ea propter, Latroni & ſemel & ſimul vniuerſa peccata, & omnes pœnas tam æternas quã temporarias dimiſit, Purgatorio exemit, & Paradiſo, id eſt, [illegible] Dei viſione & fruitione, eadem hora donauit: quod

quod

Digitized by Google

quod ſingulare Chriſti Dei opus ac priuilegium nequaquam generaliter ad eos omnes extendendum eſt, quos Deus in hoc ſæculo diutius viuere permittit, vt fructus faciant dignos pœnitentiæ, ni velint alibi durius caſtigari.

3. Et vt hæc contrahamus, Chriſtus Dei filius, qui omnium ſcrutatur renes & corda, omniaq́ iudicat cũ ſumma æquitate, Latronis iſtius eximiam fidem expendit, ſpem plane mirabilem, & qua maior inter mortales non erat, animaduertit. Deinde, extremam eius in morte crudeliſsima patientiam atque tolerantiam non exigui fecit. Denique, animaduertens quanta animi virtute ſupplicium ſuum in Martyrium commutaret, ac eum tum palam agnoſceret, prædicaret, & cõfiteretur cœleſtem Regem, & animarum ſeruatorem eſſe cum ab omnibus relinqueretur, affligeretur, & blaſphemaretur: hæc omnia cum efficacitate ſanguinis, & mortis ſuæ meritis connectens, voluit ſufficientiſſimam peccatorum illius eſſe ſatisfactionẽ. An oculi Miniſtrorum nequam eſſe debent, quia Chriſtus in illum bonus, clemens, atque liberalis fuit?

NVLLVM ESSE LOCVM IN GENEſi, Exodo, Leuitico, Numeris, vel Deuteronomio Moſis, in quo aut preces pro defunctis, aut purgatorii doctrina damnentur: contra 48. 49. 50. 50. 51. *&* 52. *errorem.*

CAPVT XV.

MINISTER.

Nihil eſt omnino in tertio immenſi Parentij & commiñiſtrorũ voluminis articulo, cui non vel abunde reſponſum ſit,

Pag. 79. *&* 80. vel quod reſpõſum mereatur. Initio autem quarti, redit Traſo ad ſuas laudes decantandas, vel ſtudiorum τῆς κακοχύσμιας repetendos, tantum grauiter ſtomachatur, *quod illum ad priſcorum Patrum lectionem inuitaueris.* D Tandem omnes vires & copias ſuas recolligens, quandam Scripturarum farraginem accumulat, quibus probare contendit, nullum eſſe purgatorium. DOCT. Coge in ordinem quæcunq; ille tradit, vt clarius patefaciamus quæ inde recte vel minus ſequuntur. MIN. Orditur à Moyſe & Patriarchis,

Inſtruct. p. 92. 93. 94. *Pag.* 83. 84. 85. *Gen.* 3. ſcribens: *Non reperitur in vllis Moſis libris, quibus Eccl. ſtatus ab Adamo vſque ad ætatem eius, deſcribitur, vlla purgatorii memoria, vel aliquem extitiſſe, qui pro defunctorum animabus orauerit.* Adijcit adhæc, *Abrahamus non orauit pro Sara de-*

A *functa, nec filii Abrahami pro patre ſuo, &c.* Infert rurſum: *Scriptura dicit Chriſtum ſemen mulieris contriturum caput ſerpentis. Non eſt igitur opus igne purgatorii.* Rurſum ſubijcit: *Promiſſum fuit Abrahæ, omnes nationes terræ in ſemine ſuo (quod eſt Chriſtus) benedicendas fore. Nullum eſt igitur purgatorium, &c.*

DOCT. O diſputatores imperitiſsimos, Confut. 1 exiſtimãtes ex quolibet ſequi quodlibet cæcis animis conceperint, & ſine vllo ordine, ſine vlla conſequutione recta, argumenta ſua conſuentes. Et inueniuntur qui illis adhæreant? ô pectora cæca! Sed res ipſas excutiamus. Perpende, quæſo te, in primis quan-

B tæ conſequentur abſurditates, ſi ſuppoſitam eorum argumẽtandi formã ſequeris, iſtam nimirum. *Nihil à Chriſtianis credendum aut docendum, quod aliquo librorum Moyſi, expreſſum non ſit, &c.* Nonne tibi Sadducæiſmus plane inſtauratus ab his Caluini diſcipulis videtur? *Matt.* 22.

Deinde, ſecum manifeſte pugnant, cum alibi fatentur Priſcos patres Hebræos, & ſacra feciſſe, & orauiſſe pro animabus ſuorum defunctorum. Præterea, hoc ipſum cõprobauimus per quinque Geneſis teſtimonia, vnum Exodi, duo Numerorum, & vnum Deut. quæ non ſolum patres Chriſtianæ Ec- 2. *Lib.* 9.

C cleſ. verumetiam Magiſtri in Iſrael, de precibus pro defunctis, & loco purgatorio iamdudum interpretati ſunt. Nonne hæc ſufficere debe[illegible] vel curioſiſsimis quibuſq; perueſtigatoribus? MIN. Equidem horum non tantum bene memor ſum: ſed & ſolatij ingentis quod ab iis hauſi.

DOCT. Quantum ſpectat ad Abraham, 3. Saram, Iſaac, Rebeccam, Iacob, Rachelem, & Liam: & alios huiuſmodi veteres ſanctos, & ſi pro horum animabus oratum non eſſet, neque mirum foret: nec hoc argumẽtum ſufficiens eſſet ad euertendam Purgatorij doctrinam: quandoquidem tam pie

D ſancteq; vitam iſtam egerint, vt continuo à morte in locum quietis atque conſolationis recipi meruerint. MIN. Hoc certe compertum eſt, vel ex ijs precationũ Manaſsis verbis: *Domine, Deus patrum noſtrorum Abrahã, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis iis, qui tibi non peccauerunt: ſed propter me peccatorem, &c.* Deinde Chriſtus adfirmat Abrahamum locum habitaſſe cõſolationis, quinetiam Abraham, Iſaac, & Iacob recumbere in regno cælorum: atque ſic patet, illos nullum opus habuiſſe vel purgatorij, vel precibus vt inde liberarentur. 2. *Par* 36. *Luc.* 16. *Matt.* 8.

Digitized by Google

4. DOCT. His non inepte addere poteris
Gen.2.3. plurimum eſſe veriſimile, quod cum Abraham planxerit, fleuerit, & officium funeris præſtiterit Saræ defunctæ vxori in Hebron: Ioſeph & fratres eius Iacobi parẽtis ſui mortem 77. diebus fleuerint; cunctuſque Iſrael non paucis lacrymis, Aaronis, Moiſis, Ioſue, & aliorum illuſtrium virorum ſuorum funera ſint proſecuti: animas eorum multis & feruentibus precibus diuinæ miſericordiæ ac gratiæ commendauerunt. Ad quid enim tot fletus, tot lacrymæ, tot funerum curæ & pompæ, ſine orationibus ad Deum?

5. MIN. Vere enim lacrymarum & ſuperiorum comites indiuiduæ ſunt preces. Sed quid ais ad Scripturas, quas pro ſe citant Miniſtri? DOCT. Nullam vnquam interpretem vel Latinum, vel Græcum, vel Hebræũ, illas aduerſus defunctos, vel purgatorij ſuaſionem detorſiſſe: atque ideo nouitias prauaſque horum interpretationes prorſus aſpernandas & reijciendas eſſe. MIN. Reipſa plurimis & firmiſsimis Antiquorum interpretamentis communiſti locos quos ex Moſe & alijs Prophetis in hanc rem protuliſti: ac ideo cum tantundem; Miniſtri præſtare non valeant, haudquaquam ſunt admittendi. Enimuero ſi quas haberent, non reticerent, Interpretationes autem eorum pro authenticis ſuſcipere non eſt æquum, tum quia ineptæ & prauæ ſint, cum ab aduerſarijs excogitatæ.

6. DOCT. Quinimo, ego multo rectius poſ-
Pſ.15.39. ſem eaſdem Scripturæ ſententias ad firmandum purgatorium ſic adducere, quam illi ad infirmandum. Chriſtus ſua paſsione &
Zach.9. morte conterens caput ſerpentis, eduxit animas patrum fidelium defunctorum de tenebris vmbra mortis, i.e. de Limbo & pur-
Act.3.13. gatorio, quãdo *ſpiritu veniens ad eos qui in car-*
1.Pet.3. *cere erant, facto Euangelium prædicauit: & ſoluit dolores inferni*, vt cum Prophetis docẽt Apoſtoli: ergo conſtanter credẽdum eſt, limbos
Gen.3. & purgatorios locos eſſe. Et iterum. Chriſtus
Ioan.12. contriturus erat caput ſerpentis, principem
1.Ioan.3. huius mundi eiecturus foras, diſſoluturus
Luc.11. opera diaboli, & ablaturus ſecũ ſpolia eius. Sed peccata quibus homines pœnis tam æternis in inferno, quam temporarijs in purgatorio mancipantur, ad iſtud caput, ad hæc opera, ad hæc ſpolia ſpectant: Ergo Chriſtus quoſdam ex inferis, id eſt limbo & purgatorio liberauit. Præterea, omnes gentes terræ in ſemine Abrahæ quod eſt Chriſtus, be-
Gen.22. nedicuntur. At vero, qui ad tempus detinen-

A tur in purgatorijs locis, ad eas nationes terræ pertinent Ergo tandem aliquando illius miſericordia & benedictione liberantur, &c. Cum Parentius & comminiſtri ſuperiores ratiocinationes ſuas ad legitimos modos & ritus logicos reduxerint: & ego eos docebo in quo modo & figura hæc argumenta mea tornata ſint & formata.

MIN. Demum, ſic argumentantur: *Vni-* 7.
uerſa ſacrificia Moyſis deſignabant peccata noſtra delenda eſſe per Chriſtum: ergo non per ignem purgatorium. DOCT. Reſpondeo, Chriſtus virtute paſsionis, ſanguinis, & mortis ſuæ purgat peccatorum culpas: ſed horum pœnas B temporarias delet per pœnitentiæ fructus, per Baptiſmum & alia ſacramẽta, per fidem, ſpem, charitatem operaq; laborioſa, per crucem quam vult vt poſt ipſum feramus, vel hic, vel flammis expiatorijs in alio ſeculo tolleratis. Sic enim doctore Apoſtolo, multi ſaluantur *quaſi per ignem*, Reſpondeo rurſum.
Superius probauimus authoritate trium ve- Mat.16.
terum Rabbinorum, quod inter ſacrificia Mar.8.
Moſaica, quædam erant quæ tam defunctis Luc.14.
quam hic ſuperſtitibus ad ſalutem prodeſ- 1.Cor.3.
ſent. Peruicimus inſuper, ſacrificium Chriſti in monte & cruce peractum, non tantum viuentibus profuiſſe: ſed & patribus ab initio C mundi vita functis; inſuper, & nobis qui necdum inter viuentes vel defunctos computabamur. Quibus efficitur & ſacrificia veteris Legis ijs vtilia & ſalutaria fuiſſe, qui in purgatorio expiabantur: eandemque præſignaſſe, quod Chriſti mors eiſdem eſſet pro-
futura. Hic eſt Euangelio teſte, *qui ſuos bapti-* Matt.3.
zat in ſpiritu & igne.

NVLLVS OMNINO FVIT A MOSE *ad Chriſtum, qui vel purgatorio, vel precibus pro defunctis contradixerit: contra 53. errorem.*

D

CAPVT XVI.

MINISTER.

AVthores ſacros, qui à Moyſe ad Chriſtum vſque, aliquid ſcripſerunt, percẽſendo, tandem concludunt Miniſtri. *Eccleſiaſticus dicit: Puluis in terram reuertitur, & animus ad Deum qui dedit illum. Et Iſaias ait, Quotieſcunque ingemuerit peccator, nõ recordabor am-*
plius. Et Ieremias his verbis vtitur: *Hoc erit pactum* Ierem.31.
quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus, Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam; & ero eis in Deum:

Digitized by Google

Deum: & ipſi erunt mihi in populum, & peccati A
eorum non memorabor amplius. Ergo (inquiunt)
poſt remiſſas culpas, nulla pœna reſeruantur, nec
purgatorium poſt hanc vitam ſupereſt.

DOCT. Tam vera & certa ſunt antecedenti, quam falſæ ac hæreticæ concluſiones. Tametſi plurimum aberrent in ſuis citatio-
Confut. 1. nibus, Eccleſiaſtico tribuentes, quod eſt Eccleſiaſtis: ac Iſaiæ, quod eſt in Ezechiele. Vnde conſtat eos non niſi graui animorum cõ-
Eccl. 11. fuſione atq; perturbatione veritati bellum
Ezech. 18. indicere: & pro ſanctis ſanctorum Patrum interpretationibus, inſulſas Geneuanorum miniſtrorum notationes in Biblia 1562. appoſitas proponere. Tantum abeſt vero vt primum teſtimonium doctrinæ de purgatorio repugnet, vt è contrario, priſci Synagogæ Doctores eodem ſint vſi ad illud firmandum, quemadmodum ſuperius demõſtratum eſt. Et quidem cum Salomon dicit, Puluerem, id eſt, Corpus humanum redire in terram, non intelligit continuo id fieri vel primo, vel ſecũdo, vel quarto, vel ſexto die: ſed temporis quadam ſucceſsione à Deo cõſtituta; Sic etiam animus ſordibus venialibus, ac tẽporarijs pœnis expiatus & perpurgatus, redit tandem ad Deum qui miſit illũ.

MIN. Quid reſpondes Ezech. confirmãti Deum non fore memorem iniquitatum
2. eius, qui ingemuerit? DOCT. Obliuionem proprie in Deum non cadere: atque ſic dum ait ſe memorem non futurum, deſignat ſe parcere, condonare, veniamq; largiri ei, qui ex animo pœnitentiam egerit. Illum ſe non eſſe reprehenſurum in ira, neque in furore ſuo correpturum, vt in reprobos & damnatos animaduertet: ſed tantum cum illa paterna diſciplina, qua filios electoſq; ſuos caſtigat, vt ſaluet. Quod idem ipſe ſic in Pſalm.
Pſ. 6. 37. explicat: *Viſitabo in virga iniquitates eorum, &*
in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem
Pſal. 88. *meam non auferam ab eo.* Et per Ieremiam: *Caſtigabo te in iudicio*, (miſericorditer, non ſeueriter) *ne videaris tibi innocens.* Huiuſmodi vero eſt caſtigatio, quia animas in purgatorio exercet, purificat, ſaluat: Atq; ſic ante trecentos annos locum expoſuit Lyranus ſcribẽs: *Num recordabor ad puniendum æternaliter, ſed bene temporaliter.* MIN. Atque cum hæc omnia ſint, quæ aduerſus purgatorium adducant Miniſtri: ad Nouum Teſtamentum tranſeamus, viſuri an aliquanto melius res ſuas peregerint.

NVLLVM IN QVATVOR EVANGEliſtis teſtimonium occurrere, quod doctrina purgatorii, & precum pro defunctis repugnet: aduerſus 54. 55. 56. 57. errorem.

CAPVT XVII.

MINISTER.

TAm multis inanibus verbis, & charta, & Lectorum abutuntur patientia, vt me pigeat illa ſigillatim perſequi, Tantum ergo ſummatim præcipuas illorum obiectiones recenſebo. *Parabola Regis cuidam ſeruo ſuo re-*
B *mittentis decem millia talenta* (inquiunt) *inepta videretur & falſa, ſi Deus quendam peccatorum*
punitionem poſt hanc vitam reſeruaret. Nec Publi- *Matt. 18.*
canus deſcendiſſet in domum ſuam iuſtificatus, ſi a- *Luc. 18.*
liquod eſſet purgatorium.

DOCT. Iterum quæſo, ante oculos tuos Confut. 1.
ſtatuas ignorantiam ſimul & improbitatem iſtorum Miniſtrorum. Improbitatem in eo quod non verentur Concionem Chriſti coarguere ineptiarum & falſitatis, niſi hæreſibus quas propagare volunt, conſentiat:
ignorantiam vero in eo quod Parabolas va *Dion. ep. ad*
rijs interpretationibus ſubiectas, pro funda *Polyc.*
mento ſuorum dogmatum allegant, in iiſq; *Iren. li. 2. c.*
C huius certaminis ſui victoriam cõſtituant: *46.*
quod non ſolum à veneranda antiquitate a- *Aug. ep 48*
lienum eſt, verum, & à Caluino eorum pro- *Hieron. l. 2.*
hibitum. Iterum, in eo quod nullum pror- *in Matt.*
ſus vocabulum ſit in ijs Parabolis, quod ad conditionem defunctorum (de qua diſſerimus) pertineat. Tertio, etiam in eo quod pręcæcitate, non animaduertant, pœnas per cẽties millia talenta ſignificatas, ſimul & ſemel vere pœnitentibus remitti: non autem temporarias, de quibus præſertim diſputamus.

MIN. S. Petri exemplo vtuntur tanquam 2
luculenta triumphandi materia, *cui Deus pec-*
D *catum remiſit, ſine vlla in purgatorium profectione.* Hincque verba D. Ambr. adiungunt: *Petri lacrymas lego, ſatiſfactionem non lego.*

DOCT. Mirare mecum Miniſtralem ſtupiditatem. De defunctorum conditione diſputatio noſtra inſtituta eſt: hi D. Petrum adhuc in viuis agentem mihi obijciunt. Petrus poſtea infinitos pro nomine Chriſti labores pertulit, & peregrinationes, & vincula, & carceres, & poſtremo Romæ ſub Nerone crucifixus, præclaro martyrio defunctus eſt. Pœnæ autem purgator. non ſunt deſtinatæ Apoſt. aut Martyr. quorum animæ (vt
exemplo Steph. protomart. comprobatum *Act. 7.*

 eſt)

eſt) illico vt corporibus migrarunt, cœlis recipiuntur.

3. *L. 2. de pœnit. c. 10. Serm. 46. Com. in 22 Luc.* Si Miniſtris vacaſſet B. Ambr. monumenta voluere, ibi reperiſſent: *Ideo D. Petro ſtatim dimiſit, quia amariſsime fleuit.* Reperiſſent & ſerm. luculentum de pœnitentia Petri, in quo habetur: *Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri.* Et paulo poſt: *Vtiliores lacrymarum preces ſunt, quam ſerm.* Iterumque: *Bonæ lacrymæ, quæ lauant culpam.* Reperiſſent quoque. *Quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lacrymæ culpam loquuntur. Lacrymæ crimen ſine offenſione verecundiæ confitentur.* Rurſumque Serm. 46. reperiſſent iſtas Adami cum Petro *Serm. 46.* comparationes: *Adam fœmina circumſcripſit,* B *Apoſt. circumuenit. Ibi Satanas ſerpens, hic Iudas coluber. Adam accepit mandatum ne tangeret, Apoſt. ne negaret. Guſtat ille quod non licet, loquitur iſte quæ non decet. Adam nudus erubuit, Petrus conſcius ingemuit. Ille feſtinat ad latebras, hic prorumpit ad lacrymas, &c.*

4. MIN. Non dubito quin Miniſtri ineptas obiectiones ſuas prætermiſiſſent, ſi tam præclaras B. Ambroſij ſententias expendiſſent. Sed illis ſatis eſt aliquid ex Patribus decerptum & lacerum in ſcriptis Calu. aut Vermilij reperire, nec ad maiorem perquiſitionem animos conuertere: atque ſic alienis oculis videntes cæcutiunt, & in errorũ multorum foueam cadunt præcipites. Addunt *Ioan. 1.* præterea & hoc argumentum: *Chriſtus eſt agnus Dei, qui tollit peccata mundi: ergo non indiget ſocio ad ea delenda, quem tribuit ei Franciſcanus, id eſt, igne purgatorio.* DOCTOR. Telum plane ficulneum. Nam ſi accurate legiſſet Græcum contextum τὴν ἁμαρτίαν, & quæ Caluinus ac Beza in eum locum ſcripſerunt, comperiſſet ſingulari numero dictum, *Peccatum mundi*, quod ad primum Originis delictum ſpectat, quod eluitur Baptiſmo, cuique non ſunt repoſitæ purgatorij pœnæ: non autem τὰς ἁμαρτίας, & cætera peccata per pœnitentiam remittuntur: D cuius partes ſunt Contritio, Confeſsio, & ſatisfactio. Sed ſatius eſt, vt ais hanc imperitiam condonemus: & legamus cum Chryſoſtomo, Cyrillo; & Latinis Patribus in plurali numero, *Peccata mundi.* Quid inde inferri poteſt aduerſus purgatorium? Ieſus Chriſtus tollit peccata mundi meritis paſsionis & mortis ſuæ accommodatis peccatoribus per Sacramenta in hac vita: in alia vero per flammas igneſque expiatorios: Tollit peccata mundi, tam bene ergo fidelium defunctorum, quam hic adhuc viuentium: quandoquidẽ & hi & illi nõ

A ſint omnino extra mundũ. Hoccine eſt illi Socium adiungere, vt imperitiſsime nugatur Miniſtellus? Imo vero virtutem ſanguinis, ac efficacitatem mortis eius amplificare, quod ijs parcat, & ſaluet tam viuos quam mortuos. Atque ita Chriſtus agnus Dei pie recteque dicitur tollere peccata totius mundi, pœnitentes ſua gratia & miſericordia ſeruans tum ex ſuperficie terræ, tum ex purgatorio centro eius, prout Franciſcanus conſtanter credit, prædicat, quot, quantiſque poteſt perſuadet. Sed non delet peccata hæreſiarcharum, ſchiſmaticorum, damnatorum, diabolorum, eo quod obſtinatis animis veritati reſiſtunt, & nunquam per veram pœnitentiam ab erroribus & peccatis ſuis reſipiſcunt.

MINISTER. Nec ſi tamen ſe victos eſſe fatentur: quin potius toties contritum caput rurſum erigunt dicentes: *Chriſtus per eundem Euangeliſtam ait. Qui audit verba mea, & credit in eum qui me miſit, non veniet in iudicium, ſed habebit vitam æternam. A morte tranſibit ad vitam. Non ergo iudicabitur vt vllum experiatur ignem expiatorium.* DOCT. Veriſsima & certiſsima ſunt iſta de eo qui in innocentia in Baptiſmo accepta, in ſanctitate, & iuſtitia perſeuerat coram ipſo omnibus diebus ſuis. C Sed ſi hanc peccatis ſuis maculauerit, fœdauerit, perdiderit, (vt eheu! maiori hominum parti contingit,) oportet vt ad eam toto pectore & ardenter adſpiret, fructibus pœnitentia dignis eandem ſibi reſtitui ſtudeat, in hoc mundo, vel ſeueriſsime caſtigabitur in altero. Credens igitur, & ſi peccator fuerit, modo ſufficientem pœnitentiam egerit, nõ ſubibit illud iudicium ignis expiatorij, ſed tranſibit à morte temporali ad vitam ſempiternam. Sin vero negligens fuerit, ad eandem quidem emigrabit, ſic tamen (vt docet Apoſtolus) quaſi per ignem. *1. Cor. 3.* 5. *Ioan. 5.*

MINISTER. Inſurgunt rurſum in hũc modum. *Scriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, Noſtra peccata fide purgari: non igitur igne purgatorio.* DOCT. Iam me tedet totius proditæ Miniſtrorum inſcitiæ. Primo enim nihil illic de ſtatu defunctorum agitur. Deinde, non dicuntur peccata purgari, ſed corda: imperitia igitur ſua non potuerunt diſtinguere inter corda & peccata. Præterea, ſuo Bezæ contradicunt ſcribenti: *fides non eſt virtus, quæ nos iuſtos reddat apud noſmetipſos ante Deum.* Et paulo poſt: *Noſtra ſalus proprie non nititur noſtræ fidei, ſed illi qui apprehenditur per fidem.* Si non reddat nos iuſtos, certe 6. *Act. 15.* *Confeſſ. p. 4 art. 7. & 20.*

Digitized by Google

corda non purificat. Et ſi ſalus non nititur A huic virtuti per eam non delentur peccata. Inſuper peccatorum remiſsio, ſaluſque noſtra quandoque tribuuntur fidei, eo quod ſi prima, & fundamẽtum virtutum omnium: quæque præſupponitur ſuſceptioni Sacramentorum, vt ſit nobis vtilis atque ſalutaris. Denique, intelligere nolunt, animas in Purgatorio detentas hanc adhuc virtutem vna cum ſpe firma retinere, quibus ingenti humilitate, obeditione, & patientia manum Dei ſuſtinent, tandemque eius miſericordia liberantur & ſaluantur.

NEC BEATVS PAVLVS IN EPIſtolis: nec B. Ioannes in ſcriptis ſuis quidquam aduerſus Purgatorium continent: aduerſus 58. & 59. errorem.

CAPVT XVIII.

MINISTER.

CVm nihil amplius reperire potuerint in Euangeliis, quo fidelium defunctorum animas inſectarentur, noua petunt auxilia à magnis duobus Apoſtolis, Paulo & Ioanne. C Ac primo exponunt quaſi fronti aciei ſuæ
Rom. 8. hæc prioris verba: *Nunc nulla eſt condemnatio iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Qui igitur in Chriſto ſunt, non addicuntur igni purgatorio.* Et quaſi his non ſatis confiderent, in ſubſidium ſubnectunt alteras iſtas eiuſdem Apoſtoli voces:
1. Theſſ. 4. *Nõ contriſtemini de dormientibus, ſicut iĳ qui ſpem non habent. Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Ibi nequaquam dicitur, quod ſint tranſituri per ignem Purgatorij.* Poſtea, quaſi exercitu luſtrato & compoſito, plenariam ſibi promittentes victoriam freti hiſce armo-
Heb. 1. 10. rum præſidiis: D *Cum Apoſtolus ad Hebræos loquitur de iis quæ Chriſtus fecit pro nobis, ait. Eum ex ſeipſo fecit purgationem peccatorum, &c. Quæ vltima clauſula* (inquiunt) *plane & ſine dubio excludit ignem Purgatorij.* Ad extremum ſancti Ioannis Apocalypſin velut in extrema exer-
Apoc. 14. citus ſui parte conſtituunt, exclamantes: *In Apocalypſi legitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Requieſcunt enim à laboribus ſuis. Non ergo cruciantur pœnis Purgatoriis, &c.*

Confut. 1. DOCT. Vnicuique harum obiectionum reſponſurus, primum à te ſcire cupio, Num aliquam ſententiam, aut ſaltem aliquod verbum ex vniuerſis Bibliis proferunt, in quo ex profeſſo dicatur, Nullum eſſe purgatorij locum; aut, Nullatenus orandum, vel offerendum pro defunctis? MIN. Nullum prorſus, quandoquidem nihil tale extet, nihil occurrat, nihil omnino ibidem iſtiuſmodi ſcribatur. Sed è contrario, magno ſuo dolore confitentur. *Non eſſe ſperandum in ſancta Scriptura reperiri poſſe verbis expreſſis, Non eſſe Purgatorium, vel, Non orãdum eſſe pro defunctis.* *Inſtruct. pag. 91.* DOC. Ergo nec credendum nec adhærendum eſt eis negantibus, quandoquidem expreſſum Dei verbum in hac re nec habeant à parte *1 Cor. 3.* ſua, nec ſequantur: ſed hoc pœnitus deſti- *2. Mach. 12.* tuantur. Ego autem è diuerſo, expreſſum à B Paulo Dei verbum laudari, Quoſdam in die Domini ſaluari per ignem. Rurſumque, Sanctam & ſalubrem eſſe cogitationem orare pro defunctis: quæ doctrinam Catholicam plane confirmant, hæreticas vero inficiationes funditus ſubuertunt.

MIN. Sed ordine ad quamlibet obiectionem reſponde. 2. DOCT. Prima, quæ eſt Pauli ad Ro. 8. nullo pacto ad præſentem diſputationem pertinet; quoniam illic nulla eſt mentio de ſtatu defunctorum. Deinde, ipſe Apoſt. ſeipſum interpretatur adiiciens illico quod Miniſtri ſubdole prætermiſerunt, *qui* *Rom. 8.* *non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum Spiritum.* Ergo qui Chriſti fidem profitentur quidem, verum ſecundum carnem multa peccant, habent aliquid damnationis, quod elui poterit flammis Purgatoriis. Qui vero continuo ſecundum Spiritum ambulant, nec carnis vllis vitiis ſeſe commaculant, pœnis Purgatoriis non ſunt obnoxij, ſed ſtatim commigrant ad regna cœleſtia.

MIN. Quomodo ſecundæ obiectioni fa- 3. cis ſatis? DOCT. Quæcunque ſcribit Apoſtolus in illo ad Theſſalonicenſes loco, mi- *1. Theſſ. 4.* nus quoque ad rem iſtam pertinent. Tractat namque de iis, quæ in extremo & generali Iudicio contingent: poſt quod nullum erit amplius ſupplicium Purgatorium, cum teſte diuo Auguſtino, ante illud duntaxat duraturum ſit. Tum etenim fidelium animę reſumptis corporibus ſuis ab Angelis rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & deinceps cum eodem erunt. Reſpondeo denique, Apoſtolum illo in loco triſtitiam prohibere immoderatam, & cum deſperatione ſalutis coniunctam, qualis erat Gentilium: non autem moderatam & Chriſtianam. Etenim & veteres ſancti defunctos lacrymis proſequuti ſunt, & Chriſtus ſuper Lazaro *Io. 11.* ſeipſum turbauit, ingemuit, lacrymatus eſt. *Act. 8.* Primi quoque Chriſtiani fecerunt planctum

Digitized by Google

ctum magnum ſuper Stephanum proto- A
martyrem.

4. MIN. Sed Paulus ex profeſſo ait: *Chri-*
Heb. 1. *ſtum facere purgationem peccatorum.* DOCT. Et
hoc ipſum credimus, aſſeueramus, incun-
ctanter prædicamus. Verum, idipſum per-
ficit iis mediis & rationibus, quibus viſum
eſt infinitæ eius ſapientiæ conuenientius at-
que commodius. Nam Chriſtus vt Deus, ſua
poteſtate culpas & pœnas æternas remittit
atque condonat: vt homo ſuis meritis & ſa-
tisfactionibus id nobis mercatus eſt à Patre:
& gratiam infert animis noſtris per Sacra-
menta, quandiu hic viuitur. Piorum autem B
defunctorum purgat peccata, id eſt, pœnas
temporarias debitas peccatis, Purgatoriis
ardoribus ac tenebris, quibus velut iuſtitiæ
ſuæ virgis & flagellis vtitur. Quocirca ille,
ille vere eſt purgationem peccatorum fa-
ciens, & quantum ad culpas, & quantum ad
pœnas pertinet: & tam in hoc ſæculo, quam
in altero. Tam cæci ergo & ſtupidi ſunt Mi-
niſtri Caluiniani, vt ea quæ proferre nitun-
tur aduerſus Purgatorium, illud ipſum ma-
gis ſtabiliant & corroborent.

MIN. Quî igitur verum eſt (inquiunt)
5. Chriſtum non niſi ſemel ſemetipſum obtu- C
liſſe, & hac vnica oblatione perfeciſſe & con-
Heb. 10. ſummaſſe ſanctificatos? DOCT. Oblatio
illa viſibilis, cruenta, morti coniuncta, &
formam referens Aaronicam, tantum ſe-
mel peracta in monte Caluariæ, in ara crucis
fuit à Chriſto redemptore: & de qua loco il-
lo diſſerit Apoſtolus: non tantum viuenti-
bus profuit ad ſalutem, ſed & cunctis ab ini-
tio ſæculi vita functis Patribus: imo etiam
nobis, & ad finem vſque futuris fidelibus,
vti Scriptura frequenter prædicat. Illa por-
ro nihil obſtat, quo minus idem Chriſtus ob-
Luc. 2. latus ſit in Templo quadrageſima ætatis die:
& quin ſemper patri ſuo corpus, animam, D
vitam, cor, affectus, ieiunia, orationes, vigi-
lias, ſuſpiria, lacrymas, denique ſecundum
ordinem Melchiſedec integrum hominem
Pſ. 109. Heb. 7. ſub ſpeciebus panis & vini, poſt vltimam
Gen. 14. cœnam factam cum Diſcipulis ſuis; dicaue-
Matth. 26. rit, ſacrauerit, & obtulerit. Certum eſt au-
Luc. 22. tem iſtas omnes Chriſti oblationes Patri
Io. 3. gratiſsimas & acceptiſsimas fuiſſe, primæ il-
1. Io. 2. lius virtute & meritis: idque pro ſalute vi-
uorum ac defunctorum, quia pro totius
mundi ſalute factæ ſunt. Aberrant ergo tur-
piter Miniſtri, quando has omnes vel ad v-
nicam reſtringunt, vel omnino tollunt, vel
denique ſuper terram viuentibus tantum,
non autem vita functis vtiles atque ſaluta-
res eſſe prædicant. MINIST. Quod ais,
maxime profecto congruit iſtis Chriſti ſe-
ipſum ſacrificanti verbis: *Hoc eſt corpus meum,* Matth. 26.
quod traditur, Hic eſt ſanguis meus, qui pro vo- Mar. 14.
bis (viuentibus) *& pro multis* (nimirum de-
functis, & futuris) *effunditur in remiſsionem pec-
catorum.*

DOCTOR. Denique, idem Apoſtolus 6.
in eadem Epiſtola dicit quidem *Chriſtum fa-
ctum eſſe omnibus cauſam ſalutis æternæ,* ſed con-
ditionem iſtam addit, *obtemperantibus ſibi.*
At vero præcipit, vt faciamus fructus dignos
pœnitentiæ, crucem noſtram poſt ipſum ba- Heb. 5.
iulemus, odio habeamus animas noſtras in
hoc mundo, abnegemus noſmetipſos, &c.
Ergo qui hæc non præſtiterit, in Chriſtum
tamen crediderit & ſperauerit, in alio ſæcu-
lo neceſſe eſt flammis expurgetur, ante-
quam cœlo dignus ſuſcipiatur. *Detrimentum* 1. Cor. 3.
patietur (ait Apoſtolus,) *ſic tamen ſaluus erit,
quaſi per ignem.*

MINIST. *At vero,* inferunt illi, Ioannes 7.
aperte de fidelibus defunctis loquitur: *Beati
mortui qui in Domino moriuntur. A modo iam* Apoc. 14.
dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.
DOCT. Quid ſi reſponderem Caluinum
veſtrum nunquam Apocalypſin iſtam pro-
baſſe? MINIST. Sed alij Miniſtri eam ad-
mittunt. DOCT. Quid ſi cum Beza di-
cam *hunc locum ſpectare ad Martyres,* & tranſ- Annotat.
lationem eius laudem, *Beati poſthac mortui,* in Apoc.
ij inquam, qui Domini cauſa moriuntur? Con-
ſtat autem Martyribus, qui baptizantur in
ſanguine ſuo, pœnas purgatorias non ſer-
uari, ſed ſtatim eos, vt Stephanus, cum Do-
mino excipi, cuius cauſa patiuntur: atque ſic Act. 7.
verba illa Ioannis nihil contra purgatorium
facere.

MIN. De cæteris autem qui extra Mar- 8.
tyrium ex hac vita recedunt, quid cenſes?
DOC. Si ita perfecte moriuntur in Domino,
vt eius gratia iuſtificati, & integra pœniten-
tia ab omnibus venialibus delictis, pœniſ-
que temporariis perpurgati & abſoluti ſint,
illico ſane & reipſa beati ſunt, ab Angelis lu-
cis in cœlos deducti, & requieſcunt ab omni-
bus laboribus ſuis. Tranſeunt de morte ad Apoc. 14.
vitam. Eadem die & hora cum Chriſto ſunt Io. 5.
in Paradiſo. Diſſoluta huius habitationis Luc. 23.
domo terreſtri, domum ex Deo non ma- 2. Cor. 5.
nufactam accipiunt in cœlis. Aperte vident,
& tuto poſsident bona Domini in terra vi-
uentium.

MIN. Num etiam beati ſunt, qui in gratia 9.
Dei

Digitized by Google

Dei moriuntur, tametſi pœnis adhuc tem- A poraríis aſtricti? DOCT. Quamuis aula cœleſti nondum excipiantur; ſed ad tempus, pœnis, tenebris, ardoribuſque Purgatorij exerceantur & mundentur: tamen Beati ſunt in ſpe, & requieſcunt à laboribus ſolicitudinibus, & calamitatibus huius ſæculi, quibus antea torquebantur, & dies noctéſque excruciabantur. MINIST. Sed quomodo beati ſunt, qui pœnis acerbiſsimis adhuc exercentur? DOCT. Ideo beati, quoniam in gratia & amore Dei ſic confirmati, vt ab illa nunquam poſsint excidere: tum quoque quod omnino certi ſint, ſe paulo poſtea, id eſt, exantlatis debitis ſibi pœnis, B pro certo liberabuntur, & in ſempiternum cœleſti gloria perfruentur. MIN. Hæc tam vera & certa ſunt, quam ipſum verbum Dei. Enimuero ſi Apoſtolus audet de viatoribus, apud quos omnia adhuc ſunt incerta,

Eccl. 9. Rom. 8. Eph. 2.

pronunciare, *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, Spe ſalui facti ſumus*, noſque iam cum Chriſto ſurrexiſſe, aſcendiſſe, & conſidere in cæleſtibus, tanquam ciues ſanctorum & domeſticos Dei nominare: quanto magis piorum animæ, quæ de ſuo gratiæ ſtatu, deque proxima ſibi æterna beatitate prorſus certæ ſunt & ſecuræ?

10. Inſtr. pag. 92. 93. 94. 95. 96.

DOCT. Quæ ſuperſunt illis obiectiones C aliæ? MIN. Referunt Abraham, Sara, Iſaac, Iacob, Moſem, alioſque veteres in funeribus ſuorum preces non fudiſſe: ſed ad hæc iam reſponſum eſt. Supereſt tantum vt ad hoc argumentum eorum reſpondeas. *Cum Deus daret mandata ſua Moſi, nunquam populo ſuo mandauit, vt oraret vel offerret pro defunctis.* DOCT. Et hoc argumentum omnium ineptiſsimum & minimum eſt. Supponit namque nihil omnino credendum aut faciendum eſſe in Eccleſia Chriſti, quod non aliquo mandatorum Decalogi comprehendatur. Quod quam abſurdum, imo & impium ſit, vel ex ipſa Dei Synagoga quiuis facile de- D prehendet. Etenim in illis decem mandatis, nihil prorſus continetur de Templi ædificatione, erectione altarium, arcæ conſtructione, ordine ſacerdotij, ſacris ceremoniis, vnctionibus, ſacrificiis, circunciſione. Nihil de futuro Meſsia, conditionibus, functionibus, ac myſteriis eius, Nihil de Euangelio, de Apoſtolis, de ſymbolo fidei, de miraculis, de cruce, paſsione, reſurrectione Chriſti, &c. MIN. *Sed de Purgatorio* (inquiunt) *nulla illic mentio.* DOCT. Neque de inferno, vel Paradiſo. Neque de reſurrectione mortuorum, vel futuro iudicio: quæ tamen omni fidei conſtantia credenda, retinenda, & prædicanda ſunt. Satis ergo cuilibet pio ac prudenti animo eſſe oportet, quod & de iis omnibus, & de Purgatorio, & de precibus pro defunctis, alibi ſatis copioſe & appoſite traditum & mandatum ſit.

NEC BAPTISMI INSTITVTIONEM, *nec Symbolum fidei, nec orationem Dominicam, quidquam facere aduerſus Purgatorium: contra 60. 61. & 62. errorem.*

CAPVT XIX.

MINISTER.

ALio mentem ſuam conuertentes nituntur ſuadere, *doctrinam Purgatorij repugnare Baptiſmo, in quo Deus teſtificatur ablutionem peccatorum noſtrorum. Deſtruere hunc articulum Symboli fidei Chriſtianæ Credo remiſsionem peccatorum. Et abolere hanc petitionem orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Inſtr pag.

DOCT. Infelices Miniſtelli, qui non audent cum Apoſtolis dicere, Baptiſmum vere & effectiue lauare, mundare, regenerare, renouare, ſanctificare, atque ſaluare animas noſtras: vt cum Zuinglio & Caluino omnem efficacitatem huic Sacramento impie detrahant, nudumque ſolummodo ſignum imputatæ, externæ, ac præcedentis iuſtitiæ tantummodo conſtituant: aduerſus expreſſa Scripturarum ſacrarum teſtimonia, *Ioan. 3. Matth. 28. Mar. 16. Actor. 2. 8. 9. 10. 19. 22. Rom. 6. Galat. 3. Epheſ. 4. Coloſſ. 2. 1. Petr. 3. &c.*

Col ſut. 1. Io. 3. & 13. Eph. 5. Tit. 3. 1. Pet. 3.

Baptiſmus ergo non tantum teſtificatur ablutionem peccatorum noſtrorum factam per Chriſtum: ſed ex inſtitutione, & vi ſanguinis eius mundat, purgat, & plane ſanctificat animas eorum, qui regenerantur, ab vniuerſis præcedentibus peccatis & ſceleribus, & quantum ad culpas & quantum ad pœnas, ſi per eoſdem non ſteterit. Dico ab vniuerſis receptionem eius præcedentibus peccatis, quandoquidem pro iis quæ poſtea committuntur, Pœnitentia, aliud ſacramentum ab eodem Chriſto inſtitutum fuit, dicente: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Oportuit Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & pœnitentiam prædicari in* 2.

Matth. 4. Mar. 1. Luc. 4. Luc. 13. & 14.

nomine

Digitized by Google

Act. 8. *nomine eius per omnes gentes in remiſſionem pec- A
catorum. Petrus iuxta hoc Simonem à baptiſmo peccantem admonet. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua*: non remittens eum ad recordationem baptiſmi ſui, &c. Atque ſic cum pœnæ Purgatoriæ tantum conſtitutæ ſint pro peccatis commiſsis poſt Baptiſmum, eiuſdem inſtitutioni aut efficientiæ nullo modo aduerſantur.

3. Adde quod conſtanter credamus & doceamus, eos non deſtinari ad pœnas Purgatorias, ſed recta in cœlum proficiſci & recipi, qui iuſtitiam & gratiam in Baptiſmo ſuſceptam, in finem vſque conſeruant. Chriſtum namque induerunt, nec exuerunt: ideoq; regnant cum agno, & ſequuntur eum, quocumque ierit. B

Matth. 3. Gal. 3. Apoc. 7.

4. MIN. Quid ais de Symbolo Apoſtolorum, quo profitemur, *nos credere remiſſionem peccatorum?* DOCT. Num Comminiſtri veſtri credunt illud editum & traditum fuiſſe à ſanctis Apoſtolis? MIN. Id mihi perſuadeo, eo quod illud obiiciant tanquam canonicæ & apoſtolicæ authoritatis. Præclare ſane, nam ita ab initio profeſsi ſunt Clemens martyr, Irenæus martyr, Tertullianus, & reliqui Patres. Sed cum id agunt veſtri, aperte contradicunt Caluino, Spineo, & Surreo veſtro, qui id vt confiterentur, nunquam potuerunt adduci. Inſuper, ſanctas & Apoſtolicas Traditiones admittunt, quæ in nullo veteris vel noui Teſtamenti loco comperiuntur. C

Epiſt. 1. L. 1. c. 2. & 19. L. præſcrip. Conferent. Pariſ.

5. Tantum abeſt vero vt ille fidei Articulus doctrinam Purgatorij deſtruat, vt è contrario eam potius ſtabiliat atque corroboret. Nam profitendo generaliter *Remiſſionem peccatorum*, ſine vlla temporis, loci ac conditionis humanæ reſtringente determinatione, confitemur eadem remitti & in hoc, & in alio ſæculo: & ante mortem, & poſt mortem: D
& ſuper terram, & ſubtus terram: & viuentibus, & vita functis. Nec ea remitti per ſolam fidem, vt autumatis: ſed & Baptiſmo, & Euchariſtia, & Pœnitentia, & Vnctione extrema, & tenebris ignibuſque Purgatoriis. Eaque vniuerſa maxime conferunt ad amplificandam gratiam, & miſericordiam Dei in nos tam liberaliter effuſam, propter paſsionem & mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

MIN. Poteriſne etiam aduerſus eos retorquere [illegible] tionem pro Purgatorio, quam proferunt ex oratione Dominica, planè contra Purgatorium? DOCT. Nullatenus dubites. Nam cum piorum animæ in Purgatorio exiſtentes, nondum pertigerint ad vltimum finem ſuum, adhuc pro ſeipſis orant, dies noctéſque ſupplicant, iuxta hoc Chriſti præſcriptum, vt Pater cœleſtis remittat eis debita ſua, id eſt pœnas temporarias ex peccatis contractas, ſicut ex animo dimittunt iis omnibus, qui in ipſos deliquerunt. Atque ſic tantum abeſt, vt prædictam petitionem abiurent, vt malitioſe comminiſcuntur Miniſtri.

SANCTVS IRENAEVS MARTYR, Tertullianus, S. Cyprianus martyr, S. Cyrillus, S. Nazianzenus, S. Ambroſius, S. Chryſoſtomus, S. Hieronymus, S. Auguſtinus, S. Hilarius, nihil vnquam ſcripſerunt aut docuerunt, quod aduerſetur Purgatorio, aut ſuffragiis quæ fiunt pro defunctis: contra 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. errorem.

CAPVT XX.

MINISTER.

ABiecta omni ſpe expugnandi Purgatorium per ſacras Scripturas alterutrius Teſtamenti, Miniſtri iam confugiunt ad antiquorum patrum & doctorum auxilia, ſi Inſtruct.
quid potuerint ab illis extorquere quod vel pag. 103.
tantillum videatur illi contrarium eſſe. Ex 104. 105
iis autem decem educunt in aciem, quos 106. &c.
aiunt nunquam agnouiſſe Purgatorium; ſed è contrario potius oppugnaſſe & profligaſſe. Quatuor eorum ſunt Græci, reliqui ſex Latini.

DOCT. Singulos ordine ſuo propones, Confut.
& iis ſigillatim ſatisfaciam, poſtquam pau- 1.
cis de illis in genere dixero. Primo namque monſtroſæ eſt impudentiæ Miniſtris, ab illis nunc opinionum ſuarum ſuffragia emendicare, quos paulo antea tam atrociter dilaniauerunt, ac omnibus probris contumeliiſque deformauerunt & vexauerunt, vociferantes *illos fuiſſe homines ſuperſtitioſos, arrogan-* Lib. 8.
tes, inconſtantes, deceptores, vſurpatores cathedræ Dei, fidei aduerſarios, poſſeſſos à Satana, Antichriſtos, qui omnes ſimul, & ſingulatim & ſæpe, Eccleſiam Chriſti à recto tramite abduxerint in damnabiles errores, &c. quæ antea commemorauimus. MINIST. Certiſsimum eſt, quod ſi tales eſſent, quales eos declamitarunt, inepti eſſent ad quodcunque ferendum teſtimonium.

DOCT. Secundo, inquiro an aliquis eo- 2.
rum ſit, qui vel per tranſennam tantummodo ſcri-

Digitized by Google

do ſcripſerit, Nullum poſt hanc vitam pro A pœnis temporariis peccantium relictum eſſe ignem Purgatorium: aut, nullo modo orandum vel offerendum pro defunctis? MIN. Nemo certe vnde ingens me ſubit admiratio: coniicioque illos priſcos Patres nunquam Caluinianos probaſſe errores: ſed contra, ſemper credidiſſe, aſſeruiſſe, prædicaſſe, quod & nunc tenet ſancta Eccleſia Catholica, velut ſupra copioſe docuiſti.

3. DOCT. Tertio, me certiorem reddas velim, num Miniſtri in ſuo volumine, notent Libros vel capita, vel folia, vel paginas, in quibus ſancti Patres illi nominati ſcripſerint quidquid in contrariam partem dixerint? B MINIST. Nequaquam omnino, quod ſatis mirari nequeo. DOCT. Id conſulto faciunt, primo quia maior eorum pars in libros eorum nunquam inciderunt, aut fontes conſuluerunt, contenti quorundam corruptiſsimis rhapſodiis. Hinc vt negotium faceſſant Catholicis, & non tam facile promptéque illorum deprauationes, detorſiones, ac impoſturas deprehendant & refellant. Id nunc patefaciam, ſi accedas ad ſingulos, quos à partibus ſuis, contra nos ſtare confinxerunt.

4. MINIST. Aiunt primum: *Irenæus dicit: Animas Sanctorum abire in locum inuiſibilem, eis* C *ordinatum à Deo, in quo permanent vſque ad reſurrectionem, & poſtea venient in conſpectum Dei.* DOCT. Vir apoſtolicus & martyr Irenæus, libro quinto aduerſus hæreſes, cap. trigeſimo primo, illud ſcripſit de ſanctis viris, qui

Act. 7. vt Stephanus protomartyr, mox cœlo empyræo ſuſcepti, loco à noſtris ſenſibus remotiſsimo: in quibus nihil prorſus eſt, quod Purgatorio vel tantillum aduerſetur, peccatoribus adhuc pœnis temporariis pro ſceleribus ſuis obſtrictis ordinato. MINIST. Quid Martyr deſignat per locum illum inuiſibilem? DOCT. Id quod Auguſtinus

Ench. cap. 108. In Pſa. 35. L. 12. ciuit. c. 9. L. 12. de Gen. c. 35. Apoc. 6. Io. 14. vocat *Abdita receptacula, & ſecreta receptacula*, id D eſt, ſedes beatorum, in quibus expectant reſurrectionem corporum ſuorum, vt cum iis redeant in conſpectum Dei geminata gloria & lætitia ſua. MIN. Non ergo pergunt in carceres, tenebras, ardoreſque Purgatorios? DOCT. Iam reſpondi tibi, Purgatoria tormenta iis tantum eſſe conſtituta, qui hinc emigrant pro facinoribus ſuis adhuc obſtricti pœnis temporalibus, quas hic non exſolverunt per fructus dignos pœnitentiæ: non autem pro ſanctis ac omnino mundis & liberis, quales fuerunt Apoſtoli, Diſcipuli, Martyres, & innumeri Confeſſores, Virgines, Pœnitentes, &c. Apoc. 21. & 22.

5. MIN. Sequitur. *Tertullianus loquens de ſinu Abrahæ, dicit eum, refrigerium præſtare iuſtis vſque ad renouationem. Nullum eſt ergo pro illis Purgatorium.* DOCT. Oſtendunt hi Miniſtri ſe nunquam ſcripta Tertulliani perlegiſſe. Nã is libro 4. aduerſus Marcionem, cum probauit ſinum Abrahæ fuiſſe locum diſtinctum Cap. 34. & ſeparatum à loco damnatorum, aſſerit illum non fuiſſe cœleſtem, ſed regionem ſublimiorem inferis, interim refrigerium præbentem animabus iuſtorum, donec conſummatio rerum reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat.] Eadem fere repetit lib. de idololatria, cap. 13. & lib. de anima, cap. 7. 8. & 9. in quibus magnifice tuetur doctrinam de Limbo veterum patrum, quam hæretici impie negant. Iuſti ſiquidem illi Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, & ſimiles, in eo refrigerij atque quietis loco ſeipſos ſolabantur expectatione Meſsiæ, & futuræ per eum reſurrectionis corporum ſuorum: quod nos omnes fatemur eſſe veriſsimum. Inſuper, Purgatoria ſupplicia non fuiſſe conſtituta illis iuſtis, ſed peccatoribus, & pœnarum debitoribus, vt eiuſdem Tertulliani teſtimoniis ſuperius Dialog. 4. & 5. probauimus.

6. L. ad Demetrianũ. MIN. Subiungunt Cyprianum dicentem: *Quando iſthinc exceſſum fuerit, nullus ſatiſfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur. Hic ſaluti æternæ cultu Dei, & fructu fidei prouidetur.* DOCT. Per hæc declarant Miniſtri ſe vix extremis (vt aiunt) labris B. Cypr. Martyris doctrinam delibaſſe, tum quia prætermittunt hæc verba, *Nullus iam pœnitentiæ locus eſt*, tum quod ignorant plane in quem finem hæc dicta fuerint. MIN. Mihi ergo ſi placet, expone. DOCT. Alloquitur Demetrianum hominem ethnicum, Africæ Proconſulem, hoſtẽ Chriſtianorum infeſtiſsimum, eundemque adhortatur ad pœnitendum de odio quod aduerſus illos animo conceperat, de calumniis in eos profuſis; & vt credens in Dominum Ieſum Chriſtum, curet ſe baptizari, ſi poſt mortem cupit frui æterna felicitate. Alioqui, ethnicis illi ſimilibus nullum ſupereſſe in alio ſæculo aut pœnitentiæ aut ſatisfactionis locum, ſed æternam perniciem. Hoc aperte ſignificant hæc illius verba, ſententiã adductam parum præcedentia. Hortamur dum facultas adeſt, dum adhuc aliquid de ſæculo ſupereſt, Deo ſatisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem de profunda & tene-

tenebroſa morte ſuperſtitionis emergere.] A Quæ omnia nulla ex parte repugnant doctrinæ Purgatorij, aut precibus pro defunctis ad Deum conceptis: quandoquidem pro fidelibus Chriſtianis fiant, nunquam pro ethnicis ac infidelibus.

7. *T. 12. in Io. c. 36.* MINIS. Inducunt poſt hunc Cyrillum ſcribentem: *Animæ Sanctorum defunctorum non verſantur in terris, neque vt peccatorum animæ ad cruciatus locum inducuntur: ſed ad manus Patris cœleſtis euolant, initio hauſto a Chriſto.* DOCT. Incidi in locum, & animaduerti duas Miniſtrorum veſtrorum fraudes in pauculis verbis admiſſas, in gallica eorum verſione. Prima eſt in omiſsione vocis *Sanctorum*: B *Animæ mortuorum*, inquiunt. Secunda eſt, qua vertit, *Animas fidelium*, quaſi de Caluinianis, qui ſe ſingulariter *Fideles* vbique clamitant & ſcribunt. Textum ego retuli, vt in archetypo. Cum autem B. Cyrillus animas Sanctorum defunctorum ad Patrem euolare cæleſtem adfirmat: conſequenter cogitandum & credendum relinquit, Animas peccatorum quę nondum pœnitentiæ fructus abſoluerunt, non illico euolare illuc, donec in altero ſæculo, vt aurum in fornace perpurgatæ fuerint: quod Purgatorium firmat, non oppugnat.

8. *Orat. de fratre Caſario.* MIN. De Gregorio Nazianzeno hæc C verba ferunt: *Gregorius quadam apoſtrophe ad fratrem Imperatoris defunctum, ait: In cœlum aſcendiſti, & in ſinu Abrahæ quieſcis, ſi tamen aliquis manet.* DOCT. Miniſtri hunc locum ſufferciendo commentis ſuis compererunt in in rhapſodo ſuo, *Orat. ad Cæſar fratrem*, & non conſulto fonte, putauerunt eſſe *ad fratrem Cæſaris imperatoris*, non, *ad Cæſarium fratrem ipſiuſmet Gregorij Nazianzeni*: & ſic imperitiam ſuam cunctis oſtentantes, ſemel & iterum ſcripſerunt *ad fratrem imperatoris.* MINIS. O vere ſupinam negligentiam, & aſininam ſtupiditatem! Et qui Parentius audet gloriari, ſe tam curioſe indagaſſe Euro- D pæ bibliothecas? Tandiu ſe ſacram antiquitatem euoluiſſe? Num inuenit Nazianzenum aut fuiſſe Imperatorem Romanorum: aut fratrem habuiſſe, qui huic Imperio aliquando præfuerit? Quis non rideat Miniſtrorum artificium, quo ex Monachis ac Epiſcopis, cum libuerit, Imperatores faciant? Imo, quis vnquam illis ita Patres citantibus fidem habebit? Tuto animam credere poterit? DOCT. Quidquid refert, nihil omnino iuuat eos aduerſus Purgatorium. Nam cum talis Cæſarius tam pie ſancteq; vixerit, vt vita eius omnibus fuerit admirationi: quid mirum, ſi recta in cælos euolarit? Cum præſertim toties monuerimus Purgatorios ignes diſpoſitos eſſe peccatoribus, non Sanctis ac iuſtis?

MIN. Proponunt deinde Ambroſium dicentem: *Orabat Dauid, vt ſua peccata ſibi remitterentur antequam emigraret ex hac vita. Nam qui non recipit in hac vita remiſsionem ſuorum peccatorum, non reperiet in alia.* DOCT. Hæc omnia veritate nituntur, quo ad remiſsionem peccatorum quantum ad culpas & pœnas æternas, cuiuſmodi ſunt adulterium ac homicidium in quibus lapſus fuerat Dauid: atque de his loquitur B. Ambroſius: non de culpis venialibus, aut pœnis temporariis, quibus plurimi obnoxij decedunt. 9. *L. de bono mortis c. 2. & in Pſ. 38.*

MINIST. Ad alios his verbis confugiunt. *In hanc rem ſcribit Chryſoſtomus: Dum hic verſamur, concipimus ſpes excellentes: ſed ſtatim atque emigrauimus hinc, non amplius poterimus pœnitentia duci, neque purgare noſtra peccata.* DOC. Si Miniſtri ipſum Chryſoſtomi legiſſent archetypum, ibi didiciſſent ſanctum Doctorem loqui de peccatis mortalibus ac pœnis æternis, qualia viuens & moriens ſeſe commaculabat Diues epulo ac inhumanus, de quo illic diſſerit. Huic enim & ſimilibus nulla ſubuenire poteſt nimis ſera illa pœnitentia, aut purgatio eſt relicta: ſed ardentiſsimæ flammæ inferorum, in quibus cruciantur in ſempiternum. Atque ita nihil efficit hæc ſententia contra Purgatorium, ob leues culpas & pœnas temporales deſtinatum. 10. *Hom. 2. de Lazaro: & hom. 3. in ep. ad Philip.* *Luc. 16. Sap. 5.*

MINIST. Magnam ſibi victoriam repromittunt ex hoc. B. Auguſtini teſtimonio: Primum locum fides Catholicorum diuina authoritate regnum credit eſſe cælorum, vnde, vt dixi, non baptizatus excipitur. Secundum, gehennam, vbi omnis apoſtata, vel à fide alienus æterna ſupplicia experietur. Tertium penitus ignoramus, imo nec eſſe in Scripturis ſanctis inuenimus. DOCT. Cum Miniſtri tantum à Rhapſodis ſuis teſtimonium illud acceperint, ignorant & quo loco, & in quem finem illud B. Pater ſcripſerit. Diſcant ergo à nobis eſſe libro quinto Hypognoſticon, quem Eraſmus iudicauit non eſſe Auguſtini, ſed ſuppoſititium. Sed cōcedamus Eraſmum iudicio ſuo falſum eſſe: is liber cum aliis editus eſt contra Pelagianos, qui puerulos fidelium (ſicut nunc Caluiniani) dicebant ſanctos eſſe ex vteris matrum. Cum vero morientibus 11. *L. 5. hypognoſticon.* *Vltra medium.*

rientibus illis ante Baptiſmum, non aude- A
rent aſsignare regnum Dei, obſtantibus iis
Io.3. verbis Chriſti, *Amen, amen dico vobis, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei*, confinxerunt extra regnum Dei, eſſe alium locum gloriæ cæleſtis & Paradiſi quo admitterentur illi non baptizati, ab illo regno Dei baptizatis præparato. B. ergo Auguſtinus hunc nouum errorem expugnans, conſtanter ait, illum locum ab iis commentum in ſacris literis non inueniri: quod nos & credimus, & loquimur, & prædicamus. MIN. Ego magno ſerio legi & relegi hunc locum, ſed tam ex præcedentibus quam ex ſequentibus de- B
prehendi, eum vere ſenſum ac finem eſſe: valdeq; miror tam Caluinum quam Vermilium, iudicio nequaquam obtuſo viros, illud teſtimonium citaſſe aduerſus Purgatorij locum, cum præſertim de morientibus aut mortuis adultis illic nulla penitus mentio habeatur.

12. DOCT. Diſcant rurſum à nobis cæci Miniſterculi, eundem Auguſtinum, etiam iiſdem ferme verbis vti, vt eundem ipſum errorem refellat, Ser.14. *de verbis Apoſtoli*: & *libro 1. de peccatorum meritis & remiſsione, c.28.*

Præterea, illis reſpondeo, Franciſcanum cum eodem eruditiſsimo doctore, *libro 1. de* C
Geneſi contra Manichæos, cap. 20. animaduertere ex Scriptis, poſt hanc vitam ignem pur-
1.Cor.3. gationis eſſe. Cum eodem rurſus *lib. 50. ho-*
Dan.7. *miliarum, homilia 16.* animaduertere, quoſdam ſaluari per ignem, per fluuium igneum, & quandam flammæ rationalis diſciplinam. Iterum, animaduertere cum eodem *lib. 21. de ciuit. cap. 13. & 24.* quædam peccata remitti in altero ſæculo. Iterumq;, cum eodẽ animaduertere, *in pſ. 6. & 37.* Emendatorium ignem eſſe, quo plurimi ſaluantur. Rurſus, *cum eodem Ser. 41. de Sanctis*, animaduertere, illum Purgatorium ignem duriorem eſſe, quam quidquid poteſt in hoc ſæculo pœna- D
rum videri. Franciſcanus denique, Deo dante, tam perſpicaces habet & corporis & mentis oculos, vt in eodem Authore Auguſtino Purgatorium, perlegat, intueatur, contempletur, triginta illis confirmari teſtimoniis, quæ ad Miniſtri Caluinici poſtulata, ſuperius commemorauit. Vides quam inanis & putida ſit Miniſtrorum de victoria gloriatio?

13. MIN. Nec ſic tamen veritati acquieſcunt. Reparant namq; copias ſuas ex iis eiuſdem Auguſtini verbis: *Morum corrigendorum nullus alius, quam in hac vita locus eſt. Nam poſt hanc vitam, quiſque habebit, quod in hac ſibimet conquiſierit.* DOCT. Hæc ad ſuam ipſorum confuſionem repetunt ab eo. Nam ſanctus ille vir in Epiſtola 54. vnde hæc deſumpta ſunt, agit de improbis ac diſſolutis hominibus, qui hic adhuc viuentes nolunt prauos mores ſuos corrigere ac in melius commutare: ideo illorum oculis pœnas in inferis huiuſmodi præfractis paratas ſubiicit, vt illos ad ſanctiorem vitæ normam & ſeriam tempeſtiuamque pœnitentiam adducat antequam moriantur: quandoquidem Purgatorium nullum ſit reſiduum huiuſmodi improbis ac impœnitentibus.

MINIST. Tertium locum adducunt ex 14.
Auguſtino, ſed eiuſdem cum ſuperiori ſenſus ac ſignificationis. Quarto autem ac poſtremo aiunt: *Auguſtinus ſcribit: Duæ habitationes ſunt, vna in igne æterno: altera, in regno æterno. Ergo nullum Purgatorium.* DOCT. Si ex ipſis fontibus hauſiſſent B. Auguſtini, vidiſſent eum loqui de locis ac domibus animarum ſempiternis, in quibus poſt extremum permanebunt iudicium. Tunc enim dextra duntaxat erit ac ſiniſtra, Benedictio & maledictio, Regnum & gehenna, Prædeſtinati & reprobati, Beati & miſeri in æternum. Quod & nos ipſi cum eo credimus & confitemur, cum eodem ſancto Patre aſſeuerantes tertium Purgatorij locum temporalem eſſe, id eſt, ante poſtremum illud iudicium, non ſempiternum.

MIN. Deſtituti patrociniis Auguſtini, ad 15.
auxilium confugiunt Hieronymi ſcriben- *In c.9. Eccleſiaſtes*
tis: Mortui nihil ſciunt, neque expectant ali-
quam repromiſsionem, atq; mercedem: ſed *& in 66.*
completa eſt memoria eorũ, &c.] Et alio in *Iſa.*
loco. Sicut diaboli & omnium negatorũ atq; impiorum, credimus æterna tormenta: ſic peccatorum atq; impiorum, & tamen Chriſtianorum, quorum opera in igne probanda ſunt atq; purgãda, moderatam arbitramur, & mixtam clementiæ ſententiam iudicis. DOC. Tanquam inſipientes & imprudentes ea loquuntur & producunt, quibus hæreſes eorum aperte iugulantur. Nam B. Hieronymus illis docet in primis, Viuentes poſſe bona opera præſtare: contra id quod Caluinus vult, *omnia Sanctorum opera peccata eſſe, æque ante Deum fœtentia atque ſtercus ſuum, & nihil aliud quam æternam mortem promereri.* Deinde, mortuos non poſſe amplius quidpiam addere virtutibus ſuperioribus: quibus eundem coarguit Caluinum ſcribentẽ, *illos adhuc ſpe te-*

Digitized by Google

neri atq; in dies proficere. Docet denique illos A non eſſe amplius participes rerum huius ſæculi, id eſt, famis, ſitis, ſomni, laborum agriculturæ, mercaturæ, architecturæ, militiæ. Sed ne verbum quidem additur aduerſus preces pro defunctis, vel ignem emendatorium, quem toties aliis in locis probat & prædicat, vt ſuperius docuimus. *Dialog. 5.*

16. MINIST. Tandem Pictauium petunt, ſi quid rapere poſſint ex ore Hilarij, quod ipſis ſuffragetur. Hunc aiunt dixiſſe, *Spiritus defunctorum non amplius vagari ſuper terram: ſed ſtatim vt hinc emigrarunt, recipere mercedem, vel tormenta: quod probat hiſtoria Lazari pauperis ac* B *Epulonis.* Quid tu ad hæc? DOCT. Ter, quaterque miſeros eſſe hos veſtros Magiſtellos: qui perueſtigata quantum potuerunt, omni Patrum & Doctorum veterum ſcriptione, ne vnum, ne vnicũ quidem inuenire vel adducere potuerunt, qui diſerte neget orandum vel offerendum pro defunctis, vel non eſſe poſt hanc vitam Ignem expiatorium, vel hoc inuentum eſſe Monachicum, vel Satanicum, vt illi quidem blaſphemant: cum è contrario Vniuerſos citauero contrarium credentes, adfirmantes, & ex verbo Dei perſuadentes. Reſpondere, Patres hac in re inconſtantes, aut ſibi ipſis C contrarios fuiſſe, manifeſta eſt calumnia, & iniuria qua non iniquior, neque impudentior altera. *Com. in pſ. 2. & 120.* *Luc. 16.*

17. Et quantum quidem ſpectat ad hoc poſtremum B. Hilarij teſtimonium, vt veſtros Miniſterculos diſputatione exerceam, hos primo ad Fabri Stapulenſis (cui Beza inter Reformationis veſtræ aſſertores primas defert) ſcholam remitto, à quo diſcent, Narratione Lazari ac Epulonis omnium maxime Purgatorij locum comprobari. Secundo, eoſdem ad ſubſellia commilitonis ſui Lamberti Danęi oblego, affirmantis contra ſuum D Caluinum, narrationem illam Parabolam eſſe, ex qua nihil in rebus controuerſis effici vel confirmari valeat. *Com in Luc. c. 16.* *Com. in ca. 110. Enchirid. Aug. Pſychopan.*

18. Et poſtquam hæc omnia inter ſe conciliauerint hos docebo, Animas Purgatoriis pœnis addictas nequaquam ſuper terram vagari vt pie ſancteque docet B. Hilarius, cum in tenebroſo, ardentique carcere teneantur incluſæ, pœnaſq; temporales luant ſecundum merita ſuperiorum delictorum: & ſi aliquando diuina ſingularique indulgentia, hominibus appareant, vt ſuperius probatum eſt. Dicam eis præterea, omnes Lazari animæ ſimiles ad locum conſolationis pergere. Diuiti autem pares abripi ad tartara, ignemq; Gehennæ perpetuum. Atque hæc non repugnare doctrinæ de igne Purgatorio, qui nec omnino bonis, nec penitus malis, paratus eſt, ſed mediis (iuxta B. Auguſtinum) Monebo denique illos, quod ſi diligentiores fuiſſent, cauſæ ſuæ inueſtigatores, longe plura teſtimonia comperiſſent apud Vermilium, Brentium, Bullingerum, Zuinglium, Ochinum, Sadeelem, Chemnitium, & alios recentes Aerianos, hoſtes nimis feros & immanes fidelium defunctorum, quæ in ſpecie eis fauere videntur: ſed reuera nihil efficiunt in rem hæreticam, ſicut nec ſuperius adducta. *Dialogo. 5.* *Ser 34. de verbis Apoſt.*

NEQVAQVAM SANCTI PATRES doctrinam ſuam de Purgatorio ab ethnicis hauſerunt: contra 73. errorem.

CAPVT XXI.

MINISTER.

HOrum querelis aduerſus ſanctos Iacobum, Clementem, Dionyſium, alioſque veteres Patres, à pagina 115. vſque ad 137. voluminis eorum, abunde feciſti ſatis. Hoc porro aliud comminiſcuntur effugium. Nimirum, *Quidquid Patres docuerunt, quidquid poſteri tradiderunt, quidquid Catholici credunt & aſſeuerant de Purgatorio, tantum nixum eſt ſomniis & fictionibus Paganiſmi creditum eſt cum Ethnicis eſſe Purgatorium, cuius Plato meminit, &c. Hæ prima ſunt ſcintillæ Purgatorij, &c.* Tu quid cenſes? *Inſtr. pag. 136. 137.*

DOCT. Totidem eſſe delirationes, mendacia, & tetras impoſturas, quibus primum ſemetipſos condemnant, & reprobant quæ in eodem ipſo volumine ſuo, & alibi prædicant. *Purgatorium inuentionem eſſe Sorbonicorum, Monachorum. Deinde, Odilonem Cluniacenſem primum oraſſe pro mortuis. Præterea, Gregorium Papam illud ex apparitionibus confinxiſſe. Ad hæc, tempore Auguſtini de hoc primum eſſe diſputatum. Aetate Cypriani & Tertulliani de hoc nullam fuiſſe mentionem, &c.* Nunc vero ſcribunt Platonem huius ſcintillas ieciſſe. Quid magis abſonum, contrarium, impium? Certum eſt enim inter ætatem Platonis & Roberti Sorbonij ſupra mille annos interceſſiſſe: & pluſquam octingentos ab hoc Philoſopho ad Odilonem, atq; beatum Gregorium fluxiſſe. Item, pluſquam quadringentos *Confut. 1.*

gentos inter illum & Auguſtinum. Multis etiam ſæculis Cyprianum atq; Tertullianum ſuperauit. Adhæc, quot annorum centurijs *Tob. 4.* Adamus, Abraham, Moyſes, Dauid, Tobias, Prophetæ, quos omnes purgatorium agnouiſſe & docuiſſe peruicimus, Platonis ætatem ſuperauerunt? Qui ergo poſſet eſſe iſta ſuaſio Paganiſmi: aut Plato illius ſcintillas primus ieciſſe? Apagete tantam amentiam.

2. Præterea, cum illi Patres è contrario ſuperſtitiones ethnicorum, & dogmata Philoſophorum cum noſtra pietate pugnantia, tanto zelo, tanto animi ardore, tanta eloquentia & inſtantia, totque ſcriptionibus B non tam oppugnauerint, quam omnino expugnauerint; non eſt profecto verum, ſed nec veriſimile, vt doctrinam de peccatorũ diſcrimine varijs pœnis, receptaculis animarum hinc emigrãtium, Limbo, Purgatorio, vel inferis, à ſuperſtitionibus ethnicorum depromſerint. Scilicet, ſanctiſsimi viri Clemens, Dionyſius, Hermas, Petrum, Paulumque docentes aſpernati eſſent, vt Simoni Mago, Ebioni, Cerintho, aut Platonis, Ariſtotelis, Plotini, Iamblici placitis obaudirent. Aut Iuſtinus, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Hieronymus, Auguſtinus, & alij, potius adhæſiſſent Stoicis, Cynicis, ac Epicureis, quam ſacris Apoſtolorum traditionibus? MINISTER. Eſt proculdubio calumnia nulla ratione ferenda, quod tam pij viri, tam fortes martyres, tam eruditi & ſacri Epiſcopi, poſthabitis ſcriptis Prophetarum, & Apoſtolorum, in ijs fidei Chriſtianæ articulis ſecuti eſſent errores ethnicorum & idololatrarum.

3. DOCTOR. Contra vero, ſtatuo quidquid vel Pythagoras, vel Homerus, vel Plato, vel Maro, vel alij ethnici de purgatorio dixerunt, id eos à Prophetis, vel ex antiqua Hebræorum traditione didiciſſe. Teſtem *L. 9. præp. euang. c. 3.* locupletiſsimum habeo Euſebium, ſcriptis D Clementis Alexand. comprobantem, Numam omnino fuiſſe Pythagorium, & iuxta doctrinam Moſaicam plurimas tuliſſe leges, præceptaque dediſſe Romanis. Deinde, ex eo quod Ariſtobulus Hebræus dixerit Ptolomæo, Pythagoram & Platonem perlectis libris Moſaicis, meliores Philoſophiæ partes ex ijs depromſiſſe. Præterea, producit Numenium Pythagoricum aſſerentem, nihil aliud eſſe Platonem, quam Moyſem Attica lingua loquentem. Confirmat denique ſuperiora ex eo, quod Eupolemus ſcri-A ptis conſignatum reliquerit, Moyſem virum eruditiſsimum, bonas literas, liberaleſque diſciplinas Hebræis docuiſſe: à quibus *L. 11. præ. euan. c. 10* Phœnices didicerunt: & Græci à Phœnicibus quidquid memoria excellens ac eximium tenuerunt. Referens demum, ea quæ Plato ſcriptis reliquit de quorundam reſurrectione, de iudicio poſt mortem, de igne purgatorio, de diuerſis bonorum & malorum præmijs, profitetur id illum hauſiſſe de fontibus Iſraelis.

4. Adhæc, ſanctus Patriarcha Tobias multo antequam Plato mortalibus frueretur *Tob. 4.* auris, ſtatuerat, vt panis & vinum in oblationis modum duceretur ſuper ſepulturas iu- *2. Mach. 12.* ſtorum. Iudas quoque Machabæus tam ſacer diuini populi Pontifex, quam Dux ſtrenuiſsimus ſacrificium publicum pro ſalute defunctorum offerri curauerat. Hæc porro non didicerant à Platone, cuius ſcripta nondum tunc erant inter Hebræos peruulgata. Huiuſmodi itaque religio ab eo profecta non erat: ſed à ſanctorum Patriarcharum traditionibus, atque ſcriptis Prophetarum.

5. Tantum abeſt etiam, vt priſci Doctores & Paſtores Eccleſiæ operum Platonis ſtudio ſe dederent, aut aliorum ethnicorum libros C euoluerent, ex quo rite ſacris noſtris eſſent initiati, & Baptiſmi fonte renati, vt è contrario, eorum lectionem diſtricte prohiberent, hanc conſtitutionem D. Clementis, ſeu potius Apoſtolorum ſeruantes: *Abſtine ab omnibus libris Gentilium.* *L. 1. Conſt. c. 6.* Ratio additur, quia tantum diuertunt inconſtantes à vera fide: libri vero ſancti certiſsima ſunt diuinæ veritatis oracula, quæ ſufficiunt ad ſatiandas omnium hominum animas & conſcientias.

6. Iuſtinus Philoſophus & Martyr profitetur ſe in illis nihil reperiſſe, præter vanitatis *L. ad gentiles.* diuerſa genera, & falſorum deorum amores, pugnas, fabulas. Tatianus eius aliquando diſcipulus, eoſdem ethnicorum libros dicit eſſe labyrinthos indiſſolubiles; & eos qui illis dant operam, ſimiles ait vaſis Danaidum. Theophilus Antiochenus probat ni- *L. 3. ad Autolycũ.* hil in illis occurrere, præter ineptias, commenta, reſque fictitias, vt ex Homerica iliade, Theogonia Heſiodi, Arati ſphærographia; & in ea trecentorum ſexaginta deorum, quam Orpheus confinxit. Quis ignorat Euripidem, Sophoclem alioſque tragicos: Ariſtophanem, Menandrum, & ſimiles comicos fabulis & fictionibus refertos eſſe, &c. Iſta ergo religionis Chriſtianæ capita

Digitized by Google

non niſi impie imperiteque ad commenta Ethnicorum referri poſſunt: vti poſt Brentium, Vermilium, Ochinum & Caluinum, hi Miniſtri referre conantur: ſed ad diuina oracula facta Prophetis, Apoſtolis, & horũ ſucceſſoribus, vt copioſe demonſtrauimus.

PECCATA MORTALIA QVO AD culpas non remitti in alio ſæculo, ſed quo ad pœnas temporales: nullam inuoluit contradictionem: aduerſus 74. errorem.

CAPVT XXII.

MINISTER.

NIhil Miniſtri proponunt in ſuo volumine noua ſatisfactione dignum, vſque ad paginem 170. in qua ſcribunt: *quidquid tu aſſeris de remiſſione pœnarum temporalium, quæ peccatis mortalibus (quo ad culpas & pœnas æternas in hoc ſæculo prius condonatis) debentur, & in purgatorio exoluuntur ac expiantur, & ſecum, & cum Gregorio, & cum Scholaſticorum doctrina pugnare.*

Confut. 1. DOCT. Explicabo ſententiam meam: hinc oſtendam eam & ſecum & cum alijs duobus optime conuenire: indeq; Miniſtros & inſcitiæ, & calumniæ conuictos relinquã. Nunquam cogitaui aut dixi culpas mortales, aut pœnas ęternas remitti in purgatorio; oportet enim vt fiat vel Baptiſmo, vel pœnitentia: ſed dixi, probaui, & adhuc probaturus ſum, cum opus fuerit, poſt earum abſolutionem & remiſsionem, Deum velle vt peccator quibuſdam aliis temporariis pœnis ſubiaceat, atque eas vel in hoc mundo per fructus pœnitentia dignos, vel in alio per ſupplicia exoluat purgatoria. Dixi rurſum ac probaui, peccata venialia nõ remiſſa in hoc ſæculo, in iis qui in ſtatu gratiæ commigrãt, expiari atque condonari in purgatorio, cui ſunt addicti à Deo, donec perſoluerint ad vltimum vſque quadrantem. Illud namque eſt Baptiſma ignis, quo ſuos abluit. Sunt peccata, quæ in altero ſæculo remittuntur. Fluuius eſt igneus, quo thronus iuſtitiæ diuinæ accingitur: & vt paucis concludam, ignis eſt quo Deus conſumit noſtra ligna & ſtipulas, vt ſaluet quaſi per ignem. Hæc fides & doctrina totius Eccleſ. Catholicæ, & ſanctorũ Patrum hauſta ex puriſsimis verbi diuini fontibus. Hæc nullatenus ſecum pugnant, quoniam ſunt de obiectis & terminis inter ſe diſtinctis ac diuerſis: oportet autem contraria circa eadem prorſus verſari. Neque

Matth. 5. Matt. 3. & 12. Dan 7. 1. Cor. 3.

2.

A vllo modo aduerſantũr ſcriptis B. Gregorii, aſſerentis ignem purgatorium non remittere peccata grauiora, nimirũ, mortalia, quantũm ad culpas & pęnas æternas ſpectat: quoniam id cum eo credimus, aſſerimus, prædicamus. Addens autem ſolum minuta & leuia peccata, id eſt, venialia, hoc igne expiari, hoc ipſum eſt, quod & nos hic adfirmamus atque propugnamus.

Multo adhuc minus diſſentit à Scholaſticorum ſententia: qui nunquam cogitauerunt, nunquam dixerunt, nunquam ſcripſerunt, culpas mortales, aut pœnas iis debitas igne purgatorio deleri, vt inſigni nequitia B comminiſcuntur Miniſtri: ſed tantum pœnas temporarias, quæ illis poſt remiſsionem culparum & pœnarum æternarum, ſuperſunt exoluendæ. Atq; in hac pietate conuenimus optime cum verbo Dei, Gregorio, atque Scholaſticis, quidquid cæcutientes Miniſtri deblaterent. 3.

Nam contradictiones cõſiſtunt inter propoſitionem vniuerſalem affirmãtem, & ſingularem negantem de iiſdem rebus & vocibus: oppoſitiones vero inter omnino incõpatibiles, ac affirmationem & negationem eiuſdem rei, in eodem ſubiecto, & in eadem C parte ſubiecti, vt inter Theologos & Philoſophos ſine vlla diſſenſione conuenit. Peccata porro mortalia remitti quo ad culpas & pœnas æternas per Baptiſmum & Pœnitentiam in hoc ſæculo, & quantum ad temporales in futuro per ignem emẽdatorium, de rebus & natura & tempore ſunt diuerſis: nequeunt igitur vel contradictiones cenſeri vel oppoſitiones. Equidem pœnæ æternæ plurimum diſtant à temporariis, ſicut & peccata mortalia à venialibus, & hoc ſæculum à futuro. Perſpicuum eſt ergo Miniſtros ignorare leges contradictionum ac oppoſitionum: & tantum peritos eſſe calumniarũ. Inſuper, adeo ſtupidos, vt non animaduer-D tant diſcrimen latiſsimum eſſe inter pœnas & culpas, inter ſupplicia æterna & temporalia, inter peccatum mortale & veniale, ac inter pœnitentiam & purgatorium. Iamque intuere diligenter ignorantiam thraſonum iſtorum, qui buccis inflatis tam diuturnam Regentiam ſuam in Gallia, Italia, & Germania iactitant. 4.

MIN. Neſcio quibus foliis ficulneis ſuam hanc impudentiam contegere poterunt, niſi negent poſt culpas mortales & pœnas æternas condonatas, ſupereſſe temporales luendas, & peccata venialia differre à mortalibus.

buſ. Si eo peruenerint, ſuperiores accuſatio- A
nes ſuas de contradictione deferent, inſci-
tiam prodent, & in profundiorem errorum
Dialog. 5. gurgitem ſeipſos præcipitabunt: vt iam ſu-
perius euicimus.

FACTVM RAZIAE: AC EXCVSATIO *Scriptoris libri ſecundi Machabæorum non obſtant quo minus idem liber ſanctus ſit, & canonicæ authoritatis: contra 75. & 76. errorem.*

CAPVT XXIII.

MINISTER.

A Pagina 171. Inſtructionis ſuæ multa gar- B
riunt de peccatis venialibus, de Tertul-
liano, Cypriano, & Auguſtino, de pœnis pec-
catorum, quæ ad rem præſentem non perti-
Inſtruct. p. 204. nent: demum ore cruento ſic eũdem B. Au-
guſtinum lacerant: *Auguſtinus exponit Euange-
lium contra omnem rationem, & alieno plane mo-
do a cæteris Euangeliſtis*: & admodum impu-
denter negant diſputationem Lypſicam in-
ter Ekium & Lutherum, inueniri inter ope-
ra Lutheri: gloriantur ſe duobus Monachis
perſuaſiſſe vt à profeſsione ſua deficerent.
Diuum Hieronymum proſcindunt conui-
tiis: negant librum Tobiæ canonicum eſſe:
irrident ſacrum & generale Concilium Flo- C
rentinum: ſed his omnibus iam abunde fa-
ctum eſt ſatis. Tandem vt peruenerunt ad
pag. 241. voluminis ſui, nituntur efficere *li-*
2. Mac. 4. *brum ſecundum Machabæorum non eſſe Canoni-*
2. Mac. 15. *cum, primo (inquiunt) quia factum Raziæ ſeipſum
occidentis in eo laudatur & comprobatur: ſecundo
quia Author ſe excuſat, quod fieri non ſolet ab aliis
ſacrorum librorum Scriptoribus.*

Confut. 1. DOCT. Paucis ſatisfacio iis duabus ob-
iectionibus. Primo, quantum ſpectat ad fa-
ctum Raziæ, Priſci interpretes Hebræi teſti-
ficantur id illum feciſſe, ſecreta quadam in-
ſpiratione ac impulſione Spiritus ſancti: vt
Iudic. 16. alias fecerat Samſon, quando domum tam D
Ion. 2. ſuper ſemetipſum, quam ſuper Palæſtinos
euertit: & Ionas hortando nautas vt ſe in
mare præcipitem agerent. Ex quibus ſeque-
retur illud Raziæ factum commendandum
eſſe, quaſi id præſtitiſſet ſingulari fide ac o-
Gen. 22. bedientia in Deum id iubentem, ſicut & o-
lim Abraham filium ſuum offerens. Ac ideo
Aug. l. 1. de tam præclarum facinus nihil minus autho-
ciu. ca. 21. ritatem libri imminuere, quam facta Ionæ,
& 26. Samſonis, & Abrahæ, librorum quib. refe-
runtur, authoritatem & maieſtatem immi-
nuunt vel labefactant.

Sed ſtatuamus iſtam Hebræorum inter- 2.
pretationem minus rectam eſſe: poſt D. Au- *L. 2. contr.*
guſtinum ſecundo reſpondeo, Raziam plu- *2. Epiſt.*
rimum laudari ob ſingularem in patriam *Gaudentii*
ſuam charitatem, pro qua, & ſancta ciuitate, *c. 23. ac ep. 61.*
& ſacro templo vitam magno animo po-
ſuit: eo quod perpetuo continens fuerit, le-
gem non voluerit tranſgredi: ſed non eo
quod ſeipſum interemerit. Non ſapienter
elegit tale mortis genus: ſed impatienter
perpeſſus eſt ærumnas & opprobria. Scribi-
tur quidem eum ſæpe expetiuiſſe glorioſum
mortis genus: ſed id non tribuitur ſapien-
tiæ. Tale facinus recitatur, non approbatur:
debet iudicari, nõ imitari. Factum eius nar-
ratum eſt, non laudatum. Non fuit mortis e-
ligendæ ſapiens, ſed ferendę humilitatis im-
patiens. Scriptum eſt quod voluerit mori
nobiliter, non ſapienter, &c.] Hinc ergo
Prædicantes diſcant ab Auguſtino factum
Raziæ in lib. 2. Mach. referri, non laudari: at-
que ſic primum eorum argumentum calu-
mniæ nixum & mendacio, ante multa ſæcu-
la à B. Auguſtino ſolutum fuiſſe.

MIN. Quid porro reſpondes ad excuſa- 3.
tionem Scriptoris? DOCT. Quod cum ge-
nere & lingua Hebræus eſſet, Græce autem
ſcriberet, lingua tunc temporis admodum
pura & terſa, rogat vt aliquid deferretur ſuis
dictionibus, connexionibus, & phraſibus, ſi
fortaſſe non viderentur tam elegantes &
cõcinnæ, quam eſſent Platonis, Demoſthe-
nis, Xenophontis, & aliorum oratorum:
non autem operis ſui ac hiſtoriarum verita-
ti, quam nullatenus dubitabat certiſsimam
eſſe ac ſanctiſsimam.

Quinetiam Paulus eo modo excuſat ſe, 4.
quod imperitus eſſet ſermone, licet non ſci- *2. Cor. 11.*
entia, Moyſes, quod non eſſet eloquens, ſed *Exod. 3.*
grauioris atque tardioris linguæ. Ieremias, *Ierem. 1.*
quod puer, qui neſciret loqui. Iſaias, quod *Iſa. 6.*
labiis eſſet immundis: quæ tamen nihil præ-
iudicant eorum ſcriptis & ſanctiſsimis &
veriſsimis.

Imo vero, ipſe Caluinus non erubuit ſcri- 5.
bere Chriſtum Dei ſapientiam & virtutem, *In c. 6. 22.*
improprie ſæpe loquutum eſſe; abſurda dixiſſe & *15. & 20.*
ſine ratione: nec ſatis firme ſententias ſuas confir- *Matth.*
maſſe: Præterea Euangeliſtas *verbis ineptis vſos* *In c. 6. Lu.*
eſſe ac ſententiis impropriis: & nihilominus ho- *In c. 8. Io.*
rum authoritati quidpiam detractum no- *In 1. Cor. 7.*
lunt. Paulum deniq; cenſet Caluinus *Com-* *v. 9. & 16.*
paratione vti impropria, loqui improprie; quinimo *In 2. Cor. 1.*
eundem ſubiectũ fingit *communibus aliorum* *verſ. 9.*
hominum paſsionibus, non ſolum calori & frigori,

ſed

Digitized by Google

ſed & peruerſæ confidentiæ, temeritati, aliiſque ſimilibus, &c. Hæc porro nihil obſtare volunt, quo minus & Geneſis & libri Iudicum, Ionæ, Iſaiæ, Ieremiæ, Euangeliorum, & Pauli Epiſtolarum, maieſtatem & authoritatem retineant. Neque ergo liber ſecundus Machabæorum ſuam veritatem & authoritatem amittere debet, tametſi Scriptor illius veniam precetur, ſi tam humili ac tenui ſtylo ſacram illam hiſtoriam deſcripſerit.

ETSI TANTVM DVO MILLE DRACHmas argenti miſiſſet Iudas Ieroſolymam ad faciendum ſacrificium pro defunctis, nihil repugnaret purgatorio: contra 75. errorem.

CAPVT XXIV.

MINISTER.

PVtant ſe plurimum debilitare doctrinam purgatorij ſcribentes in ſecũdo Machabæorum libro *tantum fieri mentionem duorum millium drachmarum argenti: & duobus illis millibus addita fuiſſe adhuc decem millia, vt eſſent duodecim millia; hæcque addita à ſtudioſis & patronis purgatorii: vt ſic homines tam ad maxima, quam minuta ſacrificia offerenda excitarentur, quæ in commodum cederent illius cuius eſſent oblationes.* Tu ad iſta reſponde.

Inſtruct. pag. 250.

Confut. 1. DOCTOR. Et ſi Miniſtri ac ſatellites veſtri à nobis ſurriperent decẽ millia drachmarum, eodem priuilegio, ſeu potius ſacrilegio, quo pluſquam cẽtum millia calicum, crucum, & capſularum argenti & auri deprædati ſunt in Gallijs, & tantum nobis duo mille drachmas, (vnamquamque tres ſolidos cum ſemiſſe, iuxta Budæi ſupputationem, æſtimatam) relinquerent, adhuc plane ſumma eſſet inſignis, ad comparandas oblationes, faciendaque ſacrificia pro requie defunctorum: nec quidquam propterea ſequeretur, quod doctrinæ purgatorij repugnaret. Nihil prorſus adiumenti, nihil augmenti ex hac rapina doctrinæ cauſæve Miniſtrorum accederet.

2. E contrario vero, ex eodem facto ſanctiſſimi Pontificis ac ſtrenuiſsimi ducis, totiuſque Senatus populi diuini cum eo conſentientis, primo conſequitur elegans approbatio immortalitatis animarum: hinc reſurrectionis omnium mortuorum: inde iuſtitiæ ac miſericordiæ diuinæ erga defunctos: præterea, peccata venialia, & pœnas temporarias in alio ſæculo poſſe remitti: inſuper, ſacrificia & preces viuentium prodeſſe defunctis: denique, omnia ſuperiora, & proinde purgatorij doctrinam ad fidem Chriſtianam maxime pertinere, cum hæc vniuerſa ex Scripturis ſacris comprobentur.

MINISTER. Adhuc tamen videntur ægre ferre hæc duo millia drachmarum, 3
ſcribentes *fuiſſe annulos ponderis duorum millium drachmarum: non drachmas.* DOCT. Vt experiar num tandem reſipiſcere poſsint à nequitia cordis ſui, admittam illis κατασκευάσματα ſignificare ſtructuras, molimina, machinationes, ædificia, commenta, & alia plurima ſi velint: non id obſtabit, quo minus oblatum & oratum ſit, publice, ac totius populi diuini conſenſu, pro fidelibus defunctis: aut quo minus hi poſteri Patriarcharum & Prophetarum crediderint talia ſuffragia eiſdem prodeſſe: atque ſic detur locus tertius ac medius inter Paradiſum, & infernum reprobatorum.

MIN. Quiſquis accurate ſpectabit, argumenta, quæ in hanc rem allata fuerunt in 4.
tertio noſtro Colloquio, volens nolens fatebitur talem fuiſſe fidem, ac vnanimem conſenſum veteris illius Eccleſiæ, quam Synagogam vocamus.

Sed quis prior excogitauit tantum fuiſſe duo millia drachmarum, non duodecim? DOCT. Eum pro certo indicare nequeo, ſed primus locus in quo hanc lectionem offendi, fuit in quibuſdam Bibliis Cræco-Latinis Baſileæ impreſsis, M.D.L. in quibus legitur εἰς ἀργυρίου δραχμὰς δισχιλίας *ad argẽti drachmas bis mille.* Secundo loco legi in aliis Latino-Gallicis impreſsis Geneuæ apud Iacobum Burgeſium, 1568. *ad duo millia drachmarum argenti.* Tertio, in his quæ tribuuntur Vatablo. Sed in omnibus antiquis manuſcriptis, quæ conſulere potui, & in vulgatis, quæ ſacra Concilia *ſequi* præcipiunt, conſtanter legitur: *duodecim mille drachmas argenti.*

MIN. Num hoſtes purgatorij auſi fuiſſent textum illum deprauare? DOCT. Id 5.
tempus reuelabit: ſcio tamen pro certo in Biblijs ſanctis Pagnini, in literis Hebraicis & Græcis verſatiſsimi, ſicut in vulgaribus ſcriptum inueniri. Præterea, in tribus diuerſis Biblijs Gallicis, Geneuæ impreſsis, à Caluino, & auditoribus eius annotatis, legi: *Cum collectam feciſſet, miſit Ieroſolymã duodecim millia drachmarum argenti, offerenda in ſacrificium pro peccatis eorum, qui mortui fuerant.* Vnde perſpectum

1562. 1565. & 1568.

ſpectum habeo Caluinum & Geneuanos legiſſe, probaſſeque, *duodecim millia drachmarum*; non *duo millia annulorum*, vt hallucinantur hi noui Miniſterculi.

6. MIN. Mirum ſi diſcipuli ſupra magiſtrũ. Equidem ſi glorientur ſe maiori iudicio pollere & doctrina quam Caluinum, coarguet eos Beza ſcribens: *Caluino nemo docuit doctius.* Si obiecerint ſe non minori authoritate valere in interpretandis, augendis, emendandis, ac interpretandis ſacris Scripturis, nunquam finis imponetur huiuſmodi verſionibus ac euerſionibus ſacrarum Scripturarum. Quocirca cum hic illos vndequaque interclusos teneamus, ad alia properemus.

L. Iconum.

NEC FIT INIVRIA CALVINIANIS: *nec læduntur edicta Regia, cum à nobis Gnoſtici & Hugnoſtici vocantur: contra 76. & 77. errorem.*

CAPVT XXV.

MINISTER.

PArentium tunc Marromenſem, poſtea Inſulenum, hinc Cadomenſem, nunc ignobilis cuiuſdam vici Gerſeani Miniſtrũ; totiuſque Conſiſtorij eius dignitatẽ, aduerſum te plurimum commouiſti, cum illos vocaſti *Hugonotorum Miniſtros*. Exclamant enim *atrocem eſſe iniuriam, ſeditioſum conuitium Regiis edictis aduerſari, & crimen à Iudicibus ac Prætoribus puniendum.* Videris quomodo tantum probrum, quantumque periculum effugies.

Inſtruct. pag. 255.

Confutatio.

1. DOCT. Is vero cum ſuis gregalibus non videtur potius à ciuili Magiſtratu plectẽdus, eo quod beatiſsimos Apoſtolorum Diſcipulos, Martyres, Confeſſores, Patres & doctores, vniuerſæque Eccleſiæ Paſtores vocet *Vſurpatores cathedræ Chriſti, corruptores fidei, ſuperbos, ſuperſtitioſos, à dæmone impulſos, antichriſtos*? Illi ne conceſſum eſt, ſcriptis me vocare *Satanam transfiguratum in angelum lucis*: & mihi ſoli denegatum inter tot myriades optimorum Francorum, qui & paſsim, & publice Caluinianos ſic vocitant, ſilentium indictum & impoſitum? Authoritate Miniſtrali prohibebor vti verbis communibus vulgo, nobilibus, Principibus, Regibus.

2. Indicabo etiam eoſdem in ſuis ſcriptis nõ ſolum ſe ita vocare, ſed & de hac nuncupa-

A tione gloriari. Si ergo cum eis loquor, ſi titulis ſuis eos denoto, ſi cum eis ſcribo, ſi Miniſtrorum more vtor, qua in re eos lædo? Nã Bullinger miniſter ſacramentarius, nõ ſemel de ijs loquens, appellat eos *Hugonotos & Hugonotas*? Ego ſi honeſtiore vocabulo dico *Hugnoſticos*, quid pecco? Quoties ſe eadem voce nuncupant in immenſo volumine Gallico martyrum ſuorum? Nonne glorioſum ſibi iſtud nomen reputant, in eo libello, quẽ de Ambroſiano tumultu ipſimet ediderunt? Sed accedamus ad eorum Excitatorium matutinum. Miniſtri huius Authores, Epiſtolam ad Ducem Guiſianum, quinquies ſe vocant

Homil. in Danielem.

Gallica Reueille-matin des Francois.

B *Hugonotos*. In priori Dialogo, pagina 14. eodẽ *nomine* vocant Cõminiſtros, qui Colloquio Piſſiaco interfuerunt, ac eorum commilitones, quater Pagina 15. ter: pag. 16. & 17. bis: pag 19. & 20. quater: pag. 21. 22. & 23. nouies: pag. 24. 25. & 26. ſepties: pag. 27. 28. & 29. octies: pag. 32. & 34 nonies: pag. 35. & 42. Principem & nobiles eius, eodem nomine compellant: atque ſic conſequenter per totum librum, ſingulaſque pagellas hunc ſibi titulum tribuunt. Cur ergo imminutæ Maieſtatis ego reus eſſem, & à ciuili Magiſtratu plectendus, quod ſemel tantum in priori ſcripto meo, quendam Miniſterculum, *Miniſtrum Hugno-*

Poſſiaco.

C *ſticorum* vocauerim?

In eodem libro, Dialogo ſecundo, pagina 7. & 8. de Principibus & Miniſtris Germanis differentes, Deus bone? quot eos probris & maledictis proſequuntur? Appellãt enim illos, *Viri voragines, quorum ſanctiores hoc ſtercore ſunt infecti: canes mutos: ſocios Heli: homines ſine diſciplina, obſtreperos & feroces equos, &c.* Ecce quibus honorum titulis nobilitant vos, Viri Germani, Caluiniſtæ, quos in Gallijs pati cogimur, quoſque veſtris armis, viribus ac exercitibus, toties fouiſtis, iuuiſtis, ſtabiliſtis, exaltaſtis. 3.

Miniſtrorũ calumniæ in nobiles.

D Anglos, qui omni quoque ope & opera eis fauerunt, hac mercede compenſant, & honore iſto afficiũt, *quod ſint ſuperbi, diſſoluti, infideles, iniuſti.* Horum Miniſtri *laſciuiunt, ſunt ambitioſi, ac inſolentes.* Senatores & conſiſtores regij Magiſtratus, *homines hypocritæ, ficti, ſimulati, aperti hoſtes omnis diſciplinæ.* Miniſtri quidam *incedunt comitati magna caterua puerorum nobilium & honorariorum, ſatellitum, aliorumque hominum perditorum, vſque ad viginti, triginta, quadraginta, & quinquaginta. Sunt & qui centum, imo & qui ducentos huiuſmodi comites & ſtipatores habeant. Euangelium gratis, imo in vanum ſuſceperunt impuri ſcortatores. &c.* En 4.

Dialog. 2. pag. 9. & 10.

Modeſtia miniſtrorũ

Digitized by Google

merces, quam rependunt pecunijs & militibus veſtris, Viri Angli, pro quibus toties militaſtis ingrati Caluiniani.

5. Sed ipſimet declarent, non ego, quas Heroides in Gallia appellent in eo libro ſuo, *Nobilia ſcorta, ſanguinem infectum, horribiles furias, ſagas, Brunichildes, Fredegondes, IeZabeles, ſues, ipſam improbitatem, irridentes Dei. &c.* Deinde, exponant cum quibus Principibus rem habent, *quos vocant proditores, cum quibus nulli eſſe poſſint diritate pares, tygres, leopardos, barbaros, inceſtuoſos, leproſos, blaſphemos, atheos, hoſtes humani generis, antichriſtos, Sardanapalos, Nerones, Heliogabalos, potentiſſimos latrones atq; pyratas, filios dæmonum*: tantum hac in re dolentes, quod infauſtioribus & fœdiorib. nomenclaturis nequeant eos lacerare atq; deformare.

6. Et ne quis addubitet Miniſtros Caluinianos hanc etiam in viros principes, maledicentiam à pectore, moribuſque Caluini ſui exhauſiſſe, paucis referam quæ iſte, libro Epiſtolarum ſuarum, editione ſecunda Geneuæ, apud Petrum Santandreanum 1576.

Pagina 15.

præfante Beza, aduerſus viros illuſtres effutiuit. Ait enim: *Rex ipſe (Anglorum) vix dimidia ex parte ſapit. Habet mutilum & ſemilacerum Euangelium. Non ioco ſe inſanit. Dei beneficiis male reſpondet. Graues pœnas luet ſuæ ingratitudinis.*

Epiſt. ad Tigurin.

Nec Senatui ſuo Geneuenſi parcens, ſcribit: *Deploranda eſt Senatus noſtri cæcitas quod libertatis ſuæ patrem & patrem huius Eccleſiæ (Farellum) ſibi reum cauſæ capitalis, mitti à Neocomenſibus popoſcit.*

Epiſt. ad Bullinger.

Et de quibuſdam eorum ſcribit rurſum. *Duo fuerunt in Senatu improbi homines, audaces vſque ad ſummam impudentiam, ambo inopes & famelici. Prior cum Capitaneus eſſet vrbis, colluuiem improborum, propoſita ſcelerum impunitate, ſibi conciliauerat. Nam ſi quid nequiter, proterue, diſſolute geſtum fuerat, patrocinium ſuſcipere paratus erat.*

Ep. ad Petrum Martyrem.

Anno Domini 1559. Petro Martyri ſcripſit: *Promptum erat in manu Regis Nauarræ his malis (Galliæ) remedium, & mira pollicitus fuerat: ſed cum eius ignauia nihil fuerit turpius, acceſſit tandem & proditio. De Regina (matre) ego non miror. Nam pietatis eius erga religionem, ſynceram vllam affectionem hactenus nunquam ſenſi.* Sed & de

Pag. 381.

ſummo Senatu Pariſienſi ait: *Curia Pariſienſis ridiculum ſuum ſtuporem prodidit. &c.* Habetis viri in Gallijs Capitanei, Senatores, Nobiles, Principes, Reges Chriſtianiſsimi, quædam modeſtiæ Caluinianæ exemplaria, è libris eorum ad verbum tranſcripta: libris inquam, qui veſtra indulgentia palam excu-

A duntur, atque venerunt in vrbibus, in foris, & nundinis huius regni. Habetis quam honorifice ſentiunt, loquuntur, ſcribunt de Magiſtratu & Principatu Politico. Habetis quam moderati, quam morigeri, quamque pacifici ſubditi ſint Miniſtri Caluiniani. Habetis quam honeſtos de vobis ſermones ſeminent hi viri, ſcilicet, Reformati, ac totius generis humani Reformatores, in cõcionibus, in libris, in terris: verbo, calamo manu. Atque hæc, nimirum, ſine conuitiis, ſine ſeditionibus, ſine violationibus Regiorum edictorum. At ego, quia vilem Miniſterculum ſemel vocaui *Miniſtrum Hu-*

B *gnoſticorum*, dignus ſum, qui à ciuili Magiſtratu caſtiger? qui in vinculis & carceribus veſtris emoriar? qui capitis & maieſtatis accerſar? qui de infelici arbore pendeã, quaſi ſcelus admiſiſſem ſcelerum omnium teterrimum? Superi meliora velint.

Nolui referre conuitia, probra, diras imprecationes, quas in ſingulis fere librorum ſuorum pagellis, concionibus, colloquiis, euomunt aduerſus Monachos, Sacerdotes, Epiſcopos, Cardinales, ſummos Pontifices: ac etiam vniuerſos cœleſtium ordines eructant ſine fine. Satis mihi fore iudico, ſi coram Deo & hominibus teſtificer atque 7.

C polliceãr, me paratum eſſe, ab illis veniam efflagitare, quod ſic eorum Miniſtrum appellauerim: modo & ipſi ſuam improbitatem, & iniquam ſcribendi & viuendi rationem abiurent. Nec dolebo ſi omnes libri in quibus notabunt ſe à me affectos iniuria ab hominum vſu arceantur, dummodo viciſsim omnes illi in quibus Eccleſiam Dei Catholicam iniquis blaſphemijs affecerunt, de medio tollantur & ſupprimantur. Et cũ hanc profeſsionem meam tam æquam eſſe arbitrer, vt nullus eam reprobare valeat, alio pergamus.

D

FALSAE CVIVSDAM RABBINI opiniones non obſtant quo minus populus Hebræorum crediderit Purgatorium eſſe: & qui conſtituerunt Haſchaba, id eſt, officium pro defunctis, pie ac religioſe fecerunt: contra 78. & 79. errorem Hugnoſticorum.

CAPVT XXVI.

MINISTER.

CVM ſatisfacere nequeant iis omnibus, quæ aduerſus eos pro confirmanda in-

ter

Digitized by Google

ter veteres Hebræos Purgatorij doctrina, adhuc inter poſteros eorum perſeuerante protuliſti: retorquent, quoſdam eorundē Rabbinos ſe falſis opinionibus commaculaſſe. Inter hos referunt Rabb. Akibam exiſtimātem illos tantum reſurrecturos eſſe, qui ſepulti fuerint in terra Iſraelitica: & metempſichoſin Pythagoricam, id eſt, animarum per diuerſa corpora tranſmigrationem, cōſtituiſſe: quæ omnia falſiſsima eſſe profitemur. Atque hinc *Parentius & Comminiſtri ſtatuere nituntur, Hebræos vel non agnouiſſe Purgatorium: vel credendo illud à vero aberraſſe.* Quid tu adhæc?

Inſtruct. pag. 267. 268. 269.

Confutatio 1.

DOCTOR. Aio tantos Miniſtros ineptiſſime ratiocinari atque concludere. Quamuis namque in duabus vel tribus, imo etiam decem vel duodecim opinionibus, vel Akibas, vel alius quiſquam aberrarit: non tamen ſequitur, quod in cunctis rebus recedat à veritate, quod exemplo probo Caluinianorum iudicio, errant Lutherani in Cœna, in vnitione duarum naturarum in Christo, in communicatione idiomatum, in Aſcenſione, in vſu imaginum, in efficacitate Baptiſmi, & multis alijs fidei noſtræ capitibus. Et Lutheranorum ſententia Caluiniani multo plures falſas & blaſphemas opiniones habēt contra Dei potentiam, contra Spiritum ſanctum, contra omnia Sacramenta: & vt paucis dicam, contra ducentos fidei Chriſtianæ articulos, vt magna diligentia collegit Conrardus Schluſſelburgius, miniſter Lutheranus, Non tamen ſequitur, qnod tam illi quā iſti, aberrent in omnibus alijs religionis capitibus: quod tamen conſequens eſſet, ſi Miniſtrorum argumentum ad modum & formam reducatur.

Li. de Theologia Caluiniſtica.

2. MIN. Fortaſſe nouam ſibi Dialecticam, & hactenus mundo ignotam ſibi effinxerūt, vt & nouam Theologiam: prout apertus adhuc ſeſe offerre poſſet iſte alius diſputandi locus. Quidam Hebræorum Rabbini falſas opiniones amplexati ſunt de animabus & de reſurrectione: errant ergo dum credunt vnum verum & viuum Deum eſſe, qui manifeſtauit ſe Patriarchis, qui Prophetas miſit, qui dedit legem Moſi, qui eduxit Iſraelem de Ægypto, &c. quæ concluſiones impiæ ſunt, ex topicis tamen Miniſtrorum illatæ.

DOCT. Perſpicis ergo ad quam abſurda & incommoda illorum argumentandi formæ homines impellunt: igitur nihil ſequi poteſt in Purgatorij euerſionē, tametſi Rabbi Akibas, vel alius quiſquam Hebræus in errore lapſus ſit.

3. MINISTER. Quid autem ſibi velit Haſchaba, & vnde profluxerit, velim mihi aperias. DOCT. Iam ſuperius de illo diſſerui. Deſignat autem Officium, quod inter Hebræos, etiam nunc piis defunctis exſoluitur. Depromptum eſt autem à volumine, quod inſcribitur *Mahzor ſanct a Synagogæ*, Venetiis impreſſo Hebraice, apud Danielem Bombergam, cum libris *Talmud & Zohar*. Deinde, hebraice & latine Pariſiis, apud Martinum Iuuenem. MIN. Bene ergo & gnauiter impudentes ſunt Prædicantes, qui ſcripſerunt, *iſtud herbam eſſe, ex horto tuo profectam.* Alibiq; paſsim muſsitant, inuentionem eſſe Monachorum atque Sacerdotum.

Lib. 11.

4. DOCT. Nec minus plane impudentes ſunt, cum paulo ante dixerunt, *Opinionem eſſe cuiuſdam Rabbini*: quandoquidem omnes per Aſiam, Africam, Europam Hebræorum Synagogæ illud ipſum recipiunt, publice legūt, exponunt, credunt, ſequuntur, his libris vtūtur, talia defunctis ſuis deferunt officia, vereque ſibi perſuadent, ea prodeſſe mortuis, ſicut copioſe iam antea docuimus.

SVB CHRISTO SEMPER FVISSE Vicarium, caputque miniſtrale & ſubordinatum in Eccleſia Catholica: aduerſus 80. errorem.

CAPVT XXVII.

MINISTER.

PArentius & congerrones otio & chartis abutentes, multa declamitant aduerſus ſanctum Pontificem Machabæum, plures fabulas ex Sleidano & Munſtero referunt, quas Bernæ & Aurelijs contigiſſe garriunt: & longe plurima in veteres Pontifices, S. Gregorium præſertim, effutiunt probra & conuitia. Hinc arrepta occaſione, dimiſſaque inſtituta inter nos de Purgatorio, diſputationem aduerſus B. Petri ſucceſſorem vniuerſas copias ſuas in aciem educunt. Scribunt namque *ſe nullam agnoſcere Eccleſiam, præter illam quæ vnum & ſolum Chriſtum Paſtorem, atque Rectorem generalem, fatetur: nullique Creaturæ velle hunc honorem deferre, quocunque titulo ſiue Vicariatus, ſiue miniſteriatus, ſiue ſimpliciter nuncupetur.*

Inſt. pag. 290.

Confutatio 1.

DOCTOR. In iis illud opere complent, quod initio verbis apertis de ſeipſis faſſi ſunt nimirū, *ſe non poſſe copioſe diſſerere de Purgatorio,*

ſine extrauagatione: id eſt, ni dimiſſa, præ ignoratione ſua, propoſita quæſtione, turpiter & indecore ſaltitent extra chorum. Verum, reſpondeamus ſtultis iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſapientes ſibi videantur. Id eſt, Miniſtros vagantes inter oleas ſequamur, ne quid ſuarum obiectionum nos prætermiſiſſe inſolutum glorientur. Hac autem in re primos patres ſuos hereſiarchas preſsis veſtigiis inſequuntur. Ac in primis Simonem Magũ, qui Chriſtianorum communione extruſus à B. Petro, eidem poſtea velis remiſque quod aiunt, vbique reſiſtere, quin etiam eũ de medio tollere conatus eſt. Imitantur etiam mores Nouati, qui ſuos ex Africa in Italiã transfretantes, ſolenni ac publico iureiurãdo adſtringebat, prius omnem reuerentiam & obedientiam Cornelio Apoſtolicæ Sedis Antiſtiti debitam abiurare. Iniquitatem quoq; ſequuntur Donatiſtarum, quibus obiicit D. Auguſtinus, quod in maxima noxa eſſent & culpa, propterea quod odio, calumniiſque proſequerentur ſedem Romanam, cui præfuerat beatus Petrus, & in qua ſuo tempore ſanctus ſedebat Anaſtaſius. Cum præſertim Dominus noſter detuliſſet honorem Cathedræ Moſis, & præcepiſſet, vt obtemperaretur iis, qui in ea ſedebant, quamuis eſſent mirum in modum flagitioſi.

Clemens. Abdias. Linus. Irenæus.

Cyprian.

L. 2. contra lit. Petilian. c. 51. & 72.

Matth. 23.

2\. MIN. Non te celare volo, plurimos me noſſe Miniſtros, qui hac in re à Caluino, & iis qui ſunt ab eius diſciplina, grauiter diſſentiunt. Nam Anglici pene omnes velut ſummũ aliquod fidei ſuæ caput, adfirmant Reginam ſuam Elizabetham Eccleſiæ ſuæ principem eſſe, omnemque tam in ſpiritualibus quam in temporalibus poteſtatem obtinere. Nec hi tamen, nec Galli, auderent inficiari Ieſum Chriſtum longe maiori poteſtate in illam præditum eſſe. Neceſſe eſt ergo vt fateantur, illam tantum caput eſſe vicarium, miniſteriale, atque ſubordinatum: quod eorum propoſitum pœnitus ſubuertit.

3\. Nec id modo nunc Fœminæ deferunt, ſed ſuperiori ſæculo, Eduardum Regem vt caput Eccleſiæ Anglicanæ coluerunt: itemque Henrico huius nominis octauo eius patri eundem ſe primæ omnium poteſtatis atque iuriſdictionis honorem detulerunt, vt caput atque Princeps eſſet in regno ſuo tam ſacrorum quam profanorum: & quidquid de iis omnibus ſtatueret, vocaret, reuocaret, commutaret, ſanctum foret ac Euangelicum. Num ergo inter Caluini diſcipulos diuerſum eſt Euangelium? Aut quæ

A Anglis ſunt Euangelica & diuina, Geneuanis & Gallis ſuperſtitioſa & diabolica ſint? Oportet ergo vt volentes nolentes agnoſcant, ſub Chriſto primo Eccleſiæ militantis capite & paſtore, ſecundarium, ſubordinatum, & vicarium aliud cognoſcant & obſeruent: vel ſuos Anglicanos comminiſtros & fratres ſacrilegij & impietatis condamnent. Eligant vtrum voluerint, ſi tamen aliquod liberi arbitrii veſtigium in ſeipſis relictum eſſe putent.

DOCT. Componant ſuas lites ſi velint & valeant, nunquam tamen poterunt inficiari Imperatores, Reges, Duces, Principes ſummos in ſuas prouincias; & patres in ſuas familias & domeſticos eſſe principes, capita, ſeu paſtores. 4.

B MINISTER. Reipſa Dauidi regi dictum eſt, *Tu paſces populum meum Iſrael.* Et ille idem Domino dicit. *Conſtitues me in caput gentium. Ego autem conſtitutus Rex ab eo.* quibus tua ſententia perſpicue firmatur. Hinc ſcribit Paulus: Virum eſſe caput mulieris, Chriſtum autem caput viri, Deum denique caput Chriſti: vnde ſequitur, Diuina conſtitutione plura eſſe in rebus terrenis & ſpiritalibus capita ſubordinata. DOCT. Adde, ordinationem iſtam nihil obſtare,

2. Reg. 5. Pſal. 17. Pſal. 2. 1. Cor. 11. Eph. 5.

C quo minus Chriſtus ſit Rex regum, Dominus dominantium, Paſtor paſtorum, Pater patrum; nec igitur Eccleſia monſtrum erit biceps, vt blaſphemãt hoſtes eius, ſi ſub ſummo omnium Pontifice Chriſto, vel Petrum vel Clementem, vel Anacletum profiteamur pontificem, paſtorem, & caput ſubordinatum atque vicarium.

MINISTER. Certe Petrus Vermilius omnium Miniſtrorum, qui Piſsiaceno colloquio interfuerunt, doctiſsimus, ſcribit Chriſtum eſſe Regem inuiſibilem cum Regibus viſibilib. & imperia eorum non impedire imperiũ eius, cum ab eo conſtituti ſint, 5.

In l. Iudicũ c. 8. & loc com. fol. 43.

D ab eo leges ſumant, & ab eodem pacem, iuſtitiam, & veram pietatem ſubditis ſuis ſubminiſtrent, ſicut caput vitam & motum in ſubiecta ſibi corporis membra influit. DOCTOR. Ergo conſequens eſt, vt cum viſibili generalique omnium Chriſtianorum Põtifice & paſtore Romano, Chriſtus non deſinat eſſe inuiſibilis & ſummus paſtor totius Eccleſiæ ſuæ militantis. Nec dubito quin omnes ij, quibus vel communis ſenſus ſupereſt, nullam eſſe cauſam vel rationẽ in fauorem Regum, Principum, aut patrum familias, quæ non æqualiter cõueniat ad confirmandam communis omnium

Paſtoris

Paſtoris atque ſummi Pontificis anthoritatem atq; poteſtatem. Non enim repugnantes ſunt hæ duæ poteſtates, cum vna prima ſit, altera ſecunda: vna inuiſibilis, altera viſibilis: vna per ſe & ex ſe ſumma, altera ſubdita & ſubordinata: vna omnium ſuprema, altera ſubſeruiens & obtemperans: vna proprii Domini, altera ſerui, & quidem ſeruorum Dei.

6. MIN. Nec ſilentio præteribo, aliquot me rationibus commotum, imo & compulſum ſemper fuiſſe, vt interno animi receſſu crederem, non tantum vtile, ſed & neceſſarium eſſe, vt in hac Eccleſia viſibili ſupremus eſſet Epiſcopus & paſtor viſibilis, qui ſub Chriſto ei præeſſet, eamque moderaretur, ac in vnitate & pace ſeruaret. Primo, quia talis fuit ordo, quem Dominus à primis temporibus ſæculiſque omnibus in eadem familia ſua conſtituit, ſiue eam quæ ab Adamo vſq; Moſem in Patriarchis, ſiue illam quæ à Moſe vſque ad Chriſtum, inter Prophetas ad Chriſtum vſque peruenit, attente contemplemur. In illa enim aliquis Patriarcharum, vt in iſta ſummus quidam Sacerdos & Pontifex reliquis omnibus præfuit: cui ſub mor-
Deut. 17. tis interminatione obtemperandum fuit.

7. *Sap.* Secundo, cum animaduerto Deum omnia feciſſe cum omni ſapientia, ordine, pondere, ac menſura tam ſurſum quam deorſum, mihi perſuadeo & hoc ipſum in ſtabiliendo regno ſuo, quod eſt Eccleſiam, prudenter ſeruaſſe. Video namque in nouem ordinibus Angelorũ ſupremum quendam eſſe, cui alii omnes ſubſint: in cœlis, ſummum vnum, quod alios circumplectitur, inter luminaria cœleſtia principem locum Soli conceſſum, nauim non eſſe ſine nauarcho ſeu proreta, exercitum ſine imperatore, diuerſis membris vnum impoſitum caput, ouili paſtorem, ſcholaſticis præceptorem, &c. Ad extremum, ſine ordine nihil poſſe aliquandiu conſiſtere, cui non præſit aliquis ſummus moderator, cui deferantur imperii partes præcipue.

8. Tertio, vbicunque is ordo fuerit accurate ſeruatus, ibi ſumma pax, & vnitas ſingularis & mirabilis, felixque omnium rerum ſucceſſus, ſicut in hac re cernimus eandem fidei confeſſionem ac doctrinæ conſenſum inter orbis Catholicos, qui ſeipſos huius ſummi Paſtoris atque Pontificis Romani obedientiæ ſubmiſerunt. In iis enim forma
Actor. 4. priorum Chriſtianorum relucet, quibus erat cor vnum & anima vna.

Quarto, animo voluo, identidemque reuoluo, è contrario quondam inter Arrianos, Donatiſtas, Pelagianos, Neſtorianos & alios veteres hæreſiarchas, & horum ſectatores, & his nouiſsimis temporibus, inter Lutheranos, Caluinianos, & Anabaptiſtas tam diuerſas exurgere fidei Confeſsiones, atque de eodem religionis capite tam pugnantes ſententias, quam diuerſos cœtus colligunt. Adeo tam multorum capitum bellua eſt hæc hæreſis. 9.

Tandem, cum Monarchia perfectior ſit vniuerſis dominandi & regendi ſpeciebus, nullatenus dubitandum cenſui, quin Dominus Ieſus illam in regno ſuo ſeruauerit & ſtatuerit: ac proinde inter paſtores & Epiſcopos quibus cura eius commiſſa eſt, aliquem præfecerit ſummum, cui cæteri omnes honorem & obedientiam deferrent, eoſque ille contineret in officio. 10.

DOCT. Superant porro rationes omnes iſta perſpicua & diuina Chriſti verba ad Petrum primum à Chriſto ſuper hanc Eccleſiam ordinatum Pontificem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã:* quibus Petrus dicitur petra ſiue ſaxum, ſuper quod Filius Dei conſtruxit Eccleſiam ſuam. Atq; eodem ſenſu locum intellexerunt ſexcenti triginta priſci illi Patres, qui interfuerunt concilio Chalcedonenſi, quod Authores veſtri ſe admittere profitentur. Cyprianus martyr conſentiens ſcribit, Dominum primum elegiſſe B. Petrum, ſuper quẽ ædificaret Eccleſiam ſuam. Et magnus Baſilius ſcribit: Petrus propter fidei excellentiam, Eccleſiæ ædificationem in ſeipſum ſuſcepit. Athanaſius Epiſtola ad Felicem, Nazianzenus Epiſt. de conſeruanda modeſtia in diſputationibus: Chryſoſtomus Homilia 55. in Matthæum: Cyrillus libro 2. cap. 2. in Ioannem: aliique Græci eandem amplexantur ſententiam, quibus conſentiunt patres Latini Tertullianus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus. 11. *Matth.* 16. *Actione* 3. *Epiſt. ad Quirinũ.* *L.* 2. *contr. Eunom.*

Huc etiã referenda ſunt verba illa, quibus Chriſtus recepit ſe daturum illi claues regni cœlorum. MIN. Equidem hæc verba, *Beatus es Simon Bar-iona,* & iſta, *tibi dabo claues, &c.* aperte iudicant iſtiuſmodi promiſſa ſoli Petro facta eſſe, nec ſic cæteris Apoſtolis. DOCT. Præterea, hæ claues omnem poteſtatem deſignant tam ordinis quam iuriſdictionis in omnes Chriſtianos. Certum eſt ergo illum conſtitutum fuiſſe caput ſecundarium & vicarium totius Eccleſiæ. 12. *Matth.* 6.

13. Ioan. 21. Nec prætermittendum, quod Chriſtus A fidem dictis ſuis faciens, poſt tres interrogationes ac reſponſiones perſonales, & ſpecialiter, & primo, & ſecundo, & tertio, eidem Petro dixerit, *Paſce oues meas*. Cum igitur præcipit, vt paſcat & regat, Βόσκε, ποίμαινε agnos ſuos, ſummam ei poteſtatem confert ducendi, reducendi, gubernandi, defendendi, paſcendi, caſtigandi proprium ouile. Quæ ſunt autem oues iſtæ, niſi Chriſtiani omnes? Quod ouile niſi Eccleſia Catholica, de quibus ſcriptum eſt. *Cognoſco oues meas: Alias oues habeo: Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor?* (Ioan. 10. & 11.) Hoc quippe eſt quod ait Epiphanius: Hic qui audiuit, Paſce oues meas, cui concreditum eſt ouile. Et beatus Chryſoſtomus: Aliis omiſsis, Petrum duntaxat affatur, & fratrum ei curam committit.]

14. MIN. Iſtud adeo manifeſtum eſt, vt Caluinus aliquot in locis palam agnoſcere & fateri compellatur, *Petrum fuiſſe primum Apoſtolorum*. Et idem rurſum, obſeruandum docet conſilium Dei, *quo voluit Petrum, qui debebat Andream præcellere, per eundem venire in cognitionem Chriſti*. In quo autem primatus ille in alios Apoſtolos, eoſdemque Petro ætate maiores, niſi in authoritate conſiſtere potuit? Iterumque ait: *Petrus, qui primas obtinuit conſenſu reliquorum omnium*. Et C paulo poſt: *Fatemur quidem Petrum habitum fuiſſe principem inter Apoſtolos, ſicut opus eſt in omni ſocietate ſemper ſit aliquis qui præcedat & regat alios: & propterea Apoſtoli libenter deferebant honorem ſancto Petro, propter excellentiam gratiarum, quæ erat in illo.* (Gallica eius ad verbum latina facimus.) Denique, adhuc confitetur, *quod ſicut eſt neceſſarium, vt in omni cœtu ſit aliquis, qui primum locum obtineat, ſic etiam Apoſtolos hunc honorem detuliſſe Petro.* Quis vero alius hunc primum locum detulit Petro, niſi æternus Dei Filius, idque per verba Euangelica, quæ ſupra commemorauimus? Nullo enim loco expreſsi verbi Diuini patet Apoſtolos Petrum ſibi in caput D & principem elegiſſe & conſtituiſſe, ergo id ſolus ordinauit Chriſtus. Deinde, cum principatum inter Apoſtolos à Deo conſecutus ſit: conſequens eſt, vt & ſuper vniuerſas Eccleſias, quas toto orbe alii fundauerunt & rexerunt. Adhæc, cum ſit neceſſarium, vt aliquis ſit in omni ſocietate, qui aliis præſit, & eoſdem regat, an non neceſſe eſt, vt omnes mundi huius Eccleſiæ ſummum aliquem viſibilem præfectum & paſtorem habeant ſub Paſtore inuiſibili Chriſto Ieſu? Denique, quis induxiſſet Apoſtolos, adhuc primatus appetentia & ambitu laborantes, vt beato Petro hunc honorem deferrent, præter decretum & conſtitutionem, quam in ſuo conſpectu nouerant factam ab eodem Dei filio? Quocirca cum apertis firmiſque rationibus: deinde, expreſsis Chriſti verbis. Caluini denique confeſsionibus exurgant probationes euidentes, vnum ſub Chriſto caput & paſtorem neceſſarium in hac viſibili & militante Eccleſia huncque honorem & gradum delatum eſſe beato Petro, eiuſque in cathedra Romana ſucceſſoribus, qui à cætero Miniſtri aduerſum inſurrexerint, grauiſsimi erroris coram Deo & B hominibus conuicti remanebunt.

SATISFACTIONEM PARTICVLArem pro pœnis temporalibus quæ debentur peccatis, neceſſariam eſſe, vt ſatisfactionis generalis per Chriſti paſsionem peractæ, efficiamur participes: aduerſus 81. errorem.

Capvt XXVIII.

MINISTER.

MVlta exinde garriunt Miniſtri de reditu animarum, de ſuis laudibus, de conuitiis in ſanctos Patres, de pœnis quas negant reſeruari ad caſtigationem peccantium, plurimaque ad tædium vſque repetunt, de quibus ſupra iam abunde diximus: denique, aperte negant, *Aliquas eſſe Satisfactiones peccatis hominum repoſitas, præter eam generalem & communem, quæ à Chriſto peracta eſt.* (Inſtruct. pag. 309. 310.) Præterea, vt homines à recta rationis via diſtracti, ſine vlla methodo miſcent quæſtiones Miſſa, de Confeſsione auriculari, de peregrinationibus, de ciborum delectu, de cœlibatu, de aqua luſtrali: quæ omnia quantis poſſunt viribus impetunt.

DOCT. His omnibus ſatisfaciemus meliore ordine, & breuitate qua poterimus. (Confut. 1.) Ac de ſatisfactione, primum apertum & certum eſt, Debitores creditoribus ſuis ſatis facere debere. Et in Lege præcepit Dominus, vt ſi quis furatus eſſet bouem proximi, (Exod. 22.) quinque boues illi reſtitueret: & qui ouem, quatuor redderet. Hinc Zacchæus coram Domino ſancte pollicetur: *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* (Luc. 19.) Nonne hæc ſunt Satisfactionum genera, ſimul & opera?

MIN. Sunt plane: meminique Bezam ita cen- 2.

ita cenſere. Vnde vehementer miror, no-
uiſsimos iſtos Miniſtros, eius diſcipulos, ſic
à ſenſibus & verbis præceptoris ſui diſſen-
Confeſſ. tire. Ait enim ille: *Sine confeſſione culpa ſua,*
puncto. 4. *coram illo facta cuius intereſt*, (nolens dicere,
art. 29. Sacerdotem) *cum reſtitutione & Satiſfactione*
*erga proximum, huiuſmodi Pœnitentia tantum
poteſt eſſe ficta & ſimulata.* Deinde, animad-
uertens talem fuiſſe & doctrinam & praxim
Puncto. 7. veteris Eccleſiæ, poſtea ſcribit: *In veteri Ec-*
art. 11. *cleſia reconciliabantur illi, qui cum ſcandalo pec-
cauerant, impoſitione manuum, publica delicto-
rum ſuorum confeſſione, & aliis externis Satiſfa-
ctionibus.* Tertio etiam loco ait ad quendam
Tubingenſem ſua ei adulteria, & ſodomiti-
ca ſcelera cum Candida & Audeberto, (de
quibus in ſuis Poematibus palam triumphat
& gloriatur,) exprobrantem: *De tu ego Ec-
cleſia ſatisfeci.* DOCT. Gratiæ profecto
referendæ ſunt domino Bezæ, quod plura
nobis ſponte largiatur, quam ab eo efflagi-
tabamus, ſcilicet Confeſsionem peccato-
rum, non ſolum coram Deo, ſed & iis ad
quos ſpectat, neceſſariam eſſe ad veram pœ-
nitentiam, deinde, reſtitutionem erga pro-
ximum: Satisfactionem coram Deo, & Ec-
cleſia, talem fuiſſe primæ Eccleſiæ vſum:
denique, iſthæc ſeſe obſeruaſſe. Quid vero
Caluinus? Num & ipſe Satisfactionem a-
liam à Chriſti communi ſatisfactione com-
probat?

3. MIN. Agens de triſtitia, qua affecti fue-
rant Corinthii, ob peccatū inceſtuoſi con-
ciuis ſui, idque ante Deum, & ſecundum
Deum, Græca verba Pauli ita latine extulit:
2. Cor. 7. *Ecce enim iſtud ipſum quod ſecundum Deum con-*
v. 11. *triſtati fuiſtis, quantam in vobis genuit ſolicitu-
dinem, imo ſatisfactionem?* In ſuis autem com-
mentariis per Marloratum in Rhapſodia re-
citatis, adfirmat, *Peccatorem debere præuertere
iudicium Dei voluntaria vltione & caſtigatione
ſui ipſius.* DOCT. Et hoc ipſum eſt quod
Catholici docent ac expetunt, nimirum,
doctrinam ſatisfactionis pro pœnis tempo-
rariis, plane Apoſtolicam eſſe: & peccator
poſt contritionem, confeſsionem, & abſo-
lutionem à culpa mortali & pœna æterna,
pœnis, ærumnis, ieiuniis, orationibus du-
riſque laboribus aduerſum ſe vlciſcatur ſua
delicta, ferat crucem ſuam poſt Chriſtum,
vt cum eo reſurgat, nec expectet ſeuerius ca-
ſtigari ac emendari in Purgatorio.

4. MIN. Lutherus etiam tibi concedit, ma-
Aſſert. 5. num Dei poſſe anteuerti & amoueri pœnis
voluntariis, qualia ſunt ieiunia, abſtinentiæ,

A caſtigationes, & pœnæ quas Deus aduerſus
hominum peccata decernit. Idem ſentit Loc. com. c.
Melancthon, nec repugnat Chemnicius in de Satiſfac.
ſuo Examine concilii.

DOCT. Enimuero negare non potuiſ- 5.
ſent, Niniuitas ſuis ieiunationibus, & ad Deū Ion. 3.
clamoribus, iram eius auertiſſe & à capitibus
ſuis, & à tota ciuitate. Et Achab Regem de- 3. Reg. 21.
dendo ſe lacrymis, ieiunio, ſacco, & cineri-
bus, ſupplicia reuocaſſe contra ſeipſum de-
creta. Danielem ſuaſiſſe Nabuchodonozo- Dan. 4.
ri, vt eleemoſynis peccata ſua redimeret. Tob. 4. &
Archangelum Raphaelem ſimul & Tobiam 12.
docuiſſe, eleemoſynam liberare à peccato
B & morte. Siracidem ſcripſiſſe, eleemoſy- Eccleſ. 3.
nam reſiſtere peccatis, ſicut aqua extinguit Prou. 15.
ignem. Salomonem dicere, per miſericor- & 16.
diam & fidem purgari peccata, id eſt, pœna
peccatis debita. Deum ipſum promittere ſe
reuocaturum ſiccitatem, famem, peſtem, 2. Paral. 7.
bellum, & alias pœnas temporales, modo Ierem. 18.
populus ad ſe per pœnitentiam reuertere-
tur. Quinetiam idem ipſe conteſtatur ſeſe
pœnitentiam acturum ſuper malo, id eſt, ad-
uerſitate & miſeria, quod comminatus fue-
rat inferre populo ſuo, ſi pœnitentiam ege-
rit ab iniquitate ſua.

MIN. Præſto ſunt octo præclara teſti- 6.
C monia veteris Teſtamenti, quibus firmatur
exſolutio ſeu Satisfactio pœnarum tempo-
ralium peccatis debitarum: Deumque pla-
catum & contentum eſſe, eundemque fa-
ctum ſatis ſibi patefacere per pœnas homi-
num vel aſſumptas voluntarie, vel ſponte
patienterque toleratas. Totidem referas ex
nouo; & ſic vndequaque compellentur Mi-
niſtri herbam tibi porrigere, ac tuis argu-
mentis acquieſcere.

DOCT. Cum Chriſtus poſt ſuum Præ- 7.
curſorem communi voce poſtulat, præci- Matth. 3.
pitque peccatoribus, non ſolum vt agant Marc. 1.
Pœnitentiam, ſed & fructus faciant dignos Luc. 3.
D pœnitentiæ, putas eos loqui de quadam Ba- Actor. 2.
ptiſmi recordatione, vel de ſola fide, vt cum
gregalibus ſuis autumat Caluinus? MIN.
Omnino perſpectum eſt eos multo plura
exigere à peccatoribus, nimirum, amaram
de peccatis contritionem, cordis, oris inge-
nuam confeſsionem, abſolutionem, deniq;
vt pœnitentes à cætero edant fructus pœ-
nitentia dignos, quales ſunt orationes, ie-
iunationes, caſtigationes ſuorum corpo-
rum, largitiones in pauperes, & his ſimilia
opera bona, quibus Deus teſtatur (vt nunc
dicebamus) ſe placari, ſibique ſatis fieri, ac
iram

iram ſuam, publicaſque calamitates & mi- A
nas remittere.

8. DOCT. Adhæc, cum idem præcipit,
Matth. 5. diligere inimicos, benefacere iis qui ode-
& 6. runt nos, & orare pro perſequentibus & ca-
Luc. 6. & lumniantibus nos, præcepta equidem ho-
11. minibus carni & ſanguini deditis ardua atq;
difficilia; & promittit pro huius virtutis
compenſatione, Patrem ſuum cœleſtem re-
miſſurum peccata noſtra, manifeſte decla-
rat, hac ſe laborioſa obeditione placari, ſi-
bique fieri ſatis.

9. Deinde, idipſum confirmans eleganti pa-
Matth. 18. rabola ſerui, cui herus remiſit omne debi-
tum. Deinde, ob crudelitatem eiuſdem in B
conſeruum ſuum, hanc indulgentiam re-
uocauit: nullum reſtat dubium de noſtra
ſatisfactione apud Deum, ſi proximis in nos
peccantibus ex animo parcamus. *Et Pater
meus*, inquit, *dimittet vobis peccata veſtra, ſi ex
corde remiſeritis proximis veſtris.*

10. Præcipiendo rurſum, vt eleemoſynas de-
Luc. 11. mus indigentibus, & promittendo omnia
nobis munda futura eſſe, pœnarum tempo-
ralium condonationem eiſdem ſatisfacto-
riis operibus pro certo adſcribit.

11. Iam vero inſignis illa poteſtas ligandi at-
Matth. 16. que ſoluendi, quam dedit Apoſtolis, nonne
& 18. tam recte extenditur ad obſtringendos pec- C
catores operibus laborioſis & ſatisfactores,
quam ad ſoluendos eoſdem miniſterio ſuo
per indulgentiam prout viderint eſſe con-
ueniens? Tot etiam conſtitutiones Euange-
Matth. 6. licæ de orationibus, ieiuniis, fletu, planctu,
Luc. 11. eleemoſynis, ſui mundique contemptu, ſui
Matth. 25. ipſius abnegatione, ferenda cruce ſua, odio
& 26. animæ ſuæ in hoc mundo, &c. nonne refe-
Ioan. 12. runtur ad ſoluendum pœnas temporales,
Luc. 9. quas delictis noſtris meruimus? Salutaria
Luc. 7. exempla beati Petri, & beatæ Magdalenæ,
Matth. 26. peccata ſua tantis lacrymis proſequentium;
Luc. 23. & Latronis de cruce pendentis, & confiten-
tis, quod digna factis ſuis atrocia tormenta D
reciperet, plane manifeſtant nos omnes pro
peccatis debitores eſſe plurimarum pœna-
Rom. 6. rum etiam temporalium. Præceptum quo-
que Apoſtoli, vt ſicut exhibuimus membra
corporis noſtri ſeruire iniquitati, ſic exhi-
beamus ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatio-
1 Cor. 11. nem, tendunt in eundem finem. Et cum
promittit quod ſi noſipſos diiudicauerimus,
iuſtas de nobis pœnas ſumentes, non vtique
iudicabimur: ad ſupplicia temporaria quæ
nobis debentur hic exſoluenda grauiter
hortatur. Quomodo vero id faciamus ex-
emplo ſuo docet ſcribens: *Caſtigo corpus* 1. Cor. 9.
*meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum aliis præ-
dicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Denique, in
eam rem ait: Triſtitiam, quæ eſt ſecundum 2. Cor. 7.
Deum, Operari pœnitentiam ſtabilem in
ſalutem, &c.

MIN. Mihi profecto cum magno fœ- 12.
nore ſatisfacis, quando pro octo locis quos
tantum petebam, ſupra viginti reddis pro-
bationes, quod poſt condonatas culpas &
pœnas æternas, exoluendæ ſint à nobis pec-
catoribus quædam pœnæ temporariæ: id-
que à nobis, vt Deus placatus ſit ac propi-
tius, multis modis præſtari poſſe. Tantum
deſignes mihi velim locos ſanctorum ac
antiquorum Theologorum, qui ſententias
illas ad ſatisfactiones temporarias retule-
runt, aperteque hoc caput religionis firma-
uerunt: & me tibi magno beneficio deuin-
xeris.

DOCT. Vir Apoſtolicus ſimul & Chri- 13.
ſti martyr beatus Clemens libro ſecundo Tralat.
Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite vi- Oſiunen.
geſimo-primo & vigeſimo-tertio; & qua-
drageſimo-quinto. Ignatius & ipſe Apoſto-
lorum auditor & martyr, Epiſtola ad He-
ronem. Hermas qui & Paſtor, cuius Paulus
ad Romanos meminit, libro tertio, ſimilitu-
dine ſeptimo & octauo. Eandem doctrinam
in ſequenti ſæculo ſartam tectam ſeruaue-
runt Iuſtinus martyr reſponſo ad quæſtio-
num 79. orthodoxorum. Irenæus martyr
libro primo, cap. 9. libro tertio, c. 37. & libro
4. capite 26. Tertullianus libro integro de
Pœnitentia. Cyprianus martyr Epiſtolis 8.
10. 11. 12. 26. 27. 40. 52. 55. 59. 64. & 69. iuxta
ordinem à Pamelio conſtitutum. Et vt con-
traham, beatus Auguſtinus, Enchiridii c.
65. 70. & 71. libro 50. homilia 50. Commen-
tariis in Pſal. 50. Epiſtola 54. & alibi frequen-
tiſsime.

MIN. Mihi ſane in memoriam reuo- 14.
cas, Caluinum palam fateri, priſcos omnes, Inſtit. l. 4.
quorum extant opera, eandem doctrinam c. 12. §. 8.
aſſeruiſſe: quibus tamen non veretur ſei-
pſum opponere, quaſi poſt mille & quin-
gentos annos penitius mentes & ſcripta A-
poſtolorum penetraſſet, quam eorum au-
ditores, martyres, & à Deo inſpirati ſancti
omnes confeſſores. Quocirca cum animad-
uertam, vniuerſam antiquitatem tam per
Scripturas quam per traditionem ita credi-
diſſe & docuiſſe, omni in poſterum ſcrupu-
lo & dubitatione liberabor, modo quibuſ-
dam Authorum noſtrorum obiectionibus
reſpon-

reſpondeas. DOCT. Obiice quodcunque voles.

15. MIN. Dominus per Ezechielem promittit, Ezech.18. Quotieſcunque ingemuerit peccator, iniquitatum eius ſe non recordaturum: cum ergo culpas condonat, pœnas ſimul omnes remittit; nullæ ergo reſtant ſoluendæ. DOCT. Verum eſt ea conditione, ſi numeris omnibus abſolutam pœnitentiam egerit, ad quam ſpectat ſatisfactio: feceritque iudicium & iuſtitiam, vt continuo textu illo exigitur.

16. MIN. *Satisfactiones per dominum Ieſum peracta, & pro nobis exoluta plus ſatis ſufficiant, ergo nullis aliis indigemus.* DOCT. Si conſecutio quidquam valeret, nullum opus eſſet, vt crucē noſtram ferremus, oraremus, ieiunaremus, ploraremus, bonis operibus incumberemus: denique, moreremur. Nam eius labores, orationes, ieiunia, lacrymæ, opera bona, mors denique pluſquam ſufficientiſsima ſunt ſalutis humanæ media & remedia. Num ergo vides quam abſurda & impia ſunt ea, quæ ex topicis Miniſtrorum veſtrorum educuntur? MIN. Quid igitur, & quomodo, ex illis antecedentibus concludendum eſt? DOCT. Ipſe Dominus & Apoſtoli eius docent plane Miniſtris contrarium, hoc videlicet modo: Chriſtus pro nobis orauit, ieiunauit, laborauit, mortuus eſt, ſatisfecit: ergo vt eum imitemur, ſimuſque eius regni participes, oportet nos & cum eo, & poſt eum orare, ieiunare, laborare, mori, atque ſatisfacere. 1.Petr.2. Sic enim D. Petrus colligere docet: *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplū, vt ſequamur veſtigia eius.* Rom.8. Et Paulus adfirmat, Patrem nos in Filio ſuo prædeſtinaſſe, vt efficiamur conformes imagini eius: qui etiam Ioan.13. profitetur ſe nobis reliquiſſe exemplum, vt quemadmodum ille fecit, & nos faciamus. Et quidem cauſa efficiens & meritoria ſalutis Heb 5. æternæ, *ſed obtemperantibus ſibi*, vt ait Apoſtolus. Præcipit autem, vt integram agamus Luc.3. & 24. pœnitentiam, & ſeruemus mandata, ſi velimus in vitam intrare. Matth.19. Rurſum nos certiores reddit Apoſtolus, eos tantum fore 1.Cor.1. participes conſolationum Chriſti, qui ſocii fuerint eius paſsionum. Denique, cum ſatisfactiones, imo & omnia bona opera noſtra, non tam noſtra ſint, quam Ieſu Chriſti, qui ſua gratia præueniente, & cooperante facit in nobis, nulla ex parte obſcuratur eius gratia & gloria: ſed magis amplificatur & exaltatur, cum non ſolum ſatisfa-

A ctio eius ſit in ſe ſufficiens, & pluſquam ſufficiens, ſed etiam in membris & ſeruis eius.

MISSÆ SACRIFICIVM NEC VENditur, nec emitur, ſed per illud Chriſti meritum & ſatisfactio tam viuentibus quam defunctis applicatur: aduerſus 82. & 83. errorem.

CAPVT XXIX.

MINISTER.

ANimis defeciſſent, quinimo periculum B fuit ne cum Iſcariote crepuiſſent medii Miniſtri, ni ſcriptis conſignaſſent, *Abuſum eſſe aliquas ſatisfactiones velle ſibi comparare frequentia Miſſarum emptarum & venditarum, & quidem ingenti pretio auri & argenti.*

DOCT. Manifeſta calumnia eſt, quod Confut. 1. dicunt Miſſas emi aut vendi. Nam cum illa ſit Sacrificium incruentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt loquuntur Clemens, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, nullo pretio auri vel argenti comparari poteſt. Quod enim pretium excogitari poſſet, vt conferretur cum æterno C Dei filio, eiuſque ſanctiſsima humanitate? Qui plane integer ibi & præſens adeſt, cum omnibus chariſmatibus, diuitiis, perfectionibus, meritis, & ſatisfactionibus ſuis, quas per hoc ſacrificium & ſacramentum ſuum nobis offert atque communicat?

Sed quodnam eſt quæſo, quantum ve 2. ingens pretium auri & argenti, quod deſignare voluerunt Miniſtri? Quænam vis argenti, ſi dentur tres, quatuor, quinque, aut ſex aſſes Sacerdoti, non vt Miſſam vendat, ſed vt vitam ſuam vtcunque ſuſtentet: ſi cum ducentis & trecentis aureis comparetur, qui perſoluuntur Miniſtris, vt ſemel vel D bis in hebdomada aliquid ex Maroto cantillent, & ſemihoræ ſpatio concionentur? MIN. Non dicis omnia. Imo vero oportet præterea, & Miniſtram, & ancillam, & filias eius calceare, veſtire, adornare, elocare velut honeſtas quaſdam ac nobiles fœminas, cum perſæpe aliæ ſint quam explicare neceſſe ſit: quinetiam augere ſtipendia, quoties liberi multiplicantur, in vnaquaque Cœna nummos numerare: denique, Miniſtri arbitrio marſupium (quod pauperum appellant) credere. Adhæc, belli temporibus ſacrilegiorum, expilationum, rapinarumque militarium, vt participes fiant, ne-

Digitized by Google

ceſſe eſt. Qui vidit teſtimonium perhibet, & verum eſt teſtimonium eius. A

3\. DOCT. Multo certius, liberius, & amplius de his ad poſteros teſtificari poteris, quam ego, vel alius quiſquam, qui hæc non eſt expertus. Poſſum tamen ego polliceri, veteres Gnoſticos, horum Hugnoſticorum proauos & abauos rapinis & latrociniis plurimum addictos fuiſſe. Nam Ignatius martyr ideo vocat illos, Chriſtum mercantes, verbum cauponantes, alienorum appetitores, pecuniarum rapaces, & quaſi vortices.] Irenæus quoq; martyr exprobrat eis; Non omnes volunt manifeſte docere, ſed ſolos illos, qui grandes mercedes pro talibus myſteriis præſtare poſſunt.] B Præſertim vero quendam Marcum arguit, quod circa eas mulieres maxime vacaret, quæ erant honeſtæ, circum purpuratæ, ditiſsimæ.] Optatus quoque Mileuitanus, & poſt hunc Auguſtinus, queruntur ob rapinas & ſacrilegia Donatiſtarum facta in Eccleſiis, domibus Clericorum, ac omnium Catholicorum facultatibus per Africam: qualia omnino docuerunt & fecerunt in Galliis, in Belgio, in Scotia veſtri miniſtri & ſatellites ab hinc quinquaginta annis. De auaritia & rapinis Caluinianorum alio in loco egi, ideo nunc prætereo. C

Epiſt. ad Magneſ. *Lib. 1. c. 1. & 9.* *Lib. contr. Parmen.* *L. 1. contr. lit. Petil. c. 61. & l. 3. contr. Creſcon. c. 41.* *Com. in ep. S. Iudæ.*

4\. Cæterum, conſtanter cum D. Paulo adfirmamus, eos qui altari deſeruiunt, debere participes eius fieri: & qui Euangelium annunciant, æquum eſſe vt de illo viuant. Sed cauſam iſtam grauiter perorantem Apoſtolum audiamus. *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Scriptum eſt in lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti. Debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, &c.* Eſt ergo omnium maxime rationi congruum, vt Sacerdotes Eccleſiæ Dei, quibus non licet mercari, agros colere, militare, aliiſ-ve artibus mechanicis viuere; D ſed tantum orare, cantare, legere, ſtudere, docere, baptizare, ſacrificare, & aliis piis ſacriſq; exercitiis operam dare; decimis, oblationibus, & beneficiis populi viuant, veſtiantur, honeſte domibus ſuſcipiantur pro ſtatus decentia. Iſtud porro non eſt vendere aut emere Sacramenta vel Sacrificia, vt Miniſtri calumniantur, ſed de ſua

Matth. 10. *1. Cor. 9.* *Deut. 25.*

vocatione viuere. Non inuidemus trecentis & quadringentis eorum aureis & pompis: non ægre ferant ergo ſi nobis post Miſſam, quam religioſe poſſumus celebratam, aliquot exigui nummi dentur nobis à fidelibus, pro quorum ſalute obtulimus.

MIN. Velim à te reſcire, ſit ne Miſſa ſacrificium propitiatorium & ſatisfactorium pro viuis & defunctis? 5. DOCT. Quoniam Parentius & comminiſtri profundius hoc non inueſtigarunt, & diſputatio illa prolixiorem tractatum requirit, tantum in præſentiarum hoc dicam. Per hoc Sacrificium non ſolum mors Chriſti annunciatur donec veniat iterum de cœlo iudicaturus viuos & mortuos, ſed & eiuſdem paſsionis & mortis fructus applicantur iis, pro quibus offertur, id eſt, tam viuentibus quam defunctis, quemadmodum idem ille pro iis qui ab initio ſæculi obierant, pro iis qui tum ſuperſtites erant, & pro cunctis qui deinceps futuri eſſent ſemetipſum Deo Patri obtulit. Atque ſic nullatenus dubitandum eſt, quin hoc Miſſæ ſacrificio, (quod idem in ſubſtantia eſt cum eo quod in cruce peractum eſt) Deus propter merita Chriſti filii ſui tam viuis quam defunctis fidelibus placetur, mitigetur, ad miſereſcendum flectatur, ſicque propitius & placatus redditur, quantum cenſet commodum eſſe ac vtile, iis præſertim quorum offertur nomine. MIN. Reipſa cum Chriſtus ſacrificium iſtud obtulit, & offerri præcepit, non tantum dixit Apoſtolis, *pro vobis frangitur corpus, ac effunditur ſanguis*: ſed addidit, *& pro multis, in remiſsionem peccatorum*: docendo oblationem iſtam non ſolum viuentibus, ſed & mortuis profuturam eſſe, ad remittendum tam culpas quam pœnas peccatorum.

Luc. 22. 1. Cor. 11. *Matth. 26. Luc. 22.*

6\. DOCT. Quotieſcunque Miniſtri volent de his capitibus accuratius mecum agere, paratum antagoniſtam non longius comperient. Hic duntaxat vnum velitando obiicio Auguſtinum ſcribentem: Orationibus, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari.] En teſtimonium eius, quem Caluinus, nec iniuria, iudicat *fideliſſimum, & fide digniſſimum omnium doctorum veteris Eccleſiæ*: quemque Danæus appellat, *virum inter pios pientiſſimum, inter ſcriptores Eccleſiaſticos, ſi qui vnquam docti fuerunt, doctiſſimum.* En inquam, eius tanti viri clariſſimum teſtimonium de

Cal. Inſtit. L. 4. c. 19. *Ep. ad Cenuitem Friſia.*

Sacrifi-

Sacrificio ſalutari Miſſæ, quo defuncti adiuuantur. Quid ergo ſenſiſſet de Caluino & aſſeclis eius, qui non ſolum id in dubium reuocant, ſed & hanc pietatem fidemque tribuunt dæmonum præſtigiis? Alibi etiam addit piiſsimus & doctiſsimus pater: Cum ſacrificia ſiue Altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum, pro baptiſatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis, propitiationes ſunt, &c. MIN. Quandoquidem voce Propitiationis vtitur, nihil Miniſtris ſupereſt quo ſe aduerſus tantum authorem, aut veterem Eccleſiam tueantur. Alia ergo perſequamur.

Enchirid. cap. 110.

CONFESSIONEM, QVÆ FIT AD *aurem Sacerdotis iuris eſſe Diuini: atque ad remiſsionem peccatorum neceſſariam: aduerſus 84. & 85. errorem.*

CAPVT XXX.

MINISTER.

ÆGre ferentes ſe roſtri ſui aduncitate nullum poſſe ſanguinem elicere, eminus oblatrant aduerſus Confeſsionem auricularem, *contendentes eam non eſſe inſtitutam à Deo, ac proinde, haudquaquam neceſſariam ad peccatorum remiſsionem.*

Confut. 1. DOCT. Nimis edentuli ſunt, vt aduerſus eam morſibus aliquid valeant. Nam in primis, iam Bezam audiuimus profitentem, *Sine confeſsione ſuorum delictorum, coram illo cuius intereſt, Pœnitentiam fictam & ſimulatam.* Addens quippe, *cuius intereſt*, non intelligit ſolum Deum: quandoquidem ſine confeſsione notiora ſint illi ſingula cogitata, dicta, & facta noſtra, quam nobis ipſis. Adde quod illicò ſubdit, *Hoc eſt, coram iis qui offenſi fuerint, adeoque in conſpectu totius Eccleſiæ, ſi neceſſe eſt.* Quibus admittit confeſsionem peccatorum homini faciendam: licet de ea loquatur quæ publice quondam fiebat in pœnitentia ſolenni, cuius loco priuata magis inualuit. Idem concludit: *Quocirca videri poteſt, nos non reiicere, ſed è contrario illam requirere, vt neceſſariam ad ſalutem, veram confeſsionem à Deo inſtitutam.* Habes ergo manifeſtum, Confeſsionem peccatorum coram hominibus, inſtitutam eſſe à Deo: proindeque neceſſariam ad ſalutem. Si vero publica illa confeſsio, ei non videtur grauis & ingrata, quanto minus priuata ſeu auricularis moleſta erit? Nonne vtraque ſalutaris, & à Deo inſtituta? Etenim idipſum alibi (referente Schluſſelburgio Lutherano) videlicet, lib. 1. epiſt. pag. 126. *aſſerit confeſsionem oris, & priuatam abſolutionem in Eccleſiis bene conſtitutis ſemper obſeruatam eſſe, idque tum paſtoris tum ouis cauſa.*

Confeſſ. punct. 4. art. 29. Gallica eius latina reddimus.

Lib. 1. de Caluiniſtica theologia art. 19.

MINIST. Addere potes illis Ioannem Oecolampadium confeſsionis priuatæ hoc teſtimonium ferentem, & Parentium, gregaleſque illius ſic coarguentem: *Confeſsionem, quam auriculariam vocant, nemo pius damnet.* Itaque vniuerſi Caluiniani non ſunt pii, huius Sacramentarii ac Heluetii cenſura. En tibi ex Germania etiam adduco Hemmingium, in ſuo Catechiſmo, adfirmantem, *eandem Confeſsionem, quæ ad aurem fit eius, cui commiſſa eſt ſoluendi atque ligandi poteſtas, retinendam eſſe ob multa quæ hinc oriuntur commoda.* 2.

Com. in 1. Io. epiſtolā.

DOCT. Legi profecto & demiratus ſum Melanchthonem iſthæc connumerantem. 1. Ad petendam, & impetrandam abſolutionem ſuorum peccatorum. 2. Vt peculiarius peccator examinetur, erudiatur, & corrigatur à paſtore, quem Deus præfecit Eccleſiæ. 3. Ob peculiare colloquium, quo vnuſquiſque præparatur ad communionem. 4. Vt accuratius poſtea peccata euitentur. 5. Vt facilius nos Deo ſubmittamus, atque coram illo humiliemur. 6. Vt concipiamus maiorem contritionem, & pœnitentiam noſtrorum peccatorum. 7. Vt conſcientiæ noſtræ certiores ſint, Deum & ſanctam Eccleſiam nos ſinu ſuo excepiſſe. 8. Vt euitemus errorem Nouatianorum denegantium abſolutionem & reconciliationem iis, qui fide ceciderant. 9. Quia ſcriptum eſt apud Nehemiam, & S. Matthæum, peccatores ſolitos confiteri peccata ſua. 10. Quia talis conſtitutio ſemper fuit obſeruata in Eccleſia Chriſtiana. 11. Vt certiores ſimus, peccata poſt Baptiſmum commiſſa remitti poſſe. 12. Ad teſtificandum Euangelium Dei continere, annunciare, offerre, & dare omnibus pœnitentibus remiſsionem peccatorum. Denique, his verbis concludit: *Hæc cauſa valde mouere pœnitentes debet, vt ament & tueantur priuatam abſolutionem, & ſuo exemplo conſeruationem eius adiuuent.* Hactenus verba Melanchthonis, de fructibus priuatæ confeſsionis. 3.

Loc. communib. c. de pœnitentia.

Confeſſionis auricul. commoda.

2. Eſra. 9. Matth. 3.

4. MIN. Ac vt amplior & glorioſior adhuc ſit Veritatis de ſuis hoſtibus, per eoſdem hoſtes ſuos victoria, ecce adeſt illi adhuc quintus Miniſter pro Confeſsionis origine, vtilitateque aduerſus Caluinianos decertans. Conradum Schluſſelburgium intelligo, in Saxonia, oraque Baltici maris ſcribentem : *Sacramentarii turbulenti Abſolutionem priuatam extreme abiiciunt, cum dicunt, Eam originem habere ab Antichriſto & à diabolo. Sed verbum Dei nos propter multas cauſas eaſque grauiſſimas eam retinendam eſſe tradit.* Eaſdem enumera. 1. Ne conuertatur libertas ſpiritus in libertatem carnis. 2. Quia vnicuique præcepit Apoſtolus, vt ſeſe probet, vt digne ſumat corpus Chriſti. 3. Quia multi ignari, in ea parte indigent ope paſtorum : quia Saluator prohibet, ne dentur ſancta canibus, nec margaritæ porcis. Certum eſt autem ſine Confeſsione, Abſolutione, & reconciliatione, peccatorem eſſe ante Deum impudentiorem cane, & porco immundiorem. 4. Ad declarandum peccatorũ remiſsionem annunciatam & oblatam ab Euangelio, eſſe non tantum generalem, ſed peculiariter applicatam pœnitenti. 5. Quia Ieſus Chriſtus dixit Apoſtolis : *Quod ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* 6. Etiam illis dixit poſt ſuam reſurrectionem : *Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis.* 7. Quia huius rei multa habemus exempla in ſacra Scriptura : vt cum Nathan abſoluit Dauidem, poſtquam ſua delicta confeſſus eſt. 8. Quia Ieſus Chriſtus dedit abſolutionem Mulieri peccatrici, his verbis : *Remittuntur tibi peccata tua.* 9. Etiam Paralytico dixit : *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* 10. Tandem concludit ille Saxonum generalis Superintendens & inſpector : *Hæc teſtantur, Abſolutionem priuatim, non eſſe vocem humanæ authoritatis, ſed Diuinæ, ſonantis in Euangelio, à Chriſto, non ab hominibus, à Deo, non à Papa originem habere, & non cœpiſſe corrupto, ſed florente Eccleſiæ ſtatu.*

Lib. 1. de Theol. Cal. art. 19. — *Gal. 5.* — *1. Cor. 11.* — *Matth. 7.* — *Matth. 16. & 18.* — *Ioan. 20.* — *2. Reg. 11.* — *Luc. 7.* — *Matth. 9.*

5. Demum, è Geneua, Rauracis, VViteberga, Lipſia, & Saxonia, Miniſtros veſtros ablego in Angliam, vt ibi diſcant à Comminiſtris ſuis, huius Confeſsionis & Abſolutionis qualemcunque vſum retentum eſſe. Hi enim ſuarum Matutinarum precum initio, adſtantis populi nomine, vtroque genu flexo in terram, Confeſsionem generalem peccatorum faciunt. Et cum volunt Cœnam facere, poſt recitatam Epiſtolam, lectum Euangelium, decantatum, *Credo in vnum Deum*, feſtorum per hebdomadam occurrentium denunciationem, omnes qui ſunt communicaturi, proſternunt ſeſe, & flexo vtroque genu in terra, rurſum Confeſsionem peccatorum faciunt generalem. Habes hic duas ſpecies Confeſsionum peccatorum generales : accipe iam ſecretam & ſpecialem, quam vt ipſi auricularem vocant & ſeruant.

L. precum publicarũ in Eccl. Anglicana.

6. Cum Miniſtri ſeſe conferunt ad ægrotos inuiſendos, domum eorum intrantes dicunt : *Pax huic domui.* Inde, orant : *Ne reminiſcaris Domine, &c.* Addunt : *Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, &c.* Si Ægrotus ſentit ſuam conſcientiam grauatam eſſe aliqua in re (Ecquis hominum non ſentit? Quis gloriabitur, mundum ſe habere cor) de illa priuatim confitetur : & finita confeſsione, Miniſter vtitur hac forma abſolutionis : *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui dedit Eccleſiæ poteſtatem abſoluendi à peccatis, vere pœnitentes, ipſe ex infinita miſericordia, indulgeat tibi peccata tua. Ego vero authoritate ipſius, mihi commiſſa, abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Nonne hæc eſt Confeſſio ſecreta & auricularis? Et poteſtas abſoluendi à peccatis, à Deo conceſſa Eccleſiæ ſuæ paſtoribus? Hæcque nec ab hominibus, nec per hominem tradita, ſed ab omnipotenti Deo & Domino? Eademque non tantum per Scripturas, ſed & ab hæreticis comprobata? MIN. Plures à te nec ex verbo Dei, nec à Patribus, nec à Conciliis probationes requiro. Sufficit mihi, aduerſarios eſſe à propriis Symmiſtis victos & confutatos. Cætera perquiramus.

PEREGRINATIONES PRODEVNTES ex fide & pietate, ſunt laudabiles, ſpectantque ad ſoluendas pœnas temporarias peccatorum : aduerſus 86. & 87. errorem.

CAPVT XXXI.

MINISTER.

Tantopere indignantur aduerſus Peregrinationes ad loca ſancta quocunque titulo ſuſceptas, *vt eas habeant loco ſuperſtitionis & idololatriæ.*

DOCT. Ego contra, ex diuinis literis peruinco, eas toties à Deo præceptas & probatas eſſe, quoties veteri populo ſuo iuſſit, vt Ieroſolymam ex omnibus locis veniret ad templum ſanctum ſuum, vt ſe inuocaret, Confut. 1.

Deut. 16. Leuit. 34.

caret,

caret, adoraret, & ſacrificiis tum priuatis, tũ
communibus & publicis coleret. MIN. E-
quidē toties peregreibant, quoties à Iudæa,
à Samaria, à Galilæa, à ſuis tribubus, & à cun-
ctis plagis quibus diſperſi erant, cultus Diui-
ni gratia in Ieruſalē ciuitatem ſanctam pro-
ficiſcebantur : quod ſaltem ter in anno fieri
oportebat.

2. D O C T. Laudatur Tobias, quod illuc ſe
Tob.1. conferret ad offerendas decimas & oblatio-
1.Reg.1. nes ſuas. Helcana & Anna vxor eius à Deo
Exod.22. compenſantur, quod illo perrexerint pre-
Leuit.19. caturi & oblaturi. Lex diſtricte prohibet, ne
& 23. quis moleſtus ſit aduenis & peregrinis : quin
Deut.10. etiam in eorũ gratiam præcipit, vt & vitico-
& 14. læ & agricolæ aliquid facultatum ſuarum
relinquerent temporibus vindemiæ & meſ-
2.Paral.6. ſis, vt qui ex alijs locis & terris adueniebant,
& 7. illis ſe fouerent & vtcunque recrearent. Pro-
mittit inſuper Deus ipſe, quod oculi ſui forēt
aperti, & aures attentæ ad audiendas & ex-
audiendas preces eorum, qui e longinquo
oratum venirent ad templum ſanctum ſuũ.
Non igitur eſt Deo ſeſe opponere, leges eius
contemnere, & apertis verbis eius contradi-
cere, *ſuperſtitiones & idololatrias* vocare ſacras
peregrinationes?

3. MIN. His mihi in memoriam reuocas lo-
Luc.2. cos Euangelij, quibus Dominum Ieſum, cũ
piis parentibus ſecundum conſuetudinem
dierum feſtorum aſcendiſſe dicitur in ſan-
Io.7.& 12. ctam domum Patris ſui. Deinde, multam
vulgi frequentiam eundem in locum con-
Matth.27. fluentem cupiiſſe Ieſum videre. Tandem,
argento quod reſtituit Iudas, emptum fuiſſe
agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.
Hinc memoria ſubit Eunuchi, qui à finibus
Act.8. terræ ... Saba ſeu Æthiopia, adoratum
veni... Ieruſalem : à Philippo doceri & ſa-
cris ... promeruerit. Sic nec fruſtra
Matth.2. tres Magi ab oriente venerunt Ieroſolymam
vt ſacra venerarentur Chriſti incunabula.
Paulus denique dicitur non ſemel profectus
Act.20. eſſe ab Aſia & Europa in ſanctam eam ciui-
tatem, vt illic dies feſtos tranſigeret, & vota
ſolueret, quæ prius conceperat. Ex quibus
piæ animæ perſpiciunt, laborioſas peregri-
nationes, pietatis ergo ſuſceptas, ad loca mi-
raculis diuinis illuſtrata, aut Sanctorũ mar-
tyriis, reliquiis ve decorata, expreſſo Dei
verbo, multiſque ſacris exemplis compro-
batas eſſe : ac proinde, Caluini ſectatores de
hac doctrina impie ſentire, ſiue id imperitia
fiat, ſiue malitia.

4. Verum, quid cenſes de Centuriatoribus,
referentibus huiuſmodi peregrinationes i- *Cent.4. col.458.*
nitium primum accepiſſe magni Conſtanti-
ni temporibus. DOCT. Et ſi gratis hoc illis
concederemus, tamen retinendæ eſſent vt
piæ ac vtiles : non improbandæ velut idolo-
latricæ : cum & ipſi, & Caluinus fateantur, pri-
mis quatuor à Chriſto ſæculis, nihil adhuc
inuectũ fuiſſe corruptionis in doctrina : ſed
eam adhuc puram & integram floruiſſe per
omnes mundi Eccleſias. Inſuper, reſpon-
deo Centuriatores tot mendacia confingere
quot ſuperius adductæ in oppoſitam par-
tem ſacræ Scripturæ. Præterea, aliquot *Guerric.*
ſæculis ante Conſtantinum, beatiſsima do- *Hildephon.*
mina noſtra Deipara, inſigni fide & pietate *Sophron.*
poſt aſcenſionem Filij in cœlos, peregre *Metaphr.*
pergens loca inuiſebat, quæ miraculis ſuis *Andreas.*
ille nobilitauerat. Et eodem ſæculo pluri- *Melito.*
mi ex Aſia properabant in Iudæam, vt ean-
dem beatiſsimam Ieſu Matrem viderent,
colerent, inuocarent, vt ex beati Ignatij E- *Euſeb.l.6.*
piſtolis facile colligitur. Origenes qui plus *hiſt.c.12.*
centum annis Conſtantini ætatem ſupera-
uit, loca Apoſtolorum Petri & Pauli ſangui-
ne & martyrio ſacrata, Romæ, magna pie-
tate inuiſit ſub Apoſtolorum ſucceſſore Ze-
pherino. Tantumdem longe antea ex Gal- *L.5.c.24.*
liis præſtiterat Irenæus martyr ſub Eleuthe-
rio : & Polycarpus auditor Ioannis Apo-
ſtoli, Eccleſiam Romanam regente Ani-
ceto. 5.

Eodem ſæculo, Alexander in Cappado- *Euſeb.l.6.*
cia Epiſcopus, diuina monitione excitatus, *cap.9.*
venit Hieroſolymam, tum voti ſoluendi,
tum loca ſancta viſendi gratia : ibique cœ-
leſti oraculo retardatus fuit, ad exercendum
Epiſcopi munus, datus beato Narciſſo co-
adiutor. 6.

MINISTER. Siſte narrationem. Mihi
enim ſufficiunt iſta totius venerandæ anti-
quitatis exempla, neque nunc alia teſtimo-
nia ad fidem faciendam requiro. Præſertim
cum in Epiſtolis D. Hieronymi legerim, vt *Epiſt.17. 27.46.154*
ipſemet ſancta Palæſtinæ loca viſitarit : lau-
detque Paulam, Euſtochium, Marcellam,
& alios plurimos tum viros, tum fœminas
ob huiuſmodi ſacras peregrinationes, & a-
lios ad id quoque præſtandum ſollicitet. De-
nique, affirmet : Certe, adoraſſe vbi ſtete-
runt pedes eius, pars fidei eſt.]

Sicut etiam D. Auguſtinus, poſtquam re- 7. *Epiſt.137*
tulit plurima miracula facta in religioſos ac *L.22. de ci-*
pios Peregrinos, plurimum admiratus hæc *uitate.c. 8.*
dona & beneficia Dei in Sanctis ſuis, & per
eoſdem Sanctos facta ; Eccleſiæ ſuæ Sacer-

docem vnum miſit, qui ad loca, vbi illa fie- A
bant, peregre pergeret, & ad ſe rediens, quæ vidiſſet, fideliter referret.

8. Mira quoque de his didici in hiſtoria Lanſiaca Palladij, hymnis Prudentij, Epiſtolis Paulini, Hiſtoria Rufini & Sulpitij, & quibuſdam Homilijs Chriſoſtomi: qui omnes ſancti Scriptores in Eccleſia Dei floruerunt intra ætatem illam in qua fatetur Caluinus, nihil adhuc mutatum vel corruptum fuiſſe in doctrina Apoſtolica in vniuerſis Eccleſiis.

ABSTINERE PRO TEMPORE A à quibuſdam cibis, laudabile eſt: & ad pœnitentiam pertinet: contra 88. *&* 89. *errorem.*

CAPVT XXXII.

MINISTER.

REprehenſis peregrinationibus, & aliis operibus laborioſis ad pœnitentiam ſpectantibus; iam ventris, & horum quæ ſub ventre ſunt, Miniſtri patrocinium ſuſcipiũt, *damnantes omnem ciborum delectum, & abſtinentiam à carnibus, velut contrariam libertati.*

Confutatio. DOCT. Ita quidem contrariam concedo libertati carnis, qua concupiſcit aduerſus
1. Rom.8. ſpiritum, ducitque ad peccatũ, & mortem
Gal.5. ſempiternam. Ait namque de iis hũc in modum Apoſtolus. *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Ne libertatem in occaſionem detis car-*
2.Petr.2. *ni.* Et B. Petrus: *Superbia loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis, luxuriæ, eos qui in errore conuer-*
1.Pet.2. *ſantur. libertatem eis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis.* Et alibi: *Non quaſi velamen habentes malitiæ libertatẽ.* Huiuſmodi nunc ſunt Caluiniani, Epicurei, Libertini, ad pileum, ad libertatem carnis quos poſſunt inuitantes; ne ieiunent, ne abſtineant, ne obtemperent Eccleſiæ, ne veterum & Sanctorum imitentur exempla, ne carnem ſuam macerent: ſed saginent, vt promptior & aptior ad quaſcunque voluptates euadat atque delitias.

2. Nec intuentur, ter quaterque miſeri, ante mille & ducentos annos iſtam ſuam hæreſin refutatam, & damnatam fuiſſe in ſuis anteceſſoribus Iouiniano & Aerio, vti diſcere poſſunt ex ſcriptis Epiphanij, Hieronymi & Auguſtini, ſi ſaperent.

3. Præterea, adhuc ediſcent ex Clemente, Irenæo, Tertulliano, ac Hieronymo, priores L.5.conſtit.
Chriſtianos non tantum iſtam à carnibus L.1. contr. hæreſ.
abſtinentiam ſtudioſe ſeruaſſe: ſed & apertiſsimis & firmiſsimis Scripturis, ac illuſtriſ- L.adu. Pſyc
ſimis Sanctorum exemplis comprobaſſe. L.adu. Iouin.
Huiuſmodi ſunt primorum Parentum à cibo vetito à Deo conſtituta abſtinentia: Car- Gen.1.&8.
nis vniuerſæ ante diluuium: Carnis cũ ſan- Leuit.11.
guine facta Noe: & variorum piſcium, vo- Deut.14.
lucrum, beſtiarum ſub lege Moſaica. Propo- Dan.1.
nunt etiam Patres illi exempla Danielis, & ſociorum à vino & carnibus regiis religioſam abſtinentiam cæleſtibus donis remuneratam: Tobiæ, Rechabitarum, Iudith, Mar- Tob.1.
B dochæi, Machabæorum, qui extrema quæq; Ierem.35.
tormenta ſubire maluerunt, quam deſere- 2.Mach.7.
re abſtinentiam aut veſci carnibus lege Di- Ion.3.
uina prohibitis. Ieiunia demum, quibus Niniuitæ cæleſtes iras declinauerunt.

Aiunt præterea, conuerſationem D. Io- 4.
annis Baptiſtæ perpetuum fuiſſe ieiunium: & Luc.1.& 3.
Apoſtolorum vitam per orbem in ieiuniis 1.Cor.6.
multis, in fame & ſiti, in frigore & nudita- & 11.
te peractam. Et Paulum dixiſſe: *Bonum* Rom.14.
eſt vinum non bibere, & carnem non manducare. 1.Cor.8.
Et quod ſi animaduerteret fratrem propter carnis eſum ſcandalizari, carnem non man- Act.15.
ducaret in æternum, Apoſtolorum ſanctiſ-
C ſimo Cõcilio decretum fuiſſe, vt primi Chriſtiani abſtinerent à ſanguine & ſuffocato: inſuper, & ab iis carnibus & cibis, quos Gentiles idolis immolaſſent. An non hæc ſacra abſtinentiæ exempla ſunt, atque decreta, quibus coram Deo conſcientiæ Chriſtianæ ſubiiciuntur?

MIN. Reuera, tot Sanctorum exempla, 5.
à Deo compenſata & probata, apud pios omnes vim legis obtineant neceſſe eſt. Accedunt & Apoſtolorum decreta, & ſanctiſſimorum Eccleſiæ rectorum præcepta, quibus Chriſtus nos obaudire præcepit, etiam ſi Phariſæis decies millies ab hæreticis con- Luc.10.
D ferrentur. *Omnia quæcunque dixerint vobis, ſer-* Matth 23.
uate & facite. Pauloque iubente: *Obedite præpo-* Heb.13.
ſitis veſtris & ſubiacete eis. Cum aliquid accepero ex ijs antiquis Conciliis, quibus Spiritus Domini mentem ſuam aperuit, ſat mihi erit.

DOCT. Concilium Laodicenum ante 6.
trecentos & ſexaginta annos in Phrygia ce- Can.30.
lebratum, & à ſexto generali probatum, præcipiens Ieiunium quadrageſimale ſeruari, neminemque eo tempore aliis vti cibis, quam quæ ſunt abſtinentiæ cõgruentes: eam valde commendat. Concilium Gangrenſe

Can.19. grenſe anno 314. coactum, ſuis anathematibus ferit, qui ſine corporum ſuorum neceſſitate, ieiunia non ſeruant ab Eccleſia ſeruari ſolita. Et vt paucis multa colligam, Cō-
Can.9. cilia, Bracarenſe ſecundum; Toletanum o-
Can.9. ctauum, Maguntinum vnum, ex pluribus
Can.35. occidentis partibus congregata, non tātum laudauerunt, ſed etiam præceperunt, vt à certis cibis abſtinentia, temporibus ieiunijs deſtinatis, diligenter ſeruaretur.

PERPETVAM COLERE CASTITAtem, aſſiſtente Dei gratia, non eſt quid homini impoſſibile: imo laudabile ac meritorium: contra 90. & 91. errorem.

CAPVT XXXIII.

MINISTER.

IAM pro partibus corporum, quæ ſub ventre ſunt acerrime decertant, oſtendentes ſibi omnes caſtitatis ſpecies maxime diſplicere. In hunc finem Lutherus ſcripſit, *ſe minus carere poſſe re vxoria, quam eſu, potu, ſomno ſcreatione.* Et in eandem rem Author Clypei Caluinianæ fidei, ait: *ſe illa tantum carere poſſe quatuor vel quinque diebus, non vlterius. Et quod ſicut homo non poteſt ſemper orare vel ieiunare: ſic nec poſſe abſtinere à re venerea.* Quid tu reſpondes?

Concione de matrimonio. *Pag.112.*

Confutatio 1. DOCTOR. Eos per hæc non modo Iouinianos & Vigilantianos ſe probare: ſed & Carpocratianos, & Gnoſticos, & Nicolaitas: qui cum impudentia Cynica, eas res exercebant, quas pudor vetat commemorare. Porro ſi continentia ſit adeo ſeruatu difficilis, & commixtio corporum ſic neceſſaria quam aſſerunt, qui fieri potuiſſet, vt Abel, Ioſue, Elias, Eliſeus, Ieremias, Daniel, Azarias, Miſael, Præcurſor Domini, vterque Iacobus, Ioannes Zebedæi, Paulus, Lucas, Marcus, Timotheus, Titus, aliique abſque numero, perpetuam ſeruaſſent continentiam? Quomodo Sara, Rebecca, Lia, Rachel, Anna, Elizabeth, & innumerabiles aliæ puellæ, datæ fuiſſent viris ſuis virgines & intactæ? Non omnes ante matrimonium fuere lupæ & ſcorta? Aut quo pacto Iudith, Sarephtana, Anna, innumeræ aliæ viduæ, tandiu ſine virorum copula caſtæ permanſerunt? Quatuor Philippi filiæ, Thecla, Iphigenia, Valeria, Agnes, Agatha, A Cecilia, Catharina, Margarita, Barbara, & cæ vere virgines & martyres? Audebunt ne aſſerere plurimas Reginas, principes, nobileſque, & plebeias matronas frequenter ſcortari, ſeque impuris adulteris commiſcere, cum aliquādiu coniuges abſentes ſunt? Nulloſque vtriuſque ſexus ante matrimonia caſtos ac pudicos eſſe? Aut denique Bezæ, Vermilij, & reliquorum Miniſtrorum fœminas cum ſeruis & diſcipulis eorum tandiu conſueuiſſe, quandiu mariti in Poeſsiaco diſputarūt? Secumne abducunt ſuas Miniſtras, Prædicantiſſas, Diaconiſſas, Superintendē-
B tes, & antiquas Miniſtri, quando ad Synodos longe proficiſcūtur, abſuntque aliquot hebdomadibus aut menſibus?

MINISTER. Me puderet certe tibi referre illorum obſcœnitates, vxorum commutationes, commercia, quæ lenones iſti, ſcortaque caſtrenſia inter ſe exercent: ſatius eſt id omittamus, & ſacris literis, Patrumq; ſcriptis inſiſtamus: ac in laudibus ſanctiſsimæ continentiæ immoremur, vt & nos & alios in eius amorem accendamus. DOCTOR. 2.

Iam accepiſti probationes confirmantes Dei ope, non eſſe illam hominibus impoſsibilem: iam audi quî ſit vſu matrimo-
C nij maioris meriti. Eam Dei filius ſi quis vnquam, eximie ſeruauit: Apoſtolis ſuis vt hanc ambabus vlnis amplexarentur, author fuit. At, vtrique ſortem viuendi omnium meliorem & ſanctiorem conſequuti ſunt. Ait enim ad eum Petrus, omnium Matth.19.
nomine: *Ecce nos reliquimus omnia*: inter hæc autem vxores comprehenſæ ſunt. Hic ergo vitæ ſtatus omnium eſt præſtantiſsimus.

Paulus id paucis verbis pluries confirmat. Primo, cum ait: *Bonum eſt viro, mulierem non tangere.* Non quod malum iis qui 3. 1.Cor.7.
liberi ſunt, nubere: ſed quod perpetua cō-
D tinentia præſtantior ſit. Secundo, cum vult virum & vxorem *ad tempus ſeparari, vt vacent orationi.* Ergo vſus matrimonij multum obeſt, ne animus eleuetur in Deum, & totus homo ſanctis huiuſmodi exercitiis operam impendat. Tertio, quando ſummopere deſiderat, vt omnes eſſent ſicut ipſe erat. Ait enim. *Dico autem non nuptis & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.* Id eſt, vſu matrimonij abſtineant, 1.Cor.7.
viuantque perpetuo cælibes, caſtique permaneant & corporibus & animis. An non tale deſiderium, rei eſt ſanctioris atq; perfectioris? Quarto, quando conſulit virgini, vt

ſicra-

Digitized by Google

ſine extrauagatione: id eſt, ni dimiſſa, præ ignoratione ſua, propoſita quæſtione, turpiter & indecore ſaltitent extra chorum. Verum, reſpondeamus ſtultis iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſapientes ſibi videantur. Id eſt, Miniſtros vagantes inter oleas ſequamur, ne quid ſuarum obiectionum nos prætermiſiſſe inſolutum glorientur. Hac autem in re primos patres ſuos hereſiarchas preſsis veſtigiis inſequuntur. Ac in primis Simonem Magū, qui Chriſtianorum communione extruſus à B. Petro, eidem poſtea velis remiſque quod aiunt, vbique reſiſtere, quin etiam eū de medio tollere conatus eſt. Imitantur etiam mores Nouati, qui ſuos ex Africa in Italiā transfretantes, ſolenni ac publico iureiurādo adſtringebat, prius omnem reuerentiam & obedientiam Cornelio Apoſtolicæ Sedis Antiſtiti debitam abiurare. Iniquitatem quoq; ſequuntur Donatiſtarum, quibus obiicit D. Auguſtinus, quod in maxima noxa eſſent & culpa, propterea quod odio, calumniiſque proſequerentur ſedem Romanam, cui præfuerat beatus Petrus, & in qua ſuo tempore ſanctus ſedebat Anaſtaſius. Cum præſertim Dominus noſter detuliſſet honorem Cathedræ Moſis, & præcepiſſet, vt obtemperaretur iis, qui in ea ſedebant, quamuis eſſent mirum in modum flagitioſi.

Clemens. Abdias. Linus. Irenaus. Cyprian. L. 2. contra lit. Petiliani. c. 51. & 72. Matth. 23.

2\. MIN. Non te celare volo, plurimos me noſſe Miniſtros, qui hac in re à Caluino, & iis qui ſunt ab eius diſciplina, grauiter diſſentiunt. Nam Angli pene omnes velut ſummū aliquod fidei ſuæ caput, adfirmant Reginam ſuam Elizabetham Eccleſiæ ſuæ principem eſſe, omnemque tam in ſpiritualibus quam in temporalibus poteſtatem obtinere. Nec hi tamen, nec Galli, auderent inficiari Ieſum Chriſtum longe maiori poteſtate in illam præditum eſſe. Neceſſe eſt ergo vt fateantur, illam tantum caput eſſe vicarium, miniſteriale, atque ſubordinatum: quod eorum propoſitum pœnitus ſubuertit.

3\. Nec id modo nunc Fœminæ deferunt, ſed ſuperiori ſæculo, Eduardum Regem vt caput Eccleſiæ Anglicanæ coluerunt: itemque Henrico huius nominis octauo eius patri eundem ſe primæ omnium poteſtatis atque iuriſdictionis honorem detulerunt, vt caput atque Princeps eſſet in regno ſuo tam ſacrorum quam profanorum: & quidquid de iis omnibus ſtatueret, vocaret, reuocaret, commutaret, ſanctum foret ac Euangelicum. Num ergo inter Caluini diſcipulos diuerſum eſt Euangelium? Aut quæ A Anglis ſunt Euangelica & diuina, Geneuanis & Gallis ſuperſtitioſa & diabolica ſint? Oportet ergo vt volentes nolentes agnoſcant, ſub Chriſto primo Eccleſiæ militantis capite & paſtore, ſecundarium, ſubordinatum, & vicarium aliud cognoſcant & obſeruent: vel ſuos Anglicanos comminiſtros & fratres ſacrilegij & impietatis condamnent. Eligant vtrum voluerint, ſi tamen aliquod liberi arbitrii veſtigium in ſeipſis relictum eſſe putent.

DOCT. Componant ſuas lites ſi velint & valeant, nunquam tamen poterunt inficiari Imperatores, Reges, Duces, Principes ſummos in ſuas prouincias; & patres in ſuas familias & domeſticos eſſe principes, capita, B ſeu paſtores. MINISTER. Reipſa Dauidi regi dictum eſt, *Tu paſces populum meum Iſrael.* Et ille idem Domino dicit. *Conſtitues me in caput gentium. Ego autem conſtitutus Rex ab eo.* quibus tua ſententia perſpicue firmatur. Hinc ſcribit Paulus: Virum eſſe caput mulieris, Chriſtum autem caput viri, Deum denique caput Chriſti: vnde ſequitur, Diuina conſtitutione plura eſſe in rebus terrenis & ſpiritalibus capita ſubordinata. DOCT. Adde, ordinationem iſtam nihil obſtare, C quo minus Chriſtus ſit Rex regum, Dominus dominantium, Paſtor paſtorum, Pater patrum; nec igitur Eccleſia monſtrum erit biceps, vt blaſphemāt hoſtes eius, ſi ſub ſummo omnium Pontifice Chriſto, vel Petrum vel Clementem, vel Anacletum profiteamur pontificem, paſtorem, & caput ſubordinatum atque vicarium. 4.

2. Reg. 5. Pſal. 17. Pſal. 2. 1. Cor. 11. Eph. 5.

MINISTER. Certe Petrus Vermilius omnium Miniſtrorum, qui Piſsiaceno colloquio interfuerunt, doctiſsimus, ſcribit Chriſtum eſſe Regem inuiſibilem cum Regibus viſibilib. & imperia eorum non impedire imperiū eius, cum ab eo conſtituti ſint, D ab eo leges ſumant, & ab eodem pacem, iuſtitiam, & veram pietatem ſubditis ſuis ſubminiſtrent, ſicut caput vitam & motum in ſubiecta ſibi corporis membra influit. DOCTOR. Ergo conſequens eſt, vt cum viſibili generalique omnium Chriſtianorum Pōtifice & paſtore Romano, Chriſtus non deſinat eſſe inuiſibilis & ſummus paſtor totius Eccleſiæ ſuæ militantis. Nec dubito quin omnes ij, quibus vel communis ſenſus ſupereſt, nullam eſſe cauſam vel rationē in fauorem Regum, Principum, aut patrum familias, quæ non æqualiter cōueniat ad confirmandam communis omnium 5.

In l. Iudicū c. 8. & loc. com. fol. 43.

Paſtoris atque ſummi Pontificis authoritatem atq; poteſtatem. Non enim repugnantes ſunt hæ duæ poteſtates, cum vna prima ſit, altera ſecunda: vna inuiſibilis, altera viſibilis: vna per ſe & ex ſe ſumma, altera ſubdita & ſubordinata: vna omnium ſuprema, altera ſubſeruiens & obtemperans: vna proprii Domini, altera ſerui, & quidem ſeruorum Dei.

6. MIN. Nec ſilentio præteribo, aliquot me rationibus commotum, imo & compulſum ſemper fuiſſe, vt interno animi receſſu crederem, non tantum vtile, ſed & neceſſarium eſſe, vt in hac Eccleſia viſibili ſupremus eſſet Epiſcopus & paſtor viſibilis, qui ſub Christo ei præeſſet, eamque moderaretur, ac in vnitate & pace ſeruaret. Primo, quia talis fuit ordo, quem Dominus à primis temporibus ſæculiſque omnibus in eadem familia ſua conſtituit, ſiue eam quæ ab Adamo vſq; Moſem in Patriarchis, ſiue illam quæ à Moſe vſque ad Chriſtum, inter Prophetas ad Chriſtum vſque peruenit, attente contemplemur. In illa enim aliquis Patriarcharum, vt in iſta ſummus quidam Sacerdos & Pontifex reliquis omnibus præfuit: cui ſub mortis interminatione obtemperandum fuit. *Deut. 17.*

7. Secundo, cum animaduerto Deum omnia feciſſe cum omni ſapientia, ordine, pondere, ac menſura tam ſurſum quam deorſum, mihi perſuadeo & hoc ipſum in ſtabiliendo regno ſuo, quod eſt Eccleſiam, prudenter ſeruaſſe. Video namque in nouem ordinibus Angelorũ ſupremum quendam eſſe, cui alii omnes ſubſint: in cœlis, ſummum vnum, quod alios circumplectitur, inter luminaria cœleſtia principem locum Soli conceſſum, nauim non eſſe ſine nauarcho ſeu proreta, exercitum ſine imperatore, diuerſis membris vnum impoſitum caput, ouili paſtorem, ſcholaſticis præceptorem, &c. Ad extremum, ſine ordine nihil poſſe aliquandiu conſiſtere, cui non præſit aliquis ſummus moderator, cui deferantur imperii partes præcipue. *Sap.*

8. Tertio, vbicunque is ordo fuerit accurate ſeruatus, ibi ſumma pax, & vnitas ſingularis & mirabilis, felixque omnium rerum ſucceſſus, ſicut in hac re cernimus eandem fidei confeſsionem ac doctrinæ conſenſum inter orbis Catholicos, qui ſeipſos huius ſummi Paſtoris atque Pontificis Romani obedientiæ ſubmiſerunt. In iis enim forma priorum Chriſtianorum relucet, quibus erat cor vnum & anima vna. *Actor. 4.*

9. Quarto, animo voluo, identidemque reuoluo, è contrario quondam inter Arrianos, Donatiſtas, Pelagianos, Neſtorianos & alios veteres hæreſiarchas, & horum ſectatores, & his nouiſsimis temporibus, inter Lutheranos, Caluinianos, & Anabaptiſtas tam diuerſas exurgere fidei Confeſsiones, atque de eodem religionis capite tam pugnantes ſententias, quam diuerſos cœtus colligunt. Adeo tam multorum capitum bellua eſt hæc hæreſis.

10. Tandem, cum Monarchia perfectior ſit vniuerſis dominandi & regendi ſpeciebus, nullatenus dubitandum cenſui, quin Dominus Ieſus illam in regno ſuo ſeruauerit & ſtatuerit: ac proinde inter paſtores & Epiſcopos quibus cura eius commiſſa eſt, aliquem præfecerit ſummum, cui cæteri omnes honorem & obedientiam deferrent, eoſque ille contineret in officio.

11. DOCT. Superant porro rationes omnes iſta perſpicua & diuina Chriſti verba ad Petrum primum à Chriſto ſuper hanc Eccleſiam ordinatum Pontificem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã:* quibus Petrus dicitur petra ſiue ſaxum, ſuper quod Filius Dei conſtruxit Eccleſiam ſuam. Atq; eodem ſenſu locum intellexerunt ſexcenti triginta priſci illi Patres, qui interfuerunt concilio Chalcedonenſi, quod Authores veſtri ſe admittere profitentur. Cyprianus martyr conſentiens ſcribit, Dominum primum elegiſſe B. Petrum, ſuper quẽ ædificaret Eccleſiam ſuam. Et magnus Baſilius ſcribit: Petrus propter fidei excellentiam, Eccleſiæ ædificationem in ſeipſum ſuſcepit. Athanaſius Epiſtola ad Felicem, Nazianzenus Epiſt. de conſeruanda modeſtia in diſputationibus: Chryſoſtomus Homilia 55. in Matthæum: Cyrillus libro 2. cap. 2. in Ioannem: aliique Græci eandem amplexantur ſententiam, quibus conſentiunt patres Latini Tertullianus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus. *Matth. 16.* *Actione 1.* *Epiſt. ad Quirinũ.* *L. 2. contr. Eunom.*

12. Huc etiã referenda ſunt verba illa, quibus Chriſtus recepit ſe daturum illi claues regni cœlorum. MIN. Equidem hæc verba, *Beatus es Simon Bar-iona,* & iſta, *tibi dabo claues, &c.* aperte iudicant iſtiuſmodi promiſſa ſoli Petro facta eſſe, nec ſic cæteris Apoſtolis. DOCT. Præterea, hæ claues omnem poteſtatem deſignant tam ordinis quam iuriſdictionis in omnes Chriſtianos. Certum eſt ergo illum conſtitutum fuiſſe caput ſecundarium & vicarium totius Eccleſiæ. *Matth. 6.*

13. Nec prætermittendum, quod Chriſtus A fidem dictis ſuis faciens, poſt tres interrogationes ac reſponſiones perſonales, & ſpecialiter, & primo, & ſecundo, & tertio, eidem Petro dixerit, *Paſce oues meas.* Cum igitur præcipit, vt paſcat & regat, Βόσκε, ποίμαινε agnos ſuos, ſummam ei poteſtatem confert ducendi, reducendi, gubernandi, defendendi, paſcendi, caſtigandi proprium ouile. Quæ ſunt autem oues iſtæ, niſi Chriſtiani omnes? Quod ouile niſi Eccleſia Catholica, de quibus ſcriptum eſt. *Cognoſco oues meas: Alias oues habeo: Fiet vnum ouile, & vnus Paſtor?* Hoc quippe eſt quod ait Epiphanius: Hic qui audiuit, Paſce oues meas, cui concreditum eſt ouile. Et beatus Chryſoſtomus: Aliis omiſsis, Petrum duntaxat affatur, & fratrum ei curam committit.]

Ioan. 21.

Ioan. 10. & 11.

14. MIN. Iſtud adeo manifeſtum eſt, vt Caluinus aliquot in locis palam agnoſcere & fateri compellatur, *Petrum fuiſſe primum Apoſtolorum.* Et idem rurſum, obſeruandum docet conſilium Dei, *quo voluit Petrum, qui debebat Andream præcellere, per eundem veniret in cognitionem Chriſti.* In quo autem primatus ille in alios Apoſtolos, eoſdemque Petro ætate maiores, niſi in authoritate conſiſtere potuit? Iterumque ait: *Petrus, qui primas obtinuit conſenſu reliquorum omnium.* Et paulo poſt: *Fatemur quidem Petrum habitum fuiſſe principem inter Apoſtolos, ſicut opus eſt in omni ſocietate ſemper ſit aliquis qui præcedat & regat alios: & propterea Apoſtoli libenter deferebant honorem ſancto Petro, propter excellentiam gratiarum, quæ erat in illo.* Denique, adhuc confitetur, *quod ſicut eſt neceſſarium, vt in omni cœtu ſit aliquis, qui primum locum obtineat, ſic etiam Apoſtolos hunc honorem detuliſſe Petro.* Quis vero alius hunc primum locum detulit Petro, niſi æternus Dei Filius, idque per verba Euangelica, quæ ſupra commemorauimus? Nullo enim loco expreſsi verbi Diuini patet Apoſtolos Petrum ſibi in caput D & principem elegiſſe & conſtituiſſe, ergo id ſolus ordinauit Chriſtus. Deinde, cum principatum inter Apoſtolos à Deo conſecutus ſit: conſequens eſt, vt & ſuper vniuerſas Eccleſias, quas toto orbe alii fundauerunt & rexerunt. Adhæc, cum ſit neceſſarium, vt aliquis ſit in omni ſocietate, qui aliis præſit, & eoſdem regat, an non neceſſe eſt, vt omnes mundi huius Eccleſiæ ſummum aliquem viſibilem præfectum & paſtorem habeant ſub Paſtore inuiſibili Chriſto Ieſu? Denique, quis induxiſſet Apoſtolos, adhuc primatus appetentia & ambitu laborantes, vt beato Petro hunc honorem deferrent, præter decretum & conſtitutionem, quam in ſuo conſpectu nouerant factam ab eodem Dei filio? Quocirca cum apertis firmiſque rationibus: deinde, expreſsis Chriſti verbis. Caluini denique confeſsionibus exurgant probationes euidentes, vnum ſub Chriſto caput & paſtorem neceſſarium in hac viſibili & militante Eccleſia huncque honorem & gradum delatum eſſe beato Petro, eiuſque in cathedra Romana ſucceſſoribus, qui à cætero Miniſtri aduerſum inſurrexerint, grauiſsimi erroris coram Deo & B hominibus conuicti remanebunt.

Gallica eius ad verbum latina facimus.

SATISFACTIONEM PARTICVLArem pro pœnis temporalibus quæ debentur peccatis, neceſſariam eſſe, vt ſatisfactionis generalis per Chriſti paſsionem peractæ, efficiamur participes: aduerſus 81. errorem.

CAPVT XXVIII.

MINISTER.

C MVlta exinde garriunt Miniſtri de reditu animarum, de ſuis laudibus, de conuitiis in ſanctos Patres, de pœnis quas negant reſeruari ad caſtigationem peccantium, plurimaque ad tædium vſque repetunt, de quibus ſupra iam abunde diximus: denique, aperte negant, *Aliquas eſſe Satisfactiones peccatis hominum repoſitas, præter eam generalem & communem, quæ à Chriſto peracta eſt.* Instruct. pag. 309. 310. Præterea, vt homines à recta rationis via diſtracti, ſine vlla methodo miſcent quæſtiones Miſſæ, de Confeſsione auriculari, de peregrinationibus, de ciborum delectu, de cœlibatu, de aqua luſtrali: quæ omnia quantis poſſunt viribus impetunt.

DOCT. His omnibus ſatisfaciemus meliore ordine, & breuitate qua poterimus. Confut. 1. Ac de ſatisfactione, primum apertum & certum eſt, Debitores creditoribus ſuis ſatis facere debere. Et in Lege præcepit Dominus, vt ſi quis furatus eſſet bouem proximi, Exod. 22. quinque boues illi reſtitueret: & qui ouem, quatuor redderet. Hinc Zacchæus coram Domino ſancte pollicetur: *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Luc. 19. Nonne hæc ſunt Satisfactionum genera, ſimul & opera?

MIN. Sunt plane: meminique Bezam 2. ita cen-

ita cenſere. Vnde vehementer miror, nouiſsimos iſtos Miniſtros, eius diſcipulos, ſic à ſenſibus & verbis præceptoris ſui diſſentire. Ait enim ille: *Sine confeſſione culpæ ſuæ, coram illo facta cuius intereſt*, (nolens dicere, Sacerdotem) *cum reſtitutione & Satisfactione erga proximum, huiuſmodi Pœnitentia tantum poteſt eſſe ficta & ſimulata.* Deinde, animaduertens talem fuiſſe & doctrinam & praxim veteris Eccleſiæ, poſtea ſcribit: *In veteri Eccleſia reconciliabantur illi, qui cum ſcandalo peccauerant, impoſitione manuum, publica delictorum ſuorum confeſſione, & aliis externis Satisfactionibus.* Tertio etiam loco ait ad quendam Tubingenſem ſua ei adulteria, & ſodomitica ſcelera cum Candida & Audeberto, (de quibus in ſuis Poematibus palam triumphat & gloriatur,) exprobrantem: *De iis ego Eccleſiæ ſatisfeci.* DOCT. Gratiæ profecto referendæ ſunt domino Bezæ, quod plura nobis ſponte largiatur, quam ab eo efflagitabamus, ſcilicet Confeſsionem peccatorum, non ſolum coram Deo, ſed & iis ad quos ſpectat, neceſſariam eſſe ad veram pœnitentiam, deinde, reſtitutionem erga proximum: Satisfactionem coram Deo, & Eccleſia, talem fuiſſe primæ Eccleſiæ vſum: denique, iſthæc ſeſe obſeruaſſe. Quid vero Caluinus? Num & ipſe Satisfactionem aliam à Chriſti communi ſatisfactione comprobat?

Confeſſ. punctio. 4. art. 29. — *Punctio. 7. art. 11.*

3. MIN. Agens de triſtitia, qua affecti fuerant Corinthii, ob peccatū inceſtuoſi conciuis ſui, idque ante Deum, & ſecundum Deum, Græca verba Pauli ita latine extulit: *Ecce enim iſtud ipſum quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis, quantam in vobis genuit ſolicitudinem, imo ſatisfactionem?* In ſuis autem commentariis per Marloratum in Rhapſodia recitatis, affirmat, *Peccatorem debere præuertere iudicium Dei voluntaria vltione & caſtigatione ſui ipſius.* DOCT. Et hoc ipſum eſt quod Catholici docent ac expetunt, nimirum, doctrinam ſatisfactionis pro pœnis temporariis, plane Apoſtolicam eſſe: & peccator poſt contritionem, confeſsionem, & abſolutionem à culpa mortali & pœna æterna, pœnis, ærumnis, ieiuniis, orationibus duriſque laboribus aduerſum ſe vlciſcatur ſua delicta, ferat crucem ſuam poſt Chriſtum, vt cum eo reſurgat, nec expectet ſeuerius caſtigari ac emendari in Purgatorio.

2. Cor. 7. v. 11.

4. MIN. Lutherus etiam tibi concedit, manum Dei poſſe anteuerti & amoueri pœnis voluntariis, qualia ſunt ieiunia, abſtinentiæ,

Aſſert. 5.

A caſtigationes, & pœnæ quas Deus aduerſus hominum peccata decernit. Idem ſentit Melancthon, nec repugnat Chemnicius in ſuo Examine concilii. *Loc. com. de Satiſ.*

5. DOCT. Enimuero negare non potuiſſent, Niniuitas ſuis ieiunationibus, & ad Deũ clamoribus, iram eius auertiſſe & à capitibus ſuis, & à tota ciuitate. Et Achab Regem dedendo ſe lacrymis, ieiunio, ſacco, & cineribus, ſupplicia reuocaſſe contra ſeipſum decreta. Danielem ſuaſiſſe Nabuchodonozori, vt eleemoſynis peccata ſua redimeret. Archangelum Raphaelem ſimul & Tobiam docuiſſe, eleemoſynam liberare à peccato B & morte. Siracidem ſcripſiſſe, eleemoſynam reſiſtere peccatis, ſicut aqua extinguit ignem. Salomonem dicere, per miſericordiam & fidem purgari peccata, id eſt, pœna peccatis debita. Deum ipſum promittere ſe reuocaturum ſiccitatem, famem, peſtem, bellum, & alias pœnas temporales, modo populus ad ſe per pœnitentiam reuerteretur. Quinetiam idem ipſe conteſtatur ſeſe pœnitentiam acturum ſuper malo, id eſt, aduerſitate & miſeria, quod comminatus fuerat inferre populo ſuo, ſi pœnitentiam egerit ab iniquitate ſua.

Ion. 3. 3. Reg. 21. Dan. 4. Tob. 4. & 12. Eccleſ. 3. Prou. 15. & 26. 2. Paral. Ierem.

6. MIN. Præſto ſunt octo præclara teſtimonia C veteris Teſtamenti, quibus firmatur exſolutio ſeu Satisfactio pœnarum temporalium peccatis debitarum: Deumque placatum & contentum eſſe, eundemqae factum ſatis ſibi patefacere per pœnas hominum vel aſſumptas voluntarie, vel ſponte patienterque toleratas. Totidem referas ex nouo; & ſic vndequaque compellentur Miniſtri herbam tibi porrigere, ac tuis argumentis acquieſcere.

7. DOCT. Cum Chriſtus poſt ſuum Præcurſorem communi voce poſtulat, præcipitque peccatoribus, non ſolum vt agant Pœnitentiam, ſed & fructus faciant dignos D pœnitentiæ, putas eos loqui de quadam Baptiſmi recordatione, vel de ſola fide, vt cum gregalibus ſuis autumat Caluinus? MIN. Omnino perſpectum eſt eos multo plura exigere à peccatoribus, nimirum, amaram de peccatis contritionem, cordis, oris ingenuam confeſsionem, abſolutionem, deniq; vt pœnitentes à cætero edant fructus pœnitentia dignos, quales ſunt orationes, ieiunationes, caſtigationes ſuorum corporum, largitiones in pauperes, & his ſimilia opera bona, quibus Deus teſtatur (vt nunc dicebamus) ſe placari, ſibique ſatis fieri, ac iram

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Actor. 2.

Digitized by Google

iram ſuam, publicaſque calamitates & minas remittere. A

8. Matth. 5. & 6. Luc. 6. & 11. DOCT. Adhæc, cum idem præcipit, diligere inimicos, benefacere iis qui oderunt nos, & orare pro perſequentibus & calumniantibus nos, præcepta equidem hominibus carni & ſanguini deditis ardua atq; difficilia; & promittit pro huius virtutis compenſatione, Patrem ſuum cœleſtem remiſſurum peccata noſtra, manifeſte declarat, hac ſe laborioſa obeditione placari, ſibique fieri ſatis.

9. Matth. 18. Deinde, idipſum confirmans eleganti parabola ſerui, cui herus remiſit omne debitum. Deinde, ob crudelitatem eiuſdem in B conſeruum ſuum, hanc indulgentiam reuocauit: nullum reſtat dubium de noſtra ſatisfactione apud Deum, ſi proximis in nos peccantibus ex animo parcamus. *Et Pater meus*, inquit, *dimittet vobis peccata veſtra, ſi ex corde remiſeritis proximis veſtris.*

10. Luc. 11. Præcipiendo rurſum, vt eleemoſynas demus indigentibus, & promittendo omnia nobis munda futura eſſe, pœnarum temporalium condonationem eiſdem ſatisfactoriis operibus pro certo adſcribit.

11. Matth. 16. & 18. Iam vero inſignis illa poteſtas ligandi atque ſoluendi, quam dedit Apoſtolis, nonne tam recte extenditur ad obſtringendos pec- C catores operibus laborioſis & ſatisfactores, quam ad ſoluendos eoſdem miniſterio ſuo per indulgentiam prout viderint eſſe conueniens? Tot etiam conſtitutiones Euange- Matth. 6. Luc. 11. Matth. 25. & 26. Ioan. 12. Luc. 9. Luc. 7. Matth. 26. Luc. 23. licæ de orationibus, ieiuniis, fletu, planctu, eleemoſynis, ſui mundique contemptu, ſui ipſius abnegatione, ferenda cruce ſua, odio animæ ſuæ in hoc mundo, &c. nonne referuntur ad ſoluendum pœnas temporales, quas delictis noſtris meruimus? Salutaria exempla beati Petri, & beatæ Magdalenæ, peccata ſua tantis lacrymis proſequentium; & Latronis de cruce pendentis, & confitentis, quod digna factis ſuis atrocia tormenta D reciperet, plane manifeſtant nos omnes pro peccatis debitores eſſe plurimarum pœnarum etiam temporalium. Rom. 6. Præceptum quoque Apoſtoli, vt ſicut exhibuimus membra corporis noſtri ſeruire iniquitati, ſic exhibeamus ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, tendunt in eundem finem. 1 Cor. 11. Et cum promittit quod ſi noſipſos diiudicauerimus, iuſtas de nobis pœnas ſumentes, non vtique iudicabimur: ad ſupplicia temporaria quæ nobis debentur hic exſoluenda grauiter hortatur. Quomodo vero id faciamus exemplo ſuo docet ſcribens: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* 1. Cor. 9. Denique, in eam rem ait: Triſtitiam, quæ eſt ſecundum Deum, Operari pœnitentiam ſtabilem in ſalutem, &c. 2. Cor. 7.

MIN. Mihi profecto cum magno fœnore ſatisfacis, quando pro octo locis quos tantum petebam, ſupra viginti reddis probationes, quod poſt condonatas culpas & pœnas æternas, exoluendæ ſint à nobis peccatoribus quædam pœnæ temporariæ: idque à nobis, vt Deus placatus ſit ac propitius, multis modis præſtari poſſe. 12. Tantum deſignes mihi velim locos ſanctorum ac antiquorum Theologorum, qui ſententias illas ad ſatisfactiones temporarias retulerunt, aperteque hoc caput religionis firmauerunt: & me tibi magno beneficio deuinxeris.

DOCT. Vir Apoſtolicus ſimul & Chriſti martyr beatus Clemens libro ſecundo Conſtitutionum Apoſtolicarum, capite vigeſimo-primo & vigeſimo-tertio; & quadrageſimo-quinto. 13. Tralat. Oſtunen. Ignatius & ipſe Apoſtolorum auditor & martyr, Epiſtola ad Heronem. Hermas qui & Paſtor, cuius Paulus ad Romanos meminit, libro tertio, ſimilitudine ſeptimo & octauo. Eandem doctrinam in ſequenti ſæculo ſartam tectam ſeruauerunt Iuſtinus martyr reſponſo ad quæſtionum 79. orthodoxorum. Irenæus martyr libro primo, cap. 9. libro tertio, c. 37. & libro 4. capite 26. Tertullianus libro integro de Pœnitentia. Cyprianus martyr Epiſtolis 8. 10. 11. 12. 26. 27. 40. 52. 55. 59. 64. & 69. iuxta ordinem à Pamelio conſtitutum. Et vt contraham, beatus Auguſtinus, Enchiridii c. 65. 70. & 71. libro 50. homilia 50. Commentariis in Pſal. 50. Epiſtola 54. & alibi frequentiſsime.

MIN. Mihi ſane in memoriam reuocas, Caluinum palam fateri, priſcos omnes, 14. Inſtit. l. 4 c. 12. §. 8. quorum extant opera, eandem doctrinam aſſeruiſſe: quibus tamen non veretur ſeipſum opponere, quaſi poſt mille & quingentos annos penitius mentes & ſcripta Apoſtolorum penetraſſet, quam eorum auditores, martyres, & à Deo inſpirati ſancti omnes confeſſores. Quocirca cum animaduertam, vniuerſam antiquitatem tam per Scripturas quam per traditionem ita crediſſe & docuiſſe, omni in poſterum ſcrupulo & dubitatione liberabor, modo quibuſdam Authorum noſtrorum obiectionibus reſpon-

reſpondeas. DOCT. Obiice quodcunque voles.

15. Ezech. 18. MIN. Dominus per Ezechielem promittit, Quotieſcunque ingemuerit peccator, iniquitatum eius ſe non recordaturum: cum ergo culpas condonat, pœnas ſimul omnes remittit; nullæ ergo reſtant ſoluendæ. DOCT. Verum eſt ea conditione, ſi numeris omnibus abſolutam pœnitentiam egerit, ad quam ſpectat ſatisfactio: feceritque iudicium & iuſtitiam, vt continuo textu illo exigitur.

16. MIN. *Satiſfactiones per dominum Ieſum peractæ, & pro nobis exolutæ plus ſatis ſufficiant, ergo nullis aliis indigemus.* DOCT. Si conſecutio quidquam valeret, nullum opus eſſet, vt crucẽ noſtram ferremus, oraremus, ieiunaremus, ploraremus, bonis operibus incumberemus: denique, moreremur. Nam eius labores, orationes, ieiunia, lacrymæ, opera bona, mors denique pluſquam ſufficientiſsima ſunt ſalutis humanæ media & remedia. Num ergo vides quam abſurda & impia ſunt ea, quæ ex topicis Miniſtrorum veſtrorum educuntur? MIN. Quid igitur, & quomodo, ex illis antecedentibus concludendum eſt? DOCT. Ipſe Dominus & Apoſtoli eius docent plane Miniſtris contrarium, hoc videlicet modo: Chriſtus pro nobis orauit, ieiunauit, laborauit, mortuus eſt, ſatisfecit: ergo vt eum imitemur, ſimuſque eius regni participes, oportet nos & cum eo, & poſt eum orare, ieiunare, laborare, mori, atque ſatisfacere. 1. Petr. 2. Sic enim D. Petrus colligere docet: *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplũ, vt ſequamur veſtigia eius.* Et Paulus adfirmat, Rom. 8. Patrem nos in Filio ſuo prædeſtinaſſe, vt efficiamur conformes imagini eius: qui etiam Ioan. 13. profitetur ſe nobis reliquiſſe exemplum, vt quemadmodum ille fecit, & nos faciamus. Et quidem cauſa efficiens & meritoria ſalu- Heb. 5. tis æternæ, *ſed obtemperantibus ſibi*, vt ait Apoſtolus. Præcipit autem, vt integram agamus pœnitentiam, & ſeruemus mandata, ſi Luc. 3. & 24. velimus in vitam intrare. Rurſum nos cer- Matth. 19. tiores reddit Apoſtolus, eos tantum fore 1. Cor. 1. participes conſolationum Chriſti, qui ſocii fuerint eius paſsionum. Denique, cum ſatisfactiones, imo & omnia bona opera noſtra, non tam noſtra ſint, quam Ieſu Chriſti, qui ſua gratia præueniente, & cooperante facit in nobis, nulla ex parte obſcuratur eius gratia & gloria: ſed magis amplificatur & exaltatur, cum non ſolum ſatisfa- A ctio eius ſit in ſe ſufficiens, & pluſquam ſufficiens, ſed etiam in membris & ſeruis eius.

MISSÆ SACRIFICIVM NEC VENditur, nec emitur, ſed per illud Chriſti meritum & ſatiſfactio tam viuentibus quam defunctis applicatur: aduerſus 82. & 83. errorem.

CAPVT XXIX.

MINISTER.

B ANimis defeciſſent, quinimo periculum fuit ne cum Iſcariote crepuiſſent medii Miniſtri, ni ſcriptis conſignaſſent, *Abuſum eſſe aliquas ſatiſfactiones velle ſibi comparare frequentia Miſſarum emptarum & venditarum, & quidem ingenti pretio auri & argenti.*

DOCT. Manifeſta calumnia eſt, quod Confut. 1. dicunt Miſſas emi aut vendi. Nam cum illa ſit Sacrificium incruentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt loquuntur Clemens, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, nullo pretio auri vel argenti comparari poteſt. Quod enim pretium excogitari poſſet, vt conferretur cum æter- C no Dei filio, eiuſque ſanctiſsima humanitate? Qui plane integer ibi & præſens adeſt, cum omnibus chariſmatibus, diuitiis, perfectionibus, meritis, & ſatisfactionibus ſuis, quas per hoc ſacrificium & ſacramentum ſuum nobis offert atque communicat?

Sed quodnam eſt quæſo, quantum-ve 2. ingens pretium auri & argenti, quod deſignare voluerunt Miniſtri? Quænam vis argenti, ſi dentur tres, quatuor, quinque, aut ſex aſſes Sacerdoti, non vt Miſſam vendat, ſed vt vitam ſuam vtcunque ſuſtentet: ſi cum ducentis & trecentis aureis comparetur, qui perſoluuntur Miniſtris, vt ſemel vel D bis in hebdomada aliquid ex Maroto cantillent, & ſemihoræ ſpatio concionentur? MIN. Non dicis omnia. Imo vero oportet præterea, & Miniſtram, & ancillam, & filias eius calceare, veſtire, adornare, elocare velut honeſtas quaſdam ac nobiles fœminas, cum perſæpe aliæ ſint quam explicare neceſſe ſit: quinetiam augere ſtipendia, quoties liberi multiplicantur, in vnaquaque Cœna nummos numerare: denique, Miniſtri arbitrio marſupium (quod pauperum appellant) credere. Adhæc, belli temporibus ſacrilegiorum, expilationum, rapinarumque militarium, vt participes fiant, ne-

 ceſſe

Digitized by Google

A ceſſe eſt. Qui vidit teſtimonium perhibet, & verum eſt teſtimonium eius.

3. DOCT. Multo certius, liberius, & amplius de his ad poſteros teſtificari poteris, quam ego, vel alius quiſquam, qui hæc non eſt expertus. Poſſum tamen ego polliceri, veteres Gnoſticos, horum Hugnoſticorum proauos & abauos rapinis & latrociniis plurimum addictos fuiſſe. (*Epiſt. ad Magneſ.*) Nam Ignatius martyr ideo vocat illos, Chriſtum mercantes, verbum cauponantes, alienorum appetitores, pecuniarum rapaces, & quaſi vortices.] (*Lib. 1. c. 1. & 9.*) Irenæus quoq; martyr exprobrat eis; Non omnes volunt manifeſte docere, ſed ſolos illos, qui grandes mercedes pro talibus myſteriis præſtare poſſunt.] Præſertim vero quendam Marcum arguit, quod circa eas mulieres maxime vacaret, quæ erant honeſtæ, circum purpuratæ, ditiſsimæ.] (*Lib. contr. Parmen. L. 1. contr. lit. Petil. c. 64. & l. 3. contr. Creſcon. c. 41.*) Optatus quoque Mileuitanus, & poſt hunc Auguſtinus, queruntur ob rapinas & ſacrilegia Donatiſtarum facta in Eccleſiis, domibus Clericorum, ac omnium Catholicorum facultatibus per Africam: qualia omnino docuerunt & fecerunt in Galliis, in Belgio, in Scotia veſtri miniſtri & ſatellites ab hinc quinquaginta annis. (*Com. in ep. S. Iudæ.*) De auaritia & rapinis Caluinianorum alio in loco egi, ideo nunc prætereo.

4. Cæterum, conſtanter cum D. Paulo adfirmamus, eos qui altari deſeruiunt, debere participes eius fieri: & qui Euangelium annunciant, æquum eſſe vt de illo viuant. (*Matth. 10.*) Sed cauſam iſtam grauiter perorantem Apoſtolum audiamus. (*1. Cor. 9.*) *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Scriptum eſt in lege Moyſi,* (*Deut. 25.*) *Non alligabis os boui trituranti. Debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, &c.* Eſt ergo omnium maxime rationi congruum, vt Sacerdotes Eccleſiæ Dei, quibus non licet mercari, agros colere, militare, aliiſ-ve artibus mechanicis viuere; ſed tantum orare, cantare, legere, ſtudere, docere, baptizare, ſacrificare, & aliis piis ſacriſq; exercitiis operam dare; decimis, oblationibus, & beneficiis populi viuant, veſtiantur, honeſte domibus ſuſcipiantur pro ſtatus decentia. Iſtud porro non eſt vendere aut emere Sacramenta vel Sacrificia, vt Miniſtri calumniantur, ſed de ſua vocatione viuere. Non inuidemus trecentis & quadringentis eorum aureis & pompis: non ægre ferant ergo ſi nobis poſt Miſſam, quam religioſe poſſumus celebratam, aliquot exigui nummi dentur nobis à fidelibus, pro quorum ſalute obtulimus.

5. MIN. Velim à te reſcire, ſit ne Miſſa ſacrificium propitiatorium & ſatisfactorium pro viuis & defunctis? DOCT. Quoniam Parentius & comminiſtri profundius hoc non inueſtigarunt, & diſputatio illa prolixiorem tractatum requirit, tantum in præſentiarum hoc dicam. Per hoc Sacrificium non ſolum mors Chriſti annunciatur donec veniat iterum de cœlo iudicaturus viuos & mortuos, (*Luc. 22. 1. Cor. 11.*) B ſed & eiuſdem paſsionis & mortis fructus applicantur iis, pro quibus offertur, id eſt, tam viuentibus quam defunctis, quemadmodum idem ille pro iis qui ab initio ſæculi obierant, pro iis qui tum ſuperſtites erant, & pro cunctis qui deinceps futuri eſſent ſemetipſum Deo Patri obtulit. Atque ſic nullatenus dubitandum eſt, quin hoc Miſſæ ſacrificio, (quod idem in ſubſtantia eſt cum eo quod in cruce peractum eſt) Deus propter merita Chriſti filii ſui tam viuis quam defunctis fidelibus placetur, mitigetur, ad miſereſcendum flectatur, C ſicque propitius & placatus reddatur, quantum cenſet commodum eſſe ac vtile, iis præſertim quorum offertur nomine. MIN. Reipſa cum Chriſtus ſacrificium iſtud obtulit, & offerri præcepit, non tantum dixit Apoſtolis, *pro vobis frangitur corpus, ac effunditur ſanguis*: ſed addidit, *& pro multis, in remiſsionem peccatorum*: (*Matth. 26. Luc. 22.*) docendo oblationem iſtam non ſolum viuentibus, ſed & mortuis profuturam eſſe, ad remittendum tam culpas quam pœnas peccatorum.

6. DOCT. Quotieſcunque Miniſtri volent de his capitibus accuratius mecum agere, paratum antagoniſtam non longius comperient. Hic duntaxat vnum velitando obiicio Auguſtinum ſcribentem: D Orationibus, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari.] En teſtimonium eius, quem Caluinus, nec iniuria, iudicat *fideliſſimum, & fide digniſſimum omnium doctorum veteris Eccleſiæ*: (*Cal. Inſtit. L. 4. c. 19.*) quemque Danæus appellat, *virum inter pios pientiſſimum, inter ſcriptores Eccleſiaſticos, ſi qui vnquam docti fuerunt, doctiſſimum.* (*Ep. ad Comitem Friſ.*) En inquam, eius tanti viri clariſſimum teſtimonium de

Sacrifi-

Digitized by Google

Sacrificio ſalutari Miſſæ, quo defuncti adiuuantur. Quid ergo ſenſiſſet de Caluino & aſſeclis eius, qui non ſolum id in dubium reuocant, ſed & hanc pietatem fidemque tribuunt dæmonum præſtigiis? Alibi etiam addit piiſsimus & doctiſsimus pater: Cum ſacrificia ſiue Altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum, pro baptiſatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis, propitiationes ſunt, &c. MIN. Quandoquidem voce Propitiationis vtitur, nihil Miniſtris ſupereſt quo ſe aduerſus tantum authorem, aut veterem Eccleſiam tueantur. Alia ergo perſequamur.

Enchirid. cap. 110.

CONFESSIONEM, *QVÆ FIT AD aurem Sacerdotis iuris eſſe Diuini: atque ad remiſsionem peccatorum neceſſariam: aduerſus 84. & 85. errorem.*

CAPVT XXX.

MINISTER.

ÆGre ferentes ſe roſtri ſui aduncitate nullum poſſe ſanguinem elicere, eminus oblatrant aduerſus Confeſsionem auricularem, *contendentes eam non eſſe inſtitutam à Deo, ac proinde, haudquaquam neceſſariam ad peccatorum remiſsionem.*

Confut. 1. DOCT. Nimis edentuli ſunt, vt aduerſus eam morſibus aliquid valeant. Nam in primis, iam Bezam audiuimus profitentem, *Sine confeſsione ſuorum delictorum, coram illo cuius intereſt, Pœnitentiam fictam & ſimulatam.* Addens quippe, *cuius intereſt*, non intelligit ſolum Deum: quandoquidem ſine confeſsione notiora ſint illi ſingula cogitata, dicta, & facta noſtra, quam nobis ipſis. Adde quod illicò ſubdit, *Hoc eſt, coram iis qui offenſi fuerint, adeoque in conſpectu totius Eccleſiæ, ſi neceſſe eſt.* Quibus admittit confeſsionem peccatorum homini faciendam: licet de ea loquatur quæ publice quondam fiebat in pœnitentia ſolenni, cuius loco priuata magis inualuit. Idem concludit: *Quocirca videri poteſt, nos non reiicere, ſed è contrario illam requirere, vt neceſſariam ad ſalutem, veram confeſsionem à Deo inſtitutam.* Habes ergo manifeſtum, Confeſsionem peccatorum coram hominibus, inſtitutam eſſe à Deo: proindeque neceſſariam ad ſalutem. Si vero publica illa confeſsio, ei non videtur grauis & ingrata, quanto minus priuata ſeu auricularis moleſta erit? Nonne vtraque ſalutaris, & à Deo inſtituta? Etenim idipſum alibi (referente Schluſſelburgio Lutherano) videlicet, lib. 1. epiſt. pag. 126. *aſſerit confeſsionem oris, & priuatam abſolutionem in Eccleſiis bene conſtitutis ſemper obſeruatam eſſe, idque tum paſtoris tum ouis cauſa.*

Confeſſ. punct. 4. art. 19. Gallica eius latina reddimus.

Lib. 1. de Caluiniſtica theologia art. 19.

2\. MINIST. Addere potes illis Ioannem Oecolampadium confeſsionis priuatæ hoc teſtimonium ferentem, & Parentium, gregaleſque illius ſic coarguentem: *Confeſsionem, quam auriculariam vocant, nemo pius damnet.* Itaque vniuerſi Caluiniani non ſunt pii, huius Sacramentarii ac Heluetii cenſura. En tibi ex Germania etiam adduco Hemmingium, in ſuo Catechiſmo, adfirmantem, *eandem Confeſsionem, quæ ad aurem fit eius, cui commiſſa eſt ſoluendi atque ligandi poteſtas, retinendam eſſe ob multa quæ hinc oriuntur commoda.*

Com. in 1. Io. epiſtolã.

3\. DOCT. Legi profecto & demiratus ſum Melancthonem iſthæc connumerantem. 1. Ad petendam, & impetrandam abſolutionem ſuorum peccatorum. 2. Vt peculiarius peccator examinetur, erudiatur, & corrigatur à paſtore, quem Deus præfecit Eccleſiæ. 3. Ob peculiare colloquium, quo vnuſquiſque præparatur ad communionem. 4. Vt accuratius poſtea peccata euitentur. 5. Vt facilius nos Deo ſubmittamus, atque coram illo humiliemur. 6. Vt concipiamus maiorem contritionem, & pœnitentiam noſtrorum peccatorum. 7. Vt conſcientiæ noſtræ certiores ſint, Deum & ſanctam Eccleſiam nos ſinu ſuo excepiſſe. 8. Vt euitemus errorem Nouatianorum denegantium abſolutionem & reconciliationem iis, qui fide ceciderant. 9. Quia ſcriptum eſt apud Nehemiam, & S. Matthæum, peccatores ſolitos confiteri peccata ſua. 10. Quia talis conſtitutio ſemper fuit obſeruata in Eccleſia Chriſtiana. 11. Vt certiores ſimus, peccata poſt Baptiſmum commiſſa remitti poſſe. 12. Ad teſtificandum Euangelium Dei continere, annunciare, offerre, & dare omnibus pœnitentibus remiſsionem peccatorum. Denique, his verbis concludit: *Hæc cauſa valde mouere pœnitentes debet, vt ament & tueantur priuatam abſolutionem, & ſuo exemplo conſeruationem eius adiuuent.* Hactenus verba Melancthonis, de fructibus priuatæ confeſsionis.

Loc. communib. c. de pœnitentia.

Confeſſionis auricul. commoda.

2. Eſdr. 9. Matth. 3.

Digitized by Google

4. MIN. Ac vt amplior & glorioſior adhuc ſit Veritatis de ſuis hoſtibus, per eoſdem hoſtes ſuos victoria, ecce adeſt illi adhuc quintus Miniſter pro Confeſsionis origine, vtilitateque aduerſus Caluinianos decertans. Conradum Schluſſelburgium intelligo, in Saxonia, oraque Baltici maris ſcribentem: *Sacramentarii turbulenti Abſolutionem priuatam extreme abiiciunt, cum dicunt, Eam originem habere ab Antichriſto & à diabolo. Sed verbum Dei nos propter multas cauſas eaſque grauiſſimas eam retinendam eſſe tradit.* Eaſdem enumera. 1. Ne conuertatur libertas ſpiritus in libertatem carnis. 2. Quia vnicuique præcepit Apoſtolus, vt ſeſe probet, vt digne ſumat corpus Chriſti. 3. Quia multi ignari, in ea parte indigent ope paſtorum: quia Saluator prohibet, ne dentur ſancta canibus, nec margaritæ porcis. Certum eſt autem ſine Confeſsione, Abſolutione, & reconciliatione, peccatorem eſſe ante Deum impudentiorem cane, & porco immundiorem. 4. Ad declarandum peccatorũ remiſsionem annunciatam & oblatam ab Euangelio, eſſe non tantum generalem, ſed peculiariter applicatam pœnitenti. 5. Quia Ieſus Chriſtus dixit Apoſtolis: *Quod ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* 6. Etiam illis dixit poſt ſuam reſurrectionem: *Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis.* 7. Quia huius rei multa habemus exempla in ſacra Scriptura: vt cum Nathan abſoluit Dauidem, poſtquam ſua delicta confeſſus eſt. 8. Quia Ieſus Chriſtus dedit abſolutionem Mulieri peccatrici, his verbis: *Remittuntur tibi peccata tua.* 9. Etiam Paralytico dixit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* 10. Tandem concludit ille Saxonum generalis Superintendens & inſpector: *Hæc teſtantur, Abſolutionem priuatim, non eſſe vocem humanæ authoritatis, ſed Diuinæ, ſonantis in Euangelio, à Chriſto, non ab hominibus, à Deo, non à Papa originem habere, & non cœpiſſe corrupto, ſed florente Eccleſiæ ſtatu.*

Lib. 1. de Theol. Cal. art. 19. — *Gal. 5.* — *1. Cor. 11.* — *Matth. 7.* — *Matth. 16. & 18.* — *Ioan. 20.* — *2. Reg. 11.* — *Luc. 7.* — *Matth. 9.*

5. Demum, è Geneua, Rauracis, VViteberga, Lipſia, & Saxonia, Miniſtros veſtros ablego in Angliam, vt ibi diſcant à Comminiſtris ſuis, huius Confeſsionis & Abſolutionis qualemcunque vſum retentum eſſe. Hi enim ſuarum Matutinarum precum initio, adſtantis populi nomine, vtroque genu flexo in terram, Confeſsionem generalem peccatorum faciunt. Et cum volunt Cœnam facere, poſt recitatam Epiſtolam, lectum Euangelium, decantatum, *Credo in vnum Deum,* feſtorum per hebdomadam occurrentium denunciationem, omnes qui ſunt communicaturi, proſternunt ſeſe, & flexo vtroque genu in terra, rurſum Confeſsionem peccatorum faciunt generalem. Habes hic duas ſpecies Confeſsionum peccatorum generales: accipe iam ſecretam & ſpecialem, quam vt ipſi auricularem vocant & ſeruant.

L. precum publicarũ in Eccl. Anglicana.

6. Cum Miniſtri ſeſe conferunt ad ægrotos inuiſendos, domum eorum intrantes dicunt: *Pax huic domui.* Inde, orant: *Ne reminiſcaris Domine, &c.* Addunt: *Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, &c.* Si Ægrotus ſentit ſuam conſcientiam grauatam eſſe aliqua in re (Ecquis hominum non ſentit? Quis gloriabitur, mundum ſe habere cor) de illa priuatim confitetur: & finita confeſsione, Miniſter vtitur hac forma abſolutionis: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui dedit Eccleſiæ poteſtatem abſoluendi à peccatis, vere pœnitentes, ipſe ex infinita miſericordia, indulgeat tibi peccata tua. Ego vero authoritate ipſius, mihi commiſſa, abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Nonne hæc eſt Confeſſio ſecreta & auricularis? Et poteſtas abſoluendi à peccatis, à Deo conceſſa Eccleſiæ ſuæ paſtoribus? Hæcque nec ab hominibus, nec per hominem tradita, ſed ab omnipotenti Deo & Domino? Eademque non tantum per Scripturas, ſed & ab hæreticis comprobata? MIN. Plures à te nec ex verbo Dei, nec à Patribus, nec à Conciliis probationes requiro. Sufficit mihi, aduerſarios eſſe à propriis Symmiſtis victos & confutatos. Cætera perquiramus.

PEREGRINATIONES PRODEVNtes ex fide & pietate, ſunt laudabiles, ſpectantque ad ſoluendas pœnas temporarias peccatorum: aduerſus 86. & 87. errorem.

CAPVT XXXI.

MINISTER.

TAntopere indignantur aduerſus Peregrinationes ad loca ſancta quocunque titulo ſuſceptas, *vt eas habeant loco ſuperſtitionis & idololatriæ.*

DOCT. Ego contra, ex diuinis literis peruinco, eas toties à Deo præceptas & probatas eſſe, quoties veteri populo ſuo iuſſit, vt Ieroſolymam ex omnibus locis veniret ad templum ſanctum ſuum, vt ſe inuocaret,

Confut. 1. — *Deut. 16.* — *Leuit. 34.*

caret, adoraret, & ſacrificiis tum priuatis, tū A
communibus & publicis coleret. MIN. E-
quidē toties peregre ibant, quoties à Iudæa,
à Samaria, à Galilæa, à ſuis tribubus, & à cun-
ctis plagis quibus diſperſi erant, cultus Diui-
ni gratia in Ieruſalē ciuitatem ſanctam pro-
ficiſcebantur : quod ſaltem ter in anno fieri
oportebat.

2. D O C T. Laudatur Tobias, quod illuc ſe
Tob.1. conferret ad offerendas decimas & oblatio-
1. Reg.1. nes ſuas. Helcana & Anna vxor eius à Deo
Exod.22. compenſantur, quod illo perrexerint pre-
Leuit.19. caturi & oblaturi. Lex diſtricte prohibet, ne
& 23. quis moleſtus ſit aduenis & peregrinis : quin
Deut.10. etiam in eorū gratiam præcipit, vt & vitico-
& 14. læ & agricolæ aliquid facultatum ſuarum
relinquerent temporibus vindemiæ & meſ- B
2. Paral. 6. ſis, vt qui ex alijs locis & terris adueniebant,
& 7. illis ſe fouerent & vtcunque recrearent. Pro-
mittit inſuper Deus ipſe, quod oculi ſui forēt
aperti, & aures attentæ ad audiendas & ex-
audiendas preces eorum, qui e longinquo
oratum venirent ad templum ſanctum ſuū.
Non igitur eſt Deo ſeſe opponere, leges eius
contemnere, & apertis verbis eius contradi-
cere, *ſuperſtitiones & idololatrias* vocare ſacras
peregrinationes?

3. MIN. His mihi in memoriam reuocas lo- C
Luc.2. cos Euangelij, quibus Dominum Ieſum, cū
piis parentibus ſecundum conſuetudinem
dierum feſtorum aſcendiſſe dicitur in ſan-
Io.7. & 12. ctam domum Patris ſui. Deinde, multam
vulgi frequentiam eundem in locum con-
Matth.27. fluentem cupiiſſe Ieſum videre. Tandem,
argento quod reſtituit Iudas, emptum fuiſſe
agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.
Hinc memoria ſubit Eunuchi, qui à finibus
Act.8. terræ [illegible], S[illegible]bba ſeu Æthiopia, adoratum
ven[illegible] Ieruſalem : à Philippo doceri & ſa-
cris vn[illegible] promeruerit. Sic nec fruſtra
Matth.2. tres Magi ab oriente venerunt Ieroſolymam
vt ſacra venerarentur Chriſti incunabula. D
Paulus denique dicitur non ſemel profectus
Act.20. eſſe ab Aſia & Europa in ſanctam eam ciui-
tatem, vt illic dies feſtos tranſigeret, & vota
ſolueret, quæ prius conceperat. Ex quibus
piæ animæ perſpiciunt, laborioſas peregri-
nationes, pietatis ergo ſuſceptas, ad loca mi-
raculis diuinis illuſtrata, aut Sanctorū mar-
tyriis, reliquiis ve decorata, expreſſo Dei
verbo, multiſque ſacris exemplis compro-
batas eſſe : ac proinde, Caluini ſectatores de
hac doctrina impie ſentire, ſiue id imperitia
fiat, ſiue malitia.

4. Verum, quid cenſes de Centuriatoribus,
referentibus huiuſmodi peregrinationes i- *Cent.4. col.458.*
nitium primum accepiſſe magni Conſtanti-
ni temporibus. DOCT. Et ſi gratis hoc illis
concederemus, tamen retinendæ eſſent vt
piæ ac vtiles : non improbandæ velut idolo-
latricæ : cum & ipſi, & Caluinus fateantur, pri-
mis quatuor à Chriſto ſæculis, nihil adhuc
inuectū fuiſſe corruptionis in doctrina : ſed
eam adhuc puram & integram floruiſſe per
omnes mundi Eccleſias. Inſuper, reſpon-
deo Centuriatores tot mendacia confingere
quot ſuperius adductæ in oppoſitam par-
tem ſacræ Scripturæ. Præterea, aliquot *Guerric.*
ſæculis ante Conſtantinum, beatiſsima do- *Hildephon.*
mina noſtra Deipara, inſigni fide & pietate *Sophron.*
poſt aſcenſionem Filij in cœlos, peregre *Metaphr.*
pergens loca inuiſebat, quæ miraculis ſuis *Andreas.*
ille nobilitauerat. Et eodem ſæculo pluri- *Melito.*
mi ex Aſia properabant in Iudæam, vt ean-
dem beatiſsimam Ieſu Matrem viderent,
colerent, inuocarent, vt ex beati Ignatij E- *Euſeb. l. 6.*
piſtolis facile colligitur. Origenes qui plus *hiſt. c. 12.*
centum annis Conſtantini ætatem ſupera-
uit, loca Apoſtolorum Petri & Pauli ſangui-
ne & martyrio ſacrata, Romæ, magna pie-
tate inuiſit ſub Apoſtolorum ſucceſſore Ze-
pherino. Tantumdem longe antea ex Gal- *L. 5. c. 24.*
liis pręſtiterat Irenæus martyr ſub Eleuthe-
rio : & Polycarpus auditor Ioannis Apo-
ſtoli, Eccleſiam Romanam regente Ani-
ceto.

Eodem ſæculo, Alexander in Cappado- 5. *Euſeb. l. 6.*
cia Epiſcopus, diuina monitione excitatus, *cap. 9.*
venit Hieroſolymam, tum voti ſoluendi,
tum loca ſancta viſendi gratia : ibique cœ-
leſti oraculo retar datus fuit, ad exercendum
Epiſcopi munus, datus beato Narciſſo co-
adiutor.

MINISTER. Siſte narrationem. Mihi 6.
enim ſufficiunt iſta totius venerandæ anti-
quitatis exempla, neque nunc alia teſtimo-
nia ad fidem faciendam requiro. Pręſertim
cum in Epiſtolis D. Hieronymi legerim, vt *Epiſt.17.*
ipſemet ſancta Palæſtinæ loca viſitarit : lau- *27.46.154*
detque Paulam, Euſtochium, Marcellam,
& alios plurimos tum viros, tum fœminas
ob huiuſmodi ſacras peregrinationes, & a-
lios ad id quoque præſtandum ſollicitet. De-
nique, affirmet : Certe, adoraſſe vbi ſtete-
runt pedes eius, pars fidei eſt.]

Sicut etiam D. Auguſtinus, poſtquam re- 7. *Epiſt.117.*
tulit plurima miracula facta in religioſos ac *L. 22. de ci-*
pios Peregrinos, plurimum admiratus hæc *uitate. c. 8.*
dona & beneficia Dei in Sanctis ſuis, & per
eoſdem Sanctos facta; Eccleſiæ ſuæ Sacer-

Digitized by Google

Can.19. grenſe anno 314. coactum, ſuis anathematibus ferit, qui ſine corporum ſuorum neceſſitate, ieiunia non ſeruant ab Eccleſia ſeruari ſolita. Et vt paucis multa colligam, Cōcilia,
Can.9. Bracarenſe ſecundum;
Can.9. Toletanum octauum,
Can.35. Maguntinum vnum, ex pluribus occidentis partibus congregata, non tātum laudauerunt, ſed etiam præceperunt, vt à certis cibis abſtinentia, temporibus ieiunijs deſtinatis, diligenter ſeruaretur.

PERPETVAM COLERE CASTITAtem, aſſiſtente Dei gratia, non eſt quid homini impoſſibile: imo laudabile ac meritorium: contra 90. & 91. errorem.

CAPVT XXXIII.

MINISTER.

IAM pro partibus corporum, quæ ſub ventre ſunt acerrime decertant, oſtendentes ſibi omnes caſtitatis ſpecies maxime diſplicere. In hunc finem Lutherus ſcripſit, *ſe minus carere poſſe re vxoria, quam eſu, potu, ſomno & recreatione.* (*Concione de matrimonio.*) Et in eandem rem Author Clypei Caluinianæ fidei, ait: *ſe illa tantum carere poſſe quatuor vel quinque diebus, non vlterius. Et quod ſicut homo non poteſt ſemper orare vel ieiunare: ſic nec poſſe abſtinere à re venerea.* (*Pag. 212.*) Quid tu reſpondes?

Confutatio 1. DOCTOR. Eos per hæc non modo Iouinianos & Vigilantianos ſe probare: ſed & Carpocratianos, & Gnoſticos, & Nicolaitas: qui cum impudentia Cynica, eas res exercebant, quas pudor vetat commemorare. Porro ſi continentia ſit adeo ſeruatu difficilis, & commixtio corporum ſic neceſſaria quam aſſerunt, qui fieri potuiſſet, vt Abel, Ioſue, Elias, Eliſeus, Ieremias, Daniel, Azarias, Miſael, Præcurſor Domini, vterque Iacobus, Ioannes Zebedæi, Paulus, Lucas, Marcus, Timotheus, Titus, aliique abſque numero, perpetuam ſeruaſſent continentiam? Quomodo Sara, Rebecca, Lia, Rachel, Anna, Elizabeth, & innumerabiles aliæ puellæ, datæ fuiſſent viris ſuis virgines & intactæ? Non omnes ante matrimonium fuere lupæ & ſcorta? Aut quo pacto Iudith, Sarephtana, Anna, innumeræ aliæ viduæ, tandiu ſine virorum copula caſtæ permanſerunt? Quatuor Philippi filiæ, Thecla, Iphigenia, Valeria, Agnes, Agatha, A Cecilia, Catharina, Margarita, Barbara, & cæ. vere virgines & martyres? Audebunt ne aſſerere plurimas Reginas, principes, nobileſque, & plebeias matronas frequenter ſcortari, ſeque impuris adulteris commiſcere, cum aliquādiu coniuges abſentes ſunt? Nullosque vtriuſque ſexus ante matrimonia caſtos ac pudicos eſſe? Aut denique Bezæ, Vermilij, & reliquorum Miniſtrorum fœminas cum ſeruis & diſcipulis eorum tandiu conſueuiſſe, quandiu mariti in Poeſsiaco diſputarūt? Secumne abducunt ſuas Miniſtras, Prædicantiſſas, Diaconiſſas, Superintendētes, B & antiquas Miniſtri, quando ad Synodos longe proficiſcūtur, abſuntque aliquot hebdomadibus aut menſibus?

2. MINISTER. Me puderet certe tibi referre illorum obſcœnitates, vxorum commutationes, commercia, quæ lenones iſti, ſcortaque caſtrenſia inter ſe exercent: ſatius eſt id omittamus, & ſacris literis, Patrumq; ſcriptis inſiſtamus: ac in laudibus ſanctiſsimæ continentiæ immoremur, vt & nos & alios in eius amorem accendamus. DOCTOR. Iam accepiſti probationes confirmantes Dei ope, non eſſe illam hominibus impoſsibilem: iam audi qui ſit vſu matrimo- C nij maioris meriti. Eam Dei filius ſi quis vnquam, eximie ſeruauit: Apoſtolis ſuis vt hanc ambabus vlnis amplexarentur, author fuit. At, vtrique ſortem viuendi omnium meliorem & ſanctiorem conſequuti ſunt. Ait enim ad eum Petrus, omnium nomine: *Ecce nos reliquimus omnia:* inter hæc autem vxores comprehenſæ ſunt. Hic ergo vitæ ſtatus omnium eſt præſtantiſsimus. (Matth. 19.)

3. 1.Cor.7. Paulus id paucis verbis pluries confirmat. Primo, cum ait: *Bonum eſt viro, mulierem non tangere.* Non quod malum iis qui liberi ſunt, nubere: ſed quod perpetua cō- D tinentia præſtantior ſit. Secundo, cum vult virum & vxorem *ad tempus ſeparari, vt vacent orationi.* Ergo vſus matrimonij multum obeſt, ne animus eleuetur in Deum, & totus homo ſanctis huiuſmodi exercitiis operam impendat. Tertio, quando ſummopere deſiderat, vt omnes eſſent ſicut ipſe erat. Ait enim. *Dico autem non nuptis & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.* (1.Cor.7.) Id eſt, vſu matrimonij abſtineant, viuantque perpetuo cælibes, caſtique permaneant & corporibus & animis. An non tale deſiderium, rei eſt ſanctioris atq; perfectioris? Quarto, quando conſulit virgini, vt

ſic re-

Digitized by Google

ſic remaneat, id eſt, ſine viri ſocietate. *Mulier innupta, & virgo*, inquit, *cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Quinto, dicit idē Apoſtolus: *Solutus es ab vxore? Noli quærere vxorem. Nam qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt.* Præterea, cuicunque matrimonio, continentiam longe manifeſtius præferens ait: *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit. Et qui non iungit, melius facit.* Tandemque concludit, Viduam longe feliciorem eſſe, ſi in continua viduali caſtitate permanſerit, quam ſi nouis nuptijs viro copuletur.

4. MINISTER. Septem (ſi recte numero) teſtimonia ſunt plane firma & Diuina, in quibus in primis aduerto, Apoſtolum loqui de virginitate & continentia, vt de re non ſolum ex gratia Dei facili, ſed etiam valde communi in Eccleſia Chriſtiana: quod impuris tam veteribus quam nouis iſtis Epicureis & Nicolaitis multum repugnat. Hinc, eandem omnibus modis præferri coniugio, non ſolum ad euitanda huius mundi incommoda verum etiam vt vitæ ſtatus Deo magis gratus & acceptus. Inde, eundem Apoſtolum nos omnes varijs de rationibus & cauſis, ad illum capeſſendum adhortari. Denique, cum huic tribuit maiorem felicitatem & beatitatem, eũdem maioris eſſe apud Deum meriti; ac velut heroicam virtutem ampliori gratia & gloria compenſandum eſſe manifeſtat. Vnde tandem colligo, Bezam acherontea voce blaſphemare, cum ait: *Votum continentiæ perpetuæ introductum fuiſſe à Satana, ac doctrinam eſſe diabolicam*: quaſi videlicet, immundus ille ſpiritus, ac omnium turpitudinum conſultor & author caſte ac pure viuere ſuaderet: ſanctiſsimus vero Apoſtolus ad hoc nullum vnquam adhortatus eſſet, & ſecundum illud vixiſſet. Sed de hoc ſatis: Apoſtolis viros Apoſtolicos connectito.

Confeſſ. pũcto. 5. art. 37. & puncto 7. art. 14.

5. DOCTOR. B. Ignatius Apoſtolorum auditor, cuius Epiſtolas tanti fecit antiquitas, in vna earum præcipit, vt honorentur virgines tanquam Chriſto dicatæ & ſacratæ. Deinde, illas hortatur, ne ſuperbia efferantur propter hanc virtutem, ne mercedem amittant ſibi præparatam. Item ſalutat cœtum virginum, & legionem viduarũ, cupiens fieri particeps virtutum illarum. Ruſum, eaſdem admonet, vt ante oculos ſuos vnicum ſemper ſtatuant virum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Rogat, vt

Epiſt. ad Tarſenſes.

Ep ad Philippenſes.

A precum earum ſemper ſit particeps. Illis exempla proponit Ioſue, Melchiſedec, Eliæ, Eliſæi, Ieremiæ, vtriuſque Ioannis, Timothei, Titi, Euodij, atque Clementis, qui perpetuam continentiam coluerunt. Hortatur etiam illos, qui propter honorem carnis Chriſti remanent caſti atque continentes, vt nunquam propterea glorientur, ne pereant. Scribit ad Heronem Diaconum, quem & habuit in ſede Antiochena ſucceſſorem, Curam haberet ſacrarum virginum, vt pretioſarum margaritarum Ieſu Chriſti, &c.

Ep. ad Polycarp. *Ep. ad Heronem.*

6. B. Polycarpus eiuſdem quoque Ioannis B Apoſtoli diſcipulus, in Epiſtola ad Philippenſes à B. Ieronymo celebrata, præcipit viduis & continentibus, vt ſecundum fidem & promiſsionem Deo factam, orent pro omnibus ſine intermiſsione, remoueant ſeſe à cunctis diabolicis detractionibus, falſis teſtimoniis, & ab ſpecie mali, vt decet eas, quæ ſunt Dei ſacrarium: Virgines denique, vt ſemper incedant in caſta conſcientia.

Ep. ad Philippen.

7. S. Martialis, vnus ſeptuaginta duorum Chriſti diſcipulorum, cum tanta efficacitate excellentiam & merita Virginitatis prædicauit, vt Valeria illuſtris puella abdicatis à ſe omnibus de nuptijs cogitationibus, in C manibus illius ſolemne votum de illa perpetuo ſeruanda Deo omnipotenti nuncupauerit: pro cuius obſeruatione præclarum ſubijt Martyrium. Qua re perſpecta, is qui illi Sponſus deſtinatus fuerat, carnis ſuæ petulantiam ſic edomuit, vt conuerſatione potius cæleſti quam terrena, regnum cælorum, Sponſa ſua ibidem potiturus petierit. Ad extremum, adfirmat Cælibatum magis honorandum in cæleſtibus quam matrimonium, cum Virginitas proxima ſit Angelicæ dignitati. Sententiam ſuam confirmat duplici Euangeliorum teſtimonio: priore, quo Chriſtus poſtquam dixit, D *Eſſe quoſdam, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum*, addidit: *qui potuerit intelligere, intelligat*, nos ad huius virtutis amorem & obſeruationes adhortans. Poſteriore vero, quo fructus ſexageſimus promittitur continentiæ viduali: centeſimus autem Virginitati. Verba viri apoſtolici ſunt iſta: Qui in ſublimitate excellentiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriā conſequentur.]

Ep. ad Theſſalon. c. 8. 9. & 10. *Matth. 1* *Matth. 1*

MINISTER. Non poterunt Miniſtri huiuſmodi teſtes recuſare, horumq; ſcripta velut 8.

Digitized by Google

Caluin. Simler. Beza. Aretius.

velut ſuppoſititia reijcere? DOCT. Non potuerunt plane: quandoquidem illos vere Apoſtolicos eſſe fatentur: eorundemque ſcripta velut germana efficaciaq; allegant contra Seruetum, Gentilem, Trinitarios, & ſimiles hæreticos. Deinde, à cæteris antiquis, hi antiquiores habent teſtimonia. Denique, de cauſa ſua conatuq; turpiſsime caderent, nunc eos reijcientes, quos paulo ante comprobaſſent.

VSVS AQVAE LVSTRALIS SANCTVS, vtilis, & Apoſtolicus eſt: ideoque in populo Chriſtiano ſeruandus: contra errorem 92. & 93.

CAPVT XXXIV.

MINISTER.

AQuæ benedictæ vſum inter Catholicos frequentiſsimum, ſic oderunt & execrantur Miniſtri, *vt omni modo cauendum & tollendum de medio cenſeant.*

Confut. 1.

DOCT. Tanto preſsius veſtigijs & moribus malignorum ſpirituum inſiſtunt: qui ad eius aſperſionem, ſi adiungatur feruens nominis diuini inuocatio, fremunt, eiulant, cruciantur, expelluntur à domibus & corporibus hominum. Huius rei hiſtoriam memoria dignam refert Theodoretus. In Apamæa, quæ eſt ciuitas tetrapolis Syriæ. Imperatore Theodoſio iuniore, cum impius dæmon impediret cuiuſdam templi idolorum euerſionem, excluſus & fugatus fuit aſperſione aquæ, quam nominis diuini inuocatione, ſignoque crucis benedixerat ſanctus Marcellus, eius loci Epiſcopus. Dæmon (ait ille) aquæ vim non ferens penitus aufugit.]

L. 5. hiſt. c. 21.

2. *Hiſtoria religioſ.*

Secundam hiſtoriam refert, videlicet, cuiuſdam fœminæ, crudeliter à d[æ]mone vexatæ, quæ fruſtra tentato om[ni hu]mano remedio, tantum curata fuit aq[ua] benedicta, quam ſanctus anachoreta Macedonius illi ad bibendum obtulit.

3. *Lauſiac. in vita Macarii.*

Tertium exemplum recitat Palladius, de muliere, quam Magi diabolicis artibus & illuſionibus ſuis, marito & amicis eius iumenti in ſpeciem transfiguratam exhibebant. Hæc cum perducta eſſet ad beatum Macarium, is aquam benedixit, illamque inde aſperſit, & illico cunctis dæmonum præſtigijs liberauit.

4. *Contra hæreſ. 50.*

Epiphanius author ſane grauiſsimus & doctiſsimus, quartam addit hiſtoriam, nempe, Ioſephum quendam Iudæum, vrbis Tiberiadis ciuem, aliquem vnum dæmoniacum, aquæ benedictæ in caput eius aſperſione, curaſſe. Vſus eſt porro Iudæus verbis iſtis: In nomine Ieſu Nazareni crucifixi, egredere dæmonium ab ipſo, & ſanus fiat: & illico factum eſt ita.

5. *Ibidem.*

Quintam denique iſtam ſubnectit hiſtoriam. Eundem Ioſephum, factum Chriſtianum, ad eiuſdem aquæ benedictæ vim confugiſſe, vt cacodæmones expelleret, qui præpediebant fornacem calcis, quam concoquebat ad Eccleſiæ alicuius ædificationem: iſtudque remedium aduerſus eorum maleficia fuiſſe illi præſentiſsimum ac efficaciſsimum.

6.

MINISTER. Quinque memoraſti grauiſsima exempla, ſeu potius miracula, quibus Deus monſtratum eſſe voluit, vim magnam eſſe aquæ ſui nominis inuocatione, & ſanctæ crucis conſignatione benedictę, cum per huius aſperſiones dæmones coerceantur ac expellantur. Quo fit vt non mirer amplius Dauidē Cytharæ ſuæ hymnidica harmonia furores Satanæ compeſcuiſſe, cum in Saulem inuadebat: & Raphaelem quorundam ſuffituum odore obſtitiſſe, quo minus dæmon Aſmodeus nocuerit iuniori Tobiæ, & Saræ coniugi eius. Quocirca, quicunque aquam illam aſpernantur & vituperant, miſeros homines inſidijs dæmonum inermes exponunt. Sed vnde benedictio, ad vſus illius exortus eſt?

1. Reg. 18. Tob. 8.

7. *Exod. 24. Heb. 9.*

DOCT. Primo, à benedictione, quam Deus præcepit fieri à Moyſe, ſuper ſanguinem Vet. Teſtamenti, priuſquam illo aſpergerentur altaria, vaſa, libri, & vniuerſus populus, qui aderat ſacrificijs. Nam talis aſperſio ſanguinis benedicti, vt & aliæ omnes ceremoniæ Moſaicæ, & pretioſiſsimi ſanguinis Chriſti conſperſionem, & ritus vniuerſos Eccleſiæ eius præſignabant. Secundo, aquæ benedictæ vſus ortum habet ab aqua ſancta, quam vetus Pontifex mulieri de adulterio ſuſpectæ ad potandum porrigebat, quæ miræ virtutis erat, verbis ſuper eam pronunciatis. Præterea, ſignata fuit per illas aquas, in quibus ſub Noe, Moyſe, Ioſue, Elia, ac Eliſæo tot tantaque miracula contigerunt.

1. Cor. 10. Num. 5

8. *Exod. 30.*

Sed ante omnia meditandum Dei præceptum ad Moſem, vt in aditu tabernaculi vas æneum ſtatueret aqua plenum, in quo Sacerdotes & Leuitæ pedes & manus abluerent, antequam miniſterio ſuo fungerentur.

ſic remaneat, id eſt, ſine viri ſocietate. *Mulier innupta, & virgo*, inquit, *cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Quinto, dicit idẽ Apoſtolus: *Solutus es ab vxore? Noli quærere vxorem. Nam qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt.* Præterea, cuicunque matrimonio, continentiam longe manifeſtius præferens ait: *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit. Et qui non iungit, melius facit.* Tandemque concludit, Viduam longe feliciorem eſſe, ſi in continua viduali caſtitate permanſerit, quam ſi nouis nuptijs viro copuletur.

4. MINISTER. Septem (ſi recte numero) teſtimonia ſunt plane firma & Diuina, in quibus in primis aduerto, Apoſtolum loqui de virginitate & continentia, vt de re non ſolum ex gratia Dei facili, ſed etiam valde communi in Eccleſia Chriſtiana: quod impuris tam veteribus quam nouis iſtis Epicureis & Nicolaitis multum repugnat. Hinc, eandem omnibus modis præferri coniugio, non ſolum ad euitanda huius mundi incommoda verum etiam vt vitæ ſtatus Deo magis gratus & acceptus. Inde, eundem Apoſtolum nos omnes varijs de rationibus & cauſis, ad illum capeſſendum adhortari. Denique, cum huic tribuit maiorem felicitatem & beatitatem, eũdem maioris eſſe apud Deum meriti; ac velut heroicam virtutem ampliori gratia & gloria compenſandum eſſe manifeſtat. Vnde tandem colligo, Bezam acherontea voce blaſphemare, cum ait: *Votum continentiæ perpetuæ introductum fuiſſe à Satana, ac doctrinam eſſe diabolicam*: quaſi videlicet, immundus ille ſpiritus, ac omnium turpitudinum conſultor & author caſte ac pure viuere ſuaderet: ſanctiſsimus vero Apoſtolus ad hoc nullum vnquam adhortatus eſſet, & ſecundum illud vixiſſet. Sed de hoc ſatis: Apoſtolis viros Apoſtolicos connectito.

Confeſſ. puncto 5. art. 37. & puncto 7. art. 14.

5. DOCTOR. B. Ignatius Apoſtolorum auditor, cuius Epiſtolas tanti fecit antiquitas, in vna earum præcipit, vt honorentur virgines tanquam Chriſto dicatæ & ſacratæ. Deinde, illas hortatur, ne ſuperbia efferantur propter hanc virtutem, ne mercedem amittant ſibi præparatam. Item ſalutat cœtum virginum, & legionem viduarũ, cupiens fieri particeps virtutum illarum. Rurſum, eaſdem admonet, vt ante oculos ſuos vnicum ſemper ſtatuant virum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Rogat, vt

Epiſt. ad Tarſenſes. *Ep. ad Philippenſes.*

A precum earum ſemper ſit particeps. Illis exempla proponit Ioſue, Melchiſedec, Eliæ, Eliſæi, Ieremiæ, vtriuſque Ioannis, Timothei, Titi, Euodij, atque Clementis, qui perpetuam continentiam coluerunt. Hortatur etiam illos, qui propter honorem carnis Chriſti remanent caſti atque continentes, vt nunquam propterea glorientur, ne pereant. Scribit ad Heronem Diaconum, quem & habuit in ſede Antiochena ſucceſſorem, Curam haberet ſacrarum virginum, vt pretioſarum margaritarum Ieſu Chriſti, &c.

Ep. ad Polycarp. *Ep. ad Heronem.*

B. Polycarpus eiuſdem quoque Ioannis 6.
B Apoſtoli diſcipulus, in Epiſtola ad Philippenſes à B. Ieronymo celebrata, præcipit viduis & continentibus, vt ſecundum fidem & promiſsionem Deo factam, orent pro omnibus ſine intermiſsione, remoueant ſeſe à cunctis diabolicis detractionibus, falſis teſtimoniis, & ab ſpecie mali, vt decet eas, quæ ſunt Dei ſacrarium. Virgines denique, vt ſemper incedant in caſta conſcientia.

Ep. ad Philippen.

S. Martialis, vnus ſeptuaginta duorum 7.
Chriſti diſcipulorum, cum tanta efficacitate excellentiam & merita Virginitatis prædicauit, vt Valeria illuſtris puella abdicatis à ſe omnibus de nuptijs cogitationibus, in C manibus illius ſolemne votum de illa perpetuo ſeruanda Deo omnipotenti nuncupauerit: pro cuius obſeruatione præclarum ſubijt Martyrium. Qua re perſpecta, is qui illi Sponſus deſtinatus fuerat, carnis ſuæ petulantiam ſic edomuit, vt conuerſatione potius cæleſti quam terrena, regnum cælorum, Sponſa ſua ibidem potiturus petierit. Ad extremum, adfirmat Cælibatum magis honorandum in cæleſtibus quam matrimonium, cum Virginitas proxima ſit Angelicæ dignitati. Sententiam ſuam confirmat duplici Euangeliorum teſtimonio: priore, quo Chriſtus poſtquam dixit, D *Eſſe quoſdam, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum*, addidit: *qui potuerit intelligere, intelligat*, nos ad huius virtutis amorem & obſeruationes adhortans. Poſteriore vero, quo fructus ſexageſimus promittitur continentiæ viduali: centeſimus autem Virginitati. Verba viri apoſtolici ſunt iſta: Qui in ſublimitate excellentiori permanſerint, virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriã conſequentur.]

Ep. ad Tholoſan. c. 8. 9. & 10. *Matth. 19.* *Matth. 13.*

MINISTER. Non poterunt Miniſtri 8.
huiuſmodi teſtes recuſare, horumq; ſcripta

velut

Caluin. Simler. Beza. Aretius. velut ſuppoſititia reijcere? DOCT. Non potuerunt plane: quandoquidem illos vere Apoſtolicos eſſe fatentur: eorundemque ſcripta velut germana efficaciaq; allegant contra Seruetum, Gentilem, Trinitarios, & ſimiles hæreticos. Deinde, à cæteris antiquis, hi antiquiores habent teſtimonia. Denique, de cauſa ſua conatuq; turpiſsime caderent, nunc eos reijcientes, quos paulo ante comprobaſſent.

VSVS AQVAE LVSTRALIS SANCTVS, *vtilis, & Apoſtolicus eſt: ideoque in populo Chriſtiano ſeruandus: contra errorem 92. & 93.*

CAPVT XXXIV.

MINISTER.

AQuæ benedictæ vſum inter Catholicos frequentiſsimum, ſic oderunt & execrantur Miniſtri, *vt omni modo cauendum & tollendum de medio cenſeant.*

Confut. 1. DOCT. Tanto preſsius veſtigijs & moribus malignorum ſpirituum inſiſtunt: qui ad eius aſperſionem, ſi adiungatur feruens nominis diuini inuocatio, fremunt, eiulant, cruciantur, expelluntur à domibus & corporibus hominum. Huius rei hiſtoriam memoria dignam refert Theodoretus. *L. 5. hiſt. c. 21.* In Apamæa, quæ eſt ciuitas tetrapolis Syriæ. Imperatore Theodoſio iuniore, cum impius dæmon impediret cuiuſdam templi idolorum euerſionem, excluſus & fugatus fuit aſperſione aquæ, quam nominis diuini inuocatione, ſignoque crucis benedixerat ſanctus Marcellus, eius loci Epiſcopus. Dæmon (ait ille) aquæ vim non ferens penitus aufugit.]

2. *Hiſtoria religioſ.* Secundam hiſtoriam refert, videlicet, cuiuſdam fœminæ, crudeliter à dæmone vexatæ, quæ fruſtra tentato omni humano remedio, tantum curata fuit aqua benedicta, quam ſanctus anachoreta Macedonius illi ad bibendum obtulit.

3. *Lauſiac. in vita Macarii.* Tertium exemplum recitat Palladius, de muliere, quam Magi diabolicis artibus & illuſionibus ſuis, marito & amicis eius iumentum in ſpeciem transfiguratam exhibebant. Hæc cum perducta eſſet ad beatum Macarium, is aquam benedixit, illamque inde aſperſit, & illico cunctis dæmonum præſtigijs liberauit.

4. *Contra hæreſ. 50.* Epiphanius author ſane grauiſsimus & doctiſsimus, quartam addit hiſtoriam, nempe, Ioſephum quendam Iudæum, vrbis Tiberiadis ciuem, aliquem vnum dæmoniacum, aquæ benedictæ in caput eius aſperſione, curaſſe. Vſus eſt porro Iudæus verbis iſtis: In nomine Ieſu Nazareni crucifixi, egredere dæmonium ab ipſo, & ſanus fiat: & illico factum eſt ita.

5. *Ibidem.* Quintam denique iſtam ſubnectit hiſtoriam. Eundem Ioſephum, factum Chriſtianum, ad eiuſdem aquæ benedictæ vim confugiſſe, vt cacodæmones expelleret, qui præpediebant fornacem calcis, quam concoquebat ad Eccleſiæ alicuius ædificationem: illudque remedium aduerſus eorum maleficia fuiſſe illi præſentiſsimum ac efficaciſsimum.

6. MINISTER. Quinque memoraſti grauiſsima exempla, ſeu potius miracula, quibus Deus monſtratum eſſe voluit, vim magnam eſſe aquæ ſui nominis inuocatione, & ſanctæ crucis conſignatione benedictę, cum per huius aſperſiones dæmones coerceantur ac expellantur. Quo fit vt non mirer amplius Dauidē Cytharæ ſuæ hymnidica harmonia furores Satanæ compeſcuiſſe, cum in Saulem inuadebat: & Raphaelem quorundam ſuffituum odore obſtitiſſe, *1. Reg. 18.* quo minus dæmon Aſmodeus nocuerit iuniori Tobiæ, & Saræ coniugi eius. *Tob. 8.* Quocirca, quicunque aquam illam aſpernantur & vituperant, miſeros homines inſidijs dæmonum inermes exponunt. Sed vnde benedictio, ad vſus illius exortus eſt?

7. DOCT. Primo, à benedictione, quam Deus præcepit fieri à Moyſe, ſuper ſanguinem Vet. Teſtamenti, *Exod. 24. Heb. 9.* priuſquam illo aſpergerentur altaria, vaſa, libri, & vniuerſus populus, qui aderat ſacrificijs. Nam talis aſperſio ſanguinis benedicti, vt & aliæ omnes ceremoniæ Moſaicæ, & pretioſiſsimi ſanguinis Chriſti conſperſionem, & ritus vniuerſos Eccleſiæ eius præſignabant. *1. Cor. 10.* Secundo, aquæ benedictæ vſus ortum habet ab aqua ſancta, quam vetus Pontifex mulieri de adulterio ſuſpectæ ad potandum porrigebat, *Num. 5.* quæ miræ virtutis erat, verbis ſuper eam pronunciatis. Præterea, ſignata fuit per illas aquas, in quibus ſub Noe, Moyſe, Ioſue, Elia, ac Eliſæo tot tantaque miracula contigerunt.

8. Sed ante omnia meditandum Dei præceptum ad Moſem, vt in aditu tabernaculi vas æneum ſtatueret aqua plenum, *Exod. 30.* in quo Sacerdotes & Leuitæ pedes & manus abluerent, antequam miniſterio ſuo fungerentur.

Digitized by Google

3. Reg. 7. Eundem in finem Salomonem quoque decem vaſa, vltra mare æneum, aqua plena conſtitui curauit; quibus externis februationibus ſacerdotes admouerentur, interioris puritatis animorum, ſi caſte, pure, pieq; cum ſuis ſacris, & orationibus tam priuatis quam communibus coram Deo apparere vellent. Chriſtiani ergo nulla in re cedere volentes in hac pietate Iudæis, initio manus ſuas lauabant antequam templum ingrederentur, & preces ſuas offerrent Deo, prout Paulus ſubindicat, dum præcipit: *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.* *1. Tim. 2.*

9\. *Hiſt. de 72 int.* MINIST. Legi quidem apud Ariſtæam 72. interpretes antequam preces ſuas nuncuparent, iuxta conſuetudinem Iudæorum, lauiſſe manus: ſed nunquam adieceram animum ad iſtud beati Pauli præceptum. Sed velim à te reſcire, an aliquam hac de Aqua luſtrali benedicenda & aſpergenda, habeas aliorum Apoſtolorum traditionem?

L. 8. Conſt. Apoc. c. 35. & 38. tralat. Oſtun. DOCT. Clemens eorum auditor & ſucceſſor, teſtatur illos ſtatuiſſe, vt ea benediceretur per huiuſmodi aut ſimiles preces: Domine Deus virtutum, creator aquarum, qui hoc elementum hominibus dediſti in potũ, & lauacrum, ſanctifica per Ieſum Chriſtum filium tuum hanc aquam: & da illi virtutem ſanitatis effectricem, ægritudinis expultricem, dæmonum fugatricem, omnibus inſidiis aduerſariam, &c.] Deinde ſubiungit: Chriſtianus lotus oret:] quæ omnia & benedicendi aquam, & aſperſionis huius vſum, rituſque ab Apoſtolorum conſtitutionibus, atque traditionibus, ad Chriſtianos promanaſſe.

10\. *Epiſt. 1.* MINIST. Habes quoſdam horum ſucceſſores, qui ritus iſtos ſeruauerint, firmauerint, propagauerint? DOCT. Habeo D. Alexandrum V. à Petro Rom. Pontificem & martyrem, conſtitutionem illam inſtaurantem: ſimul & ex Scripturis eius virtutem comprobantem his argumentis: Si cinis, & ſanguis vitulæ aſperſus ſuper populum Hebraicum aliquam ei ſanctificationem inferebat, quãto meliore iure aqua ſale permixta, & diuinis precibus conſecrata, homines Chriſtianos ſanctificabit? Etſi ſal aquis commixtum ab Eliſæo ſterilitatem aquarum ſuſtulit: tactuſque veſtimenti Saluatoris infirmis attulit ſanitatem: à fortiori ratione aqua ſale mixta, verbis diuinis ſanctificata, humanis rebus proderit ad ſalutem. *Heb. 9.* *Matt. 9.*

11\. MIN. Manifeſtæ & certæ quidem probationes ſed ſi eas adhuc ex ſancta & docta antiquitate proſequaris, tantum mihi conſolationis adferes, quantum confuſionis Prædicantibus. DOCT. Tertullianus vir Apoſtolicorum temporum, illiꝰ aquæ luſtralis meminit, referens Priſcos Chriſtianos nec cantaſſe diuinas laudes, nec palam oraſſe, Niſi poſt aquam manualem. Et alibi coarguit illos, qui minus curabant puritatem animorum & conſcientiarum, quæ per aſperſionem huius aquæ ſignabatur, dicens: Quæ ratio eſt, manibus quidem ablutis, ſpiritu vero ſordente, orationem obire?] *Apologet. c. 39.* *L. de orat. [illegible] c. 11.*

12\. MIN. Audire percupio, ſi Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, clariora Europæ, Africæ, Aſiæ luminaria huius ritus meminerint, adeoque Catholicus fuerit?

In vita S. Hilarionis. DOCT. Primus inſignem illius ad depellendas dæmonum præſtigias, maleficia, & faſcinationes virtutem declarat exemplo cuiuſdam viri Italici, qui irrigato ſuo curru, & aſperſis equis aqua, quam benedixerat, & dederat ei in vaſe fictili B. Hilarion, illos expediuit omnibus obſtaculis, quibus à quodam Mago irretiti, præpediti, & velut faſcinati fuerant. Auguſtinus vero ſcribit hanc aquam ob oculos nobis obijcere Chriſtum ſanguine ſuo animas noſtras abluentẽ, ſicut aqua maculas corporum detergit & mundat. Chryſoſtomus autem ait: Ingreſſuri tẽplum manus lauamus.] Teſtaturque iſtiuſmodi conſuetudinem obſeruatam in Eccleſiis ab his, qui ingrediebantur ad orandum. Rurſumque id habens loco priſcæ conſuetudinis & traditionis ſcribit: In conſuetudine nos conſtituimus lauandi & orandi.] At, quomodo priſca conſuetudo, niſi ab Apoſtolorum traditionibus deſcendens? *Expoſ. 2. in Pſ. 21.* *Hom. 72 in Ioan.* *Hom. 52. Matt.* *Hom. [illegible]8. ad pop. Antioch.*

13\. MIN. Alij ne ſuperſunt, qui huius aquæ quondam meminerint? DOCT. Superſunt & Græci & Latini. Anaſtaſius Sinaites illos increpans, qui ſimplici huius aſperſione cõtenti, à ſu[illegible]terea rapinis & vſuris non recedebant, [illegible] ſine pœnitentia ad menſam Domini accedebant: illius per Arabicas Eccleſias vſum viguiſſe demonſtrat. Magnus Gregorius teſtatur Curiali cuidam ſcortatori male ceſsiſſe, qui hac ſola vſus ceremonia, in die Paſchatis, cœtui ſeſe aliorum ſeipſum immiſcuit. *Ora. de ſacra ſynaxi.* *Li. 4. Dial. c. 31.*

14\. Gregorius Turonenſis, qui ſub Rege Sigeberto claruit, ſcriptis conſignauit ſua ætate in inſula Chio, plurimos febribꝰ afflictos, & à dæmonibus obſeſſos, ſanatos fuiſſe per epotam aquam benedictam exhauſtam è puteo in quem S. Iſidorus martyr ab infidelibus *L. 1. de gloria martyr c. 102.*

libus

Digitized by Google

libus proiectus fuerat. Idem refert Monegondin ſanctiſsimam fœminam diœceſis Carnotenſis, ſed tunc Turoni defunctam, dum viueret febres quartanas, & ſtrumas, à multis profligaſſe, data eis benedicta aqua. Denique, in Eccleſia B. Martini, & iuxta ſepulcrum eiuſdem ſanctiſsimi Pontificis, huiuſmodi aquam ſeruatam fuiſſe.

L. de glor. conf. c. 24. *L. 5. hiſt. Francorũ.*

15\. Sigertus & Auentinus teſtãtur ſpectrum, furioſiſsimum, Moguntinos incolas diu vexantem, terrentem, & die nocteque excrucìantem, tandem profligatum fuiſſe, quando Litantijs decantatis, per vicos & domos eius aſperſa fuit aqua benedicta, ab eius ciuitatis Sacerdotibus.

Ann. 858. L. 4. Annalium.

16\. Atque vt ab hoſtibus quoque veritas teſtimonium ſuum habeat. Centuriatores fateri coguntur, anno Chriſti 1000. in more poſitum fuiſſe, vt exorciſmus fieret aqua & ſale, ad effugandos dæmones, infirmos curandos, & aeris corruptiones tempeſtatiſq; repellendas: atque Reginonem teſtem eſſe irrigatos illa aqua viros aliquam ſanctificationem contraxiſſe. *l. 1. de diſciplina Eccleſiaſt. c. 210.* Præterea, in quadam ſynodo Nannetenſi, vſum eius approbatum, in domibus, in agris, in vitibus, in paſcuis, in eſu, in potu, aduerſus præſtigias magorum, & improbitates dæmonum. Aiunt tandem S. Brunonem Montis Caſsini Abbatem, circa annum milleſimum & ducenteſimum, fœminam poſſeſſam à dæmone, ſumpta aqua benedicta, quam illi ad bibendum Abbas obtulerat, omnino liberatam eſſe.

Cent. 10. col. 520. *Ca. 4. & 5.* *Cent. 11. col. 909.*

17\. Adhæc, Alcuinus Caroli Magni præceptor, teſtis eſt, ſuo tempore infirmos viſitari ſolitos, à Paſtorib⁹ cum Cruce, aqua benedicta, luminaribus, precibus, cæteriſque ceremonijs, quæ etiamnum hodie ſeruantur. Rabanus Maurus, qui ab humanis exceſsit anno 855. in hanc rem ſcripſit: Benedicitur ſal & aqua in diuerſos vſus fidelium. Ad homines infirmos, contra fantaſmata inimici, ad pecorum ſanitatem, ad morbos auferendos, &c.] Et Valafridus eius diſcipulus dicit: Sicut ſanguis agni appoſitus portis Hebræorũ, ad arcendum Angelum exterminatorem: ita aqua benedicta ſuper populum Chriſtianum effunditur, vt eos & in corporib. & in domibus ſuis ſeruet. Rupertus circa an. 1124. exponebat, cur fiat ſolẽnis aquæ benedictio in vigilia Paſchatis atq; Pentecoſtes, & alijs dominicis diebus: & cur decantetur. *Vidi aquam, &c. & Aſperges me, &c.* Tandem profitetur, eam non effundi, vt iterum baptizemur, ſed vt accepti Baptiſmi memores ſimus, & nomen Domini inuocetur ſuper nos.

L. de diu. officiis. *L. 2. Inſtit. cleric. c. 55.* *L. de rebus eccl. c. 29.* *Li. de diuinuo off. c. 20*

MIN. Quiſquis à cætero in quæſtionem reuocauerit ſanctum & priſcum iſtius aquæ vſum in Eccleſia Dei, & poſt tam graues demonſtrationes, teſtes, probationes ambigere de illi⁹ vſu & vtilitate perrexerit, ſeipſum arguet hominem errore plenum atque malitia. Mihi nunc ſolum dicas, quid reſpondẽdum ſit ijs, qui objiciunt, veteres Ethnicos vſus quoq; eſſe aquis luſtralibus in templorum ſuorum introitu, ſicut ex multis compertum eſt hiſtoriis. DOCT. Dæmonem vt ſimiam, ac diuini cultus æmulum, ſemper contendiſſe in ſuis ſacris profaniſsimis diuinas imitari ceremonias, tam vt diuinos ſibi raperet honores, quam vt ſuaderet Dei cultum (ſicut & dæmonum) plenum eſſe fabulis, præſtigijs, & ſuperſtitionibus. Simili n. fraude voluit ſuos habere Pſeudoprophetas, ſacerdotes, ſacrificia, altaria, templa, & aquarum februationes: dum proſpexit Deũ in ſuo cultu, ſimilia, ſed vera & ſyncera habuiſſe. Prior enim Moſes, quam Numa: & verus veri Dei cultus, quam falſi dij ac idololatria. Hæc diligenter Iuſtinus, Tertullianus, Cyrillus, & Auguſtinus. Sed vt falſi prophetæ nihil obſtant, quo minus veris Prophetis credamus: ſic neque Ethnicorũ templa, aræ, aquæ luſtrales, cultui dæmonum dicatæ, debent nos retinere aut impedire, quo minus pie ſanctéq; noſtris templis, aris, aquis vero Deo ſacris, ad pietatem & ſalutem vtamur. 18.

Theodor. l. 3. c. 15. Caſſiodor. lib. 1.

MIN. Verum, exardeſcunt iracundia & ſtomacho, quod dicatis huius aquæ aſperſionem peccata deleri. DOCT. Impoſtores ſunt & plani improbiſsimi, quia nemo vnquam Catholicorum ſenſit aut docuit. Peccata mortalia huius aquæ virtute deleri. Sed ſi cum fide, demiſsione, & contritione animi, quis illa ſeipſum aſpergat in nomine Domini, peccata leuia & venialia remitti. Non quidem *ex opere operato*, id eſt, vt illius inſtitutionis, *ſed opere operantis*: id eſt, pietatis, & bonæ illius intentionis habita ratione. Ita ſenſit D. Auguſtinus iſtiuſmodi peccata leuiora & quotidiana per orationem Dominicam, eleemoſynas, ieiunia, pioſque mentis affectus condonari. *Libro de decem chordis, c. 11. libro contra duas epiſt. Pelagianorum, c. 14. epiſtola 54. lib. 21. de ciu. c. 27. & Enchiridii, cap. 69. &c.* 19.

Digitized by Google

CATHOLICI VERE, SANCTISSIME, *conſtantiſsimeq; credunt peccata deleri per ſanguinem Chriſti: Caluiniani vero multipliciter & fœdiſsime in hoc aberrant: contra errorem 94. & 95.*

Caput XXXV.

MINISTER.

PArentius & congreges, vt vices tibi rependant de tot accuſationibus, quas aduerſus illos inſtruis, & te, & cunctos profeſſores Catholicæ religionis maximi huius criminis prægrauare conantur, *Quod ore quidem dicitis nos ſaluari ſanguine Chriſti: ſed non vere ita credatis. Aſſero eos* (inquit) *non ita credere: licet Franciſcanus tantum audeat ſibi arrogare, quod doceat & credat melius nobis peccata dimitti ſanguine Ieſu Chriſti.*

Inſtruct. p. 311.

Confut. 1. DOCTOR. Scripſeram ad eum, quod & nunc repeto, profiteorque coram Deo, Angelis, & vniuerſa Eccleſia eius: idque toto corde, tota anima, omnibuſq; viribus meis: & confiteor lingua, voce, & ſcripto ad poſteros: Dominum Ieſum Chriſtum, vnicum & ſolum eſſe generis humani redemptorem, qui nos cum Patre pacificauit in ſanguine crucis ſuæ: lauit peccata noſtra in ſanguine ſuo. Tulit peccata noſtra (i. pœnas peccatis debitas) in ſanguine ſuo ſuper lignum crucis. Sanguinem eius melius clamare in rem noſtram, quam ſanguinem Abel. Omnes ſanctos lauiſſe & dealbaſſe ſtolas ſuas in ſanguine Agni, &c. Atque talem eſſe omnium Catholicorum fidem atque doctrinam.] Nonne hæc omnia ab expreſſo Dei verbo deſumpta & repetita ſunt? Profitemur iterum ita nos toto pectore credere, cōſtanter alios docere, paratoſque ad mortem vſque confiteri & defendere. Qualis eſt ergo iſta arrogantia, quale temerarium Miniſtrorum iudicium adſerere. *Nos non iſta corde credere?* Non intuentur corda hominum? Nō ſcrutantur renes? Non ſcrutantur profunda Dei? Quibus ipſimet conſtantius adfirmare poſſunt, ſe vnum & verum Deum noſſe? Si quis dicat eis, illud ſe corde nequaquam credere, quod ore & ſcripto profitentur; quomodo expreſsius conteſtabuntur? Et vt paucis multa concludam, temerarium ſibi vſurpant de conſcientijs aliorum iudicium: & ad diuinum tribunal prouocamus de tam diabolica in omnes Catholicos coniecta impoſtura.

A MINIST. Satis mihi diluta calumnia eſt: doce nunc quomodo in hac re fallant & fallantur. DOCT. Imprimis cum nullam aliam agnoſcant per ſanguinem & merita Chriſti fieri peccatorum remiſsionem, præter negatiuam, id eſt, *externam quandam imputationem iuſtitiæ: non quod reipſa vereque ſancti & iuſti, ſed nomine & reputatione ſola.* Vnde recta illatione ſequitur: Sanguinem Chriſti non vere lauare, non vere purgare, non vere delere atque detergere maculas peccatorum, ſed conſcientias ſemper infectas & contaminatas ſordibus ſuis remanere. Atque ſic peccatum Adæ maioris eſſe efficacitatis ad maculandum & perdendum nos, quam ſanguis Chriſti ad iuſtificandum & ſaluandum. MIN. Vere tam abſurdum ac impium ex errore Miniſtrorum conſequitur. Nam animæ propter delictum Adæ reipſa ſunt in peccatis conceptæ & natæ, vere peccatrices & filiæ iræ: & meritis ſanguineque Chriſti reapſe non purgantur, non emundantur, non dealbantur; atque Caluiniani turpiter fœdeq; aberrant contra vim ſanguinis Chriſti. 2

DOCT. Aberrant ſecundo adhuc turpius, imo auſim dicere, nimium blaſphemant aduerſus efficaciam totius paſsionis, crucis, & mortis Chriſti, dicentes poſt ſuum Caluinum: *Fidem noſtram nihil reperire in contemplatione ipſius, quo ſe erigat vel ſuſtentet.* Et alibi: *In Chriſti morte ſpectaculum deſperatione plenum occurrit.* Et rurſum: *In iſto ſpectaculo nihil, quam extremæ deſperationis materia erat.* Certe ſi nihil reperiat conſolationis & ſpei, ſi nihil quam materiam extremæ deſperationis: nullam reperit in ſanguine eius remiſsionem peccatorum, nullam ſatisfactionem, nullam gratiam, nullam vitam, nullam cum Patre reconciliationem, nullam ſecū pacem aut tranquillitatem, nullam ab inferis redemptionem, nullam ad cęlum viam. Quinetiam, ſi ſola extremæ deſperationis materia illic occurrat, pernicioſior eſt nobis mors & ſanguis Chriſti, quam vtilis: nos profundius immergit in iram Dei, in peccata, & in inferos, quam eripiat: & nos reddit longe deteriores & ſceleratiores, quam ante effuſionem illam fuiſſemus. MIN. Abſurda profecto ac horrenda ſunt iſta, quæ ad propoſita Caluiniana conſequuntur. 3

Cal. in c. 16. Matt. In c. 27. Matt. In c. 4. Io.

DOCT. Alio rurſum loco ſic pedibus filium Dei conculcat, & pretioſiſsimum ſanguinem eius morte effuſum, veluti pollutū ducit: *Si corporea tantum morte obiiſſet Chriſtus, nihil* 4

Cal. l. 2. In

ſtit.c.16.5. 10. *nihil humanæ ſalutis adnumerat.* MIN. Nihil! A DOCT. Nihil, inquit. MIN. Longe ergo nos fefelliſſent Prophetæ, nobis impoſuiſſent Apoſtoli, & quod horrendum, ſeduxiſſet Chriſtus, cum omnes ſalutem noſtram ei tribuant, cum omnes ad illum vt ad fontem vberrimum totius gratiæ & vitæ nos remittunt.

5. DOCT. Audi, & obſtupeſce, quantum diſcipuli illius in peius profecerint: Nam Fridericus Aulakius, Germanus Bauarus, Thomas Eraſtus, Oſiander, poſt ſata manipulosque Caluinianos, nunc in quibuſdam Germaniæ oppidis Miniſtri metunt: *Ergo ſanguis Chriſti ante mille & quingentos annos, in* B *terra computruit, nec ſupereſt in rerum natura.* MIN. O perditos homines! Quid enim de his aliud dicam? Enimuero ſi ſanguis Chriſti in terra computruit, falſo dixit per Dauidem Spiritus ſanctus: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Falſum per D. Petrum, *Non corruptibilibus redempti eſtis.* Si non ſuperſit in rerum natura, nihil prodeſſe poteſt coram Deo. Non emundat conſcientiam noſtram ab operibus mortuis; non tollit peccata mundi. Non melius clamat quam Abelis. Non maiorem vtilitatem adfert, quam ſanguis hircorum aut vitulorum aſperſus, &c. quæ totius generis humani ſpem, ſalutemque C ſubuertunt, &c. Tantum cupio, vt refellas excuſationem, quam afferunt ad hæc verba Caluini: *Si corporea tantum morte &c.* Aiunt enim, *Chriſtum doloribus corporis ſui pro nobis ex vna parte ſatisfeciſſe, & paſſionibus animæ ex altera.* Et vt à rudioribus facilius intelligatur iſta tam ingenioſa tamque Miniſtralis interpretatio, addunt hanc ſimilitudinem: *Eſt veluti ſi quis centum aureos deberet, & tantum quinquaginta redderet, obiiceretur illi, Nihil facis Amice, cum offers reddens quinquaginta oportet reddas centum, &c.* Quid de hac reſponſione tibi videtur?

Pſal. 15.
1. Petr. 1.
Heb. 9.
Io. 1.
Heb. 12.
Heb. 10.
Inſtruct. pag. 316. & 317.

6. DOCT. Miniſtros in primis ſuam prodere D inſcitiam, ſupponentes Chriſti corpus ſatisfeciſſe ſine anima, & animam ſeiunctim à corpore ſuo. Hinc, ſuam improbitatem, plenariam eius pro nobis ſatisfactionem in duas partes dilacerando, quarum vna ſolius corporis, altera ſolius animæ: inde, manifeſtam contradictionem, *nihilum* ſui Caluini dicentes partem ſatisfactionis pro ſalute noſtra perſolutæ: denique, eos impietatis præceptoris participes eſſe, ſcribentes illico: *Sententiam eius Chriſtianam eſſe atque veriſſimam.*

Adhæc, inducta ab illis ſimilitudo omni ex parte falſa & inepta eſt. Enimuero, qui acceptis à debitore ſuo quinquaginta aureis, id eſt, media debiti parte, diceret eum nihil feciſſe, mendax & falſus eſſet alterius mediæ partis. Sic & Miniſtri mediam quam exiſtimant, ſatisfactionis noſtræ partem pro *nihilo* reputantes, totam labefactant: mendaciumque tribuunt Filio Dei. MIN. Ergo conuicti non erroris tantum, ſed & blaſphemiæ aduerſus efficacitatem & vtilitatem ſanguinis ac mortis Chriſti, euidentiſsimum & certiſsimum faciunt, Catholicos longe rectius docere atque ſentire de illo, quam Caluiniana ſchola. 7.

PRETIOSVM SANGVINEM CHRISTI non ſolum teſtari externis ſenſibus ſatisfactionem pro peccatis noſtris eſſe peractam: ſed & illam abſolute verequè perficere: aduerſus errorem 96. & 97.

CAPVT XXXVI.

MINISTER.

TVm ait, idque ex Chriſti & Pauli verbis, peccata noſtra vere elui & purgari per ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Miniſtri reſponſant: *Sanguinem adhiberi loco euidentioris teſtimonij exhibiti ſenſibus noſtris, ſatisfactionis integræ, quam Chriſtus pro nobis perſoluit, & ineſtimabilis caritatis, qua nos dilexit:* multam illi aliam tribuentes, virtutem vel actionem, quam externis ſenſibus noſtris teſtificandi. Inſtruct. pag. 319. 320.

DOCT. Hac in re nouis ſe implicant erroribus, quibus pretioſiſsimum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſua virtute, homineſque propria ſalute pro viribus ſuis deſpoliant. Nam qui teſtis tantum eſt perſoluti pretij à debitore, neque ipſe pretium eſt, neque perſolutor eius: ſed ſolum facti alieni teſtis. Quiſquis etiam ſolum teſtificatur talem eſſe innocentem criminis cuius reus agitur coram Iudice, nec cauſa eſt innocentię eius, nec facit eum innocentem: ſed tantum externum dat de ea teſtimonium coram hominibus. Pari ergo ratione ſanguis Chriſti nec lauacrum eſſet animarum noſtrarum, nec ſatisfactio pro peccatis noſtris, nec pretium noſtræ redemptionis, nec cauſa noſtræ reconciliationis, adoptionis, & ſalutis, ſi tantum teſtis eſſet externis ſenſibus noſtris, quod Chriſtus pro nobis perfecte & abſolute ſatisfeciſſet. Confut. 1.

Digitized by Google

2. Præterea, ſi ſolum teſtandi vim habet, A quod Chriſtus pro nobis perfecte ſatisfecerit, noſq; inæſtimabili dilectione proſequutus ſit: quid præſtantius, quid maius, quid ſalubrius nobis confert, quam Iudæis ſanguis hircorum, taurorum, hædorum, vitulorum, & agnorum, olim effuſus ſub veteri Lege? Nonne & hic teſtificabatur ſenſibus externis, Deum Iſraelem impenſe diligere, & Meſsiam ſatisfacturum coram Deo pro peccatis totius mundi? MIN. Certe niſi Deus ſummopere hunc populum dilexiſſet, nunquam tanto honore affeciſſet huius maiores, nunquam ex Aegypto & Chaldæa hos B liberaſſet, nunquam ei ſuas dediſſet leges, nunquam tam ſancto tamque ſtricto fœdere ſe cum eis coniunxiſſet. *Non enim fecit taliter omni nationi.*

Pſa. DOCT. Attendamus quæſo te, verba,
3. quibus Spiritus ſanctus huius ſanguinis vim nobis exprimit: multo enim maioris efficaciæ ac emphaſis ſunt, quam ſimplicis teſtificationis ad externos ſenſus hominum.
Act. 20. Ait enim, Chriſtum acquiſiuiſſe Eccleſiam ſanguine ſuo: nos acceſſum habere
Rom. 3. ad Deum in iſto ſanguine: Chriſtum pro-
Rom. 5. pitiatorem noſtrum eſſe, per fidem in ſan-
Ephes. 1. guine ſuo. Nos iuſtificari in ſanguine ipſius, C
& 2. & ſaluos iri ab ira per ipſum. Nos habere redemptionem, & remiſsionem peccatorum per ſanguinem eius. Qui aliquando eramus longe, facti ſumus prope in ſangui-
Coloſſ. 1. ne eius. Pacificauit per ſanguinem crucis ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Per
Heb. 9. proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Sanguis Chriſti emundat conſcientiam no-
Heb. 10. ſtram. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti. Vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra
Heb. 13. portam paſſus eſt. Redempti eſtis de vana D veſtra conuerſatione pretioſo ſanguine a-
1. Petr. 1. gni immaculati Chriſti. Sanguis Ieſu Chriſti
1. Io. 1. emundat nos ab omni peccato. Lauit nos à
Apoc. 1. peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Redemiſti
Apoc. 5. nos Deo in ſanguine tuo. Sancti lauerunt ſto-
Apoc. 7. las ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine A-
Apoc. 22. gni. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni, &c. Iam vero tecum reputa, an non acquirere, acceſſum dare, iuſtificare, redimere, remittere peccata, facere prope Deũ, pacificare, inuenire redemptionem, emundare conſcientiam, ſanctificare, lauare à peccatis, dealbare, &c. quæ omnia Spiritus ſanctus tribuit Sanguini Chriſti; non longe meliora & præſtantiora ſint, quam teſtificari ſenſibus hominum, quod comminiſcuntur Caluiniani? Quod ſi ſolum conferret teſtimonium externis ſenſibus noſtris, quod ſolatium inde caperet fides noſtra, quæ eſt tantum de rebus, quæ non cadunt ſub ſenſum? Quomodo aditum nobis daret ad cœlum? Quomodo patefaceret regna cæleſtia? Quomodo lauaret & dealbaret animas à peccatis? Quomodo acceſſum faceret ad thronum Dei? &c.

MIN. Fidem equidem meam habeo Spiritui ſancto, ſelectis ꝓfecto verbis ſanguinis Chriſti virtutem plane mirabilẽ prædicanti: non Miniſtris imminuentibus, imo & peſſundantibus. Sed velim ſcire, quid velit ſibi B. Ioannes, cum ſcribit, *Tres eſſe, qui teſtimonium dant in terra, nimirum ſpiritum, aquam, & ſanguinem.* 1. Io. 5. DOCT. Nequaquam ſuam efficacitatem aut virtutem ſuam vult adimere huic ſanguini, quam tam magnifice (vt audiſti) aſſeruit: ſed docere, ſpiritum quem Patri ſuo commendauit dicens, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meũ*, Io. 19. deinde aquam & ſanguinem, qui emanauerunt de latere Chriſti à milite percuſſo, teſtes eſſe locupletiſsimos, illum fuiſſe verum hominem, & vere paſſum ac mortuum pro nobis, contra veteres ac nouos quoſdam hæreticos dicentes eum tantum phantaſtice & ſpecie tenus hominem aſſumpſiſſe.

FIDEM NON SOLVM ESSE MEdium, quo participes ſalutis per Chriſtum partæ reddamur: ſed fidei coniungenda ſunt Sacramenta: Spes & Charitas: atque bona fidelium opera: aduerſus 98. 99. 101. & 102. errorem Caluinianorum.

CAPVT XXXVII.

MINISTER.

Circa voluminis ſui finem Prædicantes diſſerunt quibus modis ac mediis Redemptionis & ſatisfactionis per Chriſtum peractæ efficiamur participes. Aiuntque: Inſtruct. *Hæc ſententia vera eſt, Nos fieri participes huius redemptionis, mediante vna fide.* pag. 319. Quid cenſes?

DOCT. Vir apoſtolicorum temporum Confut. Irenæus martyr, refert Simonem magum 1. ab Apoſtolis anathemate percuſſum; deinde, L. 1. c. 1. & Valentinum, & alios Gnoſticos, eandem 20. olim ſententiam tenuiſſe, quam iſti Hugnoſtici

ſtici ab inferis reuocare & inſtaurare conan- A tur, aſſerentes nimirum homines ſola fide iuſtificari atque ſaluari: non etiam per bona opera.

2. L. de fide & op. c. 14. Sanctus etiam Auguſtinus ſcriptis conſignauit, illos Pſeudoapoſtolos & falſos fratres, de quibus tam grauiter & frequenter conqueruntur beati Apoſtoli Paulus, Ioannes, & Iudas, eandem annunciaſſe & promulgaſſe hæreſin in ſuis concionibus atque inſtitutionibus.

3. L. de hæreſ. c. 54. L. de fab. hær. L. 1. adu. Iouin. Epiphanius, Theodoretus, & Hieronymus accuſant Aerianos, Eunomianos, & Iouinianos eiuſdem impietatis. Non quæſo Caluiniani confuſione & pudore ſuffundi B debent, quod tales habeant authores: quod tam cæcos ſequantur duces? quod cum illis à veteri ſanctaque tam Græca, quam Latina Eccleſia moti ſunt omnium Chriſtianorum communione?

4. Confeſſ. puncto 4. Art. 7. 20. 39. Ex gallic. latin. MINIST. Equidem Beza iam videtur de hac impietate erubuiſſe, atque errorem iſtum retractaſſe, cum ſcripſit: *Fides non eſt virtus, quæ nos reddat iuſtos in nobiſipſis apud Deum.* Deinde, *Noſtra ſalus non eſt proprie fundata ſuper fidem noſtram, ſed ſuper eum, qui fide apprehenditur.* Si autem ſola fides nos iuſtificaret, participeſque faceret redemptionis per Chriſtum factæ, cum omni ſecuritate poſ- C ſemus ſuper eam inniti ac quieſcere: ſicque ſententia quam hi Miniſtri iactitant veram eſſe, Bezæ iudicio falſitate & vanitate plena eſt.

5. MIN. Bezæ ſuccinit Danæus, profiteturque ſuam ſuorumque fidem eſſe valde imperfectam, mancam, pollutam, adeoque variis imperfectionibus ac etiam infidelitate admixtam, vt indigna ſit Fidei titulo. Ac ſic, meo iudicio, non audebit affirmare, eam ſolam ſe ſuoſque reddere humanæ redemptionis à Chriſto factæ participes. Huius verba ſunt

Com. in Enchirid. Aug. fol. 100. iſta: *Per ſe quidem, & qualis in nobis eſt fides, ſi ſpectemus, eſt imperfecta, manca, polluta, & infidelitate conſpurcata & commixta, vt ne virtutis quidem nomine digna ſit.* D O C T. Quoniam quidem Caluinianorum fides eſt adeo vilis, miſera, & imperfecta, nullo pacto ea ſola reddere poteſt illos participes redemptionis: ſed potius æternæ damnationis. Nam qui dubitat in fide, infidelis eſt: *& qui non crediderit, condamnabitur.* Imo, *qui non credit, iam iudicatus eſt.*

Mar. 16. Io. 3.

6. In cap. 9. Matt. v. 13. MINIST. Hinc arbitror factum eſſe, vt Caluinus ſæpe coactus fuerit recurrere ad neceſſitatem bonorum operum, & ſoli fidei D ſuæ longum valedicere: ſicut in eo loco, in quo tuetur: *hic habendum eſt, Fidem, & ſpiritualem cultum per ſe Deo placere: caritatis, & humanitatis officia erga proximos per ſe requiri.* Et alibi, excluſiuam ſuam, *Sola*, hoc modo reiicit: *Et ſi fides primas ſibi vendicet, & locum plane ſupremum, non propterea tamen ſequitur, vt cætera alia opera ſint ſuperflua. Nam fides non excludit caritatem, nec reiicit quodcunque bonum opus.* Adhucque apertius errorem ſuum de ſola fide coarguens, ſcribit. *Quidquid eſt ſine Charitate, nihil eſt coram Deo: & quod deterius, eſt Deo execrandum.* D O C T. De his contradictionibus iam ſatis: noſtras conſequutiones ex præmiſsis eius colligamus. Caritas & huius officia per ſe requiruntur ad iuſtitiam & ſalutem: ergo fides ſola, non eſt medium, quo beneficiorum Chriſti participes efficiamur. Fides non excludit charitatem, nec alia opera bona: ergo Caluinus & Miniſtri eius ſunt proditores & perditores animarum, cum adfirmant, Deum id tantum & ſolum à nobis exigere, vt credamus: Solaque fide hominem iuſtificari & ſaluari. Quidquid ſine Caritate eſt, eſt coram Deo abominabile: ſola igitur Fides nos non facit participes redemptionis factæ per Chriſtum Dominum noſtrum. Sed eſt abominanda coram Deo: & huius erroris profeſſores homines ſunt abominabiles coram Deo & hominibus: vel Caluinus turpiter ſecum pugnat, ſi vllus vnquam impoſtor ſibi ipſi contradixerit. Et iis, ſimilibuſque ſeductoribus atque Proteis, ſalus animarum credetur?

In cap. 5. Io.

In 1. Cor. c. 8.

MIN. Memor ſum, quod in priore noſtro Colloquio hic ſermo copioſe ſatis diſcuſſus fuit: probatumque ex Scripturis, Patribuſque, tum demum ex eodem Caluino, vna cum fide, & ſpem, & caritatem: & bona opera requiri. Item Sacramenta, potiſsimum autem Baptiſmi, Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ, neceſſaria eſſe adultis: ideo paucis hũc Dialogum abſoluamus. D O C T. Iterum, ſi Fides ſola nos redderet participes redemptionis, homines ſine amore Dei & proximi; ſine gratia eius præueniente, cooperante; ſine miſericordia & bonitate cæleſti; ſine timore, ſine reuerentia, ſine obedientia, ſine inuocatione, ſine humilitate, ſine patientia, ſine aliis virtutibus ſeu Theologicis ſiue moralibus, participes forent beneficiorum & conſortij regni Chriſti in cœleſtibus; quæ tam abſurda ſunt, vt putem neminem veſtrũm ea velle admittere. 7.

MIN. Reuera, hæc omnia diſcreta à fide, 8.

atque

atque cum ſint neceſſaria, vt regnum Chriſti adeamus: profectò per vnicam & ſolitariam Fidem id nunquam obtinebimus. DOCT. Adhæc, ſi per ſolam fidem Chriſti beneficio potiremur, nunquam Pater eius nos ad obſeruandum Decalogum legis ſuæ deuinxiſſet: nunquam Filius aut legati eius præcepiſſent facere fructus dignos pœnitentiæ: nunquam Paſtorum aut Magiſtratuum legibus ſubieciſſet: nunquam (vt paucis abſoluamus) tot opera miſericordiæ præcepiſſet: ſed tantum dixiſſet *Credite, Credite, Credite ſolummodo, & ſufficit*: nihil enim aliud Deus à vobis requirit, nihil aliud præcipit, nihil aliud deſiderat. Nihil eſt illi curæ ſi ſuperbi, auari, luxurioſi ſcortatores, adulteri, homicidæ, fures, falſi teſtes, aut blaſphemi ſitis: ſolum credite, & iuſti ſaluique eritis, &c.

PECCATORVM CVLPAE NEQVE corporibus neque animis hominum proprie inhærent: contra errorem 103. & 104.

CAPVT XXXVIII.

MINISTER.

QVid tibi videtur, quod in ſcripto ſuo defendunt Miniſtri, *Peccata inhærere non tantum corpori noſtro, ſed etiam animæ ſeu ſpiritui?*

Confut. 1. DOCT. Error eſt craſſus & manifeſtus tam in Philoſophia quam in Theologia. In Philoſophia quidem, quoniam peccata ſpiritalia non poſſunt hærere corporibus: nec corporalia ſpiritibus. Deinde, peccata pro culpis ſumpta meræ ſunt priuationes eius rectitudinis quæ deberet ineſſe tam actibus, quam cogitationibus, & verbis noſtris: non autem veræ qualitates, quibus ſolis propriũ eſt inhærere ac ineſſe ſubiectis. Ipſa eademque peccata pro materiali contemplata actiones & paſſiones ſunt humanæ, vel ſubſtantiæ, quibus non competit huiuſmodi inhæſio. Præterea, quidquid inhæret vel corporibus vel animis, creatura eſt, quæ Deum optimum & maximum habet authorem ſui & plaſten: Deus autem author non eſt peccatorum, ergo non poſſunt peccata inhærere. Denique, aſſerere quaſdam creaturas ex ſe malas eſſe, deliratio eſt & furor Manicheo. rum: peccata non tantum ſunt mala, ſed etiam ipſamet malitia, & iniquitatis origo. Neque ergo qualitates ſunt inhærentes corporibus aut animis, nec Deum creatorem habent: vel Caluiniani furunt cum Manichæis. Sicque Miniſtrorum ſententia turpis error eſt tam apud Philoſophos quam Theologos: & glorioſus ille thraſo, qui ſe toties iactitat docuiſſe in Gallia, in Sabaudia, Italia, & Germania, reipſa ſeſe exhibet Magiſtrum maximè inertem.

MINIST. In extrema voluminis ſui tam Gallici quam Latini parte, quamplurimas edunt querelas, *te illos variis, & à Magiſtratu ſæculari emendandis iniuriis affeciſſe*. DOCT. Meræ nugæ, ad quas ſuperius reſpondi. Addo. Cum eos appello illis nominibus, quæ Dei filius, Prophetæ & Apoſtoli eis tribuunt, nulla eos iniuria afficio. Adhæc, imitando tametſi valdè à longe, ſanctorum Patrum Ignatij, Clementis, Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Athanaſij, Hilarij, Baſilij, Hieronymi præclarum zelum, qui multo ſeuerius & acrius hæreticos ætatis ſuæ adorti ſunt, errare non poſſum. Denique obnixe rogatos velim omnes Lectores, meminerint infinitorum opprobriorum & contumeliarum, quibus iſti tam famoſi Ganeones ſanctiſsimos Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, & quod amplius eſt, beatiſsimam dominam noſtram Deiparam, quin etiam cæleſtes Dei Angelos vexarunt, lacerarunt, deformarũt: tunc plane perſuaſum habeo, illos mecum iuſtam piamq; indignationem animis concepturos aduerſus ſpiritũ blaſphemiæ contumeliæ, & omnis immunditiæ, qui illos poſſidet, agitat, & ad id impellit. Inſuper, nec dubito eoſdem mecum Deum patrem miſericordiarum oraturos, vt eos, & omnes alios huiuſmodi immundo ſpiritu liberet: meliorem mentem infundat: & tandem illos emendatos nobiſcum in vitam æternam perducat. 2.

MINIST. Equidem valde Chriſtiane, vniuerſam iſtam de Purgatorio diſputationem concludis. Ex qua Deo bene iuuante, meminero, primum hoſtes illius tam inconſtantes, incertos, & ſibiipſis repugnantes eſſe, quantum ad originem eius ſpectat, vt id ſatis eſſe debeat cunctis fidelioribus ingeniis, vt agnoſcant eos, potius ſpiritu vertiginis ac erroris duci, quam veritatis. Deinde, Catholicos è contrario firmiſsimis argumentis efficere, omnibus tam veteris quam noui Teſtamenti tabulis: hinc explicatis ab vltima antiquitate Patribus, & Spiritus ſancti oraculis huius doctrinam, à Deo profectam eſſe: cum mundo exordium habuiſſe: 3. *Epilogus colloquij.*

inter

inter ſæculorum homines, populum Dei A præſertim, continuo perſeueraſſe: hinc adeo inſcriptam hominum cordibus digito Dei viui, vt omnis terræ nationes, (quæ perſuaſum habuerunt animarum immortalitatem) nunquam de quodam earum Purgatorio poſt hanc vitam dubitauerint.

4. *Doctrina Purgatorij fructus ac vtilitates.* Præterea, recordabor in æternum, talem doctrinam & fidem præcellentiſsimas hominum cordibus ſecum adferre tum conſolationes tũ vtilitates. Ac in primis, timendi iuſtitiam Dei, hominum peccata etiam leuia & venialia, punientis, vel in hoc ſæculo, vel in futuro: atq; ſic ab illis diligenter cauendũ B eſſe. 2. Amandi ac honorandi infinitam eius miſericordiam parcentem tum per pœnas ſponte aſſumptas, quam humiliter & patienter toleratas, ſeu in hoc ſæculo, ſeu in futuro. 3. ſemper retinendi ſpem firmam, in ſummã Dei mei bonitatẽ erga afflictos ſeruos ſuos Cath. tam in terra quã locis quæ ſub ea ſunt. 4. perpetuo & magis ac magis ſanctitatem eius admirandi, qua in conſortium regni ſui nullam admittere velit animam, niſi hic vel alibi à cunctis ſordibus & maculis perpurgatam. 5. Eius infinitæ poteſtatis, qua deducit ad inferos, & reducit: & facit quæcunq; C vult in cœlo, in terra, & in omnibus abyſsis. 6. immortalitatis animarum noſtrarum, ſiue in corporibus ſiue extra illa viuentium & permanentium. 7. reſurrectionis corporum: quæ illæ iterum ſperant, & pro certo confidunt reſumere & informare, illa nunquam dim iſſuræ. 8. Officiorum caritatis & dilectionis proximorum, quæ erga illos exercemus, etiam cum in aliud ſæculum ſunt euocati. 9. Amplificandi efficaciam & virtutem ſanguinis Chriſti, qui etiam defunctis proſit ad ſalutem, nedum viuentibus. 10. Admirandi amplitudinem ſatisfactionis eius, quod etiam proſit nobis poſtquam exierimus de hoc ſæculo. 11. Enitendi vt ſalutem D proximorum procuremus, non ignari quod eadem menſura remetietur nobis. 12. Sperandi pias animas noſtris ſuffragiis liberatas, & paradiſum conſequutas, ingratas nunquam fore: ſed pro nobis apud communem Dominum interceſſuras, donec cum ipſis eodem perfruamur. 13. Interim exercendi ſempiternum ſacerdotium Domini noſtri Ieſu Chriſti, offerendo ſacrificium corporis & ſanguinis eius incruentum, vt proximorum ſalus acceleretur. 14. Veſtiendi nudos, frangendi panem eſurientibus, viſendi ægrotos, & cætera miſericordiæ opera exercendi piorum defunctorum nomine. 15. Vacandi ieiuniis, caſtigationibus carnis, & cunctis laborioſis operibus, vt abbreuientur defunctorum ſupplicia. 16. Seipſum denique exercendi in bonis ac demiſsis precibus meditationibus aſsiduis, necnon lacrymis, & ſuſpiriis apud Deum communem patrem noſtrum, vt fratribus liberationem impetremus. Recita preces: & craſtina die de Inferis inquiremus.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, fili Dei viui, & tempore beatiſsimæ Virginis Nate, qui noſtram operans ſalutem in medio terræ, tot doctrinæ tuæ hoſtes, tot innocentiſsimæ vitæ accuſatores, tot miraculorum calumniatores, tot carnifices ad effundendum ſanguinem, corpus flagellandum, lacerandum, conſpuendum, & crucifigendum in terris inueniſti. Domine, qui Diſcipulis tuis dixiſti futurum, vt in procuratione Euangelij tui eſſent ſicut oues in medio luporum, multoſque fore qui huic doctrinæ ſeipſos opponerent, extra Synagogas expellerent & dum illos morte afficerent, arbitrarentur ſe obſequium præſtare Deo. Domine, qui non ſolum præuidiſti, ſed & prædixiſti, in vltimis temporibus venturos pſeudochriſtos, & pſeudoprophetas, qui ſeducerent multos, quod eheu! quotidie fieri cernimus; te ſupplices oramus & obſecramus, vt oues tuo ſanguine redemptas & lotas in tuo conſerues ouili, & aberrantes ab eo paterne reuoces, vt tuam vocem, non alienorum, exaudiant: te recta ſequantur, non latronem vel lupum: Domine, da ſeruis tuis conſtantiam, ne ad horum minas, vlulatus, & latratus paueamus. Domine, da nobis os & ſapientiam, cui non poſsint reſiſtere & contradicere inimici tui, pluſquam noſtri. Contere Satanas iſtos ſub pedibus Eccleſiæ ſponſæ tuæ. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Allide brachio tuo eorum vires, furores, impetus: & dextera tua glorificetur in nobis. Domine, ecce inimici gregis tui extulerunt caput. Super populum tuum Catholicum malignauerunt concilium, & diſpoſuerunt tabernacula Lutheranorum, Zuinglianorum, & Caluiniſtarum. Fac illis ſicut quondam feciſti Simonianis, Gnoſticis, Arrianis, Neſtorianis, Aerianis, Vigilantianis, Iouinianis. Pone principes & duces eorum, ſicut Cerinthum, Ebionem, Carpocratem, Manetem,

Digitized by Google

netem, Nouatum, Donatum, Pelagium, Berengarium. Domine, reple facies eorum i-
A gnominia, vt quærantte, inueniant te, & ſaluentur à te. Amen.

LIBER DECIMVSQVARTVS, IN QVO DISCVTIVNTVR SEPTVAGINTA-QVATVOR ERRORES Caluinianorum contrarij doctrinæ Catholicæ de Inferis, & pœnis damnatorum.

AC PRIMO ADVERSVS TRES, QVIBVS TRIA INFERORVM nomina corrumpunt atque deprauant.

CAPVT PRIMVM.

MINISTER.

VIx poſſum in animum meum in-
ducere Caluinum, ac eius ſcholæ
Miniſtros tot errores committe-
re aduerſus communem doctri-
nam fidemq́; de Inferis eorumq́;
ſuppliciis, quot illis imputas. Caue ergo ne
dicaris, Criminibus falſis inſimulaſſe virum.
DOCT. Eſt ergo meum meam hac in parte
tueri ſententiam: quod Deo iuuante, præſta-
bo, ſumpto exordio à tribus communiori-
bus vocabulis, quibus vt plurimum appel-
lantur illis tribus linguis, quæ in cruce Do-
mini ſanctificatæ ſunt, nimirum Hebraica,
Græca, & Latina. Illa enim vitioſe detor-
quent in tam alienas ſignificationes, vt inde
promptum Atheis relinquant, negare vllum
eſſe locum pœnarum æternarum poſt vitam
iſtam, ſicq́; ad omnem impietatem & impu-
ritatem hominibus fræna relaxent. MIN. In-
cipe à vocabulo Hebraico. DOCT. Rabbi
L. Zohar. Com. in c. 21. Leuit. Schimeon filius Iochai, citatus à Rab. Raka-
nati, ex ſacris colligit Scripturis, plurima In-
feris indita eſſe nomina, ad melius exponen-
dum pluralitatem receptaculorum & tor-
mentorum, quæ in illis occurrunt. Huiuſ-
modi ſunt *Gehinnon, Abaddon, Beerſchachabat,*
Tſalmaneth, Haiaſtha, Thachthiioth, &c. ſed vſi-
tatius illis eſt *Scheol*, deriuatũ à verbo *Schaal*,
quod ſignificat ſemper quærere & petere,
eo quod gurges inferorum nunquam ex-
pleri poſsit, nunquam dicit, *Sufficit*, Eſt enim,

B vt Sapientiſsimus Hebræorum ait, *inſatiabi-*
le. MIN. Nonne vero Caluiniani huic repu- *Prou. 30.*
gnant ſententiæ? DOCT. Repugnant ſane,
quando omnibus in locis vbi iſta vox *Scheol*
occurrit, non de Inferno quo reproborum
excipiuntur & torquentur animæ, interpre-
tantur: ſed de fouea terræ ſeu tumulo, quo
corpora ad putreſcendum conducuntur:
quaſi nullus eſſet alius inferorum locus:
MINIS. Caluinus equidem in c. 37. Gen. in *Caluinus.*
c. 32. Deut. & in pſ. 6. 9. 15. 17. 29. 30. & alibi, di- *Bucerus.*
ctionem *Scheol* explicat nomine ſepulchri & *Muſculus.*
foueæ, in quibus Bucerum & Muſculum ſe- *Beza.*
quitur. Beza Mollerum & Tremellium imi- *Mollerus.*
C tatus, viginti tribus locis Paraphraſium ſua- *Tremellius.*
rum in Pſal. in quibus *Scheol* occurrit, nul-
lius alterius Inferni meminit, niſi ſepulchri
atque tumuli. Et Annot. in Acta Apoſt. con-
cludit illam vocem, *Nihil aliud quam ſepul-*
chrum declarare. *Hoc enim vocabulo* (inquit)
nemo eſt qui neſciat ſepulchrum notari. Adhæc,
in omnibus conuentibus ſtatuerunt Calui-
nus & Beza, vt poſt Marotum, de nullis aliis
Inferis cantillaretur, quam de foueis & ſe-
pulchris Pſal. 6. 16. 31. 49. 55. 86. 116. DOCT.
Animaduertis ergo, fraude pernicioſiſsi-
ma & plane impia, illos nomen Inferni He-
braicum corrumpere, vt illius memoria fi-
deſque funditus euertatur atque deleatur:
& ſufficiens reſponſio Atheis ſubminiſtre-
tur, vt quidquid pro illius aſſertione ex Scri-

pturis

Digitized by Google

pturis infertur, per foueas & ſepulchra faci- A
lius eludant.

MINIST. Quam dictionem Græcam deprauarunt? DOCT. Eam qua Septuaginta & duo interpretes vbique vtuntur, vt Hebræam Scheol exprimant, nimirum, ᾅδης, per hanc, vt patet locis innumeris, ſignificantes Infernum ſeu carcerem reproborum. Idem faciunt Apoſtoli ac Euangeliſtæ Græce ſcribentes: adeo vt nemo Chriſtianus dubitare vel poſsit vel debeat, quin Spiritus ſanctus hanc elegerit, & ſuis illis organis reuelauerit & dictauerit, vt per illam Infernum damnatorum ſignificarent ac exprimerent: tametſi aliæ plurimæ non de- B
fuerint. MINIST. Quis vero his contradicit? DOCT. Beza, ſemper ſepulchra, tumulos, & foueas corporum ſomnians: itemque cum ſumma in Christum redemptorem contumelia, quendam Pſal. contextum vertens: *Non derelinques cadauer meum in ſepulchro*: cum intelligendus ſit, de felici beataque illius anima deſcendente ad inferiores partes terræ indeque redeunte ad ſuperos, vt reſumptum corpus glorificaret & exaltaret. MINIST. Pro certo blaſphemia eſt in Chriſtum contorta, cuius beatiſsimam animam in putidum cadauer, & locum inferorum in ſepulchrum lapideum pro virili C
transmutat. Tertia dictio ab iis deprauata eſt Latina iſta, *Infernus*, ſeu *Inferna*, aut *Inferi*, quam modo volunt ſignificare dolores & anguſtias ſpirituales, modo iram ac indignationem Dei, modo foueam & tumulum, & quidlibet aliud, potius quam certum locum circa centrum terræ, quo demergantur & torqueantur perditorum ſpiritus. MINIS. Reapſe in Bibliis Gallicis Geneuæ impreſsis ſemper legitur: *Tu ne laiſſeras mon ame au ſepulchre.* Non relinques animam meam in ſepulchro. Alibi, *in tumulo, in fouea,* ſicut ante retulimus ex Pſalmis. Hinc dum Caluinus agit de deſcenſu Chriſti ad inferos, horum D
vocabulo tantum intelligit iram & maledictionem Dei, anxietatem, imo & deſperationem conſcientiæ, quas blaſphemat Chriſtum tum viuentem, tum morientem pertuliſſe. Denique, pro fabulis & deliriis habet, quidquid priſci Theologi aliter ſenſerunt, & conſtanter hactenus docuit & credidit Eccleſia Catholica. Atque ſic iure optimo de his tribus erroribus illos reos agis.

Annot. in c. 2. Act v. 27. Pſ. 15.

Eph. 4.

Inſt. l. 2. c. 16. §. 8. 9. 10. 11. 12. & in Harmo. in c. 27. Matth. Inſt. l. 2. c. 16. §. 9.

Confut. 1.

DOCT. Hos ergo vt referamus, ſi quid habes ex hæreſiarcha, quod iis aduerſetur, adfer in medium, vt proprio iudicio cauſa cadat. MIN. Ille in Pſychopannichia, aperte confitetur *Scheol* interdum ſignificare ſepulchrum: ſed contradicendo Bezæ ſtatim ſubiūgit, *Vt plurimum accipi pro ſtatu damnatorum.* Idem rurſum explicando caput 32. Deutero. non vſurpat *Scheol* pro fouea, nec pro tumulo, vt vellet Beza: ſed pro gurgite inferorum, vertens: *Tum ardebit vſque ad infernum inferiorem*, temeritatem & imperitiam ſucceſſoris ſui Bezæ manifeſte coarguens. Iterum, in ſua tralatione & commendatione capitis 16. Numerorum, vbi Moſes paucis verſiculis ſemel & iterum vſurpat vocem *Scheol*, Bezam ſuum relinquit torpere in foueis, tumulis, & ſepulchris ſuis, vt editionem vulgatam Latinam ſequatur, vertendo, *Deſcenderunt in infernum*. DOCT. Suntne alij præterea Miniſtri, qui ſcribant *Scheol* ſignificare Infernum?

MIN. Petrus Martyr in librum 1. Regum, c. 2. v. 6. iuxta cōmunem verſionem latinam, vertit: *Deſcendere facit ad Inferos.* Paulus Fagius ex hebræo in Chaldæam linguam verſum Thargum Onkeli interpretatus, bis vocem *Scheol* transfert, *Infernum*: & in eadem perſiſtit in verſione Cantici Moſis: nulla mentione facta tumuli vel ſepulchri. Sebaſtianus Munſterus, in c. 16. Numer. *Scheol* bis reddit per *Infernum*. Et in c. 32. Deut. conuertit, *Infernum inferiorem*. Oecolampad. in c. 26. Iob. v. 6. transfert *Scheol*, *Nudus infernus*. Idem in c. 9. Amos, tam in tralatione textus, quam in interpretatione, hoc idem tribus locis obſeruat. Bucerus, quem vnum inter Miniſtros aliquo in numero reponit Caluinus, vt fidelem in Chriſto fratrem, traducit *Scheol* nomine Inferorum. Deinde declarat illud inter Hebræos ſignificare Statum & conditionem mortuorum tam bonorum quam malorum. Et cum Iacob ait, *Deſcendam lugens in Infernum*: & de improbis ſcriptum eſt, *Deſcenderunt viui in Infernum, &c.* per dictionem *Scheol* docet non ſimpliciter deſignatos fuiſſe tumulos: ſed etiam ſtatum, & miſeram conditionem, quam ſubierunt animæ eorum poſt mortem. DOCT. Certum eſt autem omnes ſuperiores Miniſtros, longe peritiores fuiſſe in literis Hebraicis, quam Bezam, qui fatetur ingenue ſe perparum in iis verſatum eſſe, Dum ergo omnes illi vertunt vocem illam hebræam per *Infernum*, vniuerſas ſubuertunt Bezanas foueas & tumulos, in quibus corpora computreſcunt.

2.

In. Num. c. 16. Deut. 32. Vermilius. Fagius. Munſterus. Oecolāpad. Bucerus. Caluinus.

In pſ. 6.

Gen. 37.

Præfat. in Pſa.

Digitized by Google

O Beza, Beza, non de tua inſcitia & temeritate confunderis, cum à tot Comminiſtris tuis coargueris? Vbi nunc illud tuum tam nequiter quam inſipienter aſſertum, *Scheol nihil aliud declarat, quam ſepulchrum*? An forte non pluris facis Inferos, quam ſepulchra: Vti paulo ſupra, ſanctiſsimam Chriſti animam cum cadauere confudiſti?

3. Verum, commemoratis Miniſtris addam Septuaginta duos Interpretes, inter quoſq; Hebræorum ſelectos, vt hebraicos libros ſuos in linguam Græcam conuerterent. Hi vocem *Scheol* ſemper ᾅδην ſunt interpretati: non τάφον, ſepulchrum: quod argumentum manifeſtum eſt, illius germanam interpretationem eſſe, *Infernum*.

4. Adhæc, Origenes, & poſt hunc Epiphanius Hebraice & Græce doctiſsimi, illorum Septuaginta interpretationes perpetuo ſunt imitati: nec vnquam *Scheol* pro fouea ſeu ſepulchro acceperunt. Inſuper B: Hieronymus Chaldaice, Hebraice, Græce, Latineque callentiſsimus, vbique vocem illam interpretatus eſt Inferos & Infernum, ſatis perſpicue declarans Bezam, Marotum, & ſimiles fouearum & ſepulchrorum artifices, hac in re æque imperitos ac improbos eſſe.

5. Pſal. 9. Præterea, cum Pſalmiſta ait: *Conuertantur peccatores in Infernum*, non loquitur de tumulo in quem etiam conuertuntur & conduntur iuſti: ergo proprie loquitur de abyſſo ſeu gurgite inferni, quo præcipitantur impij, vt eſt etiam Rab. Kimhi, & Abem Eſræ ſententia. Quin & Bucerus ſic locum iſtum exponit: *Recident ad inferos reprobi*: quia animæ Iuſtorum ad cœlos pergunt: & impiorum ad inferos præparatos diabolo & angelis eius. Cumque idem Pſalmiſta ſic Deum alloquitur,

Pſ. 138. *Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades*, vtitur voce Scheol, docetque eam ſignificare locum longe inferiorem ſuperficie terræ, illum opponens ſublimi cœlorum altitudini, vt etiam obſeruant ſuperiores duo Rabbini, quibus etiam conſentit Bucerus.

6. Gen. 37. Iacob denique dicens, *Deſcendam lugens in infernum ad filium meum Ioſeph*, non cogitabat de illius ſepulchro, quem credebat à fera peſsima deuoratum: ſed de ea inferorum parte, in qua Patres degebant. Nec Core, Datham, Abiron dicuntur ſepulti ſuper terram, ſed facto horribili terræ hiatu, detruſi ad inferos. Denique, cum ſuperbiſsimo Babyloniorum tyranno dicitur: *Ad infernum detraheris, in profundum laci*: vox hebræa *Scheol* non vſurpatur pro ſepulchro, ſed pro loco reproborum infimo.

Num. 16. Deut. 11. Pſ. 105. Iſa. 14.

MINIST. Iam ſatis probatum contra Bezanos, *Scheol* non tantum foueas & tumulos corporibus paratos ſignificare: ſed frequentius inferos eos locos, qui circa centrum terræ creduntur. Idem nunc de Græca voce ᾅδης, quam idem Beza vult communiter ſignare ſepulchrum, in quo condentur humana corpora. DOCT. Nonne & in hoc ſibi ipſi contradicit, ſicut in aliis? MINIST. Adeo manifeſte, vt nemo vnquam turpius. Scribit namque: *Græci interpretes ᾅδην conuerterunt quaſi locum tenebricoſum dicas: cum hoc vocabulo Græci poetæ ſoleant ſignificare, quos Latini Inferos vocant*. Quandoquidem igitur Scheol communiter Infernum ſignificat, quem Græci vulgo ᾅδην appellant, equidem ex eorum ſententia, ᾅδης ſignificat Infernum, non ſepulchrum. Et cum Græci poetæ ſiue Lyrici ſiue Tragici ſelectis & propriis dictionibus vtantur, ſatis ſignificant per hanc vocem, Inferos animarum promptuarios, non tumulos corporum deſignari. Atque ſic Beza ſecum fœdiſsime pugnat. 1. Annot. in c. 2. Actor.

2. Matth. 11. v. 23. Idem rurſus tractans hunc locum: *Et tu Capernaum, quæ es vſque ad cœlum ſubleuata, vſq; ad Inferos detraheris*, omnium fouearum, ſepulchrorum, ac tumulorum ſuorum oblitus ᾅδην explicat per vocem Inferorum, tam in textu, quem ab eo refero, quam in ſuis Annotationibus: conuictus videlicet huius loci euidentia. Idem præſtat Marloratus in Rhapſodiis. Quin & Biblia græcolatina excuſa Geneuæ, 1568. huic noſtræ ſententiæ ſubſcribunt.

3. Luc. 10. v. 15. Præterea, eadem interpretatione vtitur in Euangelium B. Lucæ vertendo ἕως ᾅδου, *vſque ad inferos*. Quod etiam habetur in hiſtoria Diuitis epulonis, ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ transfertur ab eodem, conſentiente Marlorato, *Et apud inferos ſublatis oculis ſuis, &c.* Eſt etiam in Bibliis Geneuenſibus. *Et attollens oculos ſuos cum cruciabatur in inferno*. Ex quibus euidentiſsimum eſt, malitioſam Græci vocabuli deprauationem à Beza excogitatam, ſimul & damnatam eſſe, vt & à ſymmiſtis ſuis Geneuanis. Luc. 16. v. 23.

4. Apoc. 20. v. 13. & 14. Ad extremum in traductione illius loci Apocal. cap. 20. in quo nomen ᾅδης ſemel & iterum repetitur, toties latine conuertit per nomen *Inferni*: ſeipſum manifeſtiſsimæ impietatis coarguendo: quod toties alibi peruertit

uertit

uertit per foſſas & monumenta. DOCT. Talis eſt hominis improbitas, qualem tibi expreſsi, nimirum ipſum paulatim ſenſimque conari omnem de Inferis & tormẽtorum eius doctrinam fidemque labefactare è mentibus hominum euellere, atque eodem conatu & animo, quo repugnant & obſiſtunt purgatorio, vt paulo poſt euidentius demonſtrabo.

5. MINISTER. Habeo præterea talem aduerſarium, vt ei nec velit nec valeat contradicere. Is eſt Henricus Stephanus præcipuus Geneuenſium calcographus, & Græcę linguæ gnarus, qui in ſuo linguæ Græcæ Theſauro, cum ex profeſſo inſiſtit circa vocem ᾅδην, refert authores plurimos, qui illa vſi ſunt ad deſignandum verum Infernum, in quo animæ impiorum cruciantur. Nullos autem illam vſurpaſſe pro tumulis, in quibus quieſcunt corpora defunctorum.

DOCT. Huic adiunge Ioannem Scapulam, literas Græcas Bernæ docentem: ſunt: enim eiuſdem furfuris homines: qui in ſuo Lexico Græco-Latino, impreſſo Rauracis anno 1570. ſcribit: Dictionem ᾅδης, inter Oratores & Poetas eſſe orcum, tartarum, inferos: non ſepulchrum aut tumulos. Comprobat ſententiam ex Odyſſ. & Iliade Homeri.

6. Vt autem congratuler excellenti poetæ Bezæ, cito præterea Euripidem, qui in Tragœdia quam Hecubam nominauit, Act. 2. tribus locis per ᾅδην Inferos ſignauit, ſemel Act. 4. In Oreſte, Act. 5. ſemel: In Medea, Act. 4. ſemel & iterum: & Act. 5. ſemel: In Hyppolito, quinquies: decies in Alceſte: & ſemel in Andromacha: cætera relinquo iis inueſtiganda, qui maiori otio potiuntur.

7. *Dialog. de luctu.* Et quia doctrinam Luciani eidem Bezæ perplacere audio, eundem ei obijcio in vnico Dialogo ſæpius ᾅδην vſurpantem pro inferno, ac eum definientem eſſe ſpecum ſubterraneum, vaſtiſsimum, ampliſsimum, profundiſsimum, & denſiſsimarum tenebrarum, in quo impiorum animæ detinentur vinculis adamantinis, & portis nullo impetu violandis: ibidemq; illas cruciari omni genere ſuppliciorum. Comprobat ſententiam ſuam authoritatibus Homeri, ac Heſiodi, communi fide omnium populorum, & relatu quorundam, qui ferebantur illinc rediiſſe. Rurſus in Dialogo Menippi, & Chironis ſemel dictione ea vtitur ad ſignandos Inferos: ſepties in Dialogo Menippi & Philonidis: vbi & refert tenebras, truces iudices,

A diuerſaque genera pœnarum, quas patiuntur infelices, qui deſcendunt in illius gurgitis profundum. Rurſus in Dial. Diogenis & Herculis, Menippi & Tantali, Nerei Therſitis & Menipppi ᾅδην frequenter vſurpat in eadem ſignificatione. Tandem vt contraham, in Dialogo Menippi & Aeacis, omnibuſque Dialogis de mortuis, illa voce ſignificat Inferos: nullibi autem ſepulchra vel tumulos corporum.

MIN. Equidem Beza ſe ſenſu communi carere demonſtrat, cum ad ſtabiliendum errorem ſuum ᾅδην toties vſurpat & cantillat pro fouea & ſepulchro ſtudiis ſcriptiſque o-
B mnium Græcorum repugnantibus.

DOCT. Si tot poetis nolit poeta vnus cedere, ſummos Oratores & Philoſophos eidem opponam, qui pariter omnes eodem nomine vſi ſunt ad ſignificandos Inferos: nunquam vero ad deſignandos corporum tumulos. Hoc enim ſenſu ſcribit Plato: ἐν ᾅδου δίκην δώσομεν, *Apud Inferos reddemus rationem*, ſcilicet ex Ethnicorum mente, ante Minoem, Aeacum, & Rhadamantum, quos putabant illic iudicia exercere, ac vindices eſſe peccatorum humanorum. MIN. Plato mihi eſt inſtar mille teſtium: quocirca expeditius videtur, vt agamus de dictionibus Latinis, ſi à Hugnoſticis deprauentur. DOCT. Omittam ergo Xenophontem, Demoſthenem, Plutarchum, alioſque claſsicos Authores, qui nomine τάφου deſignant ſepulchrum ſeu corporis tumulum: voce autem ᾅδου, inferos: nullibi autem ſepulchra ſeu Bezanas foueas. 8. *L. 1. de republica.*

C

Latini ergo Chriſtiani iis vocibus vtuntur *Inferni, Inferorum, Inferna, Inferos*: & poſt Chriſtum appellant etiam, *Gehennam, Gehennam ignis, Caminum ignis, &c.* Per hæc nomina ſemper intellexerunt infimum gurgitem & profundam cauernam circa centrum terræ (vt poſtea dicemus) in qua recipiuntur animæ peccatorum: nunquam tumulos corporum defunctorum. Et has voces ita linguis ſuis vulgaribus interpretati ſunt Galli, Hiſpani, Itali, Germani, Hungari, Poloni, Sclaui, Bohemi, Suedi, Daci, Scoti, Angli, Hollandi, Britanni, omneſq; alii qui lingua Romana vtuntur. Soli Marotus, Beza, Caluiniani, ad foſſas & tumulos ſuos voces illas violenter rapiunt atque detorquent. 1. *Matth. 11. Luc. 12. Matt. 10. & 23. Matt. 5.*

D

MINISTER. Equidem reipſa cum defunctorum cadauera ad ſepulchra deferimus, nunquam profitemur nos vel ad inferos, vel ad Gehennam, vel ad Abyſſum, vel

Digitized by Google

ad puteum ardentem ignis & ſulphuris, illa
deducere: ſed terræ tanquam matris gre-
mio, eadem credere, vt reddat in nouiſsimo
die. Quocirca illi toti mundo mendacium
impingunt, atque contra ipſam naturam pu-
gnant, cum voces illas in alterum ſenſum
detorquent. Velim nunc audire, quę de hoc
tradunt Apoſtolorum ſcripta.

2. DOCT. B. Iacobus vtitur voce Gehen-
Iac. 5. næ, qua & Chriſtum vſum eſſe nunc diceba-
mus. Appellatione ᾅδου, id eſt, inferni vtitur
D. Petrus in prima concione, laudato Pſal.
Act. *Non derelinques animam meam in inferno*: &
Pſ. 15. poſtea: *Non eſt derelicta anima eius in inferno*. Et
Apoc. 1. in Apoc. Chriſt⁹ dicit ſe habere claues mor-
1. Petr. 3. tis & inferni. Petrus rurſum vocat carcerē:
in quo erant ſpiritus, quibus prædicauit: id
eſt, eam inferorum partem, quam & ſinum
Abrahæ, & limbum Patrum appellant. Item
2. Epiſt. 2. in ſecunda Epiſtola de promptuario perdi-
Apoc. 20. torum angelorum ait: *Cathenis inferni (ſeu te-*
& 21. *nebrarum) in tartarum præcipitauit*. In Apoca-
lypſi infernus dicitur, Stagnum ignis, ardēs
igne atque ſulphure. Et à B. Paulo, Inferna:
Philip. 2. Inferiores partes terræ. Epheſ. 4. In-
teritus æternus. 2. Theſſal. 1. & Ira ventura.
Rom. 5 MIN. Iſthæc porro non poſſunt re-
ferri ad foueas, ſeu ſepulchra corporum: ſi-
gnificant ergo locum aliquem infimum, in
quo ſunt variæ ſpecies ſuppliciorum, ani-
mabus peccatricibus repoſitorum. Quid
autem viri Apoſtolici de ea re ſenſerunt.

3. DOCT. Vir eorum temporum Tertul-
L. de anim. lianus, ſic Infernum deſcribit: Nobis inferi
c. 55. non nuda cauoſitas, nec ſubdiualis aliqua
mundi ſentina creduntur: ſed in foſſa terrę,
& in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius
abſtruſa profunditas.] MIN. Hæc profecto
de ſepulchris ſeu tumulis corporū dici ne-
queunt? impium eſt igitur Inferorum nomi-
na ad illa reſtringere. DOCT. Ex ſacris li-
teris ſententiam ſuam firmat, nimirum ex
Matt. 12. hoc: *Filius hominis erit tribus diebus & tribus no-*
ctibus in corde terræ: Idque ſecundum ſpiri-
Ioan. 19. tum, quem in extremis agens in manus Pa-
tris ſui commendauit: de quo etiam profite-
mur in Symbolo, *Deſcendit ad Inferos*. Idem
author poſtea ſeipſum explicat & inferni lo-
cum deſignat ijs verbis: Id eſt, in receſſu in-
timo, & interno, & in ipſa terra operto, & in-
tra ipſam cauato, & inferiorib⁹ adhuc abyſ-
Lib. 5. ſis ſuperſtructo.] Iſta videtur deſumpſiſſe à
ſancto martyre Irenæo, qui & ipſe beati Po-
lycarpi auditoris Ioannis Apoſtoli diſcipu-
lus fuit: ex quibus patet quam priſca firmaq;

A ſit iſta de Inferis ſententia. MINISTER. 4.
Vt video, hi Apoſtolici viri non ſine apertis
Scripturis loquuntur, ſuaque illis fulciunt,
quod apud me maximam fidem facit.

DOCT. Addunt præterea & hoc firmiſ-
ſimum beati Pauli teſtimonium de Chriſto:
Qui aſcendit ſuper omnes cælos, quid eſt, niſi quia Eph. 4.
deſcendit in inferiores partes terræ? MINIST.
Iſtud referre ad ſepulchrum Chriſti nimis
abſurdum ac violentum eſſet: quandoqui-
dem ſepulchrum eius erat in petra exciſum,
& id in ſuperficie terræ, non in inferioribus
eius partibus. Ergo nullatenus dubitandum
eſt Infernum conſtitutum eſſe circa cen-
B trum terræ: non in ſuperficie, vt ſunt ſe-
pulchra.

DOCT. Subijciunt præterea, hanc Da- 5.
uidis prophetiam: *Eruiſti animam meam ex in-* Pſ. 85.
ferno inferiori. Si tantum Inferni vocabulo v-
ſus eſſet, potuiſſet Beza, & hanc deprauare
ad ſtruendas foueas ſuas: ſed addens gradū
comparationis, omnem ei adimit occaſio-
nem: & ſatis euidenter declarat, vocem il-
lam ſignificare, locum verſus centrū ac vm-
bilicū terræ, qui Infernus dicitur. Hoc Ter-
tullianus rurſum ſic declarat: Habes & re-
gionem Inferum ſubterraneam credere.]
Qui & paulo antea probat ſententiam Pla-
C tonis dicentis in Phædone: Infernum eſſe
quaſi terræ gremium, in quem effluunt & o-
periuntur velut abyſſo, omnes immunditiæ
& obſcœnitates eius. Deinde, ſuam in hac
doctrina exhibiturus conſtantiam, ita Infer-
num & Gehennam iterū deſcribit: Eſt ignis Apolog. 47
arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus.]
Quæ verba nullo modo referri poſſunt ad
tumulos, in quibus quieſcunt corpora de-
functorum.

Nunc peto à te, cum Beza & Geneuani
Caluini ſui cadauer ad ſepulturam aſporta-
runt, nunquid in infernum illud abiece-
runt? MINIST. Nequaquam, ſed terræ
D commendarunt. DOCT. Ergo Infernus
ſepulchrum haudquam ſignificat, vt Maro-
tus & Beza confingunt. Iterum peto: cum
Miniſtri ſuorum corpora ad tumulos comi-
tantur, non ſequuntur illa vſque ad Gehen-
nam? non vſque ad aliquem ignem terra
coopertum? Non vſque ad infernum infe-
riorem?

MINISTER. Abſit vt hæc vnquam fa-
teantur. Quocirca video neceſſe eſſe, vt Be-
za cum illis liti ſuæ finem imponant, & cum
Catholicis confiteantur, Infernum non eſſe
tumulū aut ſepulchrum, vt decantāt in Pſal-
mis,

Digitized by Google

mis, & paſsim legunt in Biblijs Geneuenſibus.

6\. DOCT. Alium quoque Latinum Patrem auſculta, id eſt, Cyprianum Africæ Primatem, Carthaginenſem Epiſcopum doctiſsimum ac eloquẽtiſsimum, deniq; antiquum & fortem Chriſti Martyrem. Is enim agens de illis, qui metu tormentorum non confitebantur fidem Chriſti, ſed libellis ſupplicibus efflagitabant & obtinebant, ne cogerentur ad ſacrificandum idolis, quos & Libellaticos appellabant, de ijs ſtatuit, vt pœnitentia moti, ab Eccleſia reciperentur: & eos qui ſacrificauerant, poſt pœnitentiam, ad communionem tandem admitterẽtur, ait: Quia exhomologeſis apud inferos non eſt.] Et adhuc apertius hac de re loquitur alibi, cum adfirmat, Animã Domini noſtri Ieſu Chriſti morte non vinci potuiſſe, nec retineri apud Inferos, eo quod ſcriptum ſit: *Non derelinques animam meam in inferno. Eduxiſti ab inferis animam meam. Filius hominis per tres dies, ac tres noctes erit in corde terræ.* MIN. Sane perſpicuum eſt hæc teſtimonia referenda eſſe ad animam, non ad corpus: & ad infernum qui eſt in inferioribus partibus terrę, non ad ſepulchrum exciſum in petra.

Epiſt. ad Antonian. — *L. 2. adu. Iudæos. c. 24. & 25.* — *Pſal. 15.* — *Pſal. 29.* — *Matt. 12.*

7\. DOCT. Tertium Patrem Latinum refero Arnobium, aduerſus ethnicos probantem Infernum eſſe per illas deſcriptiones, quas inducit Plato, qui diuinus cognominatur. Deinde, cum ex Euangelio docet eſſe ignes inextinguibiles, in quos aguntur præcipites animæ, & à ſuis inimicis, id eſt, dęmonibus diuexantur. Addit: Plato non abſone ſuſpicatus eſt iaci ea in flumina torrentia flammarum globis, & cœnoſis voraginibus tetra, &c.] Euſebius porro non leuiter iudicat, quod Plato perlectis libris Prophetarũ, id mutuatus ſit ab illis, cum thronum Dei fluminibus igneis horrentem & circundatum deſcribant. MIN. Hæc certe non ſpectant ad ſepulchra mortuorum, quæ cernimus: proinde, grauiſsimus error eſt, Inferorum locos cum illis confundere?

L. 1. adu. Gentes. — *Matt. 3.* — *Mar. 9.* — *Luc. 3.* — *L. 2. præp. eu. c. 20.* — *Dan. 7.* — *Ezech. 1.* — *Pſal. 49.*

8\. DOCT. Lactantius ſententiam præceptoris inſequutus, Inferos vocat ſedes impiorum, à ſedibus piorum diſcretas, in quib. luunt pœnas in tenebroſis locis, atque in cęni voraginibus horrendis. An non ergo loca plurimum diſtantia à tumulis atq; ſepulchris, in quibus corpora, etiam improborũ, requieſcunt, omnibus ærumnis libera?

Lib. 7.

9\. S. Auguſtinus euidentiſsimis Scripturarũ teſtimonijs docet, Infernum eſſe ſtagnum plenum igne & ſulphure: igne inquam, reali & corporali, in quo cruciabuntur corpora damnatorum cum dæmonibus. Siquidem idem ignis, ait ipſa Veritas, illis & iſtis indifferenter præparatus ſit. Scriptumque de reprobis: *Vermis eorum nõ moritur, & eorum ignis non extinguitur. Melius eſt vitam intrare debilem vel claudum, quam duos oculos vel duos pedes habentem mitti in gehennam.*

L. 21. ciuit. c. 9. & 10. — *Apoc. 19. & 20.* — *Matt. 25.* — *Iſa. 66.* — *Matt. 18.*

10\. Hieronymus denique, ſine vlla ambiguitate concludit: Diſcimus quod Infernus ſub terra ſit, dicente Scriptura: *Vſque ad fundamenta laci.*] Quod & alijs in locis perſæpe cõfirmat & Scripturis & rationibus: vt paulo poſt declarabimus, vbi de loco eidem deſtinato diſſeremus. MIN. Abunde probatum eſt ſacris literis, Patrum teſtimonijs, ac etiam humaniorum literarum profeſſoribus, vocabula *Schèol, Adis, Infernus*, proprie ſignificare locos inferiores terræ, quo peccatorum animæ recipiuntur, non ſepulchra in quibus corpora requieſcunt; ac eos qui voces illas deprauant, vt latiorem viam Epicureis, Libertinis, & Atheis patefaciant, homines eſſe perditos, ac diuinæ iuſtitiæ hoſtes infeſtiſsimos. Pergamus ad alia.

Com. in ca. 14. Iſa.

INFERORVM NEC LOCA NEC *tormenta eſſe metaphorica: vel ſpiritualia tantum: ſed vera, realia, & corporea: contra errorem 4. 5. 6. & 7.*

CAPVT II.

DOCTOR.

INferos ſibi confingere imaginarios, tormenta ſolum metaphorica & ſpiritualia, nonne errores ſunt Epicureiſmo ac Atheiſmo quam proximi. MINIST. Sunt plane, quoniam iuſtitiam & iudicium Dei denegant, Scripturis contradicunt, iuſtiſque ac impijs apud Deum iuſtam repoſitam eſſe mercedem inficiantur, ac timorem Dei ex animis hominum penitus reuellũt. Sed quinam talia confingunt? DOCT. Caluinus, Beza, & Miniſtri, qui ſunt ab eorum diſciplina. MIN. Vix poſſum id in animum inducere meum. DOCT. Audi ergo ipſa eorũ verba. Ait namque Caluinus: *De igne æterno ſcio argute à multis fuiſſe diſputatum: at colligere licet, metaphoricam eſſe locutionem.* Enimuero ſi hic Gehennæ ignis eſt metaphoricus, nec verus eſt, nec corporeus, nec niſi in loco metaphorico. MINISTER. Hac conſequutione nihil euidentius eſt. Sed hoc forte, tantum

In ca. 5. Matt. v. 22.

tantum ſemel dixit, hoc imprudenti exci- A dit. DOCT. Imo vero & frequenter, & ex animo. Scribit enim rurſum: *Diximus alibi, Ignis nomine metaphorice adumbrari pœnæ atrocitatem, quæ ſenſu noſtro non comprehenditur.* Et alio in loco ſcribit: *Per Tophet Gehennam haud dubie intelligit: non quod locum aliquem ſomniare oporteat, in quo impii mortui concludantur: ſed conditionem ipſorum miſeram, extremoſque cruciatus, & tormenta ſignificat.* De igne vero & aliis ſuppliciis eius ſubdit: *Explodendæ ſunt craſſe huiuſmodi imaginationes, cum figurate Prophetam loqui intelligamus.* Adeo neque admittit infernum, neque ignem illum, neque alia ſupplicia, niſi figuratiua & metaphorica: non vera aut realia. Quod rurſum euidentius indicat, cum expendendo deſcenſum Chriſti ad inferos, vult apprehenſione animi, & conſcientiæ terroribus ac anguſtiis eũ concidiſſe, cum diceret: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Item: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Sic enim definit Infernum & pœnas eius tantum ſpiritaliter intelligendas eſſe: *Sentire te à Deo derelictum, & alienatum, & cum inuocaueris non exaudiri, terribilis eſt Inferorum abyſſus.* Beza eidem operi multo intentius ſtudens, videtur plane Infernum negare, quando ſcribit: *Quantum ſpectat ad aniles illas ſpeculationes, data opera, de Antichriſti aduentu effictas, deque Inferni doloribus, ſunt verba, quæ non tantum reſpuimus: ſed etiam toto animo execramur.* Accedit & iis Lambertus Danæus, reprehendens doctores Scholaſticos, quod definiant *animas hominum defunctorum in certis contineri receptaculis:* quodque *ignem Inferni corporalem eſſe dicant ſiue realem, & qui vrat.* Qua redargutione ſatis declarat, Geneuenſem ſcholam nec agnoſcere, nec credere, nec docere, alios eſſe Inferos, aut eorum cruciatus, quam imaginarios, fantaſticos, & metaphoricos, quibus veri & certi loci non ſit opus.

Iac.25. Mat.v.41. Com in ca. 30. Iſa.

Inſt. l.2. c.6 §.1. & 11.

Confeſ. fid punct.6.

Com. in ca. 109. & 113. Enchirid. Auguſtini.

MINIST. Satis iam multa, imo & plus D ſatis, vt perſpiciam Miniſtrorum prauam & adulteram generationem proficere in peius, ſordeſcere adhuc, & de calce (quod aiunt) ire in carbonariam. Nam cum Caluinus os ſuum contrahendo, Ignem æternum vocat Metaphoricum, id eſt, translatitiam ſpeciem dicendi, adhuc concedendo aliquã eſſe Inferorum formam: Beza præceptoris arcanum reuelans, aniles dicit eſſe ſpeculationes, & execranda deliria. Aliunde vero Danæus, eos condemnat, qui ſentiunt Inferos eſſe reales, tormenta vera, & ignem corporeum animos corporaque reproborum affligentem & cruciantem. Quid ſupereſt, niſi vt Epicurei Athei colligant ex Caluinianorum diſciplina, nullos eſſe inferos, nulla tormenta æterna, nullum ignem æternum, nullum iudicium Dei aut particulare, aut vniuerſale? Sicque filii hominum ſine timore perpetrant mala? Et ſi præter hæc, nulla alia hinc ſequeretur abſurditas: quamdiu viuam, à ſuperioribus erroribus toto pectore exhorrebo.

Confut. 1. Tertul.

DOCT. Reuera cum Chriſtus iubet, vt illum timeamus, *qui poteſt corpus & animam mittere in Gehẽnam*, ſatis docet, illam pro cer- B to veram & realem præparatam eſſe reprobis: metumq́ incidendi in eam, vnũquemq́ noſtrum reuocare debere ab omni peccato & nequitia. In eũdem ſcopum & finem collimat Præcurſor dicens: *Genimina viperarum, quis docebit vos fugere à ventura ira? Iam ſecuris ad radicem poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & mittetur in ignem. Meſſias congregabit triticum ſuum, mittet in horreum ſuũ, & zizania tradet igni inextinguibili.* MIN. Eſt ergo pro certo Ignis verus, realis, & perpetuus, repoſitus improbis: & ille in vero loco, è regione oppoſito horreo illi, qui alias dicitur Paradiſus & regnum Dei: & C illius metus nos peccatores excitare debet ad faciendos fructus pœnitentiæ dignos. Addo, quod aliter ſentire cum Caluino, nihil aliud ſit, quam figmenta capitis ſui, verbis & iudiciis diuinis opponere: & præcipua doctrinæ & fidei dogmata, per metaphoras & varios dicendi tropos Libertinis deridenda & exſibilanda proponere. 2.

Matt.10. Luc.12. Matt.3. Luc.3.

DOCT. Sed ſi noueris Bezam alibi ſecum de hac re pugnare, quæſo, vt hunc Goliathem ſuo conficias Mucrone. MINIST. Ne dubites eum ſemper ſibi ſimilem, id eſt varium, inconſtantem, & repugnantem eſſe. Nam Brentium coarguens *quod inferos & Paradiſum non niſi ſpirituales conſtitueret*: per conſequens docet, corporeos & reales credendos eſſe. Poſtea vero contra Caluini ſui, ac propriam ſententiam ſcribit: *Nos ſicut cœlum, in quo cum Chriſto æterna felicitate perfruemur, certum ac definitum locum eſſe, mundo ipſo ſuperiorem ex Scriptura credimus: ita & Inferos ex iiſdem Scripturis certum ac definitum locum eſſe, quem non fruſtra ex Scriptura Abyſſum, Tartarum, Infernumque vocarit Eccleſia horrendũ & æternũ Satanæ, & impiorum ſuppliciis deſignatum.* Rurſum ait: *Locum ſuppliciis nocẽtium deſtinatum, ab illa regia diſcernimus.* Rurſus merito 3.

Ad alterã libri Brent. partem. p. 594. Pag. 595. 596. 97. 98. 99.

meritò arguit Brentium, quod Inferos diſtendat vbique: probatque non ſolum eſſe vnum, & certum, & in terræ profunditate: verum etiam remotiſsimum à ſinu Abrahami, vt patefacit euangelicus ſermo de Lazaro. *Luc.16.* Præterea, condamnat Tropiſtas, Metaphoriſtas, & figuriſtas, qui aliter ſenſerunt: *L.2.Retract.c.24.* Scriptura ſiquidem vocet *Locum tormentorũ*. Probat item ex D. Auguſtino, Epiphanio, & *In Anchorato. In c. 4. Epheſ.* Hieronymo, eum locum eſſe ſubterraneum Denique, id ſatis eſſe confirmatum omnibꝰ *Num.16.* locis Scripturæ, in quibus euidentiſsime agitur de deſcenſu Domini ad Inferos. *Pſal.105.* Ad illos enim deſcendere, eſt vere deſcendere, & *Pſal.138.* proficiſci verſus centrum terræ: ſicut ad cœlos contendere eſt pergere ſurſum, & progredi ſuper has omnes ſedes inferiores.

4\. DOCT. Siſte quæſo, vt ex Bezanis propoſitis, quæ in rem præſentem, aduerſus eundẽ Bezã pertinẽt, paucis colligamus. Scripturæ docent Infernum eſſe locum certum ac definitum: ergo non eſt tantum ſpiritualis aut metaphoricus. Ille deſtinatus eſt improborum ſuppliciis, & à cœlis remotiſsimus: eſt igitur locus verus, corporalis, & *Luc.16.* verſus centrum terræ. Iſtud probatur ſermone Euangelico de Lazaro: non ſunt ergo aniles ſpeculationes deteſtandæ: ſed diuina oracula, ab vnoquoque ſuſpicienda & credenda. Eſt locus ſubterraneus: aliquo igitur loco ſunt numerandi doctores Scholaſtici non calumnijs afficiendi aut vexandi à Danæo. Deſcendere ad infernã, declarat inferos eſſe in loco demiſſo: habent ergo verum & realem locum, & non tantũ metaphoricum. Quid ergo magis contrarium erroribus Caluinianis & Bezanis, quam idẽ ipſe Beza? Et ſi poſteriores iſtæ eius ſententiæ repetitæ ſunt à Scripturarum ſacris tabulis: nonne priores plane falſæ ſunt ac impiæ, & diuinis oraculis aperte repugnantes? Num & Danæus inſtar Bezæ, ſecum pugnat?

5\. MINISTER. Turpius adhuc & fœdius. Primum enim vituperat Lutheranos & Vbi- *Com. in c. 109. Enchir. Auguſt.* quiſtas, ita tamen vt à nominibus eorum (ne Germanos irritet) abſtineat, eo quod negẽt Paradiſũ ac Infernũ certa & vera loca eſſe, *L. de tripliçi habit. c. 1.* animabus bonorum & malorum deſtinata. Hinc, probat ex Auguſtino, Infernum eſſe locum plenum tenebris, diſcordia, odio, obſcœnitate, amaritudine, dolore, incendijs, ſiti, fame, igne inextinguibili, triſtitia, vindicta perpetua, & tot ſupplicijs, vt capi non poſsint vlla hominum cogitatione. Ad

A extremum, illos reprehendit, qui aſſerunt Infernum eſſe vbique: & contrarium oſtẽdit ex aliquot beati Auguſtini ſententiis, l.2. Retraction. c.24. & beati Hieronymi in Epiſt. ad Galat. c.4.

DOCTOR. Quandoquidem locus certus eſt: igitur verus & realis eſt, non metaphoricus. Et cum plenus ſit tenebris, immũditiis, ardoribus, & alijs ſupplicijs: affligunt profecto & corpora & animas eorum, qui illic detinentur.

MIN. Habes quæ referre potui de illorum pugnis: tu dicito, quodcunque videris illis contraria eſſe. DOCT. Vniuerſi Caluiniani pro confeſſo tenent, Verum & naturale B corpus in loco eſſe, nec poſſe aliter eſſe. Exacto quoque poſtremo iudicio, reprobos omnes cum corporibus ſuis in Inferno cruciandos: ergo neceſſe eſt vt in Inferis tot vera loca ſint quot corpora. Quocirca Metaphoræ Caluinianæ hanc locorum veritatem tollentes, eadem opera totius Sacramentariæ ſententiæ molem & fundamentũ ſubuertunt. MIN. Idem concludi poſſet exemplo Dathan, Core, Abiron, & reliquorũ qui *Num.16.* cum eis deſcenderunt in infernum viuẽtes. *Deut.21.* *Pſal.105.* Nam in verum & certum locum deſcenderunt, non tropicum aut metaphoricum: veras, corporeas, & reales pœnas ſubeuntes, C non tantum ſpiritales.

DOCT. Ignis & ſulphur, quod pluit 7. Dominus à Domino in Pentapolitanos. ad *Gen 19.* horrrendorum flagitiorum vltionem, non *Deut.29.* fuerunt fantiſtica, non imaginaria, non metaphorica: ſed corporea & ſenſilia. *Iſa 13.* *Ierem.50.* Certum eſt autem ex beati Iudæ Epiſtola, hanc vltionem exemplar fuiſſe ignis æterni: *Iud.v.7* igitur inferorum flammæ, ardores, fœtores, & aliæ pœnæ reales & corporeæ ſunt, non figuratæ. MIN. Vere inſana improbitas eſſet cõfingere Ignem imaginarium vel metaphoricum, terram, lapides, ligna, domos ac ciues D tot ciuitatum, & prouinciam integram in cineres redegiſſe. Sunt ergo Metaphoræ Caluinianæ nimis frigidæ & inanes, vt tãtos ignes & ardores extinguant.

DOCT. Apoſtolicam diui Iudæ interpretationem imitati, non dubitamus, quin 8. ignes à Deo in Nadab & Abium immiſsi, ve- *Leuit.10.* *4.Reg.1.* rum exemplar fuerint ignis æterni reprobis præparati: ac eiuſdem modi fuiſſe flammas cœleſtes, quas Elias ſemel & iterum in Quinquagenarios immiſit, quibus velut in ictu oculi, vna cum militibus ſuis ad vnum fuerunt conſumpti.

Digitized by Google

MIN. Certe ſi ex eorum numero Caluinus, A
Beza, Danæuſque fuiſſent, vere experientiā
didiciſſent eas haudquaquam fuiſſe aniles
ſpeculationes, vel locutiones metaphoricas.
Quam acriores putādæ ſunt igitur illæ, quas
parauit, accendit, ac repoſuit Deus, apud inferos
cunctis diabolis & ſceleratis reprobis
pro facinoribus?

9. DOCT. Occurrunt nunc etiam mihi terribiles
comminationes aduerſus impios,
Deut.23. quæ nequeunt à quoquam per typos depra-
Ierem.15 uari. Ait enim Deus vltionum: *Ignis accenſus
eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.
Deuorabitque terram, & montium fundamenta
comburet.* Vt enim obſeruat D.
Gregorius, hæ voces *Ardebit vſque ad inferni
nouiſſima*, referendæ ſunt ad pœnas æternas. B
L.18. Mor. c.11. Præterea Iob deſcribens tormenta poſt hāc
vitam homini nefario parata, ſine vlla dicēdi
figura, ait: *Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in
Iob.20. occultis eius: deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur.
Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra
conſurget aduerſus eum. Hæc eſt pars hominis
Iob.21. impii à Deo.* Et de fine omnium reproborum:
deque loco vbi ſeruantur eis ſupplicia,
ſubdit: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad
Iob.10. inferna deſcendunt.* Alibi quoque Infernum
appellat, *Terram miſeriæ, & tenebrarum, opertā
mortis caligine: vbi vmbra mortis, & nullus ordo
ſed ſempiternus horror inhabitat.* Iſtiuſmodi tenebræ,
miſeriæ, confuſiones, ardores, horrores,
atq; tormēta, nec figuræ, nec tropi, nec
imaginationes ſomniantium ſunt: ergo illis
reuera cruciantur impij, & eadem ratione
ignis, ardor, incendium, omnia corporalia
ſunt ibi: ideoque locum & ſitum verum habent,
non metaphoricum. MINISTER.
Id nemo inficiari poteſt, qui non ſummū Dei
contemptum, ſeu atheiſmum in mente concipiat
& foueat.

10. DOCT. Accedamus ad Pſalmiſtam, &
perpendamus qua conſtantia nobis Infernū
Pſal.6. & tormenta eius deſcribat, vt vera & corpo- D
Pſal.9. rea. De loco quidem ait: *In inferno quis confi-
Pſ.15.29. tebitur tibi? Conuertantur peccatores in infernum.
& 30. Non derelinques animam in inferno. Eruiſti ani-
Pſ.54. & mam ex inferno inferiori. Si deſcendero in infer-
85. no, tu illic es.* Num quæſo, hæ totidem ſunt
Pſal.138. metaphoræ? Locutiones tropicæ & impropriæ?
Aut coarguemus Spiritum Dei ſic nobiſcum
loquentis: vt aſſeramus Caluinum
ſolum de hac re proprie & appoſite locutum
eſſe? Aliis locis appellat illum Clibanum igne
repletum, locum profundum, puteum
interitus, & eiuſmodi nominibus, quibus de-

ſignetur carcer perpetuus reprobis in ſempiternum
deſignatus: non ſimplex ſermonis
vmbra vel metaphora.

MINISTER. Indicat ne pœnas in eo re- 11.
poſitas vel figuratas vel imaginarias eſſe?
DOCTOR. Non poſſet diſertiſsimus
quiſquam virorum magis exprimere veras
& reales eas eſſe. *Pluet Dominus* (inquit) *ſu-* Pſ.10. 20.
per impios, laqueos: ignis, ſulphur, ſpiritus pro- 63.85.139.
*cellarum pars calicis eorum. In ira ſua conturbabit
eos, deuorabit eos ignis. In ignem deiicies eos, in miſeriis
non ſubſiſtent, &c.*

MINISTER. Iam ſatis ex veteri teſta- 12. Matth. 11.
mento: quædam ex Euangeliis depro- Luc.10.
mas. Luc.16.

DOCT. Chriſtus Capernaum dicens Matth.5.
deſcenſuram vſque ad inferos: animam Di- & 23 &
uitis in inferno cruciatam flammis: certio- 25.
res nos reddit, loca eſſe terræ intima & profunda
Inferorum vero igne, veriſque flammis
æſtuantia, quæ etiam animas excruciēt.
Quanto magis & corpora? Alibi vocat *Gehennam
ignis*, alludens ad maledictam & obſcuram
vallem illam, in qua veteres idololatræ
immolabant filios ſuos & filias ſuas
dæmoniis. Et alibi vocat *Caminum ignis, I* Luc.3.
gnem æternum, Ignem inextinguibilem, Suppli- Matth.8.
C *cium æternum, Abyſſum, & tenebras exteriores,* Luc.8. &
vbi erit fletus, & ſtridor dentium, &c. Quiſquis 13.
volet hæc omnia tam expreſſa Dei verba ad
metaphoras & figuratas tantum dicēdi ſpecies
referre, is ſane præfracte ſeipſum opponet
iudiciis eius, ac ei in faciem contradicet:
viamque aperiet latiſsimam Atheis, vt vniuerſa
Chriſti verba, omnia promiſſa, omnes
comminationes, omnia iudicia eius in Metaphoras
peruertat & contemnat.

MINISTER. Memini ſane etiam Luthe- 13.
raniſmi Miniſtros ab hac impietate abhor-
rere, ſcribentibus quatuor Centuriatoribus: Cent.1. li.
Credibile eſt hunc ignem eſſe non tantum ſpiritua- col.224.
lem, ſed etiam corporalem: cum tam ſæpe ſic
Chriſtus illum appellet, his verbis: *Deus com-* Matth.3.8.
buret paleas igne inextinguibili. Melius eſt de- 13.& 25.
bilem intrare in vitam, quam habentem duas ma- Luc.3.
nus, mitti in Gehennam ignis inextinguibilis. Ite Mar.9.
in ignem æternum, &c.

DOCTOR. Accedamus ad Apoſtolos, 14.
& eandem apud eos diſpiciamus, ſuſpiciamuſque
de inferno & tormentis eius doctrinam.
Sanctus Iacobus imitatione Chriſti Iacob.3.
vocat illum *Gehennam*: Petrus, ᾅδην, ſeu In- Act.3.
fernum, locum ſcilicet reproborum. A- 2.Petr.3.
libi, *Carcerem* in quo Saluator Euangelium
ſuum annunciauit ſpiritibus, qui illuc detinebantur

Digitized by Google

Apoc.9. nebantur. Ioannes *Puteum abyſſi*, *Abyſſum*, A
17.19.& *Stagnum ignis ardentis ſulphure*, *Stagnum ignis*
20. *& ſulphuris*. Paulus damnationem æter-
1.Theſſ.1. nam, Iram venturam, Inferiores partes ter-
Rom.5. ræ, Inferos, &c.
Epheſ.4.
Philipp 2. MINISTER. Equidem Centuriatores conuicti tam apertis firmiſque teſtimoniis Apoſtolicis, manum herbamque veritati porrigunt, profitentes *Infernum locum* (Cent.1.l.2. col.472) *aliquem eſſe, in quo reprobi pœnis afficiuntur*. Vnde ſequitur Caluinicos errores, etiam à cõmilitonibus per expreſſa Dei verba damnari, nedum à Catholicis.

15.

DOCTOR. Iidem Apoſtoli adfirmant (2.Theſſ.1.) pœnas inferni non eſſe imaginarias aut typicas, ſed veras & corporeas, tam corpora quam animas reapſe affligentes, illas rurſum vocant flammas vltrices eorum qui Deum (Heb.10.) non norunt: feruorem ignis qui conſumpturus eſt aduerſarios. Stagnum ignis redundans fumo, igne, & ſulphure, &c. (Apoc.19. & 20.) Allegoriæ, figuræ, modus dicendi, vel frigidæ metaphoræ, nõ poſſunt eſſe tot expreſſæ ſententiæ, certæque expoſitiones veri inferni, & verarum pœnarum, quas in eo miſeri tolerabunt.

16.

MINISTER. Apertius eas nemo poſſet recenſere. Quocirca tantum ſupereſſe video, vt ſelecta quædam Antiquitatis producas teſtimonia, quibus probes talem fuiſſe illius fidem & ſententiam. DOCTOR. Iam antea Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Arnobium, Epiphanium, & ſanctum Hieronymum, id eſt, ſex antiquiſſimos ac eruditiſſimos viros, ſi vlli vnquam exſtiterint, citaui, teſtificantes Infernum eſſe verum & determinatum locum, in quo Deus improbos iuſtis ſupplicijs plectit: ijs ergo totidem adiiciam, vt tibi omni ex parte ſatisfactum ſit. (Quæſt. 75. ad Orth.) Iuſtinus martyr conſtanter tuetur, bonos Angelos animas hominum deducere in loca ſe digna: iniuſtorum autem ſpiritus duci ad Inferorum loca. (L.6.Strom.) Clemens Alexandrinus nullatenus dubitat quin anima Domini noſtri Ieſu Chriſti deſcenderit ad inferos, orationemque habuerit ad animas, quæ ibi detentæ illucuſque fuerant. (Hom. 9. in Ierem. & Homil 2. in Pſal.36.) Origenes defendit, ignem æternum, Gehennam, tenebraſque exteriores, & alia inferorum ſupplicia non ſolum parata eſſe iniuſtis iam vita functis: ſed & cunctis mortalibus qui improbitatis ſemitam non derelinquunt. (Matth.8.) Quin etiam tantas taleſque tenebras, & ſupplicia extare in abyſſo, vt etiam ipſi dæmones eorum horrore concuſſi, rogauerint Dominum, ne illuc mitterentur. (Reg. breu. 9.267.) Baſilius magnus probat illic eſſe tenebras interiores, quandoquidem exteriores eſſe referuntur: eſſeque receptacula alia aliis profundiora: ſed & pœnarum diuerſitatem, perſpecto Salomonis teſtimonio. Ephrem eiuſdem cum illo eſt ſententiæ, eiſdemq; pœne verbis, & ad confirmationem teſtimoniis Euangelicis vtitur, Lib. de pœnitẽtia, cap.7.

17.

MIN. Latinos Græcis iungas velim. DOCTOR. Lactantius aduerſus Ethnicos, multis probat ſedes piorum ab impiis eſſe diſcretas: & hos luere pœnas in locis tenebroſis, iſtos vero in regione pacis lætitiæ delectabilis verſari. (L.7.c.7. & 21.) B (L.2. contr. Symach.) Prudentius in primis eruditus & lectiſſimus poeta, eleganti proſopopœia, inducit Deum iudicem viuorum atq; mortuorum, cum impiis ita loquentem: Licet incorporeus ſim & creator animarum, continget tamen vt anima tua æternum tormẽtum ſubeat. Mihi namque difficile non eſt, te circundare flamma perpetua. Pares etiam pœnas ſtatuam corporibus.] (In Pſal. 2.) Hilarius docet bonos & malos ex hac vita commigrantes, ſtatim recipere ſecundum opera ſua, vel ſolatia, vel graues pœnas, in locis à Deo deſignatis: idque exemplis improbi diuitis & pauperis Lazari comprobat. (Luc.16.) C

18.

MINIST. Iam ſolum expeto, vt mihi ſuper hac re mentem diui Auguſtini aperias. DOCT. Vir ille magni & excellentis ingenij, de his varie differit: ſed poſteriores ac certiores eius collectiones propono. Ait ergo: Diuerſæ ſunt cuſtodiæ mortuorum, & diuerſa merita reſurgentium. Habent omnes animæ cum de ſæculo exierint, diuerſas receptiones ſuas.] (Tract.49. in Io. Quæſt.28. & 29. in Num.) Alibi quidem fatetur nomen Inferni variis modis intelligi poſſe, nunquam tamen in bonam partem, præſertim dum agitur de Dathan, Core, & Abiron deſcendentibus ad inferos, id eſt, ad inferiores partes terræ. (Num 16. 2.Petr.2. Eph.4.) D Quod præterea confirmat in Epiſt.99. & libro 12. in Geneſim ad literam cap. 32. & 33. cum ſignificet locum poenarum atque tormentorum. Tandem dubitationes ſuas, An inferi tantum ſpiritales, an non? An tantum ſuper terram vel ſubter? emendaturus & terminaturus, his verbis concludit: (L.2.retract.c.24.) De Inferis magis videor docere debuiſſe, quod ſub terris ſint, quam rationem reddere, cur ſub terris eſſe credantur]

19.

Hoc ipſum Scripturis iſtis comprobat: *Vermis eorũ non morietur, & ignis nõ extinguetur:*

 quod

Digitized by Google

L.21. ciuit. c.9. *Iſa.66.* *Eccl.7.* *Matth. 18.* *L.21. ciuit. c.10.* *Luc.16.* *Ser.181. de tempore.* *Dan.7.* *Ezech.1.* *Pſal.49.* *Matth.8.* *Mar.9.*

quod nonnulli interpretes referunt ad ignē, quo corpus torqueri debet: & vermem ad conſcientiæ ſtimulum. Auguſtino tamen videtur magis expeditum, vt referatur vtrumque ad corpus, cum in alio loco dicatur: *Vindicta carnis impij, ignis & vermis.* Addit etiam quod ſcriptum eſt in Euangelio: *Melius eſt debilem vel claudum intrare in vitam, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in Gehennam ignis inextinguibilis.* Deinde concludit: *Gehenna, quod etiam ſtagnum ignis & ſulphuris dictum eſt, Corporeus ignis erit, & torquebit corpora damnatorum,* Quinetiam miris modis, nullaque oratione exprimendis, illorum animas ſeu ſpiritus affliget, vt clamor indicat diuitis: *Crucior in hac flamma.* Idem præterea, probans ignem Inferni eſſe verum, & non figuratum aut metaphoricū, inducit quod dicitur à Prophetis, de igne circūdāte thronum Dei: & in Euangelio, futurum ibi fletū & ſtridorem dentium: quæ pœnæ ſunt corporales & ſenſibiles. Adhæc, comparans ignem Inferni, cum igne huius ſæculi, ait, Ignem hunc conſumere quæ recipit; illum autem ſemper excruciare quæ ſemel receperit, ita tamen, vt illa ſemper integra reſeruet, vt illis pœnas æternas inferat. Vocaturque inextinguibilis, non tantum quia nunquam extinguetur, ſed etiam quia nunquam extinguet, aut perdet eos omnes quos torquebit. &c]Habes in iis quæ ſint poſtremæ beati Auguſtini ſententiæ, dogmataque de inferorum veris locis, atque tormentis: & quæ ab Apoſtolis ad nos vſque prædicata & toto orbe à Chriſtianis credita: denique apertis vtriuſque Teſtamenti literis conſignata. Iam ne videor votis tuis ſatisfeciſſe? MIN. Abunde ſane, vnde me magno tibi beneficio deuinxiſti.

INFEROS NON ESSE DIFFVSOS *per totum orbem: ſed locum habere certum & definitum: circa centrum terræ: contra 8.9. & 10. errorem.*

CAPVT III.

DOCTOR.

CEnſores veſtri in vna parte male accepti, in aliā ſe vertunt: & quæ dicāt parum curant, modo vel quatefaciant, vel imminuant, vel ſubuertant, quæcunque Catholici docent de Inferis. Poſtquā enim conati ſunt illos transformare in metaphoras, & typicos dicendi modos: nūc aſſerunt illos ſparſos ac diffuſos eſſe per totum orbem: eſſeq; autumant ſuperſtitionem credere illos ſitos circa centrum terræ: vt tandem inferāt nullibi eſſe, atque ſic, nullos: proinde non timēdos quantuncunque in Deū vel proximum peccaueris. MIN. His accuſationibus fidem facias neceſſe eſt. DOCT. Ioannes Brentius Miniſter Germanus, vtitur iis verbis: *Vbicūque fuerint damnati homines poſt hanc vitam, vel etiam tentati de æterna ſui damnatione in hac vita, ibi infernus ſit neceſſe eſt.* Certum eſt autem hos toto orbe diſperſos eſſe: ſequitur ergo locum damnatorum vbique ſparſum eſſe. Inſiſtit deinde, erroris ſui cōfirmationi, ſcribens: *Cælum & infernum non eſſe loca diſcreta: ſed illo quidem felicitatem, iſto vero deiectionem, & horrendam miſeriam vbique ſignificari &c.*

L. de omni præſentia carnis Chr. Et refert Beza in Reſp. pag. 599.

MIN. Sed quæſo, non verum eſt, damnatos ſemper eſſe in inferno, quocunque pergant: ipſoſque Dæmones vbicunq; ſint, ſeu in oriente ſeu in occidente: Aſia, Europa, Africa, America, infernū ſuū deferre? DOCT. Si nomine Inferni miſerias & pœnas eius intelligas, verum & Catholicum eſt: ſin vero locum eis deſtinatum à Deo falſum & impium eſt.

MIN. Sed ita Brentius aberrauerit: quid hoc ad Caluinum, Bezam, eorumq; diſcipulos? DOCT. Multum per omnem modum: quoniam ſuis Epigrammatibus Barthaſium Poetam ſuum Gallicum eadem prorſus canentem laudant & probant: Ait enim ille: *Car l'enfer eſt par tout, ou l'Eternel n'eſt point.* Quod eſt ad verbum: *Quia infernus eſt vbicunque Æternus non eſt.* Vnde ſequitur, vel nullū eſſe infernum, cum Deus cœlum & terrā ſua immenſitate impleat: vel Infernum fingant quandam priuationem diffuſam per cœlos, terras, elementa, ſtellas & planetas gratiæ dono non capaces: atque incurrunt in errores, quos ipſi in aliis redarguunt. Deinde, Lāber tus Danæus Scholaſticos arguens, quod ſentiunt ac definiunt animas hominum eſſe in receptaculis, à Deo determinatis: contrariū plane docet, ſcilicet, Paradiſum ac Infernū non eſſe loca à Deo deſtinata animabus, ab hoc ſæculo in aliud emigrantibus. Si vero nō ſunt ſignata & terminata: nonne ſequitur eſſe diffuſa & in totū ſparſa per orbē? Tādē, à Caluinianis euulgata ſunt tria volumina in quibus profitētur, in omnib. ſe cōſentire cū Mini-

Hebdomad. 1. die 1. *Com. in c. 109. Enchirid. Aug.* *Conſenſus orthodox.. Sandomir. Confeſſ.*

Digitized by Google

Miniſtris Confeſsionis Auguſtanæ, nec vlla A in re in iis quæ ad religionem ſpectant, ſe ab illis diſſentire. Nonne ergo in propoſitis erroribus iis conſentiunt, aut publice mentiuntur?

Cõfutatio 1. MIN. A tali culpa illos nec poſſum nec debeo liberare: quin potius eos cenſeo vel publicos impoſtores in libris de conſenſu cum Proteſtantibus editis: vel reuocatis Epigrammatibus ſuis, Poetam ſuum erroris Brentiani debere condamnare. Adde quod Goulartus Miniſter, Commentariis in eundem Poetam, ſuperiores errores damnans, *fatetur locum ſupplicii diabolo & impiis preparatum eſſe certum & definitum, vocarique Abyſſum: vti conſtat Matth. 11. v. 23. Luca 8. v. 31. & 16. v. 23. & Philip. 2.* DOCT. Quandoquidem Inferni locus definitus eſt, non eſt igitur per totum orbem diffuſus: & ſiquidem oppoſitus eſt Beatorum loco, conſtitutus eſt ad centrum terræ, quod illi plane oppoſitum & contrarium eſt. Ad extremum, cum hæc doctrina Euangelica & Apoſtolica ſit: illi nec Euangelici nec Chriſtiani poſſunt haberi, qui contrarium prædicant. Habes itaque rationem, qua Goulartus ſe gerit aduerſus Poetam, ſui Bezæ Epigramma, & quam conueniat inter Authores veſtros in præcipuis fidei capitibus.

Com. in Barthaſ.

2. *Ad alterã Brentiani libri partẽ, pag. 594. 595.* MIN. Beza certe iiſdem vtitur argumentis ad coarguendum Brentium, propterea quod Inferos tantum ſpiritales, non etiam corporeos & materiales imaginetur. Deinde, profitetur ſe magnũ aſsignare diſcrimen inter Paradiſum ac inferos. Tuetur hanc dæmonum legionem quæ rogabat Dominum, ne eos mitteret in abyſſum, ſatis declaraſſe, ſe tunc ibi non fuiſſe: eſſeque amentiam Infernos in cœlis collocare. Concludit poſtea: *Vt inferos certum aliquem infimũ locum eſſe probetur, citata eſt ex Luca hiſtoria Diuitis epulonis, in qua manifeſte locus cruciatuum à ſinu Abrahæ ingenti hiatu ſeparatur.* Tandem cum omnis creatura ſit finita, locum etiam debet habere finitum atq; determinatum ſiue laboris, ſiue felicitatis: eſſeq; cæcutire in meridie, nõ ad literam Scripturam interpretari, cũ vocat locum tormentorum, certum locum inferni negare. DOCT. Hæc omnia in rem noſtram ſunt: illiuſq; ac comminiſtrorum errores damnant apertiſsime. Etenim ſi Brentius in culpa eſt, quod Inferos & cruciatus eorũ tantum ſpiritalem dicat: & Caluinus quoq; in culpa erit, quod tantum metaphoricos & imaginarios dicat.

Matth. 8.

Luc. 16.

MIN. Eſt expeditiſsimum etiam, quod Beza reſpondet cuidam obiectioni Brentianæ, ex Auguſtino depromptæ. Ait enim iſte: Cuiuſmodi ignis æternus ſit, & in qua mundi vel rerum parte ſit futurus hominem arbitror ſcire neminem, niſi cui forte Spiritus diuinus oſtendit.] Reſpondet autem Beza: Dubitans in qua parte ſit, vere confitetur in aliqua eſſe. Deinde, quod hanc retractans ſententiam, profitetur Inferos eſſe ſub terra. DOCT. His nihil verius ac certius. Sed non ſibi æque contradicit Danæus, atque Beza? 3. *L. 1. retract. c. 4.*

MIN. Ne dubites. Nam reprehendens 4. B Vbiquiſtas quod cœlum & Paradiſum eſſe locum certum negarent, neque etiam Infernum, ſed vbicunque expanſa vbi animæ piorum vel impiorum extarent, manifeſte contrarium tutatur, nimirum loca eſſe ſignata & definita, ex quibus patet Caluini, Bezæ, & Barthaſii poetæ condamnatio. Rurſum, errores ſuos damnare, & Catholicam ſententiam probare coactus, ſcribit, Sanctum Petrum expreſſe tueri, Diabolum deiectum fuiſſe in tartarum. *Eſt autem Tartarus* (infit) *infimus terræ, & non aeris locus, in quo ſunt tenebræ exteriores, quas etiam Satan abhorret, & quas D. Lucas vocat Abyſſum καὶ ᾅδην,* C *Luc. 8. v. 44. & 16. v. 31.* *In c. 109. Enchirid. Auguſt.* *In c. 28. Enchir. Aug. ſ. 88. & 89.* *2. Pet. 2.*

Plato etiam hac de re (ſubiungit ille) *retulit aliquid, prout didicerat ab antiqua traditione.* Conſequitur ergo ex ſacris conſentientibus etiam Philoſophis, & antiquorum traditionibus, Infernum eſſe locum reprobis deſtinatum, nõ portatilem, nec Metaphoricum: nec tantum ſpiritalibus conſcientiarũ horrere ſuppliciis, ſed & corporeis & veris: cumque plane directeque oppoſitum Paradiſo, ergo circa centrum terræ. Atque ſic manet Danæus, proprio iudicio condamnatus. 5.

DOCT. Nunc perpende quæſo, quanta 6. D ſequerentur abſurda, ſi Infernus eſſet vbiq; diffuſus, & non locus definitus; tum magis execraberis errores aduerſariorum. Primum namque oporteret agnoſcere & fateri, eum eſſe in cælo ſupremo ſeu empyreo, in quo Chriſtus cum Sanctis ſuis regnans triumphat. In vnoquoque ordine & hierarchia Angelorum, Archangelorum, Seraphinorum, Cherubinorum, eſſet in medio Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum, & omnium beatarum cæli mentium. Et quod omnium abſurdiſsimum, Paradi-

Digitized by Google

ſus eſſet Infernus; locus beatorum, locus miſerorum; lumen regni cæleſtis, conuerſum in tenebras interiores & exteriores; vita beata, mors perpetua; Lætitiæ & exultationes Sanctorum, fletus eſſent & deſperati damnatorum vlulatus, laudeſque errorum, horribiles blaſphemiæ. Frigidus horror membra quatit, ne cætera dicam: Si infernus eſſet vbique, eſſet in Sole, luna & ſtellis. In cælis, elementis, creatis rebus tam ſuperis quam inferis; ſicque nulla creatura eſſet à deo benedicta, nulla laudaret aut benediceret Creatorem ſuum; ſed è contrario malediceret atque blaſphemaret, Infernus eſſet Geneuæ, in muſæo, in lecto, in cathedra, in veſte, in pileo, in thorace, in induſio, in caligis, in capite, in ore, in barba Theodori Bezæ, ac omnium Miniſtrorum Caluinianorum: quod nunquam (opinor) admittent, &c. Sed ſerio quæſo, declara num arbitraris corpora reproborum, poſt extremum iudicium fore in aliquo certo & ſignato loco?

7. MIN. præmiſsis ita mihi videtur conſtans, vt nullatenus id valeam in dubium reuocare. Nec enim erunt aut immenſa, aut infinita. Deinde, omnes authores Sacramentarii tuentur rem eſſe impoſsibilem, vt vnum & idem corpus ſimul ſit in pluribus locis; & conſtitui in certo quodam loco ad eſſentiam corporum pertinere. DOCT. Cogentur ergo fateri, Infernum eſſe quendam locum capaciſsimum, ſeu in quo tot ſunt receptacula & promptuaria, vt cuncta corpora capere poſsint, non autem vbique diffuſum. MIN. Huic ratiocinationi nihil habeo quod reſpondeam: poſtulo tantum vt Scripturis euincas eſſe locum infimum, & eum circa meditullium ſeu centrum terræ conſtitutum.

8. DOCT. In primis, nomina quibus deſignatur (ſunt autem pluſquam ſexcenta) illud declarant apertiſsime: *Nam Infernus, Inferi, Inferna, Abyſſus,* loca ſignant profunda & demiſſa: Interdum, ad maiorem expreſſionem additur illis comparatiuus gradus, *Inferior.* Tandem omnes qui eo pergunt, dicuntur *deſcendere,* idque aliquando, *in puteum Abyſsi:* quæ omnes circunſtantiæ eo ſpectant, vt locus ille non niſi circa terræ centrum poſsit conſtitui.

9. Deinde cum vrbs Capernaum impetitur minis euerſionis, dicitur ei à Saluatore: *Vſque in Infernum deſcendes.* Legio quoque Dæmonum rogat demittatur in abyſſum: quibus clarum conſpicis Inferni locum omnino deorſum eſſe. Dum etiam Diues dicitur ex flamma infernali oculos ſurſum ſuſtuliſſe, vidiſſeque Abrahamum & Lazarum in ſinu eius à longe, nonne ſatis euidenter ſignificatur, Inferni locum adeo profundum ac depreſſum eſſe, vt nihil eo ſit profundius atque demiſsius? Rurſum dicente Chriſto, *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ:* per cor terræ, non tam ſepulcrum lapideum, & in ſuperficie terræ ſitum intelligit, quam Inferorum illud promptuarium prope centrum terræ, quo veteres patres detinebantur, quoſque ſecum reſurgens illinc eripuit. [Matth. 11. Luc. 8.16. Matth. 12.]

10. Atque hic locus eſt, quem Beatus Petrus Carcerem vocauit, in quem ſpiritu, id eſt, ſecundum animam ſuam, Chriſtus in triduo mortis deſcendit, & ſpiritibus qui in carcere erant Euangelium ſuum, opere & facto prædicauit. Nam & mortuis illis euangelizatum eſt. Locus inquam, ille eſt, de quo vniuerſus Apoſtolorum chorus Eccleſiæ Chriſtianæ in Symbolo tradidit: *Deſcendit ad inferos.* [1. Petr. 3. 2. Petr... In cap. 2. Ionæ.]

11. Paulus deinde, eleganti gradatione eundem locum valde infimum eſſe docens ait, *In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium* (quæ omniũ ſublimiſsima ſunt:) *terreſtrium* (quæ media:) *& Infernorum,* quibus nihil demiſsius & profundius animo concipi poteſt. Ecquid hoc aliud quam ipſum centrum terræ? Idem, Epheſiorum primo & quarto, Summum cælorum verticem cum ipſo meditullio terræ conferens, adfirmans inſuper, Chriſtum exaltatum eſſe ſuper omnes cælos, imo ſuper omnem Principatum & Poteſtatem, & omne nomen quod nominari poteſt; colligit ipſum prius deſcendiſſe ad inferiores terræ partes. Nullæ autem inferiores eſſe poſſunt, ipſo centro terræ: conſequens ergo firmum ac euidens eſt, Inferos ipſum centrum terræ penitus obtinere. [Phil. 2.]

12. Et hoc ipſum Ioannes non ſemel corroborat in Apocalypſi, commemorando apertum fuiſſe puteum abyſsi, & ex eo fumum aſcendiſſe, quo Sol obſcuratus eſt. Enimuero puteus profundus eſt, abyſſus quoque ima profunditas & vorago eſt: & fumus aſcendens, non niſi ab imo conſcendit: Infernus ergo & profundus, & vorago, & ſumma profunditas eſt. Iterumque dicens, Beſtiam aſcendere de abyſſo: & eam cum Dracone, [Apoc. 9. Apoc. 17. Apoc. 19. Apoc. 20.]

Serpen-

Digitized by Google

Serpente antiquo, qui eſt Diabolus & Satanas, & pſeudopropheta, miſſos eſſe in ſtagnum ignis & ſulphuris; ſatis docet horribilem inferorum cauernam in profundo terræ locum habere. MIN. Homines plane eſſent à recto rationis tramite diſtracti, qui iudicarent quoſdam agi præcipites è loco inferiori ſurſum, vel demergi ſurſum, vel deſcendere ſurſum, vel carceres animarum eſſe ſurſum, & ſub terram aliquos eſſe poſſe ſurſum, & ſeſe in altum ſurſumque demittere. Quare nemo amplius dubitare poteſt, quin Infernus verſetur deorſum, & circa imam terræ profunditatem.

15. *Iſa. 7.* DOCT. Cum Iſaias dicebat ad Achaz. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra*, poterat-ne euidentius deſignare Infernum eſſe profundum & demiſſum, vel etiam magis oppoſitum locis ſublimioribus ob extremum eius ſitum? *Iſa. 14.* Cum idem ſcribit: *Infernus ſubtus te conturbatus eſt: Ad infernum detraheris in profundum laci*; nonne iterum, iterumque exponit illum non eſſe ſupra, ſed in partibus terræ profundioribus?

14. MIN. His profiteor mihi pluſquam ſatis factum eſſe: ſed ego corollarii loco aueo ſanctorũ Patrum ſenſa percipere. DOCT. Paulo ante recenſui duodecim tam Latinos quam Græcos conſentientibus ſuffragiis adfirmantes Infernum locum eſſe verum atque realem: & plurimos eorum ex profeſſo docere eum eſſe ſubterraneum, nullum autem eorum huic ſententiæ contradicere, adeo vt plura à me non debeas poſtulare. Veruntamen vt ſitim tuam expleam, En ſanctus Beda ante nongentos annos ſcribens Commentario in caput nonum Iob: Sub terra, id eſt, inferioribus terræ partibus, vbi inferi eſſe perhibentur: vnde & ipſi Inferi ſunt nominati.] Deinde, Commentario in caput quintum & ſeptimum Iob, confirmat id originem ſumpſiſſe à fide Sanctarum Scripturarum, refertque figuram Ionæ dicentis ſe deſcendiſſe in ventrem inferi, adimpletam in Saluatore deſcendente ad cor terræ, id eſt, ad inferos, qui ſunt in medio eius. *Io. 2. Matth. 12.* Haymo Alberſtatenſis eadem fide ait: Infernus in medio terræ eſſe perhibetur.] Quod alibi prorogat & confirmat ex eo quod dicit Pſalmiſta, Pſalmo octuageſimo-quinto, eſſe infernum inferiorem, in quem deſcendunt animæ reproborum, vt in illo pro peccatis ſuis pœnas luant.

A MIN. Hæc mihi quidem grata & iucunda, quoniam eiuſdem fidei perpetuitatem indicant: cupio tamen alios audire antiquiores. 15. *L. 4. Dial. c. 42.* DOCT. Pius in primis ac eruditus Paſtor Eccleſiæ ſanctus Gregorius, adfirmat Inferos dici, quia inferius iacent: hancque ob cauſam Pſalmiſtam gratias agere Deo, quod liberarit animam eius ex inferno inferiori. MINIST. Etenim id ſatis demonſtrat Infernum locum eſſe peculiarem, & in profundo huius mundi conſtitutum.

16. *In c. 3. Eccleſiaſt.* DOCT. Olympiodorus eiuſdem ætatis author & doctus & pius, defendit Infernum B eſſe ſub ſole conſtitutum: eoſque coarguit, qui aliter ſentiunt, quia Infernus (inquit) eſt ſubterraneus locus. *In c. 4. ad Epheſ.* Primaſius his antiquior, ſine vllo dubio confitetur Infernum eſſe ſub terra, & probat Scriptura ſuggerente, Chriſtum deſcendiſſe in inferiores partes terræ. Infernus igitur eſt ſub terra, adeoque in ipſius terræ viſceribus.

17. *In c. 16. ad Rom.* Conſcendam ad ætatem & doctrinam B. Chryſoſtomi, qui conſtanter reprehendit illos, qui arbitrabantur Infernum eſſe in valle Ioſapha. *Sermon. de præmiis Sanctor.* Docet præterea, nos debere magis ſollicitos eſſe, euitandi hanc Gehennam ignis æterni, quam requirendi locum, C in quo ſita ſit. Tuetur nihilominus, locũ eſſe determinatum, non vndequaque ſparſum vel diffuſum, ac extra hunc mundũ in quo verſamur. In quo loco (ait ille) erit? Quantum ego puto, extra hunc mundum.]

18. Ante hos omnes magnus Athanaſius probans immortalitatem animorum, ex deſcenſu animæ ad inferos, concludit, Tractatu de incarnatione Chriſti, eos vera loca, & ea à ſe inuicem ingenti interuallo diſiuncta eſſe: vnde conſtat, non poſſe eſſe vbiq; terrarum aut locorum diffuſa.

19. Sanctus Irenæus Martyr reprehendens Gnoſticos, libro quinto capite trigeſimo- D primo, quod Infernum dicerent eſſe totum hunc mundum, declarat hunc eſſe locum ſignatum & peculiarem: & contrariam ſententiam aduerſam eſſe fidei, ac doctrinæ Apoſtolicæ. Docet autem illum ſub terra conſtitutum, eo quod ſcriptum eſt, Ionæ ſecundo, Matth. duodecimo, Epheſ. quarto, & Pſalmo octuageſimo-quinto: ac proinde illos ab expreſſo Dei Verbo deficere, qui huic dogmati repugnant. Idem præterea, Libro ſecundo, capite ſexageſimo-ſecundo & ſexageſimo-tertio, adfirmans quamlibet hominum nationem, dignam habitationem perci-

percipere, etiam ante iudicium, abunde declarat certum eſſe ac ſignatum à Deo Inferni locum, ſicut & Paradiſi: vt conuincit & probat Hiſtoria Lazari in ſinum Abrahæ recepti, & Diuitis de flamma vociferantis. Theophilus ſextus à Beato Petro Antiochenæ Eccleſiæ rector, circa annum Domini milleſimum quingenteſimum, probabat, libro ſecundo ad Antolycum, verum eſſe quod ſcribit Homerus de ſitu inferorum in profundo terræ: Tartaraque tenebricoſa in receſſu terræ ſpatioſæ.

20. Et vt finiam, ſanctus Dionyſius Areopagita Pauli diſcipulus referens Epiſtola octaua quæ eſt ad Demoph. Beatum Carpum, oculos ſuos in terram demittendo hiatu diuiſam, & in profundo illius vaſtiſsimum, tenebricoſum, ac perhorrendum gurgitem, in eodemque plurimos infœlices genios, qui ſpecie Serpentum & Draconum nitebantur mortales in eum pertrahere cruciandos, ſine vlla ambiguitate docet locum illum eſſe verſus centrum terræ, &c. MIN. Abunde ſane declaraſti tam expreſsis aduerſariorum teſtimoniis, quam Diuinis ſcripturis, & veterum Theologorum conſentientibus teſtificationibus, Infernum non eſſe vſquequaq; diffuſum per orbẽ: ſed locum à Deo ſignatum ad ſcelera hominum & Dæmonum plectenda: inſuper, eundem locum eſſe in ipſis viſceribus ſeu centro terræ, non alibi: quocirca pergamus ad alia.

QVOD REVERA SIT INFERNVS, *in quo nunc cruciantur animæ reproborum, omnes autem tum corporibus tum animis poſt vltimum iudicium: aduerſus* 11. 12. *&* 13. *errorem.*

CAPVT IV.

DOCTOR.

Coniectura quod Caluin. negent inferos eſſe. 1.

POſſes-ne tibi in animum inducere maiorem partem Caluinianorum nunc in tantum Epicureiſmum atque Atheiſmum deueniſſe, vt ſubſannent omnem Inferni mentionem, nec credant ex animo vllum eſſe? MIN. Niſi hoc firmiſsimis probationibus peruiceris, non credam. DOCT. Id oſtendo euidentibus coniecturis; deinde, expreſsis Miniſtrorum teſtimoniis. In primis, cum tam maligne malitioſeque adulterant vocabula quibus in Scripturis deſignatur, vt eum tantum metaphoricum, & ſupplicia in eo repoſita tantum ſpiritalia & imaginaria reddant: poſtremo, effingentes illum immenſam priuationem gratiæ Dei, ſolum in omnibus creatis rebus diſperſam ac effuſam: nonne coniecturas relinquunt quod animo negent, anſamq; prebeant Atheis illum omnino denegandi? MIN. Reipſa ſi Scriptura Inferni nomine ſepulchra ſolum ſignificet, per eam nemo contra Atheos euincere poſſet, Inferos quoſdam eſſe, in quibus improborum animos pœnas exſoluerent veterum delictorum. Et ſi de iis nulla alia mentio fieret, quam per metaphoram, ac modum loquendi figuratum, non eſt verus ac realis infernus. Denique, ſi tantum Infernus ſit vbi non eſt æternus Deus, cum in Scripturis Deus dicatur eſſe vbique ac immenſus, nullibi eſſent inferi.

Beza. Marotus. Caluin. Barthaſ.

2. *Caluin. Brent.*

DOCT. Deinde ſi animæ defunctorum, *tantum vmbræ mortuæ ſint, aut etiam earum immortalitas à reſurrectione vitaque corporum dependeat*, vt cenſet Caluinus: aut emoriantur cum corporibus, quemadmodum Brentius ſcribit ſuos in ſympoſiis decantare; & in frequenti cœtu propoſuit *Domanouuski* Miniſter Polonus; denique Ludimagiſtri Geneuani, Lauſanenſes, & Caſtri noui (authore Petro Vireto) diſcipulos ſuos docent, Fœlices eſſe, qui pedibus conculcant, metus omnes Acherontis auari, quid aliud inferas, quam maiorem eorum partem, veros inferos, veraque in iis ſupplicia deridere, aſpernari, pernegare? MIN. Qui non perſpicient tales coniecturas firmas eſſe probationes, mihi videbuntur ſua ſponte cæcutire in meridie. Nam ſi animæ corporibus exutæ mortuæ ſunt vmbræ, aut vita earum à corporum reſurrectione dependeat, Inferni ſupplicia nulla ſunt adhuc eis repoſita, & quod deterius eſt, plane mortales eſſent, quod Epicureiſmum & atheiſmum plane redolet. Sed ſatis in coniecturis ſumus immorati, ad Miniſtrorum teſtimonia iam accedamus.

Viret. l. 2. de miniſter. verbi

3. *Tom. 3. Germanica imp. Ien. fol. 217.*

DOCT. A Martino Luthero nouiſsimarum ſectarum parente incipio. Is ſcribit, ſe non pro certo tenere eſſe aliquem deſignatum infernum ante diem poſtremi iudicii. Deinde, aperte inficiatur, vllum eſſe talem, qualem hucuſque crediderunt Chriſtiani, denique his verbis vtitur: *Quid infernus ſit ante diem extremum, nondum certus ſum. Nam eſſe peculiarem aliquem locum, vbi nunc ſint animæ damnatorum, id nihil eſt, mea quidem ſententia.* Chriſtophorus Ienæus Diſcipu-

Digitized by Google

ſcipulus eius, ſcriptis ſuis approbat declaratque apertius Magiſtri ſui ſententiam, dicens: *Nullum eſſe credendum.* Calu. Speculo infern. cap. 9. nullum agnoſcit, niſi metaphoricum, vel iram Dei ac deſperationem. Bucerus, Muncerus, Ecolampadius, aiunt tantum eſſe ſepulchrum. Beza concinit: inſuper, proteſtatur ſe ſuoſq; non ſolum contemnere, ſed & ex animo deteſtari tanquam aniles ſpeculationes quidquid hactenus à Papiſtis, de gaudiis Paradiſi, & pœnis inferni traditum & creditum eſt. Denique in ſuis duabus fidei Confeſsionibus, ne verbum quidem de illo inſtituit, velut qui illum nec doceret nec crederet. MIN. Id mihi reuocat in memoriam quod quidam ex eius grege ait de illo in colloquio Poeſsiaco, ſcilicet, non mirandum quod Corpus Domini tantum remoueret ab Euchariſtia, quantum ſummus cælorum apex diſtat à terra, quod nec Paradiſum nec infernum eſſe crederet, quod ex eius Poematibus, ac Elegiis ad Candidam facile eſt colligere.

4. DOCT. Vt autem non videar magis animoſe quam vere, id hominibus illis obiicere, ecce quid inſignis Theologiæ Lutheranæ Doctor & Miniſter Conradus Schluſſelburgius de Caluinianis, & Heidelbergenſibus refert: *Catechiſmus Heidelbergenſium vocat in dubium, an vllus ſit reuera infernus, & locus deſtinatus, in quo impii & damnati poſt hanc vitam vna cum malis ſpiritibus æternis pœnis affici debent. Et hoc palam præceptor eorum Bucerus, in Commentariis ſuper Ioannis Euangelium affirmat.* Paulo ſupra verba Buceri Latina recitat: in quibus non alium infernum agnoſcit, præter ſeparationem animæ à corpore, & ſepulchrum. Ad extremum Miniſter Lutheranus concludit: *Hinc videre eſt, quod Bucerus nullum eſſe infernum credat.* Et paulo poſt: *Hic videmus, legimus, & audimus Cinglianorum patronum Bucerum, audacter negare eſſe infernum, &c.*

Libro Theologiæ Caluinicæ Art. 27.

Confut. 1. MIN. Sufficiunt hæc ad conuincendos Caluinianos huius blaſphemiæ ſeu atheiſmi, plura de iis audire nolo, ſed potius tota mente deteſtari, & cunctis viribus refellere placet probareque è contrario, vnum & verum eſſe inferni locum, in quo reipſa verſantur & cruciantur, & in perpetuum cruciabuntur omnes infideles, Apoſtatæ, hæretici, ſchiſmatici, reprobi, cum vniuerſis dæmonibus. Primo enim Caluinus & diſcipuli eius ſibi ipſis repugnant, propriiſque iudiciis ſeipſos condamnant, docentes (vt A ſupra commemorauimus) Infernum eſſe locum tenebricoſum, vaſtum, & horrendum: Capernaitas deiectos eſſe ad inferos, & Diuitem torqueri in loco tormentorum: Scripturas docere Infernum eſſe certum locum à Deo impiis deſtinatum, eos eſſe coarguendos, qui cum Brentio effundunt illum per totum orbem: Tartarum eſſe locum ſubterraneum, denique, ignem inferni non eſſe tantum ſpiritualem, ſed & corporeum, &c. Sunt enim hæc poſteriora tam vera & certa, quam falſa & impia ſunt priora.

Secundo, ſi nullus vere ſit Infernus ad B plectendos poſt hanc vitam improbos, nulla eſt in Deo iuſtitia, nulla eſt ira aduerſus iniquos, nulla vltio ſcelerum, nulla vindicta in diuinæ Maieſtatis contemptores, nulla prouidentia ad ſarciendas contumelias factas piis ac iuſtis, nulla poteſtas faciens quæcunque vult in cælo, in terra, & in omnibus abyſsis: proindeque (horreſco referens) nullus Deus eſſet vt contendunt Athei, vel Epicuri Deus, qui ſua gloria contentus, non curaret res mortalium. 2.

Tertio, ſi nullus ſit verus Inferni locus, omnes Prophetæ qui id annunciarunt, eſC ſent mendaces, omnes Apoſtoli qui per huius comminationes à peccatis vniuerſos deterrent, eſſent illuſores: omnes Euangeliſtæ qui de eo ſcripſerunt eſſent impoſtores: omnes Chriſtiani qui illum eſſe crediderunt, decepti eſſent, vtrumque Teſtamentum cuius paginis aſſeritur, merum eſſet commentum, quæ omnia reſipiunt Atheiſmum extra omnes Chriſtianiſmi oras amandandum. 3.

Quarto, ſi nullus eſſet infernus, nec eſſet vlla reſurrectio carnis; nullum futurum generale iudicium; Filius hominis non venturus eſſet in maieſtate ſua; non congrega-D rentur ante eum omnes gentes; non ſtatueret bonos à dextris, nec malos à ſiniſtris, non diceret iſtis, *Ite maledicti*, & aliis, *Venite benedicti Patris, &c.* 4.

Quinto, ſi nullus eſſet certus Inferni locus, Mali angeli non fuiſſent acti præcipites è cælo in tartarum cruciandi, non illinc egrederentur ad tentandos obſidendos, & poſsidendos homines: non horrore ac tremore tenerentur, ne remittantur in eandem abyſſum: non conarentur nos ſeducere & præcipites ſecum rapere in illam: non eſſent in eo fletus & ſtridor dentium, ac tenebræ tam interiores quam exteriores. 5.

6. Sexto, ſi nullus eſt infernus & tormentorum locus in alio ſæculo, omnes ſuperbi, arrogantes, ambitioſi, omnes auari, fures & raptores, omnes fornicatores, adulteri, incæſtuoſi, omnes mendaces, detractores, falſi teſtes, blaſphemi, omnes homicidæ, fratricidæ, omnes venefici, magi, augures, omnes hæretici, ſchiſmatici, ſeductores, omnes pſeudoprophetæ, infideles, athei, ſine vllo metu Dei, ſine vllo horrore Gehennæ, ſine vlla malæ mortis, iræ, ac Diuinorum iudiciorum apprehenſione, ſe ſuis vitiis penitus mancipabunt, augebunt ſua crimina, & diabolica plane impudentia in Deum, in Angelos eius, in homines peccabunt, nihil timentes eum, qui corpus & animam poteſt mittere in Gehennam. Et vnde tanta rerum confuſio, niſi ex atheiſmis Lutheri, Epicureiſmis Caluini, diſſolutionibus Bezæ & comminiſtrorum eius? Non poſſum, non poſſum profecto tantos errores mecum ſatis execrari, non ſatis atheiſmos iſtos exaggerare, neque tam abſurda ſatis damnare. Atque hæc ſunt, quæ de propoſitis rebus ſentio.

7. DOCT. Dicam nunc igitur quomodo ſententia illa expreſsis Dei oraculis per Prophetas ſcriptis, per Euangeliſtas repetitis, per Apoſtolos toto orbe prædicatis, ab omnibus Chriſti cultoribus creditis, quin etiam à mundi ſapientibus Philoſophis, Poetis, & Oratoribus, ſola duce natura, cognitis & approbatis, omni modo aduerſetur.
Num.16. Exordior à Moyſe primo omnium ſcriptore, qui palam teſtatur, Datham, Core, &
Deut.32. Abironem voragine abſorptos, viuos deſcendiſſe ad inferos: ignemque exardeſcere in furore Dei, vſque ad inferni nouiſsima, atque ſic palam Infernum eſſe prædicat.
Ia.14.21. Iob efflagitans à Deo vt ſe ab inferno protegat, adfirmanſque improbos poſtquam laſciuierint, in puncto deſcendere ad inferna, nihil dubitat quin ea ſint. Dauid
Pſ.6.9.15. docens peccatores conuertendos in infernum, neminemque illic laudaturũ Deum,
Pſ.29.50. animam inſuper Meſsiæ non derelictum iri
& 54. in inferno & gratias agens Deo quod animam ſuam eruiſſet ex inferno inferiori: ſi deſcenderet ad infernum, illuc ſe inuenturum eſſe Deum præſentem, non poterat ſæpius & grauius docere verum eſſe inferni
Pſ.85.113. locum improbis præparatum. Salomon
& 138. paternis inſiſtens veſtigiis, inducens improbos de innocente dicentes: *Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem:* affirmanſque
Prou.1.19. eos omnes, qui ſequuntur meretricem pergere ad profundum Inferni: Infernum; & abyſſum eſſe coram Deo, & eum eſſe *Prou.15.* gurgitem infra conſtitutum: eos qui caſti- *23.& 30.* gant puerum, animam eius liberare ab inferno: denique, ipſum Infernum eſſe inſatiabilem, & nunquam dicere, Sufficit: huiuſcemodi pronunciatis corroborat Infernum verum eſſe, non fictitium, huiuſque fidem communem eſſe Iudæis & Chriſtianis.

MINIST. Quiſquis crediderit hæc Dei verba eſſe, nunquam in dubium reuocabit Infernum, id eſt, locum ſubterraneum certum eſſe, in quo poſt hanc vitam impii pro ſceleribus ſuis æternas pœnas exſoluunt. Sed quia prolixum nimis videretur, minuſque neceſſarium referre ordine quæcunque de illo ſcripſerunt veteres Prophetæ, de iis ſatis eſto. Accede ad Euangelica teſtimonia. DOCT. Cum Diuus Matthæus refert Præcurſorem pro concionibus clamaſſe ad Iudæos: *Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira? Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Paleas comburet igni inextinguibili*, ſatis manifeſtat Infernum eſſe paratum impœnitentibus: eoſque igne qui nunquam extinguetur eſſe illic excruciandos, vt timore ſaltem ſeruili eoſdem reuocet à peccatis. Idem Euangeliſta referens Chriſtum affirmaſſe illum, qui dixerit fratri ſuo Fatue, *reum eſſe Gehennæ ignis*: Iudæos in perfidia perſeuerantes deturbandos in tenebras exteriores, *vbi erit fletus & ſtridor dentium*: præterea, eum eſſe timendum, *qui poteſt corpus & animam mittere in Gehennam*: denique, dicturum eſſe pro tribunali vniuerſis reprobis: *ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius*, ſatis copioſe docet impium eſſe de Inferno & tormentis in eo repoſitis vel tantillum dubitare. 8. *Matth.3.* *Matth.5.* *Mat.8.22.* *Matth.10.* *Matth.25.*

9. Lucas ad hæc recitans Chriſtum minitatum ciuibus Capernaum deſcenſuros in profundum inferni, & animam Diuitis ex flammis ardentibus Inferorum clamaſſe ad Abraham, locum eſſe tormentorum in altero ſæculo æque aperte atque diſerte aperit. Marcus in eundem finem ſcribit: ſatius eſſe vnum tantum oculum habere, & in vitam intrare, quam cum duobus mitti in Gehennam ignis. Eundem locum vocat (Euangeliſtæ præterea) Caminum ignis inextingui- *Luc.10.* *22.& 16.* *Marc.9.* *Matth.13.* *18.25.* *Luc.3.8.*

tingui-

Digitized by Google

ſtinguibilis, Perditionem, Tenebras exteriores & interiores, Abyſſum, Locum tormentorum, &c. quibus deſcriptionibus & veritas loci, & varia in eo repoſita tormentorum genera pro certo demonſtrantur.

10\. *Apoc. 1. 6. & 19.* *Apoc. 20. & 21.* Tandem cum beatus Ioannes in Apocalypſi teſtatur Chriſtum habere claues mortis & inferni, infernum ſequi mortem: Infernum eſſe ſtagnum igne, fumo, & ſulphure plenum: Draconem, beſtiam, Pſeudoprophetam vna cum Satana præcipitandum in Infernum & abyſſum, &c. quibus & grauiter & frequenter damnant eos, qui quocunque modo illius doctrinæ contradicunt. MIN. Non credo eſſe in toto orbe tam præfractum Hugnoſticum, qui breui non abiuret omnes Caluini, Bezæ, & aliorum Miniſtrorum contrarios errores, ſi hæc attento & tranquillo animo audierit & crediderit. His addas quædam aliorum Apoſtolorum teſtimonia, & non ingratum erit.

11\. *Rom. 2. Rom. 9. 1. Cor. 4. 6. Epheſ. 4. Philip. 2.* DOCT. Paulus Apoſtolus dicens Impœnitentes ſibi theſaurizare iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, quædam eſſe vaſa iræ Dei aptata in interitum, nos eſſe iudicaturos Angelos malos: Dominum ad inferos deſcendentem profectum eſſe ad inferiores partes terræ, genua cæleſtium, terreſtrium & infernorum flectenda eſſe ad ſanctiſsimum nomen Ieſu: plane tractat de hoc ipſo Inferno, quem hactenus credidit, tenuit, & docuit vniuerſus Chriſtianorum populus, frendeat licet Beza cum omnibus veſaniæ ſuæ Miniſtris.

12\. *1. Petr. 3. 2. Petr. 2. Actor. 2.* *Iacob. 3. Iudæ v. 6. & 13.* Et beatus Petrus Pſalmum referens ad deſcenſum Chriſti ad inferos, & hinc ad ſuperos redientis: inſuper, adfirmans eundem ſpiritu viſiſſe, imo Euangelium prædicaſſe ſpiritibus, qui illic in carcere tenebantur: quinetiam quoſdam eorum ſoluiſſe à doloribus inferorum, ſine vlla circuitione verborum, prædicat verum & realem Infernum eſſe in altero ſæculo. Adiiciens, Deum angelis peccantibus non pepercisse, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidiſſe cruciandos, ſuperiora confirmat exponit, amplificat, Beatus Iacobus & Iudas, eadem corroborant, docentes exemplis cacodæmonum, Ægyptiorum, ac Sodomæorum, Gehennam ignis æterni, & tenebras perpetuas in illa voragine, horrendaque abyſſo vniuerſis qui vſque in finem in impietate perſeuerauerint, eſſe præparata. MIN. Non puto hominem qui ſemel Chriſto nomen dederit, ampliores probationes à quoquam exigere poſſe, vt compertum habeat, vel vndequaque exploratum, reipſa eſſe locum tormentorum, locum Gehennæ ignis inextinguibilis, locum Inferorum, in quo etiam crucientur impii ſecundum animas, excruciabuntur vero multo grauius, quando reſumptis corporibus duplicabuntur ſupplicia. Et quantum quidem ad me attinet, ita me illis conuictum & firmatum eſſe fateor, vt per Dei gratiam, in hac religione & viuam, & emoriar.

DOCT. Nulla igitur alia opus eſt veterum Patrum teſtificatione, ab ea, quam paulo ante produximus, ſed breui quadā præcipuorum Ethnicorum conſenſum commemorabo, vt animaduertas talem fuiſſe omnium eorum ſententiam quicunq; perſuaſum habuerunt immortales hominum animas. Poetarum Latinorum Princeps huiuſcemodi tam concinnam deſcriptionem facit de Inferni aditu, profunditate, vaſtitate, tenebris, tormentorum corporalium & ſpiritualium acerbitate, horrendarum viſionum terrore, numero eorum qui eo omni ex parte confluunt, lugubri comploratione, vlulatu, deſperatione, tyrannorum & gigantum contemptu ac dolore, & quomodo facilis deſcenſus Auerni, & hinc ſuperaſque redire ad auras impoſsibile: vt videatur à ſacris literis didiciſſe Seneca tragœdus, apte Infernum appellat: Locum certum, in quo velint nolint coerceantur improbi. Ouidius de illo agit, quaſi de caliginoſa & obſcura vrbe, ad quam vndequaque patet aditus, portis vaſtiſsimis; & cunctas infœlices animas excipientibus, ſicut flumina confluunt in mare: mare autem non redundat. Claudianus admodum peculiariter refert, qua ratione diuerſa variaque tormenta ibidem reddantur improbis, pro diuerſitate criminum & vitiorum. Tibullus appellat, Sceleratam ſedem, & abditam in nocte profunda. Catullus denique ſcribit: Per iter tenebroſum illuc, vnde negant redire quemquam, itur, &c. MIN. Tanti facio ſex iſtos authores, vt fidem mihi integram pro cunctis aliis faciant: verſatus enim vel tantiſper in humanioribus literis dubitare non poſsit, quin omnes Philoſophi, oratores, Poetæ in eadem fuerint opinione. 13.

Virgil. 6. Æneid. *Tragæd. 1.* *Lib. 4. Metamorph.* *L. 2. contr. Ruffin.* *L. 1. Eleg. 1.*

* * *

INFERNVM ESSE HORRENDÆ *capacitatis, & in eo diuerſa infœlicium animarum receptacula; aduerſus errorem 14. & 15.*

CAPVT V.

MINISTER.

SIquidem egimus hactenus de nomine, de ſubſtantia, & loco vero Inferni, iam cupio de quantitate eius aliquid diſſeramus, ſcilicet, vtrum tam capax ſit, quam dicitur: ſintque in eo tot promptuaria quot aſſeruntur à Catholicis. Id enim pernegat noſter Petrus Viretus: Beza *aniles ſuperſtitiones appellat:* & Danæus cenſet *delirationes Papiſticas.* — *Inſtruct. Confeſſ. in Enchir. Auguſt. Confut. 1.*

DOCT. Recenſebo ea, quæ Spiritus ſanctus Eccleſiæ Catholicæ per Prophetas, Apoſtolos, & Patres de hac re patefecit & reuelauit, vt filii eius crederent & loquerentur. Primum eſt, Tartaream ſpecum eſſe tam horrendam magnitudine & vaſtitate, vt ea nunquam expleri poſsit corporibus damnatorum, & quaſcunque copias abſorbuerit & deuorauerit, gurges iſte, ſatiari non poſsit, aliorum adhuc ſit helluo immanis, ſpurciſsimus, voraciſsimus. Hæc ſane irriſores veſtri contemnere non poterunt, quin ipſiſsima verba Diuina ſimul arrideant. Ait namque per Sapientem: *Infernus & perditio nunquam implentur.* Et rurſum: *Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit; Sufficit.* Nimirum, Infernus. — *Prou. 27. & 30.*

MIN. teſtimonia valde expreſſa & firma. Nam cum is locus compleri nequeat tot myriadibus reproborum, quos iam recepit, quotidie recipit, tum demum recepturus eſt, par eſt vt capacitatis ſit à nobis haudquaquam dimetiendæ; & cum nunquam dicat, *Sufficit*, paratus eſt, vt longe plures deglutiat. Sed non habes Antiquos, qui hoc ſenſu locum interpretentur.

2. DOCT. Nicolaus de Lyra, ante ducentos annos quam infœlicia Lutheranorum aut Hugnoſticorum nomina in orbe audirentur, hanc illius reddidit rationem: Quia Dæmones ſemper cupiunt trahere plures, propterea dicitur Infernus nunquam repleri.] Hugo à Sancto Victore Diuo Bernardo chariſsimus, abhinc, iam quingentis annis, hoc contemplatus ſcribit: Infernus locus eſt ſine menſura, profundus ſine fundo, plenus ardore incomparabili, dolore innumerabili, ac pœna interminabili.]

MIN. Reſume quæſo, ſacras Scripturas. 3.

DOCT. Iſaias his verbis capacitatem illam deſcribit: *Dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum, abſque vllo termino.* — *Iſa. 5.*

MIN. Hæc profecto referri nequeunt ad aliquod ſepulchrum, quoniam illa ſuas menſuras & terminos habent. Accedit quod Caluinus & Muſculus id concedunt dici de Inferno, qui comparatur alicui Draconi ſemper habenti os apertum, paratum ad deuorandum, & inſatiabile. Dicitur dilatare animam, more poetico, id eſt, os auide mortuos expectans ad vorandum inſtar Draconis, cuius inſatiabilis ſit ingluuies.

DOCT. Beatus Hieronymus iis cunctis nominibus anteferendus, eundem locum Prophetæ exponens ait: Infernus inſatiabilis eſt, nunquam mortuorum multitudine completur. Sed ad Scripturas redeo.

Habacuc Propheta hominis ſuperbi ambitionem cum inexplebili appetitu inferni, ait: *Dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur.* In quem locum B. Hieronymus commentatur: Qui quaſi mors, & infernus, non ſaturatur occiſis. — 4. *Habac. 2.*

Similiter & Sapiens ſcribit: *Ab altitudine inferorum eduxit illos.* His verbis indicans, inferos eſſe horrendæ magnitudinis, latitudinis, altitudinis, & profunditatis. Et iterum: *Illi qui in potentem venere noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis, ſuperuenientem eundem ſomnum dormientes.* Quia ergo Inferi ſunt & infimi & altiſsimi, maximæ ſunt capacitatis. Sirach quoque gratias agens Deo, quod liberatus eſſet *de altitudine ventris inferi:* iis epithetis & attributis deſignat illum magnitudinem, latitudinem, & profunditatem habere ineffabilem. — *Sap. 10. Sap. 17. Eccl. 51.*

MIN. Mihi ſufficiunt iſthæc ſeptem Scripturæ teſtimonia: Patrum ſanctorum verba audire geſtio. 5.

DOCT. S. Sacerdos Dei Beda ſuis Com. in Iob ſcribit, Infernum ob magnitudinem horrendam, non habere fundum quod poſsimus attingere, vixque credi poſſe quam capax ſit ad recipiẽdos infelices, ſed anguſtũ ſupra modum vt inde exeant. Inſuper, Dauidem horrore ipſius conceſſum, orare: *Ne abſorbeat me profundũ, neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Quæ verba repetita, & fuſius expoſita fuerant à B. Gregorio, in hunc modum: infernus recte fundum non habere creditur, quia — *Lib. 3. c. 5. Pſal. 68. Lib. 16. Mor. c. 24.*

quiſquis

quiſquis ab illo rapitur, in immenſo profundo deuoratur. Immenſam namque eius explere latitudinem volens Propheta, ait. *Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino.* (Iſa. 5.)

6. MIN. Magni Auguſtini doctrinam præſertim expopto. DOCT. Ante ſeptingentos annos, hæc de Inferni magnitudine ab illo tranſcripſit & laudauit S. Iulianus Toletanæ vrbis Archiepiſcopus: *Quia dixit Dauid: Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Scriptura autem contradici non poteſt, intelligimus tanquam duo inferna eſſe, ſuperius & inferius.* MIN. Hic locus apertus & firmus eſt contra ſecundum errorem. Propheta namque varia receptacula in illa vaſtitate infernali conſtituta eſſe docet. (Lib. 2. Prognoſt. c. 4. Pſ. 85.)

7. DOCTOR. Occurrit & alius Scripturæ locus, ex quo Patres varias inferorum manſiones aperte & conſtanter colligunt. Perſpectum eſt enim Diuitem Epulonem in aliqua parte inferorum arſiſſe flammis, & Abraham cum Lazaro in altera longe diſtante, vt conſolationis loco fuiſſe: quando dicitur. *Diuitem eleuatis oculis Abraham vidiſſe à longe,* Abraham autem ei dixiſſe: *Inter nos & vos magnum chaos firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poßint: neque inde huc tranſmeare.* (Luc. 16.)

MIN. Certe cum ille viderit à longe non erant in eodem loco: deinde, cum ex vno loco ad alium non eſſet tranſitus, ſed magna diſtantia & ſeparatio: atque ſic in vlla voragine diuerſa patet eſſe promptuaria. Præterea, nemo poſſet iis repugnare, quin vel Euangeliſtam, vel Dominum ipſum, vel ſimul vtrunque mendacij reprehendere conetur.

8. DOCT. Accedunt iis duo & antiquiſsimi & ſapientiſsimi Patres Græci, Cyrillus & Macarius, quorum primus ſcribit: Si nihil ſit cælo excelſius, nihil inferno profundius.] Eleganti antitheſi probans nihil eſſe profundius inferno, modo nihil ſit cælo ei oppoſito ſublimius. Secundus vero illos arguendo, qui vnicum tantum receptaculum in abyſſo conſtituunt, in contraria verſatus ſententia, ibidem multas eſſe dicit diſtantias, & manſiones tam in ipſo Dei regno, quam in ipſa Gehenna. MIN. Semper in maiorem rapior admirationem doctrinæ Catholicæ. Video namque eam fundatam in verbo Dei: inſuper, perpetua fide & doctrina Patrum firmatam. Hic enim in regno cæleſti multas eſſe manſiones dicens, nititur expreſſo verbo Dei: recteque inde colligit per argumentum ab oppoſitis & contrariis, plurimas etiam eſſe in Gehenna. (Catech. 8. Hom. 30. Ioan. 14.)

9. DOCTOR. Baſilius magnus, Comm. in hunc verſum Pſalmi *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos*, inter plurima quæ ad hunc timorem nos inducunt, adfer conſpectum Barathri in imum patentis, tenebras impermeabiles, ignem obſcuriſsimum ſed ardoris incredibilis, genus vermium venenatorum, carniuororum & inexplebiliū, &c.] in quibus aduertis Infernum & tormēta eius ſemper ingentia & multiplicia prædicari. Non multum diſpares eiuſdem deſcriptiones grauiſsimæ extant in libro (qui fertur Auguſtini) Speculi peccatoris: in oratione Cyrilli, de Egreſſu animæ à corpore: & in opuſculis Beatus Ephrem, de Iudicio Dei, De Pœnitentia: quibus adde, quæ ſupra cōmemorauimus ex Tertulliano, Clemente Alexandrino, Origene, Arnobio Lactantio Athanaſio, Irenæo & Iuſtino Martyribus. MIN. Mihi plane ſatisfactum eſt de capacitate, variiſque promptuariis inferorum: dicamus de iis, qui ibidem verſantur, vel minus. (In Pſ. 33.)

ETHNICOS, NOMINATIM VERO Herculem, Theſeum, Numam, Camillum, Catonem, vtrunque Scipionem; damnatos eſſe in inferis: aduerſus 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. errorem.

CAPVT VI.

DOCTOR.

IN octauo ſuperiori libro recenſuimus, Caluinianos in graues errores incidiſſe, quando plurimos cælis excluſerunt, qui tamen beato ac fœlici æuo ibidem fruuntur: multos è contrario, ex inferis quantum in ipſis eſt, extrahere, & cælis beare, qui ſempiternas ſcelerum ſuorum luunt pœnas in inferis. MINISTER. Cedo qui ſint illi. DOCT. Zuinglius altera Sacramentariorū fax extrahens ab Inferis, vt in Paradiſo quoſdam infideles, idololatras, Ethnicos, nominatim Herculem, Theſeum, Numam Camillum, Catonem, & Scipiones. Hæc enim ſcripſit in Confeſsione fidei ſuæ, ad Frāciſcum primum Galliarum Regem Chriſtianiſsimum: *In vita æterna viſurus es Herculē,* (In Confeſſ. fidei.)

 Theſeum,

Digitized by Google

Theſeum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones, &c. MINISTER. Sed fortaſsis alij Zuingliani Miniſtri hunc errorem correxerunt. DOCT. Tantum abeſt, vt etiam Bullingerus eius ſedis ac erroris ſucceſſor & hæres, curans vt libellus ille Germanice & Gallice publicaretur, illam hæreſin *tanquam Cygneā vocem illius, veramque & fidelem doctrinam approbat.* Lauatherus eandem ſententiam tuetur. Tammerus in eius gratiam publicum ſcriptum emiſit. Hardembergius, eandem quoque defendit, Daniel Toſſanus, id affirmat recte dictum eſſe. Rodolphus Gualtherus, Zuinglij gener, Apologiam edidit, ad eiuſdem erroris defenſionem. Sed ante hos omnes, Eraſmus Roterodamus, nominatim inter cælites beatoſque ſpiritus recenſuerat Socratem, Virgilium, Horatium, & Ciceronem, aperta ad hos errores feneſtra. Quid de ijs cenſes?

Colloquio religioſo.

Confutatio.

1\. MIN. Si ſola humanæ ſortis commiſeratione permoti exoptaſſent, Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtidem, & quoſdam alios, qui iuxta legis naturæ præſcriptum vixiſſe dicuntur, inferis exemptos, in cœlis viuere flagitaſſent, eorum humanitatē haudquaquam damnarem: quandoquidem audierim Iuſtinum Martyrem & Clementem Alex. eo inclinaſſe. Sed ex inferis reuocaſſe Herculem, Numam Pompilium, & ſimiles, vt cœlo collocentur, id nimis mihi videtur temerarium, & expreſsis verbis Dei repugnans. Accedit quod iſtiuſmodi ſententiam damnauerit & reprobauerit Theodorus Beza: eo quod hi Ethnici nunquam vera fide complexi ſunt Chriſtum, datum à Deo vniuerſorum hominum Redemptorem atque iudicem. Neque potuerunt vitam ducere vere piam & illibatam, qualem pios viros decet. Cum itaque non crediderint, quod etiam Dæmones credunt & contremiſcunt, non potius ſaluandi ſunt illi quam iſti. Oecolampadius quoque ſuperiores coarguit errores, nec dubitat illos inferis mancipatos eſſe, quia nullum vnquam habuerunt cum Deo colloquium, nec Chriſtum viam & vitam aliqua ex parte exceperūt, nec in eū crediderunt vel ſperauerunt, & hinc multis onerati peccatis receſſerunt. Talis eſt noſtrorum Miniſtromachia, huiuſmodi repugnātia iudicia.

L. de punit. hæret. — *Com. in ca. 10. lib. Iob.*

2\. DOCT. Non ij duo tantum ſacramentarij authori ſacramentaria ſectæ ſuæ contradicunt? MIN. Imo etiam Lutherani hanc ob rem acuerunt calamos & linguas ſuas aduer-

A ſus Zuinglianos. Nam Ioannes Vvigandus vnus Centuriatorum, quoddam ſcriptum euulgauit, quo confutat cuncta argumenta, quibus hanc ſententiam Gualtherus conatus eſt ſtabilire. Deinde, Cōradus Schluſſelburgius Saxonicarum Eccleſiarum Superintendens, hac de cauſa condemnat Zuinglium vt paganum, qui Ethnicos in cœlo collocat, illoſque conatur ſanctis Dei filiis ac electis commiſcere. Ait quoq; Vitum Vvinshemium præceptorem ſuum, in ſuis Vvittebergæ prælectionibus auditores ſuos præmonuiſſe, vt ab his erroribus ſibi diligenter cauerent, dicens: *Optimi ſtudioſi, cauete vobis à* B *cælo Zuinglianorum, quia in eo collocant Herculem cum claua ſua. Valde enim mihi metuerem à claua Herculis.* Cum ergo hi errores condēnentur tum à Sacramentariis cum à Lutheranis Miniſtris, eos pari iure damno & reprobo. Atque hoc meum de iis iudicium; tuum expecto.

L. 3. de Theologia Caluiniſtica, art. 7.

3\. DOCTOR. Opus quidem pietatis eſt infelicium & afflictorum commiſereſcere, & condolere iis qui pereunt, eoſque iuuare pro viribus: ſed quandiu ſuffragiorum noſtrorū poſſunt eſſe participes. At cum Deus ſumme iuſtus in aliquem vltimam tulit damnationis & reprobationis ſententiā, non eſt vllius C hominis cum eo in controuerſionem venire: ſed cum omni demiſsione animi iudicia eius mirari, & cum Propheta dicere, *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Omnia iudicia tua iuſta ſunt. Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. Iudicat orbem in æquitate, & populos in veritate ſua:* voluntateſque noſtras ſanctiſſimæ ac æquiſsimæ voluntati eius conformare. Arguitur Samuel, quod lachrymis & precibus conaretur Saul Regem reſtitui, cū Deus eum reprobaſſet. Prohibitumque fuit Ieremiæ, *ne oraret pro Iſraele in bonum,* quem Deus vltionum ſtatuerat manibus dare Chaldæorum grauiter affligendū. Tan- D tum etiam abeſt, vt Electi expetant aut velint ſalutem eorum, quos Deus omnino aperteque reprobauit: vt è contrario id velint pœnitus, quod Deum abſolute velle & decreuiſſe cognoſcunt. Lætantur cum aſpiciunt vindictam, & manus ſuas lauant in ſanguine peccatoris, & dicunt: *Vtique eſt fructus iuſto, & Deus qui iudicat in terris.* Quinetiam inducuntur quidam eam vindictam expetentes: *Vſque quo domine, non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui ſunt in terra?* Origenes denique à Patribus notatus eſt, quod immiti pietate, & crudeli miſericordia poſt multa tandem

Pſal. 118. Tob. 3. Pſal. 65. Pſal. 95. 1. Reg. 16. Ierem. 7. 14. Gen. 4. Luc. 18. Pſal. 57. Apoc. 6. Epiphan. Auguſt. Iſidor.

Digitized by Google

dem ſæcula, damnatos ſaluari vellet. Vnde A concludendum, quod cum Deus expreſsis verbis vniuerſos infideles perditos eſſe declaret, id conſtanter credendum & prædicandum eſſe, nec aduerſus eum pro confiſta noſtra miſeratione inſurgendum. Et cum certas regulas præſcribat de iis qui ad vitam æternam ſunt electi & vocati: de ijs quoque qui ad ſupplicia æterna ſunt relicti: impia temeritas eſt ab his regulis diſcedere, vt pro noſtro arbitratu hos ſaluemus, iſtos vero damnemus, veluti faciunt Zuingliani.

4. MINISTER. Exprome ordine regulas illas, quæ ad præſentem diſputationem pertinent. DOCT. Prima eſt, quod ſine vera fide, ſpe, & charitate, non poſsit quiſquã hominum placere Deo, aut acceſſum habere ad eum, aut eum vt decet, inuocare, aut denique ad ſalutem peruenire. MINIST. Hæc manifeſta ſunt Spiritus ſancti oracula, ab ipſis Apoſtolis perſcripta, & toto orbe prædicata. DOCT. Eſt autem manifeſtũ ſuperius commemoratos Ethnicos, nunquam in vera fide, ſpe, aut charitate inſtitutos fuiſſe: eſt ergo temerarium ſimul & impium, illos Electis Dei ſeruis in cœlo miſcere atque collocare.

Heb.11. Rom.10.

5. MIN. Quam aſsignas ſecundam regulam. C DOCTOR. Sine notitia veri filij Dei, vnici totius mundi Redemptoris, Saluatoris & Iudicis, & ſine paſsionis eius participatione meritorum nullus remiſsionem peccatorũ, nullus iuſtificationem animi, nullus regnum cœlorum conſequetur. Nullus adoptione filius Dei, aut cohæres Chriſti euadere poterit. MIN. Reipſa ſcriptum eſt: *Qui non credit in Filium Dei iam iudicatus eſt. Ira Dei manet ſuper eũ. Qui non crediderit, condemnabitur. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Nemo nouit Patrem, niſi Filius & cui voluerit reuelare.* Apoſtoli denique per orbem aſſeruerunt, *non eſſe aliud nomen datum per quod oporteat homines ſaluos fieri*, præter nomen, id eſt, fauorem, cultum, merita, & ſatisfactionem Chriſti, &c.

Athan. in Symb. Aug.l.2. de grat. Chriſti.c. 24.& l.9. ciuit.c.15. & l.18.c. 47. Ioan.3. Matt.11. Marc.16. Act.4.

DOCTOR. Perſpicuum eſt autem Herculem ad hæc cogitationes ſuas nunquam contuliſſe: nunquam Theſeum de his eruditum eſſe. Nunquam Numam Pompilium, hæc cognouiſſe. Nunquam Tullium de iis vel minimum verbum protuliſſe. Nunquã Catones, nunquam Scipiones circa eadem ne quidem ſomnij leuiſsimi beneficio rememoratos eſſe. Quanta ergo phreneſi laborant, qui autumant eos cũ beatis Angelis, aliiſque electis eſſe ſaluos in cœlis?

6. MINIST. Dic de tertia regula. DOCT. Nullus ſaluus eſſe poteſt, qui dum hic vitam viuit mortalem, non permanſerit vt ouis, in ouili Chriſti, id eſt, Eccleſiæ Cath. vnione & communione. Enimuero, vt illi tantum ab inundatione diluuij tuti ſaluique fuerũt, qui ſeſe in arcam Noe receperant, aliis vniuerſis pereuntibus: ita etiam illi ſoli ciues erunt Eccleſiæ cœleſtis & triumphantis, qui intra gremium terreſtris & militantis permanſerint. MINIST. Non dubito, quin per arcam illã adumbrata fuerit Eccleſia Chriſti, quandoquidem id deſignat Petrus Apoſtolus, & B obſeruant Patres orthodoxi. Ad hæc, Spiritus tradit vnicam columbam, vnicam Amicam & Sponſam eſſe Chriſti Domini, id eſt, Eccleſiam veram, extra quam nulla remiſſio peccatorum, nulla iuſtitia, nulla merita, nulla omnino ſalus. DOCT. Supradicti porro Ethnici nunquam agnouerunt, quæ, vel qualis, vel vbi illa eſſet, nunquam ad eam acceſſerunt, nunquam cum illa communicarunt, dum huius vitæ aura ſunt potiti. Certũ eſt igitur eos nullum in cœlis cum ea nactos eſſe conſortium.

Ioan.10. Mat.9. Luc.11. Gen.6.7. 1.Pet.2. Cant.25. Cypr. Auguſt.l.de vnit.Eccle. Eph.4. 1.Cor.13.

7. MINISTER. Si tibi alia rurſum Regula ſuccurrit, dicito. DOCTOR. Vnicuique fidelium compertum eſt, eos qui in infidelitate, ac idolorum immundo cultu permanſerunt, creaturæ potius quam creatori ſeruientes, nullam partem habere in regno Dei. MINIST. Ioannes reuera dicit, *Timidis, incredulis, execratis, homicidis, veneficis, & idololatris, pars illorum erit in ſtagno ardẽti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Et iterum: *Foras canes, venefici, adulteri, homicidæ, idolis ſeruientes.* Cum præterea, Paulus prohibet, ne communicemus cum idololatris: prædicatque illos nullam eſſe habituros partem in regno Dei: illos dæmonibus ſacrificare, nõ Deo: nullum eſſe conſortium templi Dei cũ D idolis: omnes prorſus infideles, ſeruoſque idolorum proſcribit longeque vrget à beatiſsima ſocietate Sanctorum, qui Deo ſeruierunt die ac nocte. DOCTOR. Nullus porro ignorare poteſt, quin ſupradicti fuerint idololatræ, & perpetuo plurimum falſorumque deorum erroribus implicati: quocirca nulla ratione dici poteſt eos nunc verſari in cœleſtibus. MINIST. Eſt igitur certo certius illos numerandos eſſe cum iis qui vt ait Paulus, *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitu-*

Apoc.21. 1.Cor.5. 1.Cor.6. 1.Cor.8. 2.Cor.6. Rom.1.

Digitized by Google

litudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Propter quod tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, &c. qui procul dubio iniquitatis ſuæ iuſtam in inferis mercedem iádudum receperunt, vbi & omnes fautores ſuos etiamnum adhuc expectant.

8. DOCT. Sin vero à ſupradictis generalibus regulis, ad priuatas deſcendere, & in vitam, mores, mortemque cuiuslibet ſuperius nominatorum hominum inquirere liceat, comperiemus eius iure optimo ab Omnipotenti Deo reprobatos eſſe: atque ita non niſi cum graui in iuſtitiam ac æquitatem Dei iniuria eos ab hæreticis illis iuſtificari atq; ſaluari. In primis namque patet Herculé Thebanum (cæteros eiuſdem nominis prætereo) filium fuiſſe Alcmenæ impuræ meretricis, quæ coniugi ſuo Amphitryoni perſuaſit, ſe illum ex Ioue concepiſſe. Ille prodigioſæ libidinis iuuenis vna eademque nocte quinquaginta virgines, ſorores, Theſpitij filias compreſsit. Diomedem Thraciæ regem equis ſuis lacerandum & deuorandū ſumma crudelitate tradidit. Iunoni Laciniæ templum extruxit. Pyrechmum regem à ſe victum pullis equinis alligatū in diuerſas partes diſcerpſit. Et poſt innumeras crudelitatū, homicidiorū, adulteriorū, expilationū, euerſionū, centurias, obſcœnitatib. ſuis dignas laturus pœnas, dæmonijs ſacrificando, de ſalute deſperans, ſeipſum incendio conſumpſit. Nonne is dignus eſt, qui inter Sanctos ab hæreticis referatur? MINIST. Talem reipſa Herculem fuiſſe, qualem ſcripſiſti, nullus poteſt negare, niſi mendacij arguere voluerit ſcriptores plurimos hiſtoricos, Poetas, Philoſophos, qui vitam & res ab illo geſtas ſcriptis conſignarunt.

Diodor. Sicul.

DOCTOR Clemens Alex. & Lactantius Ethnicis (more Zuingliano) Herculem inter Diuos referentibus obijciunt, eum ſe adeo ſeruiliter cuiuſdam impuræ Omphaliæ demiſiſſe voluntati, vt muliebri veſte indutus, & illius genibus abiectus, turpiter illi miniſtraret. Lenoniam artem ad omnes milites ſuos exerceret, proſtitutis eorum libidini feminis Elienſibus. Iolen filiam Euryti rapuerit, Vim intulerit Calciopæ filiæ Eurypili. Denique, orbem terræ ſtupris, libidinibus, adulterijs inquinauerit: & mares, & fœminas contra omnes leges infamia, dedecore, flagitio, affecerit, &c. Non tibi videtur iam dignus, qui numerum augeat ſanctorum Hugnoſticorum, quique à Zuin- A glianis & Geneuanis nunc tandem canonizetur?

Orat. ad Græcos. L.5. Inſtit. c.9.18.

9. MIN. Nimis iam de criminibus Herculis, dic nunc de Theſeo, an non ſe digniorem præſtiterit gloria cœleſti, quam ſocius. DOCTOR. Abſit. Nam rapiendo Hypolytem Amazonam, ſurripiendo Ariadnem & Phedram duas Minois filias, vt vim eis inferret, Pirithoum ſocium vulnerando, & inſtituendo ſacra Mineruæ, id eſt, diabolo (nam omnes dij gentium dæmonia) ſub huius nominis larua, ſeipſum dignum reddidit, qui cum Satana in tartarum & Gehennam mergerentur: quamuis Ouidius in ſuis Metamor- B phoſibus tam fabuloſe quam fallaciter aliter canere videatur. MINISTER. Miror Tigurinos Miniſtros, quibuſcum belle ſibi conuenire iactitant Geneuani, adeo deſipuiſſe, vt quaſi Sanctos in cœlo tam horrenda monſtra collocarent.

Plutarch.

10. DOCT. Viderentur quidem maiori ratione Numam Pompilium in diuos retuliſſe niſi conſtaret eundem, reliquorum omniū idololatrarum fuiſſe ſuperſtitioſiſsimum. 11. Finxit enim magnam ſibi communicationem cum quadam dea Ægeria, & ab ea leges iuraque Romanis tradenda ſumere. MINIST. Non dubito quin fuerit aliquod pri- C uatum dæmonium, à quo ad omnem idololatriæ impietatem erudiretur. DOCT. Huius mali genij conſilium ſequutus, in ſummi & veri Dei ignominiam templa erexit, ſacraque fecit Iano fictitio deaſtro: deinde, Marti quem fingebat Deum bellorum: poſtea, Veſtæ: tandemque incredibiliter auxit omnes exeerandas, & obſcœniſsimas idololatrias, quibus Romani, adeoque vniuerſa Europa poſtea contaminata fuit, antequam lumine ſacri Euangelij colluſtraretur.

Liuius. Plutarch. Valerius.

MIN. Quid autem de Furio Camillo? Iure-ne potuit Zuinglius, eum cum ſanctis Apoſtolis & Martyribus cœlo collocare? D DOCT. Scio Liuium, Plutarchum, Valerium, & alios, plurima & præclara de virtutibus eius politicis & mortalibus referre: verum hæc non potuerunt ei vel remiſsionem peccatorum, vel gratiam Dei, nec veram iuſtitiam conferre, aut eum in vitam æternam perducere: eo quod Deum verum nec agnouerit, nec inuocauerit, nec coluerit. Sed quādiu in hoc ſæculo moras contraxit, ſeruierit diis gentium, quæ impura ſunt dæmonia. Pręterea, adorauerit Herculem & Apollinē in lectis apparatiſsimis, eiſdemq; vt diis cōuiuia parauerit ſumptuoſiſsima, oraculaque dæmo-

Digitized by Google

dæmonum ſuper Romanorum incolumitate conſuluerit. Non ſic viuens ac moriens, dignus tibi videtur qui Sanctorũ ſeruorum Dei choris inſeratur? MIN. Minime gentium, quandoquidem virtutes eorum morales non proceſſerunt à vera fide, quæ fundamẽtum eſt omnis boni operis; ac proinde non fuerunt Deo gratæ & acceptæ: ſed neq; veræ ſpei coniunctæ, quæ tutiſsima eſt animarum noſtrarum ancora. Deinde, deſtitutæ fuerunt illa vera charitate, quam Spiritus effundit abunde in corda fidelium, horumque opera Deo accepta & grata reddit: & ſine qua ſi quis tradat corpus ſuum ita vt ardeat, nihil prodeſt. (1. Cor. 13.) Ac idcirco, ij ſeſe obijciunt Deo & Apoſtolis eius, qui in cœlos euaſiſſe illum dictitant.

12. DOCT. Porcius Cato, cum duobus filijs, & Catone Vticenſe, quatuor Catones iure appellantur Magni, Stoici, Philoſophi, oratores, bellatores, & duces; quippe qui Romanam rempublicam plurimis beneficijs ſibi deuinxerunt: Nulla autem ex parte regnum cœleſte meruerunt, ob cauſas in ſuperioribus relatas, nimirum, infidelitatem, idololatriam, &c. Præterea, primus ille ſupra modum addict⁹ fuit vindictæ: quæ peccatum eſt diuinis ſanctionibus omnino cõtrarium. Adhæc, adeo difficilis fuit & aſper, & cum vnoquoq; tam durus, immitis, ſeuerus, vt poſt mortem, iſtud conſequutus ſit Epitaphium:

Cæruleus oculis (Cato) rubri crinis adulter,
Cunctis mordaci dente moleſtus erat,
Cui vita functo, Pluton ſua regna recuſat,
Neu miſeros manes dente ferire velit.

Hunccine hæreticorum Miniſtri poſſent aliqua ratione cum Apoſtolis, Martyribus, & Sanctis omnibus comparare? Ex ſceleribus, éque inferis, laboribus ſuis pluſquam Herculeis ſcilicet, eruere?

13. MIN. Ignoro plane. Pro certo tamen ſcio poſtremum Catonem, qui cognominatus eſt Cenſorius, legitimam vxorem ſuam Hortenſio amico ſuo ad tempus conceſsiſſe, tam fœdum lenocinium & adulterium inter peccata lethalia haudquaquam enumerans: Toto huius vitæ curriculo falſis dijs ſeruiuiſſe: denique deſperatione fractum, ſibi ipſi violentas manus attuliſſe.

DOCT. Sunt ne iſtæ virtutes cœlo dignę? An non potius inferis, cum Caino, Achitophele, & Iuda proditore? Tertullianus ſalſe ridet huiuſmodi ſanctos Hugnoſticos ſcribens: O ſapientiæ Atticæ, ô Romanæ grauitatis exemplum! Leno eſt Philoſophus, & Cenſor. (Apol. c. 39.) Lactantius vocat huius ſpõtaneum homicidium, Summum nefas. (L. 3. c. 18.) Equidem deſperando, & ſemetipſum necando, peccabat in Spiritum ſanctum. Auguſtini quoque iudicio, Factum eius magis proceſsit ex impatientia & ignauia, quam à conſtantia vel animi magnitudine. (L. 1. de ciu. c. 22.)

14. MIN. Sed fortaſsis Scipiones aliis iuſtiores fuerunt. DOCT. Scipio Africanus, eiuſque frater Aſiaticus, de quibus præſertim nunc agitur, ſua virtute magnam gloriam conſequuti ſunt: ſed inter homines, non apud Deum verum, quem nunquam agnouerunt, nunquam amauerunt, nunquam coluerunt, aut inuocauerunt: ſed idola ſurda & muta, à quibus non potuerunt iuſtificari, vel liberari ab inferis. Semper vixerũt, ſed & mortui ſunt extra Eccleſiam & ouile Domini, ſicque nullam partem adepti ſunt in regno Dei. Eccleſiam non habuerũt matrem, ideo nec verum Deum Patrem, ſed iudicem inuenerunt. Recte enim Auguſtinus decernit: (Epiſt. 152.) Quiſquis à Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet ſe laudabiliter viuere exiſtimet, non habebit vitam; ſed ira Dei manet ſuper eum.

15. Præterea, magnus ille Scipio, qui ab Aſia cognomen accepit, nonne obſtrictus erat execrandæ Sodomiæ flagitio: multoſque mortales cecidit, vt voluptatem adferret impuro Catamito ſuo? Id facinus dignumne tibi videtur, quo referatur inter acta Sanctorum quos ſibi delegerant Miniſtri Zuingliani & Tigurini explica, atque tuum de hac re iudicium euolue.

16. MIN. Scelera digna, quibus cum execrandis Sodomæis & Gomorrhæis (Gen. 19.) cœleſtibus flammis deflagrarent. Sed interea, occurrunt mihi quædam abſurda, & incommoda, quæ illinc ſequerentur, ſi recte hac in re ſentirent Zuingliani Miniſtri. Enimuero ſequeretur, Chriſtum & Apoſtolos eius in vanum deſudaſſe in Euangelij annunciatione, fidei prædicatione, & Sacramentorum inſtitutione atque promulgatione; ſi abſque ijs omnibus homines beati eſſe poterant. Hinc Ethnicos, Turcas, Perſas, Arabes, Mauros, Tartaros, infideles omnes, hac re cognita, neglecturas eſſe verbi diuini prædicationes, Scripturarum lectiones, fidem in Chriſtum Ieſum, ſanctiſsimæ Trinitatis cultum, Decalogi præcepta, fidei Chriſtianæ Symbola: ſiquidem ſine tot laboribus, quiſquam poſſet eſſe iuſtus, ac cœlo dignus.

Digitized by Google

17. Denique, ſi Zuinglij, ac Tigurinorum prędicantum vera eſſet hæc ſententia nulli eſſent prædones & piratæ, nulli venefici ac homicidæ, nulli ſacrilegi vel raptores virginũ, nulli magi vel incantatores, nulli blaſphemi aut hæretici, nulli libertini vel athei, qui non ſibi (etiam ſine vlla præcedente ſcelerum reſipiſcentia) arrogarent regnum cœlorum: quandoquidem ab euangelicisſimis & defecatisſimis Miniſtris iſtis, ſi dijs placet, talibus vitijs contaminati & conſpurcati, ſine vlla pœnitudine vitam beatam in cœlis ſint conſequuti.

Adhæc, ſi in vita æterna viſurus & cogniturus ſit Rex Chriſtianisſimus Herculem, Numam, & alios infidelisſimos homines, errant profectò alij huius furfuris Miniſtri, negantes Sanctos in illa fœlicitate ſeſe mutuo cernere & cognoſcere.

Denique, ſi Ethnici ſuperius nominati, tanta infidelitate laborantes, totque vitijs & ſceleribus maculati, ſunt in Paradiſo cum Electis Dei ſeruis recepti, inſigni malitia & impietate occupati ſunt iidem Miniſtri, cum dicunt cunctos maiores ſuos & noſtros, ſine vlla comparatione his meliores ac fideliores, miſere periiſſe. Ac de his ſatis.

PLVRIMOS CHRISTIANOS ET IAM damnatos: & in futurum damnandos eſſe in inferis: aduerſus 23. & 24. errorem Hugnoſticorum.

CAPVT VII.

DOCTOR.

Occurrit & alius veſtrorum error, adfirmantium, *Nullum Chriſtianum vel damnatum, vel damnandum fore.* Hæc enim aſſerit Miniſter cognomine Germanus in Clypæo fidei Caluinianæ, pag. 80.

Confut. 1. MIN. O ter quaterque miſeram, & tam peruerſam, quam ſibi aduerſam horum Miniſtrorum progeniem! Alibi docent Maiores ſuos noſtroſque tanquam Papiſtas, idololatras, & Antichriſti ſeruos, tametſi in nomine Trinitatis per Baptiſmum renatos, & Chriſtianæ religionis obſeruantisſimos, in inferis perditos eſſe: & nunc è contrario vociferantur, nullum Chriſtianum damnatum iri. Quid Vertumnis & Proteis iſtis magis inconſtans & varium?

2. Deinde, paulo ante aiebant, viros ethnicos & idololatras in cælum receptos eſſe: hic vero aiunt, Nullum Chriſtianum fore damnandum: nullus ergo ex filijs hominum damnabitur. Atque ſic conſequeretur nullum ſupereſſe futurum generale iudiciũ: Chriſtum nunquam dicturum eſſe reprobis, *Ite maledicti in ignem æternũ:* Matth. 25. male Euangeliſtam ſcripſiſſe, *Ibunt hi in ſupplicium æternum*: nullum eſſe infernum: nullam Gehennam ignis inextinguibilis: nullam denique eſſe Dei iuſtitiam: quæ totidem ſunt horrendi atheiſmi, in quos Miniſtri præcipites agunt vniuerſos miſeros illos, qui fidem concionibus & ſcriptionibus eorum adhibent. Id mihi in tantum videtur abſurdum, & ab omni veritate, religioneque alienum, vt nolim fuſius contra hos de hac re diſputare. Tu dic ſi velis, audiam.

DOCT. Si Dominus diſerte pronunciaſſet, Mat. 7. ſolos infideles damnandos eſſe, Miniſtri Luc. 12. veſtri cum quadam ratione inſanirent: ſed Mat. 18. cum adfirmet omnes operarios iniquitatis proſcribendos eſſe à ſui regni conſortio: ſeruum crudelem, & inhumanum aduerſus conſeruum, mittendum in carcerem: quinque Virgines fatuas non eſſe recipiendas cũ ſponſo: eos denique qui non paſcunt famelicos, non veſtiunt nudos, non viſunt ægrotos, captiuos non liberant, ſiue Chriſtiani ſint, ſiue minus, eſſe maledicendos & præcipitandos in ignem æternum, *qui paratus eſt diabolo & angelis eius*; euidenter declarat plurimos etiam Chriſtianos, excludendos à conſortio & regno ſuo cœleſti.

3. Quid quæſo te, deſignant paleæ creſcentes cum tritico: & qui dicunt, *Domine, Domine*, Mat. 3. 7. non facientes tamen, quæ dicit Domin⁹, 13. vt & qui iactabunt, *In nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus:* quibus nihilominus dicetur, *Neſcio vos, diſcedite à me:* niſi Chriſtianos propter peccata & ſcelera ſua à Chriſti & Sanctorum ſuorum commercio, ad inferorum tenebras relegandos? MIN. Peruium eſt illis verbis Ethnicos, qui nulla Chriſti agnitione, nulla Sacramentorum communione ad eum allecti fuerunt, haudquaquam deſignari: ſic multos Chriſtianos perditum iri.

4. DOCT. Nonne etiam vniuerſos Chriſtianos alloquitur, cum dicit: Luc. 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*? Non etiam generalis reprobatio eſt eorum, qui peccabunt in Spiritum S. quod peccatum non re- Mat. 12. mittitur *neque in hoc ſæculo, neque in futuro*. Cumque refert diuitem epulonem in flam- Luc. 16. mis infernalibus cruciari, nõne hoc eodem exemplo docet, oẽs guloſos, inhumanoſque

erga

Digitized by Google

erga pauperes, inextinguibili Gehennæ igni
ſimiliter tradendos eſſe: ſeu Chriſtiani, ſeu
Iudæi, ſeu ethnici fuerint.

5. Paulus quoque enumerans eos, qui non
1.Cor.6. poſsidebunt regnum Dei, ſine vlla exceptio-
Epheſ.5. ne dicit: *Neque adulteri, neque idololatræ, neque*
Coloſſ.3. *auari, neque rapaces, illud poſſidebunt.* Et alibi e-
numerans opera carnis, *veluti ſunt fornicatio-*
nes, adulteria, veneficia, inimicitias, iras, ſectas, ho-
1.Tim.1.4. *micidia, ebrietates, & his ſimilia,* conſtanter te-
2.Tim.3. ſtatur, quod qui talia agunt regnum Dei non
Gal.5. poſsidebunt. Quis autem audebit negare,
quin pars eorum vitiorum magnam homi-
num Chriſtianorũ vim occupet, poſsideat,
labefactet? MIN. Quicunque inficias ire
perrexerit, & à propria conſcientia coar-
guetur, & ab omnibus mendacij impuden-
tiſsimi condamnabitur.

6. DOCT. Ecquid de vobiſipſis ſentitis &
profitemini, initijs Confeſsionis veſtræ, &
Catechiſmi? Nempe *vos omnes tales eſſe*? Inſu-
per, *inutiles ad omne bonum, procliues ad omne*
malum, & ſine vllo modo ac termino peccantes in
Deum? Nonne etiam author & pater veſter
Caluinus, qui vos intus & in cute nouit, pa-
lam in ore atque oculis, & auribus omnium
Ioa.6.10. teſtificatur, *Vos Chriſtum non ſpectare, niſi oculis*
carnis, vnde contigit vos nihil magnificum in eo de-
prehendere. Senſu veſtro vitioſo deprauare quid-
quid in eo, vel doctrina eius eſt, adeo corrupta ſunt
interpretationes veſtræ. Obſcuratis eius lumen ve-
ſtris inuentionibus peruerſis, quas proprio ſenſu fa-
In c.21.Io. *bricaſtis*? Imo, *ſicut bruta animalia rapti & trãſ-*
In c.1. *lati eſtis toto ſenſu veſtro ad id quod carni commo-*
Act.Ap. *dum videtur, &c.* Oportet ergo vel mendacij
publici coarguatis veſtrum Apoſtolum: vel
improbetis, abijciatiſque Clypeum fidei ve-
ſtræ, tradentem, *Nullos Chriſtianos eſſe damnã-*
dos: vel vos dicatis minime eſſe Chriſtianos.
Quod voletis è tribus eligite, ſi tamen aliqua
electionis libertas in vobis permanſerit. Tã-
Apoc.20. dem cum B. Ioannes ait: eos omnes eſſe pręe-
21.22. cipitandos in ſtagnum ignis & ſulphuris, qui
non inuenientur ſcripti in libro vitæ: inſu-
per, timidos, homicidas, adulteros, venefi-
cos, eidem viæ eſſe committendos, ſatis a-
perit multos alios damnados eſſe, quam in-
fideles & paganos.

7. MIN. Si aduerſarij reſponderint, huiuſ-
modi peccatores, non eſſe Chriſtianos, quid
oppones? DOCT. Innumerabiles ſcriptura-
rum locos adfirmantes, Eccleſiam veram
conſtare bonis & malis, iuſtis & iniuſtis. Non
ſunt autem hi omnes ſcripti in libro vitæ.
Ergo plurimi Chriſtiani, & quidem nimio

A plures, eſſe damnandos. MIN. Reapſe, cum Matt.3.13.
Eccleſia Chriſti comparetur cum horreo, 25.
in quo commixta ſunt grana & paleæ; reti
congreganti bonos & malos piſces: agro in
quo ſimul creſcunt frumenta & zizania;
paſcuis continentibus oues & hircos; decem
virginibus, quarum quinq; ſint fatuæ; aper-
te ſignificatur omnes baptizatos, Chriſtianæ
religionis profeſſores, tametſi moribus per-
uerſos & deprauatos vere appellari Chri-
ſtianos. Non ſunt autem hi omnes æternam
ſalutem adepturi. Aſſerentes igitur omnes
Chriſtianos ſaluandos eſſe, neminem eo-
rum damnandum, expreſsis verbis & de-
B cretis diuinis ſeſe tam temerarie quam præ-
fracte obijciunt.

Adde quod Spiritus S. dixit in Prophetis, 8.
Conuertẽdos eſſe peccatores in infernum: Pſal.9.
Erubeſcent impij, & deducentur in infer- Pſal.30.
num: deſcendant in infernum viuentes: ad Pſal.54.
hæc, eos tantum habitaturos in tabernaculo
Domini, & quieturos in monte ſancto eius, Pſal.14.
qui ingrediuntur ſine macula, & operantur Pſal.49.
iuſtitiam, qui loquũtur veritatem in corde Pſal.51.
ſuo, nec agunt dolum in lingua ſua, &c. Hi Pſal.63.
etiam qui confidunt in diuitijs ſuis, oppri-
munt pauperes, in quorum manibus ſunt
iniquitates, dextera eorum repleta eſt mu-
C neribus, qui properant vt effundant ſangui-
nem, &c. pro certo ibunt in pœnas æternas.
Certum eſt igitur multo plures Chriſtianos
in æternum perituros eſſe, quam ſibi Mini-
ſtri & ſatellites Hugnoſtici perſuadeant.

DOCT. B. Ephrem Syrus deſcribẽs hor- 9.
rendas lamentationes, poſtremaque verba L. de extre-
damnatorum Chriſtianorum ſtatim atque mo iud.c.
ſeparati fuerint ab electis, vt inferos intrent, 4. & lib. de
hanc noſtram ſententiam diffuſe corrobo- pœn. c.7.
rat. S. Auguſtinus obſeruans eos eſſe dam- L. de fide &
nandos, qui de facultatibus ſuis non eroga- operib.
uerint pauperibus; concludit, cum potiore
ratione illos eſſe perituros, qui alienas rapu-
D erint, & vi detinuerint. Præterea, nec ſolam
fidem homines iuſtificare vel ſaluare, ſed o-
pera bona penitus neceſſaria eſſe: ex quibus
conſtat plurimos Chriſtianos à ſalute lon-
giſsime abeſſe. Euſebius Vercellenſis, beati Ep. ad Da-
Hieronymi diſcipulus adfirmat hunc pium maſc.
præceptorem ſuum ſibi reuelaſſe: Gehenna-
lem pœnam ethnicorum longe mitiorem &
leuiorem eſſe pœna improborum Chriſtia-
norum: ex quibus liquet peruerſos Chriſtia-
nos non ſaluari, ſed in inferis grauiter cru-
ciari. MIN. Id mihi adeo perſpectum eſt, vt
amplioribus probationibus non ſit opus.

Digitized by Google

SVPPLICIA INFERORVM DIuerſa ſunt iuxta diuerſitatem delictorum: aduerſus 25. errorem.

CAPVT VIII.

MINISTER.

VAlde aueo ſcire, an tormenta ſuppliciaque inferorum ſint inæqualia & diuerſa, ſecundum inæqualitatem peccatorum & ſcelerum eorũ, qui illic torquebuntur. Nam
Inſt.l.3 c. 25.§.12. Confeſſ. à Caluino & Beza iniectus eſt mihi ſcrupulus, & quædam dubitatio, quandoquidem ille longe lateque de inferis differens, eius rei nunquam meminit: iſte vero ſe non tantum contemnere vt inanes ſpeculationes, verũ & ex animo execrari profitetur quidquid hactenus de hac re traditum fuit à Catholicis. Exime hunc mihi ſcrupulum.

Confut.1. DOCT. Id facile & prompte facio, ſi fidem adhibeas ijs expreſsis Chriſti verbis:
Mat.10.11 *Tyro & Sydoni remiſsius erit in die iudicii, quam vobis. Terræ Sodomorum remiſsius erit in die iudicii, quam tibi.* Ergo manifeſtum & certũ eſt, quoſdam eſſe mitioribus pœnis in inferno multandos, quoſdam vero longe grauioribus ſecundum grauiorum peccatorum exigentiam & rationem. Nec enim dubitãdum peccata eſſe quædam alijs grauiora: quia di-
Ioan.18. xit Dominus Pilato: *Qui me tradidit tibi maius peccatum habet.* Inſuper, quædam peccata eſſe
Matt.12. in Deum Patrem, alia in Filium, quæ non difficile remittuntur: alia vero in Spiritum ſanctum, quæ neque in hoc ſæculo condonantur, neque in futuro.

2. Luc.12. Alio rurſum in loco dicit Dominus: *Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis.* Profecto ſi multum & parum diuerſitatem & inæqualitatem ſignificant, manifeſtum eſt pœnas reprobis in inferno repoſitas, fore plurimum inæquales & diuerſas: vt adeo ſint aliæ alijs grauiores & acerbiores.

3. Matt.23. Et iterum, grauiſsimis comminationibus impetens Phariſæorum hypocriſin, aiebat ad illos: *Grauius iudicium accipietis,* id eſt, grauiora vos ſupplicia & tormenta manent, eo quod cæteris grauius peccetis. Et de ijs quos ſeducebant, ſeque deteriores reddebant, ſubiungit: *Redditis illos filios Gehẽnæ duplo quam vos.* Inde enim conſequitur Deum in illos grauius animaduertere iuſtitia ſua, qui grauiora admiſerunt flagitia? MIN. Equidem

A quinq; ſcripturarum loci, quos in medium protuliſti, adeo probant ſententiam quam defendis, vt Muſculus, Caluinus, & Marlo- Com. in c.
ratus, eis ſe victos agnoſcentes, pronunciẽt, 10. Mat. &
Grauiores daturos eſſe pœnas contempto- 12. Luc.
res Euangelij, quam Sodomitas: &, leues lapſus leuiorẽ caſtigationem manere. DOCT. Com. in ca.
His iungas diſcipulum eorum Danæũ, poſt 113. Ench.
D. Auguſtinum fatentem: Pœna damnato- Aug.
rum, & ſi non erit omnium inter ſe æqualis (vti nec peccata ſtatuuntur æqualia) tamen erit omnibus qui damnabuntur perpetua.

MIN. Non poſſent occurrere euidentio- 4.
res Miniſtrorum contradictiones, vt erro-
B rem ſuum deſtruant: nec firmiores probationes vt de hac re doctrina corroboretur: quocirca paucis contrahas, quæ tibi in hanc rem ſuperſunt. DOCT. Scriptura vbique Rom.2.
perſonante, Deum redditurum vnicuiq; ſe- 2.Cor.5.
cundum opera ſua: vnumquemq; receptu- 1.Pet.1.
rum ſecundum proprium laborem: & pro- Apoc.2.
ut geſsit in corpore ſiue bonum ſiue malũ: denique, quod vnuſquiſque metet prout ſeminauerit, ideoque qui parce ſeminat, parce & metet, ſatis nunciat diuerſos fore gradus pœnarum & remunerationum: & ordinem, rationemque iuſtitiæ Dei diſtributiuæ ſeruandam in nouiſsimo die.

C Sed quiſnam expoſtulare poſſet decretũ, 5.
hoc vno manifeſtius & firmius à ſummo omnium iudice aduerſus Babylonem, id eſt, cœtum omnium reproborum diſerte pro-
nunciatum: *Quantum ſe glorificauit, & in deli-* Apoc.18.
tiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum? Deut.25.
Non & ipſe in lege decreuerat: *Secundum menſuram delicti, ſit & plagarum modus.* Hinc veteres vt Innocentius Tertius huius nominis Pontifex decernit: Pœnæ infernales ſecundum diuerſa peccata ſunt diuerſæ. *li.3. de*
contemptu mundi, cap.4. Et Bonauentura ait: Diſt. 9. &
Eſt in inferno pœnarum diuerſitas: & pœnæ 49.
erunt diuturnæ, imo ſempiternæ: quod, pro-
D batur ex Iſa.c.33. & Matth.25. Idem Breuiloquij c.6. Ignis inferni ſemper affliget reprobos, alios plus & alios minus, ſecundum exi-
gentiam meritorũ. Et ante hos Petrus Lom- L.4.d.49
bardus ait: Sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis, alij minus: ita & mali differenter in inferno punientur. Sicut enim *in*
domo Patris manſiones multæ ſunt: i.e. præmiorũ Ioan.14.
differentiæ: ita & in Gehenna diuerſæ ſunt manſiones, id eſt, ſuppliciorum differentiæ.
Et Hugo Eterianus ſcribit: Vnus gehen- L. de re-
næ ignis eſt in inferno: ſed non vno modo greſſu ani.
omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſque ab inferis.
enim

Digitized by Google

enim quantum exigit culpa, tantum illic ſen- A
titur & pœna.

6. MIN. Hæc quidem vt vera, ſic mira: ſed
Enchir. c. 113. antiquiorum adde teſtimonia, & ſatis erit.
DOCT. Ait conſtanter Auguſtinus, pœnam
& mortem damnatorum fore ſine fine, &
ſine omni termino, communeque cunctis
reprobis; quamlibet homines de varietate
pœnarum, de dolorum releuatione, vel in-
termiſſione pro ſuis humanis moribus ſu-
L. Dialog. c 45. ſpicentur. Et eo apertius D. Gregorius: Vnus
quidem eſt Gehennæ ignis, ſed non vno mo-
do omnes cruciat peccatores. Vnuſquiſque
enim quantum exigit culpa, tanta illic ſen-
tietur pœna. Addit hoc ſimile. Vt in hoc B
mundo omnes qui ſunt ſub ſole, non patiun-
tur parem ardorem, ſic nec omnes qui mer-
gentur in ignem æternalem, non patientur
idem incendium. Cæſarius Arelatenſis ſub-
Homil. 1. ſcribit: Quanto maiora commiſerunt, tan-
to feruentius ſæuit in illos ignis æternus.

IGNEM INFERNI VERVM, REALEM, & corporeum: ſpiritus reprobatorum duriter cruciare: etiam antequam corpora ſua reſumpſerint: aduerſus 26.27.& 28. errorem.

CAPVT IX.

MINISTER.

PRæcipui authores noſtri Bucerus, Calui-
nus, Muſculus, & alij, conantur in ani-
mos ſuorum inducere, *Ignem inferni tantum
eſſe ſpiritalem, non etiam materialem & corporeũ:
nec vere cruciare reproborum animas corporibus
exutas*: ſed omnia quæ dicuntur illic eſſe, ſint
metaphorica. Velim itaque de iis reddi cer-
tiorem.

Confut. 1. DOCT. Multa poſtulas, & plane ſemota à
noſtris ſenſibus humanis: ſi tamen vna me-
cum velis in horum veſtigatione ingenij vi- D
res exercere, ſpero Deum ex ſcripturis, Ec-
cleſiæ finitionibus, atque ſanctorum Patrum
doctrina, nobis reuelaturum, quid ex iis ſen-
tiendum & credendum ſit mortalibus. Pri-
mum autem te memorem eſſe peropto, nos
antea probaſſe in genere, & locum, & tor-
menta inferni non eſſe metaphorica, vel ſo-
lum ſpiritalia: nunc ergo ſpecialiter probe-
mus, ignem eius eſſe verum, realem, corpo-
reum, ſenſilem: inſuper, & dæmones incor-
poreos & ſpiritus damnatorum etiam ante-
quam corpora propria reſumpſerint eo-
dem igne ineffabiliter cruciare. De aliis tor-
mentis poſtea ordine ſuo diſquiremus. Di-
ximus itaque ex ſcripturis, Ignem demiſſum *Gen. 19.*
in Sodomæos & Gomorrhæos: deinde, in *Leuit. 10.*
Nadab & Abiu: poſtea, in duos quinquage- *4. Reg. 1.*
narios irriſores Eliæ, verum, realem, & cor-
poreum fuiſſe: at ille deſignabat ignem Ge-
hennæ, quo torquentur damnati: imo per il-
lum iam incipiebant torqueri pœnis in infer-
no ſibi debitis, ſentiebant corporum & ani-
morum dira ſupplicia. MIN. Profecto, nihil
illic metaphoricum, nihil imaginarium, ni-
hil niſi ſolum ſpirituale: quapropter cum di-
cat Apoſtolus, eos pœnas ignis æterni ſuſti- *Iud. epiſt. verſ.*
nuiſſe, nihil ambigendum, quin hic realis ſit
& corporeus, longeque acrior & omnibus
modis illo ſeuerior.

DOCT. Deinde, laudatus fuit Auguſti- 2.
nus, qui poſt multas de hoc igne diſquiſitio- *L. 21. de ciuit. c. 10.*
nes, demum concludit, Gehenna illa corpo-
reus ignis erit. Adhæc, inducti quatuor Mi- *Cent. 1 L. 1. col. 224.*
niſtri Centuriatores, profitentes hunc ignem
non tantum ſpiritalem, ſed etiam corporeũ,
cum tam frequenter ita nominetur in ſcri-
pturis. Cum ergo & Dei expreſſum verbum,
& priſci Theologi, & Miniſtrorum celeber-
rimi ſententiam Catholicam admittant.
Doctores ſcholaſtici nequaquam fuerunt à
C Danæo vituperandi, quod rem ita ſe habere
magiſtraliter definierunt. MIN. Minime ſa-
ne, ſed potius laudandi, quod tam ſtudioſe
& diligenter hoc depoſitum ſeruarint. Hac
de cauſa rogo obnixe, vt præcipuos eorum
adducas, ſimul rationes adferas, quibus ni-
xi, hoc ipſum decreuerint & docuerint.

DOCT. Scribit diuus Thomas: Hæc pœ- 3.
na animarum damnatarum non ſolum erit *Compend.*
in malis ſpiritualibus, vt aliqui putauerunt, *Theolog. c.*
ſed etiam pœnas corporeas ſuſtinebunt. Et *179.*
declaraturus tormenta ſeu effectus huius i-
gnis, addit: Quæ animabus damnatorum
prænuntiant corporeas pœnas, vtpote, quod
ab igne inferni cruciabuntur, ſunt ſecun-
dum literam intelligenda. Addit vero hanc
rationem. Peccauerunt deſerendo amorem
& cultum Creatoris, vt ſeſe intemperanter
dederent corporalibus delitiis: æquum eſt i-
gitur, vt priuatæ ipſius deificæ fruitionis, ca-
ſtigentur igne, aliiſque pœnis corporeis.
MIN. Hæc plane fulciuntur hoc decreto
diuino: *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* *Sap.*
Peccarunt pene omnes corporibus, ac mem-
bris carnalibus: iuſtum eſt igitur, vt igne et-
iam corporeo torqueantur.

DOCT. Aegidius à Roma, eodem ſæculo 4.

 ſcri-

Digitized by Google

Tractat. de inferis c.13.

ſcribebat: Omnino tenendum eſt cum Ca- A tholica fide animam pati ab igne: ſed quomodo patiatur, difficile eſt videre. Et poſtquam expoſuit hunc ignem animas affligere vt quoddam efficax actiuumque diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum, ait: Quandoquidem iſtæ animæ nimis ſeruierunt rebus materialibus & ſenſibilibus, æquum eſt crucientur talibus ſuppliciis. Et paulo poſt. Dicemus ergo quod ſic affligitur anima per ignem, ſicut nunc caro per ignem. Tandem enumerans quatuor modos, quibus id fieri poteſt: diſſoluit argumenta, quæ in contrarium poſſunt adduci. Veſtrorum eſt reſponſiones eius refellere, ſi pergunt in erroribus ſuis eſſe B pertinaces.

5. Centur. 13. col. 544. 545. Dist. 9. c. 49.

B. Bonauentura, quem etiam fatentur Hæreſiarchæ, fuiſſe virum magni ingenij, diſciplinarum capacem, inter Theologos præſtantiſsimum habitum, & hanc ob cauſam, tantam adeptum eſſe authoritatem, vt in toto orbe terrarum habitus ſit clariſsimus, & miraculis eum illuſtrem fuiſſe. Is igitur ſcribit: Pœna inferni prima eſt ignis, ſecunda vermis: Ignis ardebit carnem, vermis ardebit mentem. Iſaiæ vltimo: *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Subiicit: Nũc videmus, quod homo non poſſet ſine maximo tormento, ignem in parte vnius digiti C ſuſtinere per vnam horam; quantus ergo dolor, quando totus homo ardebit in igne?

Breuiloq. 7 parte, c. 6.

Etidem alibi: Affligentur eodem igne corporali, qui cremabit & affliget ſpiritus, etiam & corpora: nec tamen corpora illa conſumet, ſed ſemper affliget, alios plus, alios minus, ſecundum exigentiam meritorum. Adhibet ſcripturas: *Ibunt impij in ignem æternum. Ignis eorum non morietur. Paleas tradet igni inextinguibili. Palmitem non ferentem fructum tollet, & in ignem mittet. Ignis ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum, &c.*

Matth. 25. Matt. 3. 13. Pſal. 11.

MIN. Ego magis longe quam antea nunc ſuſpicio & veneror ſcholaſticos: video etenim illos do- D gmata ſua firmare & ſcripturis, & apertis rationibus: inſuper, nullã doctrinam nouam inducere, (prout Caluinus, & qui ſunt ex diſciplina eius improbe calumniantur) ſed methodo, nouiſque argumentis, quæ à ſuperioribus ſuis acceperunt, tradere atque communire.

6. Serm. de tranſitu S. Malach.

DOCT. Et hoc ipſum nunc clariſsime demonſtro. S Bernardus, omnibus ſcholaſticis longe ſuperior, ſcriptis conſignarat: Eſt deorſum nos locus, quem ſibi totũ vendicat ignis, adeo vt ne minimam quidem aquæ guttulam de Lazari digito, miſer ille Diues ibi habere potuerit. Luc. 16. Idipſum alio in loco probat ex eo quod ſcriptum eſt, Ibi eſſe fletum & ſtridorem dentium. Eſt fletus ob ignem (ait) qui non extinguitur: ſtridor dentium, ob vermem, qui non moritur: plane fletus ex dolore, ſtridor dentium ex furore.

Serm. 6. Matth. 8.

7. L. de regreſſu animarũ ab inferis, c. 12.

Eodem ſæculo, Hugo Aetherianus ſcribebat: Nec eſt in dubitationis parte locandum, ignem illiuſmodi eſſe corporeum, in quo certum eſt ſpiritus cruciari tam continuo ardore, vt tota maris aqua non poſſet extinguere eius calorem. Deinde, perquirẽs quantum ignis ille differat à noſtro, & ſolo attactu torqueat corpora, animas, ſpiritusq́ damnatorum, id pro certo adfirmat per hæc Prophetæ verba: *Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Crucior in hac flamma.*

Eccl. 7. Luc. 16.

8. In c. 13. Oſe. L. 2. Com. in Eccl.

Multo ante hos omnes Haymo Halberſtatenſis docuerat, Infernum eſſe locum in quo animæ ardoribus accinguntur atque flammis iuxta dignitatem ſuorum meritorum. Et Rabanus Maurus aiebat: Caro peccatorum, quæ luxuria affluebat in mundo, ſimul cum anima pœnis arctabitur, & igne cruciabitur Gehennæ. Id confirmat iſta Saluatoris ſententia: *Melius eſt debilem eſſe vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis, vbi fletus eſt, & ſtridor dentium.* Ante hos quoque venerabilis & ſanctus Beda aſſeruerat. Hunc ignem dici inextinguibilem, primo, quia reipſa & in perpetuum ardebit: ſecundo, quia non extinguet, vel conſumet illos quos ardebit, ſed ſemper illos cruciabit morte immortali.

L. 3. Com. in Ioh. & L. 1. in Luc.

9. L. de ſummo bon. c. 29. In Pſ. 10.

Iſidorus Hiſpalenſis, ait cogitationes reproborum vrendas eſſe triſtitia, & corpora igne, & hunc ignem exhibiturum lumen, quo ſe damnatos animaduertant, non autem conſolentur. Dixerat ad hæc Caſsiodorus: Ignis iſte ſic abſumit, vt ſeruet: ſic ſeruat, vt cruciet, Dabiturque miſeris vita mortalis, & pœna ſeruatrix. MIN. Siquidem hic ignis vrit & incendit corpora, atq; animas, certum eſt illum verum eſſe, non typicum aut metaphoricum; & quoniam torquet, affligitque, valde acutæ & ſubtilis eſt actionis.

10. L. 4. Dialo. c. 28. 29.

DOCT. B. Gregorius, inſtituta de hoc diſputatione, tandem reſoluit, Reprobos ab inſtanti ſuæ mortis præcipites agi, & ardere in igne inferni. Deinde, probat, quod licet ignis ille ſit corporeus, poteſt tamen animam incorpoream retinere & affligere, cum hic detineatur corpore humano quod materiale & terrenum eſt, ipſiusq́ afflictionibus & dolo-

Digitized by Google

doloribus torqueatur. Addit præterea, animam damnatam, & igne corporeo detentam, eundem videndo & ſentiendo puniri & cruciari: quod firmat iſta lamentatione & querela animæ diuitis Epulonis. *Crucior in hac flamma.* Ad hæc, cum dæmones ſpiritus ſint ac incorporei, ſunt tamen & permanebunt in corporeo igne inferni, à quo varie cruciantur. Subdit ergo: Ignem Gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certum eſt corpora cruciari. Si igitur Diabolus & angeli eius (cum ſint incorporei) corporeo ſint igne cruciandi, quid mirum ſi animæ, & antequam recipiant corpora, poſſunt corporea ſentire tormenta? MIN. Sed alio in loco ſcribit: hunc ignem eſſe incorporeũ. DOC. Error eſt Typographorum, qui omiſerunt particulam *Non*, negatiuam, quæ in fidelibus manuſcriptis exemplaribus habetur: in quibus ſic legitur: Gehennæ ignis cum non ſit incorporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, &c. Confirmans quippe quod alibi ſentit tam conſtanter & aperte docet hoc vltimo loco, prædictum ignem creatum fuiſſe à Deo, idque ab initio mundi, & ab eodem ita ſeruari cum ſuis flammis & ardoribus, vt non opus ſit aliunde alatur: alia ratione hoc indicat & iudicat per has duas ſcripturæ ſententias: *Deuorabit eum ignis, qui non ſuccendetur: Pones eos vt clibanum ignis, &c.*

Luc. 16. — Matth. 25. — L. 15. Morel. c. 17. — Iob. 20. — Pſal. 10.

11. MIN. Mirum in modum mihi arridet ſancti huius Paſtoris doctrina, ex ſcripturis repetita & munita. Sed ſcire percupio, quid de hac re ſenſerit ac docuerit Diuus Auguſtinus. DOCT. Iam expoſui, illum & frequenter & varie de hoc diſſeruiſſe: ſed poſtremam eius reſolutionem ac ſententiã fuiſſe, Hunc ignem corporeum eſſe & materialem, tamẽ inextinguibilem, & perpetuo affligentem reprobos, ſeu corporeos ſeu incorporeos. Quod probat non tantum rationibus & ſcripturis, quas ex B. Gregorio nunc audiſti: ſed & pluribus aliis, quales ſunt iſtæ: *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Bonum eſt tibi debilem vel claudum intrare in vitam, quam duas manus vel pedes habentem ire in Gehennam ignis inextinguibilis. Vindicta carnis impij, ignis & vermis.* Deinde, elicit hanc concluſionem: Gehenna illa, quod etiam ſtagnum ignis & ſulphuris dictum eſt, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum cum diabolo, cum Veritas dicat, eundem ignem æternum præparatum eſſe omnibus impiis.

L. 21. de ciuit. c. 9. 10. — Iſa. 66. — Marc. 9. — Eccl. 7. — Apoc. 19. 20.

12. Et vt ad Apoſtolica tempora conſcendamus, Tertullianus affirmat, Hunc ignem ita ſeruari à Deo, vt ſit incorruptibilis ac perpetuus, & ignes quos interdum cernimus è cælo demiſſos, & alios è montibus ſulphureis erumpentes, certa nobis eſſe illius infernalis argumenta. Alio in loco ſententiam ſuam corroborat teſtimonio eius Animæ, quæ cruciata ſuppliciis inferni, querebatur ſe torqueri. Addit etiam non eſſe ſomnium, ſed veram hiſtoriam, cum nomen Lazari deſignetur: quod non fit in Parabolis. Reſumpta alibi eadem hiſtoria, cõcludit quaſdam animas, etiam à corporibus ſeiunctas, etiam ante externum iudicium excruciandas eſſe flammis inferni: alias enim non vociferatus eſſet illa, *Crucior in hac flamma*: quæ verba de vero & reali igne ſunt capienda. MIN. Mihi ſatis eſt: Inquirendum nunc de aliis tormentorum ſpeciebus, num & illæ reales ſint, an vero tantum metaphoricæ atque ſpiritales.

Apol. c. 48. — L. de pœnit. c. 12. — L. de anima c. 7. — Luc. 16. — L. de reſur. carn. v. 17.

DAMNATOS CRVCIARI VERO fætore ſulphureo: inſuper & fumo intolerabili: aduerſus 29. & 30. errorem.

CAPVT X.

DOCTOR.

QVando Beza toto corde reſpuit & execratur quæcunque Catholici ſentiunt de pœnis inferni, conſequens eſt vt neget damnatos illic cruciari intolerabili fœtore ſulphuris, & fumi. Caluinus ibidem non niſi metaphoricos cruciatus conſtituens, verum fœtorem & fumum non putat adeſſe. MINIST. Quibus ſcripturis contrarium efficis?

Confut. 1. DOCT. Hac in primis, qua dicitur, Dominum à Domino compluiſſe ignem & ſulphur in Sodomæos & Gomorrhæos, vt iis ſuppliciis damnationem ſuam inchoarent, initiumque huius eſſet tam intolerabilis ardor & fætor. MIN. Reipſa Iudas Apoſtolus docet, has illorum pœnas nobis fuiſſe propoſitas, velut exempla ignis æterni: atque ſic cum ſulphur & fœtor eius in illos immiſſa ſunt pro ſupplicio, dubitandum non eſt, quin ſit tormentum commune aliis omnibus reprobis.

Gen. 19. — Epiſt. v. 7.

2. Beatus Gregorius ait, id optime conuenire ordini iuſtitiæ diuinæ, vt qui dediti fuerunt voluptatum & corruptionem carnis fœtoribus:

L. 4. Dial. c. 36. & 8. Moral.

bus: viciſsim affligantur ardentibus & ſul- A phureis ardoribus. Scribit namque: Sulphur fœtet, ignis ardet; qui ergo ad peruerſa deſideria carnis fœtore arſerant, iure ſulphure & igne perierunt, vt ex iuſta pœna diſcerent quod iniuſto deſiderio feciſſent.

3. *Apoc.19. 20.21.* Et Diſcipulus quem diligebat Ieſus, referens Beſtiam (i. improborum omnium colluuiem) deiectam fuiſſe in ſtagnum ardentis ignis & ſulphuris: deinde, diabolum, & pſeudoprophetam (Antichriſtum, videlicet) præcipitem actum in ſtagnum ignis & ſulphuris, in quo torquebitur die ac nocte: ſatis indicat inferni locum plenum eſſe tali incendio at- B que fœtore. Nam ſcriptura tam expreſſe, tamq́ frequenter id affirmat, vt nulla neceſſitas vrgeat, recurratur ad Metaphoras aut allegorias, nonne credendum ea ſic eſſe vt Deus reuelat & loquitur? Quid autem aduerſus illum hæreticas opinationes opponemus? Quid argutabimus?

MIN. Cedendum profecto & in iis, & in vniuerſis aliis altitudini ſapientiæ & ſcientiæ Dei, non peruicaciter contendendum. Quod etiam vt ita ſentiam, me plurimum mouent iſtæ graues Dei comminationes aduerſus curioſos nimiſque delicatos Iſraeli- C tas: *Erit pro ſuaui odore, fœtor.* *Iſa 3.* Deinde, pœnarum damnandi Antiochi initium faciens odorem & fœtorem tantum, vt nec ipſe, nec numeroſus exercitus eius illum ferre poſſet. *2.Mach. 9.* Etenim iſtiuſmodi exemplis voluit toti mũdo patefacere, quantis ſordibus & fœtoribus hominum fœminarumque ſuperbiam & delitias in infernali cloaca ſit deiecturus & caſtigaturus.

5. *Pſal.10.* Præterea, cum idem ipſe ſuo ſuggeſſerit Pſalmiſtæ vt caneret, *Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum*, vt illi timore ſaltem ſeruili peccare deſinant: Beza Deum acerrimum omnium D ſcelerum vindicem manifeſte deridet, obganniens huiuſmodi pœnam inter inanes ſpeculationes reputandum eſſe. Deinde, cum minatur Tyranno Babylonis, *Præparata eſt Tophet* (i. Gehenna) *à Rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam*: *Iſa.30.* & per Ezechielem terrens Gog & Magog, id eſt, infideles & reprobos, in extremis ait: *Ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo.* *Ezech.38.* Iſta namque adeo aperta ſunt & firma de tormento fœtoris ſulphurei, vt verbi Dei contemptores ſint, quicunque iſtud ridere & aſpernari conantur.

DOCT. Quandoquidem igitur videor tibi feciſſe ſatis aduerſus primum errorem, 6. ad ſecundum propero, efficioque in tormentis inferni corporalibus, numerandos eſſe fumos intolerabiles. MIN. Non video qua ratione id negari poſsit. Nam cum ibi ſit ardor, ignis inextinguibilis, corporaque damnatorum ſint patibilia, inflammata tamen & afflicta ab illo: neceſſe eſt vt in eo gurgite (vnde nulla patet exhalatio, nullus aditus) fumi ſint craſsi, fœtidi, ac intolerabiles.

DOCT. Sed cum ſcripta diuina prædicent & affirment, quid opus eſt ea in alium ſenſum detorquere? 7. *Apoc. 9.* Per metaphoras & typicos ſermones deprauare? Seribit namque Apoſtolus ac Euangeliſta: *Angelus aperuit puteum abyſsi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei.* MIN. Nemini dubium, quin puteus ille abyſsi ſit horrendus ille inferni gurges: ideo illic horribiles fumi. DOCT. Alius quoque Angelus dicit: *Si quis adorauerit Beſtiam* (Antichriſtum) *cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni, & fumus tormentorum deſcendet in ſæcula ſæculorum.* *Apoc.14.* MIN. Hæc quoque manifeſta ſunt, ſatiſque conueniunt cum iſta Dauidis iræ Dei deſcriptione: *Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie ſua exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* *Pſal.17.* Nec differunt ab iis comminationibus contra impium in Iſaia: *Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus eius, à generatione in generationem deſolabitur.* *Iſa.34.* Denique Ioan. in Apocalypſi: *Fumus eius aſcendit in ſæcula ſæculorum.* *Apoc.19.* Nuſquam enim tantus, talisq́ inueniri poteſt, quam in inferno.

DOCT. Hæc eſt doctrina priſcorum, & fides patrum, vt patet vel ex Innocentio Eccleſiæ Catholicæ ſummo poſt Chriſtum paſtore, qui ante trecentos annos ex ſcripturis dixit: 8. *L.3. de contem. mundi c.4.* Fletus erit propter fumum ignis, ſtridor dentium propter frigus: & loco quartæ pœnæ inferorum adfert fœtorem æternum, qui erit in illo horrendo carcere. D. Bonauentura illud corroborat ex eo quod ſcribitur: *Dieta ſalutis tit. 10. c.1.* *Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum.* *Pſal.10.* Additque: Ibi erit fumus continuus, quia dicitur, Fumus meus in furore meo. *Iſa.45.* Proponit & S. Bernardum, qui inter tormenta infernalia numerat, Fœtorem intolerabilem. Verba porro huius ſunt iſta: *Serm. 6.* Vnde impij tanto animi furore tabeſcerent, niſi in regnum

Digitized by Google

regnum ſummæ beatitudinis coram ſe vidiſſent alios (Electos) introduci: & tunc demum in illos ſeſe fœtores, in illos horrores, in illos incendij æterni cruciatus gemerent
L.1.viſione 2. eſſe damnatos? Addo & B. Hildegardis (quæ huius ætate vixit, cuiuſque ſcripta Eugenius Papa in Synodo Treuirenſi probauit) apertam de hac re teſtificationem, iſtam: *Infernus latitudinem vitiorum, & profunditatem perditionum in ſe continet: os etiam velut os putei habet, igneum fumum cum multo fœtore emittens.* MIN. Sufficit. Iam enim aperte & lucide oculis mentis conſpicio, eos qui reſpuunt doctores ſcholaſticos vel pecora ſtupidiſsima eſſe, quæ nunquam eos legerunt: vel homines malitia refertos, qui ſimulant ſe non perſpexiſſe probationes ex ſcripturis, patribuſque deſumptas, quibus perpetuo vt firmiſsimis fundamentis nituntur.

EXTREMO FRIGORE, HINC TENEBRIS *interioribus, atque exterioribus implicantur atque cruciantur reprobi: aduerſus 31.32.33. errorem.*

CAPVT XI.

MINISTER.

Fieri ne poteſt, vt miſeri inferorum incolæ frigore, tenebris tam interioribus, quã exterioribus, ſimul detineantur & crucientur, vt docetis; cum è contrario, in igne ſint, cuius proprium eſt calefacere atque lucere?
Cōfeſſ. in c. 8. Mat. v. 2 Nam Beza effuſo gutture irridet omnia ea: & Caluinus refert ad metaphoram & quendam modum loquendi typicum, dicens: *Metaphorice per tenebras ſcriptura horrendum mœrorem deſignat.*

Confut. 1. DOCT. Rideant & irrideant quantumlibet voluerint minas & iudicia Dei viuentis, certus tamen ſum ego, quod riſus eorum cito citius conuertetur in fletum, luctum, & ſtridorem dentium; cum propter adulteria, ſodomias, ſeditiones ſuas ille demergetur in Gehennam ignis: iſte vero non liberabitur ab æterno incendio, fœtore ſulphureo, extremo frigore, & tenebris, quibus
Matt. 8. 22. 25. iam tenetur, per conflictas metaphoras ſuas. Nam vt à nouiſsimo errore eorum exordiar, Chriſtus in Euangelio non ſemel prædicit in inferno *tenebras fore exteriores*, in quas reprobi agentur præcipites. Tertullianus (Lib. de reſurrect. carn. & poſt hunc B. Hieronymus Com. in cap. 8. & 22. Matth.) adfirmant iſtas tenebras ſpectare ad ſupplicia oculorum (vnde ſequitur perfecta omnium corporis humani membrorum, partium, & organorum reſurrectio) ac inde Euangelij locos illos loqui de tenebris corporeis, vel vt de pœnis in inferno repoſitis.

Hinc Apoſtoli Petrus & Iudas in pœnis inferni, quæ ſeductores & miniſtros hæreſeon manent, referentes: *Quibus caligo tenebrarum reſeruata eſt: quibus procella tenebrarum ſeruatur:* non obſcure deſignant, non eſſe verba metaphorica, ſed propriam veramq; reuelationem pœnarum Gehennæ, quæ ſunt cunctis infidelibus & apoſtatis præparatæ. Quocirca cum Caluinus ſua fraude tam expreſſa verba Dei per metaphoras ſuas deprauat, & Beza ſubſannat, ſe vltro adſcribunt illorum numero, quibus ipſæ tenebræ ſunt deſignatæ. 2. 2. Pet. 2. Iud. v. 11.

MINIST. Cæterum, neque te celo, Caluinum ſuoſque hac in re omnium maxime ſibiipſis contradicere. Nam in rhapſodiis à Marlorato conſarcinatis ſcribitur: *Dæmones adſeruantur probe cuſtoditi, vt tandem in externas tenebras abiiciantur. Aeterna caligo ipſos aliquando excipiet apud inferos. Illis denſiores ac æternæ tenebræ paratæ ſunt. Seruat reprobos Deus cum Satana puniendos in caligine tartarea, &c.* Etenim ſi tenebræ illic veræ ac æternæ ſunt, ſi denſa caligo, ſi caligo tartarea, vt confitentur: non metaphoricæ, non imaginariæ, non tantum ſpiritales ſunt, ſicut in aliis locis garriunt. Inſuper, ſi per has puniuntur ac excruciantur dæmones, ſatanas, & reprobi, vere agunt in ſpiritus exutos corpore: ſicque pro certo, tenebræ numerandæ ſunt inter tartarea ſupplicia. 3. In c. 2. epiſt. 2. Petri. In ep. Iud. v. 13.

Nec dubito quin horrendæ & palpabiles tenebræ, quibus Deus per Moſem caſtigauit infideles Aegyptios, quædam præſagia fuerint & adumbrationes infernalium tenebrarum, quas improbis parauit. DOCT. Nequaquam falleris tuo iudicio: quandoquidem Vvalafridus Strabus, deinde B. Bernardus idem cenſuerunt atque docuerunt. 4. Exod. 10. In Exod. Serm. 27.

MINIST. Eadem fide mihi perſuadeo perhorrendas illas tenebras, quæ in vniuerſum orbem, Domino moriente ſunt effuſæ, in horrorem perpetrati à Iudæis aduerſus ſanctiſsimum Meſsiam flagitij, tantundem deſignaſſe: nimirum, infideles, ac hoſtes Dei omnes, ingratos, homicidas, proditores, blaſphemos in inferorum tenebris eſſe coercendos atque plectendos. Iudico etiam huc ſpectare quod peccata perſæpe vocentur à 5. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Digitized by Google

Rom.13. Spiritu ſancto *Tenebrarum opera*, quod ſcilicet A
1.Cor.4. authores ſuos ad illas ducant, rapiantque te-
Eph.5. nebras: qui etiam ob hanc cauſam appellen-
1.Theſſ.5. tur *Filij noctis & tenebrarum*, imo & dæmones
ipſi dicantur *Rectores & Principes tenebrarum.*
Tot namque ſcripturas in frigidas allego-
rias & metaphoras transformare, vt ſuppli-
cia neges inferorum, nefaria impietas eſt.

6. Credo etiam eandem ob cauſam ſanctum
Iob.10. Iob vocaſſe infernum *terram miſeriæ & tene-*
Ioel.2. *brarum, opertam mortis caligine*, vbi non eſt or-
Amos 5. do, ſed perpetuus horror inhabitans. Diem
Soph.1. quoque quo ad illas ablegabuntur impij à
Tob.4. Ioele, Amos, & Sophonia, dici *Tempus iudicij,*
diem tenebrarum & caliginis: nunquam vero B
luminis. Tobiam quoque ad eas collimare,
cum dicit: Eleemoſynam non ſinere vt ho-
mo deſcendat in tenebras. Ad hæc quoque,
Eccl.21. opinor, ſcribit *Sapiens: Via peccantium compla-*
nata eſt lapidibus, & in finem illorum inferi, & te-
nebræ, & pœnæ. Non video quid iis omnibus
expreſsius & firmius adduci poſsit, pro ſta-
biliendis tenebris ac vmbris inferorum.

7. DOCT. Adiiciam teſtimonia veterum, vt
noſcas hanc fuiſſe publicam & perpetuam
In Pſ.33.& Eccleſiæ Catholicæ ſententiam. In primis
quæſt.267. autem magni Baſilij infernum deſcribentis
regul. breu. inſtar horrifici barathri, in quo ſunt imper-
meabiles tenebræ, ignisque vim quidem ad- C
urendi, non autem lucendi habens. Ante
L.7.c.7. hunc Lactantius idem probabat aduerſus
Ethnicos, nimirum, impios luere pœnas in
L.de pœnit. tenebroſis locis. Accedit & ſanctus Ephrem
c.7. Syrus, qui pœnas inferorum enumeraturus,
ſic orditur: Primum ſunt tenebræ exterio-
res: ſecundo, aliæ interiores, &c.

8. MIN. Tantum diſcam quæ fuerit beati
In Pſ.6. Auguſtini ſententia, quæ ſint hæ tenebræ ex-
teriores & interiores, & contentus ero.
DOCT. Scribit, tenebras interiores eſſe oc-
cæcationem animi, in quam Satanas immer-
git improbos: exteriores autem ſpectare ad
extremum generalis iudicij diem, cum ſcili- D
Matth.25. cet iuſtus iudex mittet maledictos in ignem
æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis
eius.

9. MIN. Hac de re ſit ſatis: agamus de fri-
Dieta ſal. gore, quomodo inter nimios illos ardores
Tract.10. comperiri poſsit. DOCT. S. Bonauentura
c.1. ante trecentos annos huic quæſtioni ſatisfe-
cit, docuitque extremum frigus, & calorem
repente ſuccedentem alternatim parere do-
lorem ineffabilem, ſic miſeros damnatos al-
ternantibus cruciatibus torquendos & af-
fligendos eſſe: quod efficit his beati Iob ver-
bis: *Tranſibunt ab aquis niuium, ad calorem ni-* Iob.24.
mium. Citat & beatum Bernardum iis ver- Soliloq.c.3.
bis de pœnis inferni differentem: O gehen-
nalis regio fugienda, vbi eſt ignis ardens, fri-
gus rigens, vermis immortalis, fœtor into-
lerabilis.

Honorius Epiſcopus Auguſtudunenſis 10.
(alij putant Presbyterum & Scholaſticum) Speculo Eccleſ.
ante hos idem docuerat ſcribens: In inferno
inferiori nouem ſpeciales pœnæ feruntur,
ſcilicet: Ignis inextinguibilis, vermes im-
mortales, fœtor intolerabilis, tenebræ pal-
pabiles. Ante hunc Ambroſius Ansbertus
eandem profeſſus doctrinam dixerat: Quæ- In cap.10. Apoc.
cunque mala poſſunt eſſe, nihil horum da-
mnatis deerit. Sed & Rabanus Maurus iis æ-
tate ſuperior, pro huius rei aſſertione ait: In c.7. Eccleſ.
Flamma inferi vrit, neque diſsipat tenebras:
tormenta illius nullum obſeruant ordinem;
nam non retinent in omnibus, neque vbiq;
ſuas qualitates. Ibi dolor eſt cum metu, &
flamma cum obſcuritate. Tormenta aſpe-
rius torquent, quam quis poſsit tolerare, nec
tamen vitam adimunt. Miſeri ſunt in morte,
nec tamen vnquam mori poſſunt. Denique,
finiri non poſſunt. Sunt defuncti, & non de-
functi. Ibi enim mors viuit. Finis ſemper ibi-
dem incipit, neque perfici poteſt. Defectus
deeſſe non poteſt. Mors interimit, neque po-
teſt extinguere. Dolor torquet, & nulla ex Luc.16.
parte expellit timorem atque ſtuporem, &c.
Hæc autem confirmat exemplo diuitis, qui
ſemper ſitit & ardet: exclamans in mediis
flammis, non poterat mori in ipſa morte,
neque perire in profundo omnium pericu-
lorum, quoniam ibi eſt mors immortalis.

S. Beda his adhuc ætate maior, nec pietate 11.
& doctrina minor, ſcripſerat: Duplex oſten- L.4. in Luc
ditur Gehenna, nimij frigoris, & intolerabi- c.13.
lis feruoris, cui beati Iob ſententia conſentit Iob.24.
dicentis, *Ad calorem nimium tranſibunt ab aquis*
niuium.

Fulgentius prout citatur à B. Bonauentu- 12.
ra, in Epiſtolis ait: Principalia ſunt duo in in- L.4. phar.
feris tormenta. Ibi frigus intolerabile, & ca- c.49.
lor ignis inextinguibilis, &c. Idcirco in Eu- Mat.8.22.
angelio dicitur: *Erit fletus & ſtridor dentium.*
Fletus procedet à calore liquefaciente ocu-
los: & ſtridor dentium ab extremo frigore.
MIN. Non eſt neceſſe in hanc ſententiam
plura referre: alias nunquam finis eſſet,
& quæ allata ſunt, abunde ſa-
tisfaciunt.

REPRO-

Digitized by Google

A

REPROBI IN INFERIS DIRA FAme: acutiſſimaque ſiti in perpetuum affligentur: aduerſus 34. & 35. errorem.

CAPVT XII.

MINISTER.

CAluinus & Beza nullas alias pœnas inferorum admittentes, quam ſpirituales & metaphoricas, viciſsim non credunt perditos affligendos eſſe fame & ſiti. Tu quid cenſes?

B

Confut. 1. DOCT. Eos turpiter errare præter omnẽ rationem, ſcripturam, & Patrum doctrinam, atque fidem Catholicam. Nam ratio docet omne corpus mortale, naturale, & viuens indigere alimento. Damnati in inferis habebunt corpora ſua, eademque poteſtate mortalia, non glorioſa, naturalia, omnibuſque modis patibilia. Certum quoque eſt, dæmones non eſſe cibo conuenienti reprobos illos nutrituros: terramque fructus ſuos eiſdem haudquaquam communicaturam, nec Deum quoque illos paſturos vt olim Moyſem ac Eliam, vel Iſraelem in deſerto, C vel Danielem in lacu leonum. Inferendum eſt igitur, Reprobos in inferis peſtifera rabidaque fame enecandos, ſic tamen vt mori non poſsint. MIN. Adeo euidens & certa ratio iſta, vt nihil excogitare valeam, quod aduerſus eam retorqueatur. Dic de ſcripturis.

2. DOCT. Cum Iſaias & Ioannes præcellentiſsimi prophetarum vtriuſque Teſtamenti, aiunt de beatis cœlitibus: *Non eſurient, neque ſitient amplius:* (Iſa. 49. Apoc.) id de illis affirmando, de reprobis è contrario denegant, per regulas generales, ſcilicet, Ab antecedentibus contrariis & oppoſitis, ſequuntur concluſiones D contrariæ ac oppoſitæ. Et: Quidquid negatur de vno oppoſito, affirmatur de alio. MIN. Expreſſa ſunt Dei verba, quibus etiam philoſophia ſuffragatur.

3. DOCT. B. Bonauentura in enumeratione (Dieta ſalutis tit. 10. c. 1.) pœnarum Gehennæ, quinto loco recitat obſcœnam famem & ſitim ardentiſsimam. Primam probat ex verbo Dei apud Iſaiam: (Iſa. 45.) *Serui mei comedent: vos autem eſurietis.* Adducit & hæc verba B. Gregorij: Immortales ibi fames interficit. Probat autem reprobos torreri ſiti arida, quoniam in inferis tanta eſt omnium bonorum tam ſpiritalium quam corporalium pœnuria, vt diues immitis nun- (Luc. 16.) quam illic potuerit reperire guttulam aquæ, qua linguam refrigeraret, vel anhelam auidamque ſitim aut mitigaret, aut depelleret.

His adde B. Bernardi teſtimonium iſtud: 4. Eſt deorſum nos locus, quem ſibi totum (Serm. de tranſitu Malach.) vendicat ignis, adeo vt ne minimam aquæ guttam de Lazari digito miſer ille diues ibi habere potuerit. Et alio in loco: Quis illos manere credendus eſt cruciatus, qui in hac (De conu. ad Cleric. c. 14) vita peſsima perpetrarunt, ſi ſic ſunt cruciandi, qui hic bona receperunt, vt in medio flãmæ æſtuantibus linguis, ne minimæ quidem ſtillæ obtinere refrigerium queant? Ex his puto liquido tibi pateſcere, Reprobos fame & ſiti torqueri.

MIN. Si D. Auguſtinus hanc defenderit 5. ſententiam; non dubito quin Catholica ſit & Apoſtolica. DOCT. Idem ſanctus Bonauentura, iſta refert ex quodam illius ſermone: (Soliloq. c. 3.) Væ illis quibus præparabitur dolor vermium, ardor flammarum, ſitis ſine potu. Quod ego in ſcriptis perquirens, inueni iſta eius verba: Væ iis quibus paratur dolor vermium, ardor flammæ, ſitis ſine extinctu. (Epiſt. 111: L. de tripl. habitaculo, c. 1.) Et rurſus alibi ait: Lacus inferni plenus eſt tenebrarum, diſcordiæ, odij, aduſtionis, ſitis, famis, ignis inextinguibilis, &c.

VERMIBVS CORPOREIS, REPROborum corpora: & ſpiritualibus, ſpiritus eorum cruciabuntur: aduerſus 36. & 37. errorem.

CAPVT XIII.

MINISTER.

QVomodo intelligendum eſt, quod non raro in ſcripturis dicitur, de vermibus immortalibus impios in inferno afflicturis? Nam Marloratus citat Bucerum dicentem: *Vermes materiales non oportere intelligi, qui rodant corpora impiorum: ſed eſſe quendam loquendi modum metaphoricum vt ſcriptores ſacri magis terrerent.* (In cap. 9. Mar. v. 44. In c. 66. Iſaia v. 15. 24.) Caluinus non ſolum hanc tuetur ſententiam: ſed & Catholicam de iis doctrinam appellat, *Inutiles Sophiſtarum ſpeculationes.*

DOCT. Contra vero, & veteres & recentes Doctores Catholici: (Confut. 1.) & quod longe præſtantius, Prophetæ, ac Euangeliſtæ: imo & (Iſa. 66.) Chriſtus æternus Dei Filius, etiam tertio, (Mar. 9.) magnoque ſerio docent reprobos duriter cruciandos eſſe ab his vermibus. Itaque vel Caluinus vel impius blaſphemuſq; impoſtor eſt: vel hi omnes ridiculi Sophiſtæ. Attende

Digitized by Google

autem quæſo te, iſtorum impoſtorum nequitiam. Alibi ſæpe magnificeq; fingunt ſe omnes allegorias, ſenſuſque myſticos & ſpiritales odiſſe, & ſoli ſe literali explicationi velle adhærere: multiſque iniuriis lacerant vexantq; Origenem & Gregorium, quod iis nimiam nauent operam: & nunc pro arbitrio metaphoris incumbunt, ludunt, ac eludunt aperta ſcripturarum (quibus errores eorum damnantur) verba & teſtimonia. Quæcunque de inferorum loco, de promptuariis, de igne, de flammis de ardoribus, de frigore, de fumo, de fœtore, de cunctis aliis ſuppliciis eius dicuntur in ſcripturis, thraſonibus iſtis ſunt tantum metaphoræ, typi, & nudæ loquendi formulæ. Quis hoc feret?

2. MIN. Dubium nullum eſt, quin hæc omnia ſecundum literam capienda ſint: quandoquidem nulla abſurditas compellit ad figuratiuum loquendi modum confugere. Deinde, nullum incommodum, nihil abſurdum conſequetur, ſi conſtanter aſſeramus, cum inferorum tenebris, ardoribus & fœtoribus, fore materiales vermes, colubros, ſerpentes, bufones, aliaque venenata animalia pungentia & corrodentia damnatorum corpora. Enimuero Salamandræ, & Pyralides in mediis flammis viuere dicuntur, pluraque vermium genera in ardoribus illæſa commorantur. Quinetiam humana corpora in Gehennæ ignibus perſeuerabunt in æternum. Cur non etiam & vermes corporei, quibus corroduntur & cruciantur? Cum itaq; & Deus per prophetas, & Chriſt⁹ per Euangeliſtas aperte & conſtanter tradant reprobos affligi à vermibus, cur de iis ambigemus? Cur pro arbitratu noſtro verbum Dei in alienum ſenſum à literali & germano detorquebimus?

Aug. l. 21. de ciuit. c. 4. Plin. Ariſt. Iſa. 66. Marc. 9.

3. Ad hæc, attendo etiam Deum vltiones ſuas cœleſtes aduerſus quoſdam improbos, ad incipiendas inferorum pœnas, per vermium corporalium corroſiones exorſum eſſe, iiſque animalculis periiſſe, vti referunt Antiochum, Herodem, Syllam, Arnulphũ, &c. Quis ergo prohibebit vltricem manum eius, ne iiſdem ac ſimilibus pœnis in damnatos animaduertat? Buceranæ & Caluinianæ metaphoræ? Typicæ locutiones? Apageſis, ego tam impius? Scripturam diuinam ſic Atheis deridendam exponam?

2 Mach. 9. Act. 12.

4. DOCT. Velim etiam accurate & prudenter mediteris, quomodo ſancti Patres ſcripturæ innixi hac de re loquuntur. Baſilius omnibus modis magnus ait in Barathro inferni innumerabilium vermium genus, venenoſum, carniuorum, eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe exſatians, ac intolerandos dolores morſibus ſuis infligens. Sanctus Auguſtinus eiuſdem numinis cum Baſilio inſpiratione, docet, in inferno locum eſſe flentium, ſtridoris dẽtium, morſuum vermium, clamorum dolentium, luctuum gemẽtium, & vocum clamantium peccatorum Væ, Væ nobis filiis Euæ. Huic ſententiæ conſentiens beatus Hieronymis, iudicat intelligendum eſſe vermem inferni, vt ignem ipſius. Ignis (inquit) iuxta id accipiendus, quod & vermis. Euicimus autem ignem iſtum eſſe corporeum, realem, ac reuera torquere reprobos, ergo de vermib. tantundem ſentiendũ.

In Pſ. 33. Speculo peccat. c. 7. In c. 66. Iſa.

5. Vt autem agnoſcas perpetuam fuiſſe Eccleſiæ ſententiam, ecce rurſum cuiuſdam inſignis Theologi verba: Horreo vermem rodentem, ignem comburentem, fumum, & vaporem ſulphureum. Adiicio ſummum Eccleſiæ Rectorem Innocentium tertium, ſimul & B. Bonauenturam, adfirmãtes quaſi vno ore, hæc tormentorum genera pro certo in inferis recondita eſſe, prout ſcripturis propheticis ac Euangelicis Dominus reuelauit. Ille ait: Vindicta carnis impij, vermis, & ignis. Vterq; duplex, interior & exterior. Interior, qui rodit & vrit cor: exterior, qui rodit & vrit corpus. Paulo poſt referens ordine pœnas infernales addit: Quarta, vermes indeficientes. Quinta, mallei percutientes. Iſtius autem verba iſta ſunt: In ſcripturis nouem pœnæ infernales inueniuntur. Prima pœna eſt ignis, ſecunda vermis. Ignis ardebit carnem: vermis ardebit mentem. Iſaiæ vltimo: *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Et alio in loco: Afflictioni ignis, coniuncta erit pœna vermium, & carentia viſionis Dei: ita quod in his pœnis erit varietas, & cum varietate acerbitas, & cum acerbitate interminabilitas, vt ad reproborum ſupplicium, tormentorum fumus aſcendat in ſæcula ſæculorum. Quid tu ad hæc?

L. 3. de contẽptu mundi, c. 4. Dieta 9. c. 49. Breuiloquij parte 7. c. 6. Apoc.

6. MIN. Prudentiam horum ſanctorum Pontificum attendo & ſuſpicio: qua ſcripturam de vtriſque vermibus, id eſt, & corporeis & ſpiritalibus interpretantur: quatenus & corporibus & animis impios in inferis cruciari conſtanter aſſeuerent. Sed nondum ſatis capio cuiuſmodi ſit vermis iſte ſpiritalis, quo anima cuiuſque reprobi torqueatur. DOCT. Eſt conſcientia, ſeu iudicium de admiſſis tot tantiſq; in vita ſuperiori ſcelerib. quæ tunc occurrent animis, & eos tanto

Luc. 23. Apoc. 6.

pudore,

Digitized by Google

pudore, tantaque confuſione perfundent, A pungent, ſtimulabunt, & in æternum vexabunt, vt mortem exoptēt, & mors fugiet ab

Innocent. l. 3. de contemp. c. 2. 3 eis. Ita enim ſanctus Pontifex loquitur: Vermis conſcientiæ tripliciter lacerabit. Affliget memoria: ſera turbabit pœnitentia: torquebit anguſtia. Iſthæc omnia firmat ijs per

Sap. 4. 5. Sapientem verbis diuinis: *Venient* (reprobi) *in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus: dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, Hi ſunt quos habuimus, &c. Ergo errauimus à via veritatis, &c.* B

Luc. 16. *Quid nobis profuit ſuperbia: aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? &c.* Denique, proponit exemplum Epulonis timentis ne fratres ad eundem locum deſcenderent tormentorum.

7. MIN. Hæc verba grauiſsima & ſanctiſsima ſunt, & maximam ædificationem pijs animabus adferunt, quoniam & à peccatis reuocant, & ad Dei virtutumque amorem non parum animos accendunt. Adijce adhuc ſi quæ habes in manu patrum teſtimo-

L. de conuer. ad Clericos, c. 17. nia. DOCT. D. Bernardus ait: Duo mala ſunt ignis & vermis: altero roditur cōſcientia, altero concremantur corpora. Et idem C alio in loco: Optimum eſt tunc ſentiri ver-

Tract. de paſſ. D. c. 42. mem, cum poſsit etiam ſuffocari: Idem rurſus de miſerijs inferni ait: Ibi vermis comedens eos (reprobos) non moritur: & ignis nō extinguitur: pro delitijs breuibus, mala recipientis æterna. Rurſumque alibi: In inferno nihil audietur niſi fletus & planctus, gemitus & vlulatus, mœrores atque ſtridores

L. Med. c. 4 dentium. Nihilque ibi videbitur, niſi vermes, & laruales tortorum facies. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pauor, gemitus, ſtupor, & timor horrens. In carne cruciabuntur per ignem, in ſpiritu per conſcientiæ vermem. Atque D hæc D. Bernardus de verme ſpiritali corda conſcientiaſq; reproborum perpetuis corroſionibus vellicante & mordente.

8

L. 21. de ciuit. c. 9. MIN. Si quid de hoc dixit Auguſtinus ne me celaueris quæſo. DOCT. Ille duas interpretationes admittit, ſcilicet, eorum qui volunt hunc vermem eſſe corporeum, & torquere corpora damnatorum, æque ac ignem: & eorum qui referunt illum ad affli-

L. de ſpiritu & anima, c. 56. ctionem animarum, & cōſcientiarum multis & grauibus culpis oneratarum. Alio etiam in loco ſcribit: Vermis conſcientiam corrodet, ignis carnem comburet: quatenꝰ qui Authori ſuo carne & corpore deliquerunt, corde ſimul & corpore puniantur.

MIN. Id non tantum eſt doctrinam iſtam 9.
firmare: ſed & huius reddere ratione͂. Quocirca deſigna ſolum alios patrum locos; & Com. in ca. 50. Iſa.
ſufficiet. DOCT. B. Hieronymus ait: Conſcientia peccatorum, & zelus gentium ſaluatarum, de quibus in fine huius voluminis Iſa. 66. (Iſaiæ) dicitur: *Vermis eorum non morietur.* Sententiam iſtam confirmat Com. in c. 66. Iſa. in 1. c. Lamentationum Ieremiæ: & in Com. qui illi aſcribuntur, in S. Marcum, c. 9.

DAMNATOS CRVCIARI SECVNDVM *quinque ſenſus exteriores, id eſt, viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum: aduerſus 38. 39. 40. 41. & 42. errorem.*

CAPVT XIV.

MINISTER.

SI Bucer, Muſculus, Caluinus, & Marloratus verum ſcriberent, nimirum, inferni pœnas tantum metaphoricas, & ſpiritales eſſe: ſequeretur reprobos nihil torqueri aut pati per oculos, aures, nares, guſtum & tactum, qui externi & corporei ſenſus ſunt atque naturales cunctorum hominum.

DOCT. Si vero expreſſum Dei verbum doceat, Eccleſiaque Catholica teneat eos per omnes illos ſenſus cruciari: nonne ſequetur illos toto cœlo (quod aiunt) aberrare, proindeque non imitandos eſſe? MIN. Illud vt probes oportet, ac primum de viſu horum nobiliſsimo.

DOCT. Sicut ſenſus iſte in cœleſtium rerum Confut. 1.
contēplatione remuneratur in ſanctis: ita in reprobis torqueatur neceſſe eſt. MIN. In ſuperioribꝰ equidem probatū eſt, Beatos cœlites plurimum delectari videntes glorioſam Chriſti humanitatem, cum ſua immortalitate, claritate, agilitate, ſubtilitate, in dextera patris regnantem. Neque paruam eis gloriam adferre beatiſsimæ Deiparæ, omniumq́ꝫ Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Sanctorum viſionem, conſortium, ac intimam charitatem: igitur ex regulis contrariorum & oppoſitorum conſequitur, Reproborum oculos miris modis excruciari. Et vt beati eximia pulchri luminis viſione glorientur: miſeri è contrario, nullo lumine fruuntur: imo in denſiſsimas horrendaſque tenebras coniecti infeliciter gemunt, cruciantur, deſperant.

Digitized by Google

2. DOCT. His adde, Nec vllos habent ob- A
iectos colores gratos, quibus poſsint dele-
ctari: & quod longe deterius eſt, ſi quid aſpi-
ciant, ſi quod viſui occurrat obiectum, illud
ipſum tetrum & horrendum eſt, nempe ſpe-
ctra laruaſq; immundorum ſpirituum, qui
cum ſuis portentoſis & tenebricoſis, ac pla-
ne tartareis figuris ſeſe obijciunt, vt cum il-
lis agant deterrime.

3. MIN. Poteris id efficere teſtimonijs ſan-
L. 3. de cõtempt. mũdi, c. 4. ctorum patrum? DOCT. Nihil poſſem exe-
qui facilius. Nam Innocentius III. doctus &
ſanctus Pontifex pœnas inferni numerans
ait: Octaua eſt horribilis viſio dæmonum,
qui videbuntur in excuſsione ſcintillarũ de B
In cap. 20. Apoc. igne aſcendentium. Et B. Thom. ait: Diabo-
lus detinet animas reproborum in inferno,
& ita diabolus tenet eas ſimul & infernus. Et
L. 1. de mirac. c. 25. ijs ſuperior Petr. Cluniacenſis, B. Bernardo
perfamiliaris, hæc cuiuſdam in morte de-
ſperãtis verba refert: Miſerabiliter ingemi-
ſcens ait: Traditus ſum horrendis tortorib⁹,
igne inextinguibili, cum diabolo cruciãdus.

4. MIN. Pie & recte omnia: ſed antiquiores
In Pſ. 33. poſtulabam. DOCT. En D. Baſilius ante
mille & trecentos annos ſcribens, Eos qui
multa perperam in vita admiſerũt, horren-
di ac triſtes circumſtabunt angeli, ignem pa-
ratum continentes, ignem ſpirantes, ꝓpter C
propoſiti amarulentiam, vultum præ ſe fe-
rentes nocti aſsimilem præ mœrore, atque
Hom. 13. hominum odio. Idem alibi exhortãs vt Ba-
ptiſmus non procraſtinetur, ait ad eos qui
differunt & remorantur: Mors te occupabit
quaſi tempeſtas, diabolus rapiet tuam ani-
mam oneratam peccatis, & adempto tibi o-
mni modo lamentandi, ac implorandi auxi-
lium, immerget te in profundum inferni te-
nebricoſum, &c.

5. Chryſoſtomus ad hæc, iſtam miſerorum
Lib. 1. adu. vituperat. vitæ Mon. conditionem deſcribens ait: Princeps tene-
brarum ſeparatam à Deo ſuo animam flagi-
tioſis immũdiſq; ſatellitibus ſuis illudẽdam D
tradit: & eam vndiq; ſine intermiſsione cõ-
pungentes atque mordentes, venena nequi-
Hom. 54. in Mat. tiæ ſuæ in illam refundunt. Alibi item, refe-
rens terribiles & horrendos geſtus, quos e-
dunt quidam morituri, huc atq; illuc ocu-
los rotantes, atque lectulos ſuos concutien-
tes, adfirmat hoc fieri, quod ſpirituum ter-
rificos vultus ferre non ſuſtineant: nequa-
quam dubitans quin affligantur oculis ſuis,
& ſi nondum in Gehennam ſint demerſi.
Quanto magis ergo illos in hoc ſenſu affli-
gunt, quando illuc dati ſunt præcipites?

His accedit & B. Ephrem, nullo pacto am- 6.
bigens, quin hi maligni ſpiritus, exutam cor- *L. de vera pœnit. c. 8.*
pore ſuo impij animam impellant, trahant,
verberent, flagellent, & omni diritate tor-
queant, cum hanc videant à Deo ſibi dereli-
ctam, ſuæq; crudelitati diabolicæ ad vexan-
dum & puniendum traditam. Nec ſolum illi
ferocibus & truculentis vultibus ſuis ſunt
t[illegible]i & horrori, ſed & cunctis viribus ſuis
eam affligunt & diſcruciant, &c.

MIN. Si audiero B. Auguſtinum de his 7.
dicentem, contentus ero. DOCT. Iſthæc *Tom. 9.*
referuntur ab eo: Aderunt Miniſtri maligni, *Speculo peccatoris c. 7.*
maledicti diabolici, tartarea monſtra, ſpiri-
tus terribiles & peſſimi, velut leones rugiẽ-
tes, vt rapiant prædam, id eſt, animas pecca-
trices & reprobas in loca horrenda & tene-
bricoſa & referta horrore, miſerijs, timorib.
anguſtijs, & confuſionibus, vbi dolor hor-
rendæ viſionis, & tremor tremendæ man-
ſionis. His addit poſtea: Si venenoſus ſerpẽs *1. Pet. 5.*
calumniator & aduerſarius, auſus ſit ſeſe of- *Pſ. 7. 10.*
ferre & irruere in animam S. Martini, quan- *Seuerus Sulpit.*
to audacius impetum faciet aduerſus alios?
Poſtea ſic vnumquemq; noſtrum alloqui-
tur: Quomodo poteris ſtare ad horrendum
aſpectum tremendi vultus eius ad intolera-
bilem furorem oris eius, ad flãmas ſulphu-
reas, oculorum eius? Deniq; concludit: Heu
frater mi, ſi talis ac tantus tremor eſt animæ
peccatrici ex ſolo Satanæ viſu, quanta con-
fuſio, quantuſque horror, quanta afflictio,
quanta lamentatio erit eius conſortium?

MIN. Hæc ſatis de viſu. Quomodo pro- 8.
babis eos per auditum affligi? DOCT. Per *Sap. 11.*
id quod ſcriptura dicit: *Per quæ quis peccat, per
hæc & torqueatur.* Reprobi autem peccant au-
res accommodando falſis rumoribus, men-
dacijs, blaſphemijs, hæreſibus, lenocinijs,
laſciuijs, ſuaſionibus impijs: è contrario ve-
ro, euertunt eas à verbo Dei, fructuoſis con-
ſilijs, ſacris adhortationibus, & æquiſsimum
eſt igitur vt pœnas in hoc ſenſu perferant.

Deinde, cum in felicitate Electi ac pij ho- 9.
minis conſtituatur: *Ab auditione mala non ti-* *Pſal. 111.*
mebit: i. e. ab horrenda triſtiq; Iudicis viuorũ *Pſal. 2.*
& mortuorum ſententia, in ira ſua dicentis *Mat. 25.*
ad improbos, *Ite maledicti in ignem æternum:*
nobis meditandum ac credendum relin-
quitur, impios ineffabili horrore & terrore
percellendos eſſe, cum terribilis vox illa eo-
rum auribus perſonabit.

MINIS. Habes veterum de hac re teſti- 10.
monia? DOCT. Ante quadringentos an-
nos Petrus Cantor Pariſienſis ſcripſit: Re-
probi

probi à triplici verbo aſpero punientur. Primo à verbo aſpero: *Surgite mortui:* tum excitabuntur & euigilabunt à ſomno mortis, ſtatim torquente & damnante eos conſciẽtia. Secũdo verbo aſperiori in exprobratione peccatorum, & talenti non erogati, ſed abſconditi: Tertio, audito verbo aſperrimo, quando ruent & deſcendent in abyſſum inferni: *Ite maledicti in ignem æternum.*] Quantũ ad exprobrationes peccatorum cõmemoratas pertinet, Hyppolitus Martyr, Oratione de conſummatione ſæculi, poſt hunc B. Ephrem aliquot in locis, longe antea copioſe ac eleganter eaſdem expoſuerunt. Docet inſuper idem Cantor, Parentes tum in filios inuolaturos, eiſque exprobraturos, ſe cauſa eorum peccatores & fœneratores extitiſſe: in eos inſurrecturos, vultus eorum dentibus & vnguibus laceraturos. Et è contrario, filios inſurrecturos in parentes, eiſque obiecturos, illos materiam dediſſe ſibi rapinæ, & detentionis rei alienæ, &c. Putas quam ingrata, quam horrenda auditu futura ſint hęc omnia?

Matt.7.& 25. Iſa.5. L. de carit. & iudicio. Li. de Anguſtia animæ.

11. Accedent & perpetuæ blaſphemiæ dæmonum aduerſus Deum, & vniuerſa eius iudicia; & opprobria, ſpurcitiæ, inſultus, atq; ludibria, quæ infernalibus faucibus ſuis euoment contra infœlices miſeriarum ſuarum conſortes, & pœnarum ſocios. Quantas indignationes, mœrores, triſtitias, & anguſtias animis ſuis inde concipient, hæc audiẽtes miſerabilium damnatorum turbæ? Horum omnium eiulatus, vociferationes, horrendas & lamentationes, id eſt, hominum, fæminarum, iuuenum, ſenum, Regum, ſubditorum, è profundo inferni eiaculatas, quis percenſendo narraret? MINISTER. Horum nihil in quæſtionem reuoco, cum præſertim ſcriptum ſit: *Plangent ſe ſuper eum omnes tribus. Reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus, & liber, abſcondenunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium, & dicunt montibus & petris. Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.*

Apoc.1. Apoc.6. Apoc.9.

12. DOCT. Audi & de ijs B. Pontificem & Doctorem Eccleſiæ Bonauenturam dicentem: Ibi erit pœna in omni ſenſu, in viſu per horribiles viſus & aſpectus dæmoniorum. In auditu per lamentabiles gemitus, & clamores de miſerabili ſocietate & crudelitate tortorum, ſine miſericordia, in torquendo non fatigantur, nec ad miſericordiam commouentur. Inſultabunt reprobis hominib⁹ dicentes, Vbi nunc gloria veſtra? vbi nunc altus ſtatus? vbi ſuperbia? &c.]

Faſcicularii c.3.

13. MINIST. Guſtus tertius hominum ſenſus, etiam aliquid triſte patietur? DOCT. Ne dubita quin hi qui illo abuſi fuerint per cupedias, ciborum delitias, obſonia varia, ebrietates, comeſſationes, &c. horribili fame, & ſiti intolerabili torqueantur, vt iam ſupra de alijs ſenſibus probauimus. Scribit enim Seraphicus Doctor Bonauentura: Cogita quomodo ibi per membra quibus quis peccauit, eiſdem puniatur, & omnib. membris malus pœnam ſuſtinebit, Idem iterum: Coniuncta erit afflictio ſecundum omnes ſenſus, coniuncta erit pœna vorans & carentia viſionis Dei, ita quod in ijs pœnis erit varietas, & cum varietate acerbitas, & cum acerbitate æternitas, &c.]

Faſcicularii c.3. Breuiloquii part.7 c.5.

14. Denique, Iudex viuorum & mortuorum præcipiens attendere, ne corda noſtra grauentur crapula & ebrietate. Et Paulus prohibens comeſſationes ac ebrietates, ſatis declarant hæc peccata digna eſſe, quæ ſeuere plectantur à diuina iuſtitia. Quinetiam ad hanc punitionem ſpectans Chriſtus ait: *Væ vobis qui ſaturati eſtis, quoniam eſurietis.* Quocirca dubitandum non eſt, quin abſtinentiarum & ieiuniorum contemptores, & qui bona Eccleſiarum abligurierint, Sardanapali, Holofernes, Heliogabali, Epicurei, & q mane conſurgunt ad ſectandam ebrietatem vſque ad veſperam, ſint à Deo maledicti, tandemq; fame & ſiti cruciandi. MIN. Dominus etenim inter iracundiæ ſuæ flagella numerat famem & ſitim: nec dubito quin hæ cõminationes etiam ad reprobos inferis mancipatos pertineant. Nam etiam de Babylone, id eſt omnium impiorum turba dicitur: *In vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis eſt Deus, qui iudicabit illam.* Ad id quoque pertinere puto, quod dicitur à Sapiente. *Ante obitum tuum operare iuſtitiam: quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum.* Et de his hactenus. Nunc declara, qua ratione damnati per odoratum torqueantur.

Luc.21. Rom.13. Luc.6. Iudith.13. Iſa.5. Iſa.14.51. Deut.28. & 32. Apoc.18. Eccl.14.

15. DOCT. Superius peruicimus ex Scripturis & Patribus in Inferis eſſe intolerabiles ſulphureoſque fœtores, quod præſertim ad odoratus ſenſum pertinet. Sic ergo omnes perditorum aſpirationes & reſpirationes erunt ſulphureæ. Quidquid odorabuntur,

Digitized by Google

tur, quidquid naribus occurret ſulphureum A erit. Cogita ergo quam acuto & graui tormento cruciabitur naris, Palatum, vena, cerebrum, totum caput, in quibus conſiſtit ſenſus odoratus.

16. Deinde, recluſi erunt ergaſtulis & cauernis, ſeu potius cloacis, omnium mundi immunditiarum & obſcœnitatum refertis, ſine vllis exhalationibus foras erumpentibꝰ. Quocirca nihil vnquam grauius toleratu fingi poteſt aut excogitari. Nulla ſentina, nulla latrina intolerabilior.

17. Præterea, tot myriades corporum humanorum ſuis imperfectionibus, fœtidis morbis, ac immunditijs onuſtorum, perpetuis B flammis conflagrantium, tam execrandum fœtorem emittent: quam è contrario Sanctorum corpora ſine vlla comparatione odorem balſami, & vniuerſorum aromatum ſuperabunt.

18. Addo quod cum Deus omnium ſcelerum
Iſa.5.34. vltor minitetur tetris odoribus ac fœtoribus eos afflictum iri qui voluptates captauerunt
2.Mac.9. ex odoribus, dicat: *Erit pro ſuaui odore, fœtor: de cadaueribus eorum aſcendet fœtor:* & cū iam incepiſſet inferni cruciatibus Antiochum affligere, fœtore intolerabili eum percuſſerit: non eſt dubium quin iſta flagel- C la adaugeat & congeminet aduerſus eos, quos Gehenna corripit & deuorat.

19. MINIST. Habes Theologos, qui de hu-
Breuil.c.6 ius ſenſus pœna egerint? DOCT. Habeo grauem & ſanctum Bonauenturam, ante trecentos annos ſcribentem: Impios detur-
Dieta tit. 10.c.1. Faſciculariic.5. bari in profundiſsimum, & abiectiſsimum huius mundi locum, in eoque puniri rebus vilioribus & obſcœnioribus, hoc eſt, fœtoribus corporum immundorum, vt fæcibus deligantur, & igne, & ſulphure crucientur. Idem alibi refert hæc terribilia quidem, ſed
Serm. in die cinerū. Lib. 3. de contemptu mundi. c.6. grauiſsima verba B. Bernardi: O Gehenna- D lis regio fugienda, vbi ignis ardens, frigus vrens, vermis immortalis, & fœtor intolerabilis.] Habeo & ſanctum Pontificem Innocentium dicentem: Damnatorum reſtis ex tribus funiculis contexitur, qui ſunt: Obſcuritas tenebrarum; Diuturnitas pœnarum: acerbitas flammarum.]

20. MINIST. Iam tibi ſupereſt dicendum de ſenſu tactus, an etiam in eo crucientur, & confirmaueris quinque religionis Chriſtianæ articulos aduerſus totidem Caluinianorum errores. DOCT. Tactus non eſt tam perticularis ſenſus, quam alij quatuor, qui per minutulas corporis partes exercentur, nimirum per oculos, aures, nares, linguam & palatum: ſed generalis, atque per omnia corporum membra diffuſus. Ergo cum totum corpus reprobi cruciatur, ſimul tactus contorquetur. Quapropter cum iam abunde probauerim, corpora damnatorum flammis, vermibus, frigoribus, ardoribus fumo, fœtore, fame, ſitique affligenda, extra omnem dubitationem eſt, tactus ſenſum intolerabilibus ſupplicijs eſſe in Inferis corripiendum.

DAMNATOS CRVCIANDOS ESSE IN *Inferis per omnes partes, & ſingula membra corporum: aduerſus 43. errorem.*

CAPVT XV.

MINISTER.

SEd in ijs magna quæſtio & diſceptatio eſt. Etenim ſi Caluino, Muſculo, & Bucero credatur, *Pœnas inferorum tantum metaphoricas eſſe*; conſequetur nec membra ſingula, nec partes omnes corporum eſſe cruciandas, ſed ſolos animos. Quibus modis contrarium euinces?

DOCT. Ex hac primum diuini verbi Re- Confut. 1.
gula, *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* Sap.11.
Reprobi autem peccauerunt in Deum & proximos oculis, lingua, aure, manu, ſtomacho, ventre, pudendo, crure, tibia, pede, quę ſunt partes corporum externæ: peccauerunt cerebro, corde, aliiſque interioribus, vt nemo ire poſsit inficias. Ergo iuſtiſsimum eſt vt in omnibus iis à ſuperueniente ira Dei puniantur.

Adhæc, cum Scriptura quaſdam partes 2.
deſignat in quibus reprobi crucientur, eo quod per illa ſingulariter deliquerint, ſatis meditandum & credēdum relinquit, ita de
cæteris iudicandum eſſe. *Erit* (inquit) *fletus,* Matt 8.
en pœna oculorum: *& ſtridor dentium*, hoc Matt.22.
ſupplicium eſt oris. *Ligatis manibus & pedibus mittere in tenebras*, partes ſunt aſpectabi-
les. Eſurient & ſitient, tormenta ſunt palati, Luc.6.16.
linguæ, & ventris. Denique, cum ſint im- Apoc.19. & 20.
mergendi in ſtagnum ignis & ſulphuris, ſingulis corporum membris & partibus patientur.

MINISTER. Quid de ijs veteres Theo- 3.
logi? DOCT. S. Bonauentura hæc verba D. Li.4. Pharetre. c.50.
Bernardi citat & probat: Singulis exceſsibus & membris, quę arma fuerunt iniquitatis, ſua debetur pœna, pro qualitate & quantitate

titate

Digitized by Google

titate cōmiſsi. In quo autem membro Creator amplius offēditur, peccator grauius torquebitur.] Et alibi hæc verba confirmat per Scripturā. D. In inferno vniuerſæ partes hominis tam corporis, quā animæ poſt diē iudicij erunt in igne, quia dicitur: *Timete eum qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam ignu.* Idem in ſuo Faſciculari, cap. 3. transcribit.

Dieta tit. 10. c. 1.

Matth. 10.

4. *L. 3. de contemptu M. c. 4.*

Pius & doctus Pontifex Innocētius tertius eandem doctrinam profitetur his verbis: Igneis cathenis impij ſingulis membris conſtringentur, ſingula membra pro ſuis peccatis propria ſuſtinebunt tormenta, vt in eo puniantur in quo peccauerunt. Petrus Cantor, quē etiam in eodē ſæculo quo Bernardus doctrina & miraculis floruiſſe, Miniſtri hæretici confitentur, de iis ſcribit: Debent homines in membris puniri, in quibus peccauerunt: alius in genitalibus, alius in lingua, alius in palato, alius in oculis & huiuſmodi.] Bonauentura quoque ſcribit: In inferno eſt pœnarum vniuerſitas. Sunt enim quidam diſſerere volentes, quod in inferno vniuerſæ partes hominis tam corporis quā animæ poſt diē iudicij erunt in igne.] Et Innocentius: Erit tanta in reprobis mētis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis, vt raro vel nunquam ad cogitandū quidquam de Deo poſsint aſſurgere, nedum ad confitendum valeant aſpirare.]

Cap. 3.

Dieta. 9. cap. 49.

L. 3. de contemptu M. c. 7.

5. *Lib. de 4. Nouiſſimis, c. 41.*

Eximie peritus & pius pater Rikelius, quæcunque in Scripturis & Patribus legerat colligens, docet, Miſeros reprobos eſſe cruciandos in cunctis tam exterioribus quā interioribus ſenſibus, dicens: Eorum appetitus ſenſitiuus erit in furore, phantaſia in proteruitate, inuidia mordente, odio amaro, triſtitia opprimente, timore penetrante, horribili tremore, & dolore abſorbente.] Profert Scripturam iſtam: *Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* Omnia eorum deſideria ratione carebunt, omnes eorum affectiones erunt prauæ, omnes cogitationes confuſæ; Habebunt in oculis lacrymas, in dentibus ſtridores, in palato ſitim, amaritudinem in lingua, deſperatos vlulatus in ore, & in naribus fœtores intolerabiles. Erunt aures eorum obtuſæ vociferationibus & lamentis, in faucibus malum, in capite dolores, in ſtomacho famem, in corde anguſtiæ, vincula indiſſolubilia in pedibus & manibus, & in omnibus membris nunc ardorem nimium, mox non ferenda frigora. In his, intellectus replebitur erroribus tam affligentibus, vt non poſsint ad alia cogitare, quam ad anguſtias & dolores, quibus excruciabuntur. In eiſdem erit voluntas tam iniqua, vt nequeant quidquam amare aut expetere, quo non angantur. Memoria tam confuſa & implicata, vt nullarum rerum recordentur, quibus non affligantur. Et quod præterea eorum miſerias ingeminabit, certiſsimi erunt, damnationem ſuam fore perpetuam, ſe nullam vnquam gratiam inuenturos apud Deum, nullum ſolatium apud creaturas, nullam peccatorum remiſsionem, nullam pœnarum mitigationem. Noſcent quoque ſe nunquam carcerem illum effugere poſſe, nec vnquam huic Diuinæ iuſtitiæ poſſe reſiſtere, &c. Sunt ne hæc metaphoræ, inanes ſpeculationes, aniles delirationes, dignæ Bezano, veſano volebam dicere riſu, atque ludibrio?

Pſ. 111.

Pſal. 149. Matth.

MINISTER. Sunt potius horrenda, iuſta tamen Dei iudicia, quorum commemoratio cunctis peccatoribus terrorem incutere debet, ne ad illum vadant locum tormentorum: ſed hic mature fructus edant dignos pœnitentiæ, ac exclament cum Dauide: *A iudiciis enim tuis timui. Domine ne in furore tuo arguas me. Non intres iudicium cum ſeruo tuo, &c.* Et quoniam hi ſermones non ſolum errores refellunt, & dogmata catholica communiunt; ſed etiam bono ſunt exemplo ad bonos componendos mores, perge quæſo, nec vllo afficiaris tædio.

DAMNATI OMNES IMPERFEctiones retinebunt ſuas: cunctiſque morbis erunt affecti in corporibus: aduerſus quadrageſimum-quartum, & 45. errorem.

CAPVT XVI.

MINISTER.

Adhuc inferri ſolet ab ijs, qui in verba iurarunt Caluini, reprobos non habituros in ſuis corporibus omnes imperfectiones quas hic habuerunt; nec paſſuros morbos, quibus aliquando, dum aura mortali fruebantur, laborauerunt, Poteriſne cōtrarium euincere?

DOCT. Aperte & facile. Enimuero, Damnatorum conditio & ſtatus, ei in quo Beati erunt, omnino contrarius erit ac oppoſitus,

Confutatio 1.

Digitized by Google

Apoc.7. & 21. Iſa.25. 1.Cor.15. Matth. 13. Philip.3. 1.Io.5.

Scriptura vero affirmat,quod Deus auferet omnes à ſanctis ſuis imbecillitates,imperfectiones,& deformitates.Imo etiam abſterget omnem lacrymam ab oculis eorum , & mors vltra non erit,neque clamor , ſed nec vllus dolor:quin & horum corpora reddet immortalia,clara,ſubtilia,agilia,ipſoq; cœlo ac Sole mundiora ac elegantiora:imo vero & conformabit corpori claritatis ſuæ.Inferendum eſt ergo è contrario , corpora reproborum, omnibus infirmitatibus ac deformitatibus ſuis relinquenda eſſe.MIN.Equidem ſi argumentum ductum ab oppoſitis & contrarijs conſtans ac firmum ſit,concluſio tua non poteſt in dubium reuocari.Et ſic ambigi non poteſt , quin Cain in inferis toto corpore contremiſcat , Sodomei ſulphureis ignibus ardeant;Datam, Core, & Abiron abſorbeantur in infernum viuẽtes; Abſalon tranſuerberetur;Achitophel ex infœlici arbore pendeat:Giezi leproſus ſit; à canibus laceretur Iezabel ; Ardeant quinquagenarij;Antiochus rodatur à vermibus; à pediculis Herodes;crepet Iudas; diſrumpatur Simon Magus;Elymas excæcetur;Hymenæus & Alexander à Satana torqueãtur; ſtranguletur Apelles,Arrius crepet medius; Manes excorietur, Eunomius leproſus ſit; Neſtorius elinguis,&c.Et vt paucis plura cõplectar,reapſe omnes infœlices eadem incommoda patientur,eaſdem anguſtias ſubibunt,iiſdemque mortis terroribus afficientur,quibus olim fuerunt afflicti,ſic tamen vt nunquam extinguantur.

2 In 4.ſent. diſt.44. 1.Cor.3.9. & 15 Apoc.11. & 22.

DOC.Durãdus à ſancto Porciano vir ſubtilis & acutus,iſthæc corroborat euidẽtibus rationibus è Scriptura repetitis,ſicque ratiocinatur: Reſtauratio perfecta corporum Sãctorum reſurrectione perficietur, vt remunerentur,compenſentur , & glorificentur prout in bonis operibus laborauerint cum animabus ſuis. Reprobi autem,nullã vel corporum vel animorum recipient glorificationem.Ergo neceſſarium eſt , vt cum ſuis
4 imperfectionibus,morbis,immunditiis, & deformitatibus remaneant.Præterea vt certum eſt,nihil Beatis defuturum eſſe eorum, quæ ad illorum fœlicitatem & gloriam pertineãt,ita indubitatum omnia miſeris damnatis adfutura,quæ ad illorum cõfuſionem ac ignominiam ſpectant.Tales ſunt autẽ eorum imperfectiones,deformitates, & corporum morbi.Adhæc , iſta reſurrectio fiet ſingulari gratia & poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti,& vt reparentur incommoda,

Rom.5. Io.5.

A quæ genus humanum contraxit per peccatũ Adæ.At hæc gratia,hoc donum non eſt cõmunicandum reprobis. Ergo non reſurgẽt in iiſdem,ſed longe pulchrioribus aut formoſioribus corporibus: quã habuerint anteaquam ex hoc ſæculo ſemigrarent.

DOCTOR.Nonne vero partes omnes corporum ſuorum per reſurrectionem recipient?DOCT.Partes eſſentiales,& ad vitã humanam neceſſarias recipient, cuiuſmodi ſunt caput,ſtomachus,cor,venter, &c. ſed non eſt neceſſarium alias omnes reſtitui, quales ſunt aures,nares,duo oculi , duo pedes,duo brachia,ſi horum aliquo ante mortem caruerint. 5.

B

MINIST.Non etiam erunt pœnitus immortales?DOCT. Erunt plane,dicente Euangelio,*Ibunt in ignem æternum.* Et Ioanne in Apocalypſi: *Quærent mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Ardebunt quidem igne inextinguibili, ſed non conſummentur.Ac idcirco putant quidam illum dici inextinguibilem,& quod nõ extinguat eos quos comburit:& quod à nullo vnquam extinguetur aut ceſſabit. Hinc ſcribit Petrus Bleſenſis:Finis ibi ſemper incipiet,mors non morietur,nec defectus deficiet,vt damnati hominis conditio ſemper
C in doloris materiam , & mortis æternæ pabulum recidiuet.]B.Thomas & cauſam & rationem iſtam deſignat. Corpora damnatorum erunt incorruptibilia , quamuis ſint paſsibilia. Incorruptibilitatis autem prima cauſa & principalis eſt iuſtitia Diuina, quæ conſeruabit ea in pœnis perpetuis,&c.

4. Matth.25. Apoc.9. Aug.Ser. 81.de tempore. Epiſt.61. Quodlib.5. art.11.

MINISTER. Redeamus ad propoſitam diſputationem de imperfectionibus ac morbis corporum damnatorum. DOCT. Scribit B.Bonauentura videri B. Auguſtinũ hanc quæſtionem ſoluere noluiſſe; ſed dubium reliquiſſe, Vtrum corpora reproborũ à ſuis deformitatibus per reſurrectionẽ re-
D formanda eſſent,an non?Sed tandem abũde ſignificaſſe,ea in deformitatibus& impuritatibus eſſe relinquenda. Determinationẽ quæſtionis innuit,dicens : Quod non debet nos moleſtare inquiſitio circa pulchritudinem,vbi eſt certitudo circa damnationem. Si enim reſurgant vt damnentur , non vt melioris,ſed vt peioris ſint conditionis,manifeſte apparet , quod non dabitur eis pulchritudo quam non habuerunt,nec auferetur deformitas quam habuerunt.

5. In 4.ſent. diſt.44. art.5.q.1. Enchirid. c.91.

MINIST.Perplacet Auguſtini tam authoritas,quam ratio.Sed num & ipſe ſuis ſentẽtiam 6.

tiam

Digitized by Google

tiam corroborat argumentis? DOCT. Hoc primum inducit. Corpora damnatorũ ſuam retinebunt grauitatem, obſcuritatem & patibilitatem, quæ maximæ ſunt imperfectiones: Ergo eadem ratione & alias deformitates Diuinæ gratiæ beneficium erit, tollere iſtiuſmodi deformitates à corporibus beatorum: ſed damnati ſunt & erunt omni gratiæ & fauoris beneficio indigni; nequaquam ergo illis liberabuntur. Animæ multo pretioſiores ſunt coram Deo quam vlla corpora: ſed animæ damnatorum remanebunt in ſuis delictis, cunctiſque deformitatibus: ergo remanebunt & corpora. Denique, corpora damnatorum reddentur ſuis animabus vt patiantur, & acerbius crucientur: deformitates & morbi afflictiones ſunt, fructuſque peccatorum tam originalium quam actualium: ergo certum & manifeſtum eſt illa in miſeris corporibus perpetuanda eſſe, non emendanda vel tollẽda in reſurrectione. MIN. Iam conſpicio & Scripturis vtriuſque Teſtamenti, & Sanctorum Patrum teſtificationibus, rationibuſque firmiſsimis probari reprobatorum corpora & ſuis deformitatibus, & pudendis fœtentibuſque morbis ſuis crucianda eſſe in Inferis. nec video quid huic ſententiæ poſsit opponi: quapropter huic ſanctiſsimæ veritati totus acquieſco.

CACODAEMONES OMNES SVAS vires expedient, vt Reprobos diſcrucient aduerſus 46. errorem.

CAPVT XVII.

MINISTER.

IN votis eſt reſcire, vtrum Reprobi ſolum ab igne, aliiſque enumeratis ſuppliciis torqueantur; an etiam ab ipſis cacodæmonibus quandoquidem Authores noſtri videntur id ſubſannare & explodere.

Confutatio 1. DOCTOR. Pars affirmans, vel ex eo primum aſſeritur, quod Deus eorum ſæua crudelique rabie vſus ſit ad caſtigandũ improbos, vt decem plagæ, quibus infideles coercuit & afflixit Ægyptios, palam oſtendunt. *Exod. 5. 6. 7. &c.* Pſaltes enim aſſeuerat immiſsiones earũ factas eſſe *per angelos malos*. *Pſ. 77.* Crudelis Satan occupauit & cruciauit Saulem: *1. Reg. 18.* fefellit Achab; *3. Reg. 22.* mentitus eſt in ore omnium pſeudoprophetarum; *Tob. 36.* fregit gulam ſeptem priorum maritorum Saræ; inuaſit & torſit fornicatorem *1. Cor. 5.* A Corinthium, duo millia porcorum Gazarenis ſubmerſione ſuſtulit; Iudam duxit ad laqueum; poſſedit & afflixit Hymenæum, *1. Tim. 1.* Alexandrum, & Philetum; Simoni Mago fuit exitio, &c. Eſt ergo vero ſimilius & probabilius, quod in illis tartareis carcerib. ſinat Deus reprobos etiam ab illis torqueri, affligi, diſcruciari.

2. Secundo, perpetuum odium, inuidentia, rabies, quibus aduerſus humanum genus feruntur, & nocendi deſideriũ, quo flagrãt, ſatis perſuadet illos haudquaquam parcere Reprobis cum eos in ſuis promptuariis, vinculis, & poteſtate detinent: quippe qui nulla B pietate aut miſeratione, nullo Dei timore vel amore retineantur. MIN. Reipſa, ſemel *Gen. 3.* conceptum aduerſus mulierem & ſemẽ eius odiũ alto corde retinent, quod cæleſtis vox, cum deturbarentur de cælo in terras ſatis monuit D. *Væ, væ, væ terræ, & habitantibus in ea, quia Diabolus deſcendit habens iram magnã.* *Apoc. 12.* Sed præ cæteris hiſtoria Beati Iob ſpeculum eſt, *Iob. 1. 2.* quanto furore in homines debacchẽtur, cũ per Diuinum conſilium illis permiſſum fuerit. Quare amplius non dubito, quin Reprobi eorum manibus, libidini, & poteſtati traditi miſerabilem & ineffabilem in modum ab iiſdem torqueantur.

3. C DOCT. Chriſtus in Euangelio reprobos comparans cum ſeruo malo, crudeli, & ingrato, quem Rex tradidit tortoribus ad puniendum, ſatis innuit Dæmones eſſe carnifices, impiorum, & iræ Dei exſecutores in damnatos. *Matth. 18.* MINIST. Quis ſic locum interpretatus eſt? DOCT. In primis veſter Caluinus, aiens: *Hic de æterna damnatione agitur*: ac proinde de damnatorum tortoribus. Secundo noſter Lyranus ibidem ſcribens: Tortorib. id eſt, Dæmonibus.] Et Gloſſa: id eſt, tartareis miniſtris.] Et ante hos omnes, D. Anſelmus, ante quẽ etiam D. Remigius ſcripſerat: Tortores dicuntur Dæmones, quia ſemper ad D hoc parati ſunt, vt perditas animas ſuſcipiãt, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant.] Et ne videatur deeſſe conſenſus Græcorum, Theophilactus ait, Tortoribus, id eſt Poteſtatibus vltricibus.]

4. MIN. Hi ne ſoli ſunt in eadem ſententia? DOCTOR. Imo vero, S. Bonauentura, *Dieta. tit. 10. c. t. Tit. 9. ca. 8.* inter pœnas Inferni connumerans Tortores, quos aſſerit eſſe Dæmones: & ſententiam firmat Euangelij loco ſupradicto, *tradidit tortoribus.* Eandem communit per D. Bernardũ, *Sermo de negotio ſpirituali.* Rurſumque hoc B. Auguſtini memorabili

 pro-

Digitized by Google

propoſito: Superius, erit Iudex iratus; inferius, horrendum inferni chaos: à dextris, accuſantia peccata: à ſiniſtris, infinita Dæmonia, ad ſupplicium trahentia.] Interius experientur conſcientiam damnantem, exterius mundum conflagrantem, quo igitur fugere tunc poterit miſer peccator? Abſcōdi erit impoſsibile, ſeſe exhibere intolerabile, ac propterea dicitur: Tūc homines mortem quæſituros, & mors recedet ab eis. Idem rurſum alio in loco ait: Omnes miſerorum ſenſus erunt in tormentis. Viſus diſcruciabitur horrendis dæmonum ſpectris: auditus, gemitibus, lamentis, ac eiulatibus tam infœlicis ſocietatis & crudelitatis Dęmonū tortorum ſuorum, qui ſine miſericordia, intermiſsione, vel fatigatione cruciabunt, Præterea, inſultantes exprobrabunt eis: Vbi nunc veſtra gloria? Vbi magiſtratus? Vbi faſtus? &c.

Apoc.9.

Faſciculari.c.3.

5. Et multo ante hunc Petrus Bleſenſis, ſancto Bernardo quondam familiaris, Dæmones vocabat, Importunos & crudeles exactores, animas inquirentes ad præcipitandū & affligendum eas, in horribili regione mortis. Petrus Cluniacenſis eadem ætate & pietate vir eoſdem appellabat Horrendos tortores, & tormentorum Miniſtros, Inferni miniſtros. Quod & probat mirabili hiſtoria quæ tunc contigit in morte cuiuſdam praui & deſperantis hominis. Petrus Cantor eodem ſæculo, hoc ipſum probabat ex iis Scripturæ locis, in quibus Spiritus ſanctus nominat eos: *Rugientes, preparatos ad eſcam: Leones rapientes: Leones quærētes quem deuorēt: &c.* Quæ videntur ſumpta eſſe ab Euſebio Cæſarienſi, exiſtimanti eos eſſe, contra quos Dauid obnixiſsime rogat, Erue me *de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Circundederunt me canes multi, &c.* horumque furorem & rabiem per beſtias feras & crudeles ſignificans. Putas ergo quam ſæuiunt aduerſus damnatos ſuæ poteſtati conceſſos atque traditos à Domino?

Epiſt.61.

L.1.de miracul.c.25. & Aug. in Pſ.7. Cap.110. Eccl.51. Pſ.7.10. & 16. Lib.10.de monſtrat. euang.c.8. Pſ.21.

6. Pientiſsimus & antiquiſsimus pater Ephrem, Horum cōcuſſus terrore, exclamat: Hei mihi? quales ſunt angeli cruciatibus inferorum præpoſiti, quam immites, quam immanes, exprobrantes iugiter, terribiliterque cædentes? &c.] Habes igitur venerabilem ſapientiſsimamque antiquitatē, quod & nos hic contendimus, palam mundo aſſeuerantem, & ſcripturis firmantem, nimirū malignos ſpiritus tormentis inferorū præfectos, quanto poſſunt furore miſeris inſultantes, cruciatuſq; illorum pro viribus adaugentes & ingeminantes.

L.de armatura ſpirituali, c.6.

DAMNATOS HORRENDOS VLVlatus emittere: quinetiam aduerſus Deum execrandis blaſphemiis inſurgere: contra errorem 47. & 48.

CAPVT XVIII.

MINISTER.

NVN Verum & certum eſt, perditos illos horrendum mugire, vlulare, blaſphemare? DOCT. Omnino verum & certum: quandoquidem verbum Diuinum doceat de Chriſto venturo iudice viuorum & mortuorum: *Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper eum tribus terræ.* MINISTER. Nemo certe negabit, quin ſermo ſit de Chriſto veniente ad extremum iudicium. Præterea, quin illæ querulæ voces, illi planctus, eorum ſint, qui parati & deſtinati ſunt ad æterna ſupplicia. Præterea, iſtiuſmodi lamentationes illis tunc eſſe prorſus inutiles, ſicut fuerunt Caino, Eſau, Antiocho, & Iudæ proditori. Denique, quin turbæ damnatorum conflatæ ex omnibus tribubus, prouinciis, & linguis terræ, illæ ſint de quibus loquatur Apoſtolus: ſic enim fatentur Bullingerus, Meyerus, Conradus, Viretus, Marloratus. DOCT. Tot ſunt ergo Metaphorarum Caluinicarum confutationes, & aſſertiones doctrinæ Catholicæ, Sed ad Scripturas redeo. Probat. 1. *Apoc.1.*

In eadem Apocalypſi legitur, Turbam reproborum deſignatam per horrendam Beſtiam, habere ſuper caput inſcriptum: *Nomen blaſphemiæ*; & os ſuum aperire *in blaſphemias contra Deum, ſanctum nomen eius, tabernaculum eius, & contra eos qui habitant in eo.* Nun quis poſſet expreſsius declarere horribiles blaſphemias, quas euomunt Reprobi, quam tam paucis & apertis verbis, & eaſdē quater repetere? Deinde, eaſdem exprimere, per meretricem plenam nominibus blaſphemiæ? Ad hæc, dicere homines immerſos in ignem Gehennæ, aduerſus nomen Dei blaſphemare? Aduerſus illum, inquam, qui habet poteſtatem ſuper plagas, vt blaſphement aduerſus Deum cæli, nec agant pœnitentiam de peccatis ſuis? Et in tenebroſis illis locis, manducare præ dolore linguas ſuas? MINIST. Equidem id idem valet? 2. *Apoc.13.* *Apoc.17.* *Apoc.16.*

valet, ac ſi apertius diceret. Præ acerbitate tormentorum vlulabunt, blaſphemabunt, & præ rabie aduerſus Diuinam maieſtatem expuent quidquid deterius poterunt. Atq; ſic locum interpretati ſunt ſuperiores Miniſtri.

3. *Iac. 5.* DOCT. B. Apoſtolus Iacobus impios diuites ac ſi iam damnatos ſic alloquitur: *Agite nunc Diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis, &c.* Nihil dubitans, quin vlulatus emittant in inferis, idque vociferationibus extremam deſperationem ſignificantibus. MIN. Certe Bullingerus & Caluinus fatentur. Apoſtolum non tam eos ad pœnitentiam excitare, quam proſpiciendo eos eſſe damnandos, miſerias & tormenta prædicere, quæ iis parata erant apud inferos. Et ad hæc referenda iſta Seruatoris verba: *Væ vobis Diuitibus.* Nam hic habetis conſolationem veſtram. *Luc. 6.*

4. *Matth. 8. 22. 24. 25. Luc. 13.* DOCT. Nũ etiam iudicares hunc fletum, & ſtridorem dentium tam ſæpe in Scripturis repetitum à Damnatis emitti, ſine horrendis exclamationibus, querelis, atque blaſphemiis in Deum, & in omnes Sanctos eius? Aut illos ignes inextinguibiles, illos fœtores ſulphureos, illa acerba frigora, illos teterrimos viſus & inſultus dæmonum ab hominibus patibilibus ſuſtineri poſſe, ſine murmurationibus, horrificis pauoribus, conſternationibus, & blaſphemiis in Dei iuſtitiam? MIN. Quiſquis audebit aſſerere, cenſendus erit aut improbus, aut contra mentem propriam loqui. Iam accede ad Patrum doctrinam.

5. *L. 3. de miſeria condit. hum. c. 10.* DOCT. Exordior à B. Innocentio Papa hæc de damnatis ſcribente: Maledicent Altiſsimo, & blaſphemabunt Excelſum, conquerentes eum eſſe malignum, qui creauit eos ad pœnam, & nunquam inclinatur ad veniam.] Corroborat ſententiam ſuam, his verbis Pſalmiſtæ: *Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.* Et ex hoc Apocalypſis loco: *Blaſphemauerunt Deum propter plagas.* Idem ſpecialius enumerans pœnas inferni, ait: Ibi ſunt fletus, ſtridores dentium, gemitus, vlulatus, timores, tremores, dolores, & labores, ardores & fœtores, obſcuritates, confuſiones, & torturæ, calamitates & indigentiæ, anguſtiæ & triſtitiæ, amaritudines & terrores, fames & ſitis, frigus & calor, ſulphur & ardor ignis perpetui, quibus pœnis Deus miſericordia ſua nos præſeruare velit. *Pſal. 73. Apoc. 16. L. 3. c. 17.*

6. Magnus Theologus S. Thomas, de ea re poſtquam multum diſſeruit, hæc tandem concludit: Illi qui ſunt in inferno retinebunt peruerſam voluntatem, auerſam à Dei iuſtitia in hoc quod diligunt ea pro quibus puniuntur, & vellent eis vti ſi poſſent, & oderunt pœnas, quæ pro huiuſmodi peccatis infliguntur. Dolent tamen etiam de peccatis quæ commiſerunt, non quia ipſa odio habeant, ſed quia pro eis puniuntur. Sic ergo talis deteſtatio diuinæ iuſtitiæ eſt in eis interior cordis blaſphemia. Et credibile eſt, quod poſt reſurrectionem erit in eis etiam vocalis blaſphemia, ſicut in Sanctis vocalis laus Dei. *1. quæſt. 13. art. 4.*

7. *Pſal. 149. Apoc. 4. 7. 19. 21.* MIN. Id mihi æque ſcitum ac pium dici videtur. Nam vt Scripturæ teſtificantur Sanctos lætari in cubilibus ſuis, exaltationes Dei in gutture eorum: & Ioannes in Apocalypſi pluries refert ſe audiuiſſe eorum cantus, hymnos, & laudes: ſic è contrario & hæ & aliæ ſcripturæ deſcribunt lamenta, dolores, & querulas damnatorum voces. *Turbabuntur timore horribili, & præ anguſtia ſpiritus gementes, dicent. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, viam autem Dei ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia? Aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Quis negabit has eſſe perditorum vociferationes? iſtiuſmodi eſſe horum vlulatus? Et iis nihil tormentorum quæ patiuntur, mitigari, aut relaxari? DOCT. Rationem iſtam aſsignat B. Bernardus. Erit enim iam tunc non miſericordiæ, ſed iudicii tempus: nec vlla omnino credenda eſt erga impios futura illic miſeratio, vbi nec vlla ſperanda eſt correctio. *Sap. 5. Serm. 8. in Pſal. 90.*

MIN. Mihi videtur copioſe ſatis dictum eſſe de tormentis damnatorum corporeis ac exterioribus, qualia ſunt ignis ſulphur, fumus, fœtor, frigus, tenebræ, fames, ſitis, vermes, dolores in cunctis ſenſibus, ſupplicia in omnibus corporum partibus, malignorum ſpirituum impetus, vlulatus, blaſphemiæ, & alia ſine numero, quibus ſine vllis metaphoris aut figuris damnati ſunt affligendi: agamus nunc de ſpiritalibus ac internis pœnis, quæ meo iudicio ſunt acriores & intolerabiliores.

* *
*

Digitized by Google

GRAVISSIMÆ SPIRITVVM DAMNATORUM *pœna exiſtimantur perpetua priuatio viſionis & fruitionis Diuinæ, hinc ſempiterna ab omnibus Sanctis ſeparatio, & cum vniuerſis Dæmonibus ac impiis relegatio: aduerſus errorem*, 49. 50. & 51.

CAPVT XIX.

DOCTOR.

1. Cor. 1. Iſa. 64. VT Scriptura teſtatur, quod oculus non vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quanta ſint bona, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum: ſic etiam animo recondendum, nullius intellectum capere poſſe, numerum, grauitatemque tormentorum ac miſeriarum, quibus Deus in ira ſua plectit infœlices animas damnatorũ. Conabor tamen quædam numerare & explicare, vt diſcamus quam enormia coram Deo ſunt ſcelera noſtra, vt mature ab iis reſipiſcamus. MIN. Hoc pacto grauiſsimæ cenſuræ ſubiicies errata Bezæ profitentis,
Confeſſ. punct. 6. *ſe ſuoſque non ſolum aſpernari, ſed & toto animo deteſtari quæcunque de iis hactenus ſenſerunt Catholici.*

Confut. 1. DOCT. Incipio à maiori grauiorique tormento, quod eſt, Sempiterna priuatio viſionis ac fruitionis Dei: hinc de perpetua relegatione & amandatione ab omnium iuſtorum conſortio; & ablegatione ad cœtum dæmonum & impiorum. Itaque vt angeli, ac omnes beatorum cælitum mentes præcipuam fœlicitatem ſuam capiunt ex clara Dei viſione atque fruitione: ſic è contrario, infœlices vtroque ob ſcelera propria priuatæ, omni bono ſpoliantur, induuntur autem omni malo, omni confuſione, pœna, & triſti-
L. 3. de contemptu mũdi, c. 7. tia. Sanctus in primis ac doctus Pontifex Innocentius ſcribit, in hac priuatione conſi-
D ſtere tenebras illas interiores frequenter in
Iſa. 26. Scripturis commemoratas: idq; probat his
Dieta tit. 10. c. 1. Iſaiæ verbis: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* S. Bonauentura duobus in locis iudicat
Pharetra. l. 4. c. 50. hanc priuationem eſſe grauius tormentum, quo poſsint affligi damnati: idque confir-
Hom. 24. in Matth. oper. im. mat expreſſo B. Chryſoſtomi teſtimonio, cuius ſententia eſt: Cælorum amiſsio pœna maior eſt, quam cruciatus ille flammarum. Noui quod plurimi pertimeſcant tantum Gehennam: ego tamen huius gloriæ amiſſionem, multo amarius quam ipſius Gehennæ dico eſſe ſupplicium.]

A B. Auguſtinus, quem optimo iure plurimum ſoles facere, hunc articulum compro- 2. Manual. c. 15.
bans, profitetur, Quod ſi daretur optioni ac electioni ſuæ, aliquo tempore pœnas inferni tolerare; vt dignus haberetur videndi Chriſtum in gloria ſua, & poſtea annumeraretur inter Sanctos & Electos eius; ſe primum electurum, vt ſecundo frueretur.

MIN. Dic de ſecunda & tertia pœna ſpiritali. DOCT. Vt omnium maxime expe- 3.
tenda eſt ſocietas Sanctorum omniũ in regno cæleſti: ſic è contrario, ab iis ad damnatos dæmones & impios in perpetuum relegari ſummopere cauendũ & exhorreſcen-
B dum. MIN. Hoc ipſum aperte ex hoc Euangelii loco colligitur, in quo dicitur: *Filius ho-* Matth. 13.
minis mittet angelos ſuos, & ſeparabit malos de medio iuſtorum, & mittet illos in caminum ignis. Et rurſus: *ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor oues ab hædis, & ſtatuet oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris.* Exponit autem quam miſera & dolenda futura ſit Reprobis iſta ſepara- Matth. 25.
tio. Dicet enim his qui à ſiniſtris erunt: *Ite* Matth. 7.
maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Dia- Matth. 8.
bolo, & angelis eius. Diſcedite à me operarii ini- & 22.
quitatis. Mittite eos in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium. Quid hoc exilio magis formidandum? Quid omniũ reprobo- Apoc. 20.
C rum & dæmonum ſocietate, magis horren- & 22.
dum & execrandum? Cum iis in æternum ſubmergi in ſtagnum ignis, & ſulphuris?

DOCT. Pius, Doctus, & antiquus pater 4.
Ephrem rogatus à diſcipulis, vt eis expone- L. de pœnitent. c. 6.
ret quam grauis & luctuoſa foret iſta ſepara-
tio ſempiterna, totus in lacrymis effuſus, & 7. & 8.
ab imo pectore ſuſpirans, profitetur ſeſe nõ poſſe & ſi centum ora, ferreamque vocem haberet, pro ſtupore & horrore illius. Denique, reſumpto paululum ſpiritu, ait: Separabitur Pater à matre, & vterque à liberis, frater à fratre & ſorore, amicus ab amico, &c. Erunt beati Hilares, luce ſplendidiores, à dextris Saluatori, audientes ſuauiſsimam ſibi hanc vocẽ: *Venite benedicti Patris mei, &c.* Alii vero triſtes, infelices, nigriores pice, in ſiniſtram eius diſtracti, videbunt ſurſum faciem eius iudicialem & terribilem, & vocẽ iſtam omni tonitru horribiliorem exaudient, *Ite maledicti in ignem æternum.* Tuncq; proſcripti, & in æternum à iuſtis & beatis ſeparati, à Miniſtris iræ Dei percuſsi. Diſtracti, & afflicti, maledicẽtes, ſtridentes, vlulantes, & doloribus nulla ratione exprimendis, abſorbebuntur ab abyſſo, in qua ignis eorum nõ extinguetur, & vermis non morietur.]

Quo-

Digitized by Google

5. Quoniam vero vterque Auguſtini do- *Ser. 252. de tempor.* ctrina delectamur, ecce quid de illa ſeparatione ſcribit: Qui ab illa cæleſti Ieruſalem excommunicari meruerit, non ſolum hoc pœnæ habebit, quod nec manducare vel bibere poterit, ſed etiam flammas infernales ſuſtinebit, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, vbi vlulatus, lamenta, pœnitentia ſine vllo remedio, vbi eſt vermis ille qui non moritur, & ignis qui nunquam extinguitur, vbi mors quæritur & non inuenitur; vbi erit nox, ſine die, amaritudo, ſine dulcedine; obſcuritas ſine lumine; vbi nec diuitiæ, nec parentes, nec coniuges, nec filii, nec vicini poterunt ſubuenire. Vbi nihil peccator inueniet, niſi quod de hoc ſæculo tranſmiſerit.]

6. *Epiſt. 61.* Petrus Bleſenſis de eadem ſeparatione quoque ait: Quid facies, cum te à carorum conſortio, reſolutionis humanæ conditio ſeparabit? Cum tibi ingemiſcere & horreſcere cœperit nox æterna? Cum extra diem te traxerit importunus & crudelis exactor per irremeabiles ſemitas tenebrarũ, vt te in id immane & horrendum chaos, in regionem mortis æternæ præcipitet? Qualiter tibi erit cum Eccleſia ſanctorum perpetua excommunicatione præciſus, videbis Filium Dei ſuis militibus donatiua gloriæ largientem, tibi cedere ad miſeriæ cumulum, alienam plenitudinem voluptatum? O quam lugubre erit videre & perdere Deum? Ante Saluatoris ſui perire conſpectum! &c.] MIN. Perſpicio quod in immenſum pergeret oratio ſi huiuſmodi probationibus fuerit inſiſtendum, quapropter ſatius mihi videtur, vt de reliquis ſpiritalibus pœnis inquiramus.

CHRISTVS REPROBIS BENEFACTA *ſua, & ingratitudinem eorum grauiter exprobrabit, totque modis ac teſtimoniis illi conuincentur de peccatis, vt pœnitus futuri ſint inexcuſabiles: aduerſus 52. 53. & 54. errorem.*

CAPVT XX.

DOCTOR.

QVibus pœnis ſpiritalibus vlterius ſubiicientur miſeri? DOCT. Antequam vltimam in eos Iudex æquiſsimus ferat ſententiam, velut eius rationem reddens, acerrimis eos exprobrationibus punget, lan- A cinabit, & animis diſcruciabit: inſuper & tot, tantiſque teſtimoniis eos conuincet & confundet, vt futuri ſint prorſus coram eo inexcuſabiles. MIN. Vnde iſthæc colligis? DOCT. Ex proprio eiuſdem Domini noſtri ore: Dicet iis qui à ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum. *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.* Et alibi *Matth. 25.* ſub Parabola crudelis & ingrati ſerui in cõſeruum ſuum. *Serue nequam nonne oportuit te miſereri conſerui tui, ſicut ego tui miſertus* *Matt. 20. & 22.* B *ſum?* Et ſub parabola de nuptiis: *Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Et *Matth. 7.* alibi: *Quare dicitis mihi Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Sed omnium euidentiſſime iſtud comprobatur ex hiſtoria inhumani Diuitis, cui ſanctus Abraham exprobrando dicit: *Recepiſti bona in vita tua, & Lazarus mala. Nunc autem conſolatur, tu vero cruciaris.* *Luc. 16.*

MINIST. Manifeſtiſsimæ ſunt profecto & grauiſsimæ obiectiones, quas Dominus & facit, & faciet reprobis; nec quid amplius video hac in re difficultatis: adiecto quod ciuitatibus Capernaum, Bethſaidæ, & C aliis magno ſerio exprobrauit duritiem & incredulitatem: & Phariſeis, Scribis, aliiſq; Iudæis auaritiam, ambitum, crudelitatem, incredulitatem, inuidentiam, ingratitudinem, infidelitatem, & alia ſcelera. Sed de eorum benefactorum ſuorum exprobrationibus, non ita liquido patet. 2. *Matth. 11. 12. 13.*

DOCT. An non cum gemitu & lacrymis ſuis obiicit Ieroſolymitis. Ecce ego mitto vobis ſapientes & Prophetas, & ex illis occiditis, flagellatis, & occiditis? Et ad ciuitatem: *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, &* D *nõ relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Et aliis in loeis: *In propria venit, & ſui eum non receperunt. Lux venit in mundũ, & homines dilexerunt magis tenebras quam lucem, &c.* 3. *Matth. 23.* *Luc. 19.* *Io. 1. & 3.*

MIN. Hæc quidem vera & certa mihi ſunt, vt propria Dei verba, ſed de die iudicii proprie inquirebam, an in eo benefacta ſua Dominus damnandis ſit obiecturus? DOCT. Sanctiſsimi & antiquiſsimi duo Patres Hippolytus Martyr, & Ephrem Syrus, obiectiones eas copioſe & eleganter referentes, aiunt. Dicet illis; Sicut miſericordes non 4. *Orat. de Antich.* *L. de anguſtia animæ.* *L. de caritate & iudicio.*

Digitized by Google

desnon fuiſtis, ita nec modo miſericordiam
conſequimini. Sicut vocem meam non au-
diſtis, ita & ego veſtros non exaudiam ge-
mitus. Aures non commodaſtis meis Euan-
geliis, neque ego preces veſtras exaudiam.
Potius diabolo ſeruiuiſtis quam mihi, exite
ergo à me operarii iniquitates. Et alibi con-
ſtanter adfirmat, eum obiecturum eſſe:
L. de lucta Spirituali. Propter vos incarnatus, homo factus ſum, in terris commoratus ſum, flagellatus ſum, ſexcentis alapis cæſus ſum, crucifixus de ligno pependi, felle & aceto potatus ſum, mortuus ſum, vt vos ſanctificarem, & in cælos ſubducerem. Regnum meum annunciaui & obtuli vobis, Paradiſum aperui, B fratres meos vocaui & Patri meo vos obtuli, & miſi ad vos Spiritum ſanctum. *Quid vltra debui facere, & non feci?* *Iſa. 5.* Dicite mihi, ô viri peccatores, quid pro me Domino veſtro toleraſtis? &c.

5. MIN. Hæc ſane grauiſsima & fructuoſiſsima dogmata ſunt, nec me multo fuſiora pigeret audire: ſed quoniam plurima alia inueſtiganda ſuperſunt, dicito quæſo, quot, quique aduerſus damnandos ſunt teſtimonia dicturi? DOCT. In primis Chriſtus ipſe & teſtis & iudicis ampliſsimi ac æquiſsimi perſonam ſuſtinens. Ait enim: *Ego teſtis & iudex. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Nouit omnia, etiam antequam fiant. Scrutatur renes & corda.* Iccirco minatur impio: *Arguam te, & coram te ſtatuam faciem tuam, &c.* C *Ierem. 39. Heb. 4. Dan. 13. 1. Cor. 5. Apoc. 2. Pſal. 49.*

6. MIN. Quid deinde? DOCT. Beati Angeli omnium actionum noſtrarum inſpectores & teſtes, Nec hi ſolum, verum etiam omnes alii Sancti, exemplis ſuis nos conuincent infidelitatis, crudelitatis, ingratitudinis, impatientiæ, ſegnitiei, & aliorum peccatorum, quæ aduerſus Deum, & proximos admiſerimus. Hoc deſignatum eſt in Euangelio per ſeruos, qui conſerui crudelitatem *Matth. 18.* & inhumanitatem in aliũ conſeruum ſuum, D ad herũ retulerunt. Nam Beatus Anſelmus & Remigius per hos pios ſeruos ſignificatos eſſe bonos Angelos nihil dubitant, qui de operibus hominum referunt coram Deo. Et Chriſtus dicit Iudæis, *Et Moſes qui accuſat vos apud Patrem.* Et Ioannes refert. Animas iuſtorum iuſtitiam ac vltionem Diuinam efflagitare aduerſus illos, à quibus iniuſtis ſuppliciis ſunt affecti. Ex quo B. Iuſtinus colligit & paruulos Hebræorum ſubmerſos in Ægypto, & innocentes peremptos ab Herode, præſto in extremo iudicio futuros, & Deum aduerſus Tyrannos iure compella- *Io. 5. Apoc. 6. Quaſt. 13. ad orthod. Exod. 3. Matth. 2. Medit. c. 4.*

A turos. Sanctus quoque Auguſtinus in hæc ſanctiſsima verba prorumpit: Tot conuincar teſtibus, quot me monuerant profimis ſermonibus. Tot iudicibus aſtabo, quot me præceſſerunt in bonis operibus.] Atque in hunc ſenſum Chriſtus comminatur perfidis Iudæis, quod Regina Saba & Niniuitæ contra illos exurgent in iudicium, & condamnabunt illos, &c. *Matth. 12.* MIN. Hæc ſatis ſint, dic de aliis.

ETIAM IMMVNDI SPIRITVS, ET ipſi etiam Reprobi alii in alios ferent teſtimonia: aduerſus 55. & 56. errorem.

CAPVT XXI.

MINISTER.

Mirarer, ſi non & ipſi Diaboli, qui audituri poſtremam damnationis ſuæ ſententiam aut omnes, aut frequentes ſaltem aderunt, peccata ſua damnandis obiicerent. *Probat. 1.* DOCT. Deſine mirari. Nam hi velut vafri proditores hominib⁹ nunc blandiuntur, vt incitent ad fornicationes, adulteria, inceſtus, ſacrilegia; ad ambitum, ad luxum, ad auaritiam, & quæuis alia ſcelera: tunc vero palam eos traducent, accuſabunt, expetentque ad conſortium pœnarum infernalium, qui conſortes fuerunt peccatorum. MIN. O nefandam & infidam proditionem: Homines allicere ad ſcelera, vt ſocios habeant ad tormenta! Non poteſt proditio Caini, Saulis, Abſalomi, Ioabi, Ptolomæi, vel Iudæ Iſcariotis, huic vnquam comparari.

DOCT. Memineris, quo pacto Satanas 2.
ipſe ſemel & iterum aſtiterit coram Deo, vt *Iob. 1. & 2.*
innocentem Iobum accuſaret hypocriſeos, auaritiæ, ſimulationis, & blaſphemiæ. Quanto minus iis qui vere criminibus plurimis & grauiſsimis ſcatebunt, indulgebit? Quorſum etiam putares eos diabolos appellari, *Apoc. 12.* niſi à perpetuo calumniandi & accuſandi ſtudio? Aut vanam exiſtimares Cæleſtium iſtam congratulationem, cum ab altis ad infimas abyſſos demiſsi fuerunt: *Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Domini Dei noſtri die ac nocte. Propterea, lætamini cæli, & qui habitatis in eis.*

MIN. Quoniam iſtud creditu eſt facile, 3.
& ex multis hiſtoriis ac reuelationibus per-
uium:

Digitized by Google

uium: explica quomodo etiam Reprobi ſeſe mutuis accuſationib' grauabunt. DOCT. Quicunq; per aliorũ impias ſuaſiones, conſilia, vel praua exempla inducti fuerunt ad peccata & damnationem æternam, illos ad iuſtiſsimum Iudicem deferent, de illis grauiſsime conquerentur, & ad ſupplicia ſecum poſtulabunt.
Eccl. 41. De his ait Scriptura: *De patre iniuſto conquerentur filii, quoniã per ipſum ſunt in opprobrium.* Hinc Petrus Cantor ad hæc conformiter: Pater in filios inuolans eis exprobrabit, ſe cauſa eorum peccatorem & fœneratorem extitiſſe, & in eos inſurgens vultus eorum dentibus & vnguibus lacerabit. Et è contrario, filii exurgent in patrem eique exprobrabunt, eum materiam dediſſe eis rapinæ, & detentionis rei alienæ, &c.

4. Sap. 6. MIN. Puto etiam, nec vana eſt coniectura, à Spiritu propterea prædictum eſſe: *Iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter, tormenta ſuſtinebunt. Fortibus autem fortior inſtat cruciatio.* Quia nimirum, alios prauis exemplis & præceptis ad nefaria cõpulerunt, & ab iis tunc accuſabuntur. Quod timens ſibi futurum Dauid, ſupplex orat:
Pſal. 18. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis* (vtpote peccatis Bethſabææ, Ioab, & aliorum quos impuritatis & crudelitatis ſuæ miniſtros fecerat) *Parce ſeruo tuo.* Hinc quoque Paſtoribus populorum dicitur:
Ezech. 3. 33. & 34. Heb. 13. Sanguinem pereuntium de manibus veſtris requirã. Reddituri ſunt rationem de animabus ſuæ fidei creditis.

5. L. de pœnitentia & iudic. c. 4. 5. & 6. DOCT. Beatiſsimus pater Ephrem iis etiam addit. Parentes rationem eſſe reddituros de liberis, Reges de ſubditis, Epiſcopos & alios Paſtores de ouibus curæ ſuæ cõmiſsis. MIN. Quid vero putas, Reprobi reſpondebunt tot accuſatoribus & teſtibus? Quomodo effugient iudicium Dei? Quanta confuſione & ignominia contabeſcent?

PRÆSENTI OMNIVM PECCATOrum ſuorum memoria, ac perditarum diuitiarum, voluptatum, & delitiarum ſuarum recordatione, animo torquebuntur, aduerſus 57. & 58. errorem.

CAPVT XXII.

MINISTER.

QVæ ſunt cætera tormenta ſpiritalia? DOCT. Præſens imprimis ac tenax

A memoria omnium peccatorum ſuorum, quæ tunc ante oculos occurrent, atq; cunctis manifeſta erunt, adeo vt nemo illa negare poterit ſua eſſe. Accedet & recordatio ſuperiorum diuitiarum, honorum, & voluptatum, quarum amiſsione & deſiderio horribilem in modum miſeræ conſcientiæ cruciabuntur.

MIN. Verumque facile crediderim, dicente Scriptura de Reprobis: *Venient in cogitatione peccatorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.* Et Paulus ſcribit: *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut* B *etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum.* Probat. 1. Sap. 4. Rom. 2.

DOCT. Huc etiam ſpectat quod ait Saluator: *Nihil opertum, quod non reueletur; nihilque occultum, quod non ſciatur. Nam illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſta faciet conſilia cordium.* Denique, fiet quod ſcripſit Diſcipulus quem diligebat Ieſus: *Libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum.* Etenim ſingulorum dicta, cogitata, & facta (inquit D. Hieronymus) tanquam in breui tabella, depicta, patebunt. Et iterum: Tunc appa- 3. Matth. 10. Apoc. 20. L. 1. de pœnit. c. 4.
C rebit, qua mente quiſque vixerit. Et B. Ephrem: Tunc vniuſcuiuſque opera, coram Angelis & hominibus recitabuntur, quæ in occulto & in tenebris admiſſa, plurimos latebant. O quantus erit metus & tremor, cũ hi formidabiles libri aperientur, in quibus deſcriptæ ſunt omnes noſtræ actiones, nomina, verba, cogitationes noſtræ, & quidquid in vita egerimus!] Et rurſus alibi: Obuiabit Reprobis horrenda illa facies ſuorum delictorum, quæ omni tormento erit amarior. Hi præterea, diuexati flagellis propriarum conſcientiarum, ſæpius repetent has voces: Væ, væ, væ, nobis miſeris, qui vi- L. de reſur. & iudicio. c. 4.
D demus talem diem. Nam quocunque tunc oculos ſuos peccator conuertet, fœdas videbit imagines & ſpecies obſcœnas ſuorum criminum. Idem rurſum propterea ſcribit: Adſiſtent tunc, 1. in mortis articulo, animæ reprobæ cuncta opera eius, quæ die nocteque geſsit. Quæ videns, tremens & lugens illis dicit: Hei, date adhuc mihi vnius horæ ſpatium antequam egrediar. Peccata reſpondebunt: Tu nos feciſti, opera tua ſumus, ibimus & comitabimur te ante faciem Dei, &c.] Meditare quæſo, quantus horror, quamque grauis pœna, quantaque ignominia tunc erit homini arroganti, ambitioſo, L. de beatitudine animæ, c. 1.

Digitized by Google

auaro & fœneratori, comeſſatori, ebrioſo, adultero, iracundo, homicidæ, periuro, prędoni, hæretico, & cunctis aliis peccatorum generibus, cum aſpexerint ſe circundatos tanta tamque fœda delictorum colluuie!

4. MIN. Accurate ſane id mihi in animum induco, indeque & odium & pœnitentiam peccatorum meorum concipio: ad eaque nunquam me rediturum, ita me Deo iuuãte, ſancte repromitto. DOCTOR. Dicam itaque aduerſus ſecundum errorem hic propoſitum, nimirum, eoſdem Reprobos dire admodum cruciari animis, recordatione honorum, pomparum, voluptatũ, quibus liquefacti ſunt ſuper terram, ægre ferentes quod iis non poſſunt frui amplius. MINISTER. Quibus argumentis id efficis?

Sap. 5. DOCTOR. Primo è querelis eorum, quæ referuntur à Sapiente: *Quid nobis profuit ſuperbia? Aut Diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, &c.*

5. Deinde ex Patrum teſtimoniis. Scribit enim Innocentius Papa: Damnatos affliget memoria, ſera turbabit pœnitentia, torquebit anguſtia. Et B. Thomas aſſerens, eos tam prauam habere voluntatem, vt ament id, cuius cauſa patiuntur, vellentque adhuc eo frui, ſi poſſent. Petrus Bleſenſis, ſic vnumquemque eorum alloquitur: Vbi ſunt delitiæ tuæ, de quibus ſola remanſit recordatio, in tui accuſationem & obligatio in tormentum?]

6. MINISTER. Hæc quidem vera, & ad ſucceſsionem eiuſdem ſemper doctrinæ in Eccleſia plurimum faciunt: ſed ad antiquiores velim aſcendas. Doc. B. Hier. profitetur: In conſummationem mundi, prętericarum delitiarum recordatio erit materia cruciatuum.] Probat id hiſtoria Diuitis Epulonis, qui loco purpuræ & byſsi ardentiſsima flãma operiebatur; & pro cibis quibus epulabatur quotidie ſplendide, guttam aquæ cõſequi non potuit.] Præceſſerat eum S. Ephrẽ Syrus, deſideria reproborum his exponẽs: Tunc inter amariſsimas lacrymas dantes mugitus & gemitus, dicent: O quomodo tempus noſtrum in negligẽtia perdidimus? Quid nobis totus profuit mundus? Vbi nam eſt pater, qui nos genuit? Vbi quæ nos peperit mater? Vbi mulieres? Vbi pueri? Vbi amici? Vbi diuitiæ & poſſeſsiones? Vbi theſauri? Vbi gloria? Vbi conuiuia? Vbi Reges? Vbi Principes & magnates? Væ nobis, hæc omnia perdidimus, ita vt iam ne nobis ipſis

(L. 8. com. in Iſa. — Luc. 16. — L. de pœnitentia; c. 8.)

A poſsimus ſuccurrere? Præterea, plane ſumus derelicti tam à Deo, quam ab omnibus Sanctis. Nobis amplius non licet facere pœnitentiam. Nihil nobis proſunt preces, nihil lacrymæ, nec eſt qui nobis aut poſſit aut velit ſuccurrere. Hactenus ille. MINISTER. Obturent quantum voluerint aures ſuas Caluinus, Beza, Prædicantes, ne verba iſta exaudiant: quod ad me ſpectat, illa recondam in corde meo, ne rurſus proſiliam ad peccandum; & à iudiciis Diuinis timebo. DOCTOR. Sentient etiam Hugnoſtici omnes, hæc non per metaphoras, dicta eſſe; ſed eheu! ſero nimis; tuncque Miniſtros à B quibus ſeducti & perſuaſi fuerunt, omnibus maledictis & execrationibus proſequentur.

DAMNATI SESE AGNOSCENT: ET mutuis conuiciis proſcindent: aduerſus errorem. 59. & 60.

CAPVT XXIII.

MINISTER.

QVI fiet iſtud? Num Damnati mutuo fruentur aſpectu? Sibique ipſis mutua improperabunt crimina? Confut. 1.

C DOCTOR. Pro certo id teneas, quidquid Danæus, etiam de beatis idipſum neget. Nam ſaltem in congregatione, deinde, in ſeparatione quæ in iudicio fiet, ſeſe mutuo videbunt atq; diſcernent. MINISTER. Id negari non poteſt. Sed cum demerſi fuerint in barathrum tantis tenebris plenum, non video, qui fieri valeat. DOCT. Illud ergo in primis obſerua, Spiritus ex ſe, ſiue in hoc ſæculo adhuc commorentur, ſiue in altero iam recepti, non indigere lumine Solis huius, vt ſeſe agnoſcant, ſibique colloquantur. Siquidem & Magi, & Ioſeph, & Paulus, & multi alij colloquiis fruiti ſunt Angelorum, etiam ſi ſecũdum corpora alto ſomno depreſsi quieſcerent. Ecce tibi apertum etiam ex Euangelio, pro ſententia noſtra non D tam teſtimonium, quã memorabile exemplum. Diues inhumanus cum eſſet in tartari tenebris ac flammis, cognouit Abraham, & Lazarum in ſinu eius, & mutua miſcuerunt colloquia. MINISTER. Tam certum & apertum eſt exemplum, vt huic nihil queã obiicere. Enimuero ſi illi tanta locorum intercapedine diſiiti, ſeſe cognouerunt, multo magis damnati in eundem carcerem detruſi & concluſi.

(Matth. 2. — Act. 16. — Luc. 16.)

DOCT.

Digitized by Google

2. DOCT. Colligo etiam ex regulis contrariorum ac oppoſitorum, quod ſi beatorũ animæ ad maiorem gloriæ cumulum, mutuis conſpectibus, atque colloquiis fruuntur in cælis, mutuo Dominum laudant & glorificant: ex oppoſito ſequi damnatos in inferis pro tormentorum & miſeriarum incremento ſeipſos aliquando contueri, mutuiſque ſeipſos proſcindere conuiciis, diuexare opprobriis, mutuis odiis & maledictionibus ſeipſos inceſſere. Ex hac enim regula quondam hæc collegit eximius Theologorum Auguſtinus, plane in hanc rem noſtram: Satiat iuſtos viſio ſanctorum hominum & Angelorum, & ſuper omnia, ipſius Dei. Cruciat impios & peccatores viſio hominum damnatorum, & dæmonum, & ſuper omnia, ipſius Diaboli.

L. de tripli-ci habitac. cap. 1.

3. MINISTER. Habes alios veteres Theologos in hac re tibi conſentientes? DOCT. Imo & præceptores, à quibus iſtud didicerim & acceperim. Siquidem ſuperius audiſti Petrum Cantorem deſcribentem, quomodo Pater inuadet in liberos, & liberi in parentem; & mutuis ſe exprobrationibus lacerabunt. B. Gregorius longe antea de hac re ſcriptis conſignarat: Et boni bonos in cælo, & mali malos cognoſcunt in inferno.] Hos autem inde magis torqueri docet his verbis: Dum cum eis torquentur, quos in hoc mũdo dilexerunt.] Et alio in loco: Ignis illic ad conſolationem non lucet: & tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam ſequaces quoque ſuos in tormẽto viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt.] Communit ſententiam iſtam Epulonis exemplo timentis & rogantis ne fratres ſui in eundem locũ tormentorum deſcenderent. Qui igitur (inſit S. Pontifex) ad doloris ſui cumulum, propinquorum abſentium meminit, conſtat proculdubio quia eos ad augmentum ſupplicij, paulo poſt potuit etiam præſentes videre. Et quid mirum ſi illos videas ſecum inter reprobos, & in flammis conflagrantes, cum in augmentum pœnarum intuitus ſit in ſinu Abrahæ illum, quem contempſerat? Quod ſi ad augendum eius tormentum Sanctus illi apparuerit cur nõ credemus eũdem in finem illum videre ſupplicio affici illos quos contra Deum & omnem rationem charos habuit?]

Cap. 13. L. 4. Dial. c. 33. L. 9. Moral. c. 39. Luc. 16.

4. MINISTER. Equidem exiſtimo eſſe vnam rationum ob quas Dominus in Euangelio dixit: *Væ mundo à ſcandalis*. Et tam ſeuere canat, ne quis paruulos in eum credentes ſcandalizaret. Præcepit item, quod ſi oculus, manus, vel pes ſcandalizet, hos à nobis potius auellamus. Apoſtolus quoque confidenter arguit illos qui aliis erant ſcandalo: & profitetur ſe nunquam manducaturum eſſe carnem, ſi per illius eſum aliquem ſcandalizaret. Nam qui ſcandalo eſt, id eſt, alios inducit ad peccandum, plurimis damnationibus ſeipſum dignum reddit. Quocirca non poſſum in dubium reuocare, quin omnes perditi illi, qui vel prauis exemplis, vel conſiliis, ſuaſionibus, literis, aut doctrinis aliorum, in errores, peccata & perditionem inducti fuerunt, grauiter ante Deum querantur de perditionis ſuæ authoribus: eoſdemque in inferis agnitos amariſsimis inſectentur maledictis: quæ tamen neutrorum miſerias leuent, ſed potius adaugeant atque multiplicent.

Matth. 5. 18. 22. Luc. 17. Rom. 14. 1. Cor. 8.

DAMNATI FLAGRANT TRIPLICI odio nempe, Dei in illos animaduertentis: Sanctorum cum ipſo regnantium: ac mutuo inter ſe: aduerſus 61. 62. & 63. errorem.

CAPVT XXIV.

DOCTOR.

TRibus aliis inſuper, tormentorum ſpiritualium generibus Miſeri affliguntur. Nimirum, odio in Deũ eos in ira ſua punientem: in Sanctos cum eo regnantes in cælis: & in ſeipſos mutuo in æternis ſuppliciis permanentibus. Cumque illis nocere nequeant, nec ſibi ipſis auxilio eſſe: huiuſmodi odio aguntur in tantum furorem atque rabiem, vt inde omnium maxime diſcrucientur: contradicant licet Bezani & Caluiniani.

MINISTER. De hac re mihi dubium non eſt. Enimuero cum omni caritate deſtituti hinc migrarint, illam haudquaquam inuenerunt apud inferos. Effectus autem virtutis iſtius ſint amare Deum ex toto corde: ex tota anima, ex omnibus viribus ſuis: & proximum ſicut ſeipſum: quinetiam inimicos ſuos propter Deum, nihil inde ſequi poteſt, quam perpetuũ odium, & indignatio frendens in omnes. Deinde, cum ſupra probatum & concluſum ſit, Damnatos ſuis blaſphemiis Dei iuſtitiam impetere, & præ rabie quantas poſſunt opprobriorum ſpumas in eum euomere, conſequens eſt, quod illum oderunt ac dedignantur.

Cõfutatio 1. Exod. 20. Deut. 5. Matth. 5. 20. 22.

Digitized by Google

2\. DOCT. Diſertiſsime ſane Scriptura dicet: *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Nonne qui te oderunt oderam? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* Et Chriſtus ait: *Qui me odit, & Patrem meum odit. Oderunt me gratis. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Deinde, quando refert Ioannes Draconem os ſuum aperuiſſe in cælum & blaſphemaſſe Deum, eius tabernaculum, & habitantes in eo, noſtram plane confirmat ſententiam. Nimirum, Inferorũ principem, & omnia eius membra, Deum odiſſe, horrere omnia eius iudicia: præterea, omnes eius Sanctos & cælicolas deteſtari. Cumque & Pſalmiſta dicit: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum:* ſatis meditandum relinquit hos è contrario aduerſus eum obmurmurare & fremere, licet fruſtra.

Pſ. 73. 138. Io. 14. Apoc. 13. 17. Pſal. 113.

3\. MIN. Satis etiam perſpectum eſt mihi, perpetuum illum ſtridorem dentium, quo agitantur, certiſsimum argumentum eſſe eorum impatientiæ, faſtidii, ac odii, quod aduerſum eum conceperunt, à quo tantis pœnis & miſeriis ſunt in ſempiternum addicti: Quod ſi in Deum, omnium beatorum caput & rectorem ſtrident, nulli dubium quin & aduerſus eius electos & filios indignentur magnis ſtridoribus. DOCT. His adde quod ſcribit D. Thomas. Damnati in inferno exiſtentes poſt diem iudicii, memores erunt gloriæ Sanctorum, quam ante iudicium, & in iudicio viderunt: & ſic cognoſcent eos eſſe in maxima gloria: & ſic inuidia torquebuntur. Et afflictio quæ eſt in eis nunc ex tali viſione, manebit viſione ſublata, de quo etiam magis dolebunt.

Quodlibeto 8. art. 16. & 17.

4\. MIN. Dic quæſo, de illorum odio mutuo. DOCT. Sicut omnes beati cælorum ciues arctiſsimo caritatis vinculo ſic ſemper vna coniungentur, vt vere eorum ſit *cor vnum, & anima vna:* vnuſquiſque cæteros omnes amet ſicut ſeipſum, nihil expectat, quod non omnes, tantumque gaudeat de fœlicitate cunctorum, quantum de ſua: ſic è contrario cogitandum & credendum de Reprobis. Nam hi mutuis odiis ſeſe inſequuntur, aduerſus ſe inuicem variis diris inſurgent ac imprecationibus, ſeſe ita inuicem execrabuntur, vt ſi poſſent adhuc ſe inuicem grauiori damnationi ſubmittere, aut in profundiores abyſſos deturbare, libenter id præſtarent.

Actor. 4.

5\. MIN. Id facile credo. Quandoquidem apud inferos nullus virtuti locus eſt relictus, non eſt quin vorago odiorum diſcordiarumque immenſiſsima illic ſeſe offerat. Deinde ſupra declaratum eſt parentes inſurgere aduerſus liberos, hoſque parentibus male precari, qui huius odii mutui ſunt effectus. Et de malis futuri ſæculi Chriſtus prædicebat: *Odio habebunt inuicem.*

6\. DOCT. Magnus pater S. Auguſtinus iſtud ſic declarat. Væ iis quibus præparatur dolor vermium, ardor flammarum, ſitis inextinguibilis, fletus ſine ſolatio, ſtridor dentium ſine remedio, lacrymæ oculorum, tenebræ exteriores, pœnæ infinitæ, nullus amor erga proximum. Ibi non eſt honor ſenioris, & Regis, nec Dominus ſuper ſeruum, nec mater diligit filium aut filiam, nec filius honorat patrem. Ibi omne malum, & omnis indignatio, & fœtor, & amaritudo abundat.] Idem alio in loco deſcribens, quantum humana mens capere poteſt, ſtatum inferorum, ait, Eſſe lacum plenum tenebris, diſcordia, odio, miſeria, turpitudine, amaritudine, noxa, dolore, incendio, ſiti, fame, igne inextinguibili, triſtitia, vltione perpetua, & tot malis, vt nemo quantumuis facundus, vlla poſſit oratione, non dicam complecti, ſed ne cogitatione quidem aſſequi. MIN. Dic de aliis ſuppliciis.

Epiſt. 111. Lib. de triplici habitaculo, c. 1.

DAMNATI LABORANT INCREdibili inuidentia ſalutis alienæ; & incredibili deſiderio ſuis peccatis deperditi Regni calorum: aduerſus 64. & 65. errorem.

CAPVT XXV.

DOCTOR.

EXardeſcunt tam praua & ſatanica inuidia aduerſus ſalutem aliorum, vt præſentiſsimam perniciem ac ruinam omnium mortalium expetant, & ſummis votis deſiderent. Ex hoc tamen tantum abeſt, vt aliquod ſolatium capiant, vt potius præcedentem rabiem, furorem, & omnimodam deſolationem ſuam adaugeant. Hæc ſententia eſt doctoris Angelici B. Thomæ ſcribentis. Damnati inuidia ſtimulante, vellent ſuos propinquos, cum omnibus aliis eſſe damnatos, & dolebunt ſi ſcient aliquos eſſe ſaluatos.] MIN. Facile credi poteſt, quod cum ſint membra Satanæ, qui vbique & vndique ruinam noſtram exquirit, conformantes ſe inuidentiæ illius, vellent omnes ſecum eſſe miſeros ac infœlices.

Confirm. 1. Quodlib. 8. art. 17.

DOCT.

Digitized by Google

2. In 4. d. 50. A. 1. q. 3. DOCTOR. Eadem ſentiens D. Bonauentura, ait: Quia in eis viget odium & inuidia, vehementer triſtantur & tabeſcunt de gloria electorum Dei, ideo vellent ad ſatiendam ſuam impiiſsimam æmulationem, nullos eſſe beatos, imo omnes eſſe miſeros. Cōmuni hac vulgari ſententia: *Solatium miſerorum eſt habere pares.* Deinde, hoc Beati Auguſtini teſtimonio: (Li. de catechiſandis rudibus.) Solatium mali valentiſsimum ſuæ voluntatis, cum quibus damnatur inquirit.] Atque ſic conſtat Reprobos omni caritate exutos, omni vero malitia & inuidia redundantes, cunctis mortalibus ſecum expetere pœnas inferorum perpetuas.

3. Luc. 16. MINISTER. Quid vero reſpondes ad hoc, quod Diues improbus expetebat, ne fratres ſui ſecum venirent in locum tormentorum? D O C T. Id ſecreto quodam naturæ affectu, ac præſertim commodi fecit: nō caritatis, quæ in eo nunquam fuerat. Verebatur ergo ne eorum aduentus nouam ſibi verecundiam, ignominiam, opprobrium, atq; ſic nouum ſupplicium adferret. MIN. Quæ ſunt alia ſupplicia?

4. DOCTOR. Ineffabilibus contabeſcūt deſideriis, & ſuſpiriis anguntur, quod ſuis culpis priuati ſint omnium Sanctorum dulci ſocietate, quos in ſuis conſpectibus viderūt immenſa affici gloria, ac cæleſti fœlicitate (Matth. 25.) donari. MIN. Nemo poteſt de hac re ambigere, modo Chriſto credat dicenti: (Luc. 13.) *Erit fletus & ſtridor dentium. Videbitis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem eiiciemini foras.* Deinde, negari non poteſt (Luc. 16.) quin pœnæ, deſideria, tormentaque Diuitis augerentur plurimum, cum videret Abrahā & Lazarum in loco conſolationis: ſe vero in flamma cruciari.

5. Serm. 6. DOCT. His accedit D. Bernardi ſententia: Vnde impij tanto animi furore tabeſcerent, niſi in regnum ſummæ beatitudinis coram ſe vidiſſent alios introduci: & ſe è contrario eſſe condemnatos & relegatos in horrores, in fœtores, in ardores, in hæc tormenta & miſerias mortis æternæ?

6. L. 1. de com. punct. cordis, c. 9. Diu ante hunc S. Ephrem literis cōſignauerat: Introibit in aures tuas vox lætitiæ & exultationis, & agnoſces vocem vniuſcuiuſque collegarum tuorum: & ingemiſcēs dices: Hei mihi miſero, quomodo priuatus ſum tali claritate? Semper eram cum illis & nunc ſeparatus ab eis. Sed id iure mihi contigit. Illi enim temperantes erant, orabant, pſalmis vacabant, ſeſe humiliabant, patribus obtemperabant: & è contrario, commeſſabar, verbis otioſis garriebam, omnes irridebam, ſomno indulgebam, & cum ſuperbia reluctabar præfectis meis, &c. MINIST. Quid tum ſequitur?

REPROBI PERPETVO IRAE DIVINAE ſenſu affligentur: & miſerrimo Satanæ ac Diabolorum conſortio mancipabuntur: aduerſus errorem 66. & 67.

CAPVT XXVI.

DOCTOR.

ACutiſsimo, æternoque iræ ac indignationis Diuinæ ſenſu cruciabuntur, adeo vt nulla nouacula, nullo gladio ancipiti, nullo gladio quantumuis limato, acuto, ſcindente, poſsit caro humana penitius penetrari aut transfigi, quam intime lancinantur & perfodiuntur miſerorum animæ huius iræ atque maledictionis Dei ſenſu. Sentiunt quippe omnipotentem Deū Reprobos omnes auerſari, maledicere, execrari: & vt in vaſa reproba omnis iræ ſuæ poteſtatem velle oſtendere: quod eſt tormētum (Io. 3.) latu difficillimum. Hac de re dictum eſt: *Ira* (Matt. 3.) *Dei manet ſuper eum, Quis docet vos fugere à ventura ira?* (Apoc. 6. & 17.) Et in Apocalypſi, iudicij dies propterea vocatur *dies iræ & furoris Domini.* (Rom. 2.) Improbos replendos fore *vino iræ Dei.* (Rom. 9.) Apoſtolus denique, hoc appellat, (Mich. 7. 2.) *Vaſa iræ aptata in interitum.* Et quidam peccator ait: *Iram Dei portabo, quia peccaui ei, &c.*

MINISTER. Non eſt neceſſe, vt plura 2.
de hoc ſupplicio dicantur, accede ad ſecundum. DOC. Illud eſt perpetuuū ac irreuocabile à Deo exilium, cum Satana, & angelis eius. Nam ſine vllo termino, ſine vllo fine, ſine vllo remedio vel auxilio, in eo inferorū gurgite remanſura ſunt miſerrima Satanæ mancipia, hoſtes Dei viuētis ac immortalis. Hoc quam immane, quāque intolerabile tormentum ſit, palam oſtendunt miſeri, qui cum non poſſunt eſſe ferendo, deſperantes currunt ad gladios & laqueos, vt miſerā vitam finiant. Sed non euadunt Deum iratum.

Reuelauit quippe Dei Filius ſe dicturum 3.
eis: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, &c. Ibunt in ſupplicium æternum.* (Matth. 25.) Et dilectus diſcipulus affirmat Beſtiam, Draconem, (Apoc. 20.) Serpentem, & pſeudoprophetam (i. totum reproborum corpus) mittendum in

Digitized by Google

ſtagnū ardentis ignis & ſulphuris in ſæcula A ſæculorum.

Io.8. Hinc idem Chriſtus Iudæis mendacibus
Io.6. dicit: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris*
Act.13. *veſtri facitis.* De Iuda quoque proditore ait: *V-*
1.Ioan.3. *nus veſtrum Diabolus eſt.* Et in Prophetis, quidam dicuntur filij Belial, & filij Diaboli, Quādo enim imitantur eius conſilia, faciunt eius opera, ſeipſos dedunt ei, vere membra, vere ſerui, vere filij Diaboli ſunt & dicuntur: ac proinde vt tam maledicti capitis membra, tamque crudelis tyranni atque domini mācipia cum eodemque cruciabuntur.

5. Quod ſi plane horrendum viſu ſit, infelicē B
1.Reg.16. hominem aut fœminam ab vnico cacodæ-
& 17. mone poſſeſſum & diſcruciatum, vt fuerunt
1.Cor.5. Saul, fornicator Corinthius, Hymenæus, Philetus & plures alij, conſpicere: quāta miſeria, quanta calamitas, & Gehenna erit Reprobis in perpetuum cum cunctis Diabolis in inferno permanere? Huiuſmodi tortoribus tradi? Cum tam horrendis hoſpitib. diu, noctu, ſine vllo fine manere? MINIST. Certe ingenti & ſolicitudine & diligentia fugienda ſunt peccata, quæ nos tantis malis exponunt. Pergamus rogo.

DAMNATI PERPETVO METV AC terrore percellantur: nec tamen ſerio pœnitet eos peccaſſe: contra 68. & 69. errorem.

CAPVT XXVI.

DOCTOR.

TAli rurſum horrore, metu & tremore conſcientiæ percutientur: vt nullum ſit ſupplicium eo ſimile. Et tamen cū hæc pro admiſsis in ſuperiori vita peccatis, patiantur, placent nihilominus adhuc miſeris peccata D
Diet. tit. ſua. Primum confirmat B. Bonauentura ex
10.c.1. eo quod ſcribitur in Iob: *In inferno nullus eſt or-*
Iob.9. *do, ſed ſempiternus horror inhabitans.* Additque. Si vnicus dæmon cum diabolici ac infernalis vultus deformitate nobis appareret, horrorem incuteret intolerabilem, quantus ergo tremor & horror damnatis, eos omnes, omni furore & rabie armatos, omni hora momentoque cernere?

2. Refert ad id hanc B. Gregorij ſententiam:
L.9.mir. Horrendum erit Reprobis, dolor cum for-
L.9.in Eccleſ.9. midine, flamma cum obſcuritate, mors ſine morte, finis ſine fine. Rabanus quoque ait, Vere ibi timor eſt mortis, vbi continuus eſt Gehennæ ignis, iracundia perſeuerans, &c. Nam inferno nulla pax eſt, neque doloris moderatio. Quid autem dici aut fingi poſſet horribilius, quam nullum finem ſcire aut expectare dolorum? Immerſi in ignem patiūtur immenſos dolores in mediis doloribus, mortalibus anguſtiis opprimuntur, transuerberantur timoribus. Quod timent, tolerant; rurſumque quod tolerant ſine ceſſatione pertimeſcunt, &c.

MINISTER. Cum vero pro certo ſciant, 3.
peccata ſua cauſas eſſe tot afflictionum & B tormentorum; nonne eos pœnitet illa commiſiſſe? Tot pœnæ, tot paſsiones ſunt ne illis prorſus inutiles? DOCT. Oderunt quidem & deteſtantur peccata, ſed non eius amore aut reuerentia in quem peccauerunt; ac proinde, talis pœnitentia eis prorſus inutilis eſt, aut potius nouæ continuæque afflictioni, ſine vllo emolumento. Cum namque exceſſerint huius vitæ limites, nulla pœnitentia
ſalutaris eſſe poteſt Reprobis: quod deſignat Matth.22.
parabola eius, *qui ligatis pedibus & manibus* (1. & 25.
omni deinceps aut ſeſe iuuandi, aut exeundi facultate) *miſſus eſt in tenebras exteriores.* Simul & ſimilitudo quinque Virginum fatuarum, C quibus ad oſtium ſponſi fruſtra pulſantibus, aperte dictum eſt: *Neſcio vos.* His enim omnibus perſpicuum ſit, omnem contritionē, omnem pœnitentiam, preces omnes Reprobatis inutiles & vanas eſſe.

MINISTER. Equidem dubitari non po- 4.
teſt, quod ſi tremores Caini, lacrymæ Eſau, vota multiplicata Antiochi; Iudæque nimis ſera pœnitentia, ac denariorum reſtitutio, hic adhuc peregrinantium, authoribus ſuis nihil ad ſalutem æternam profuerit: multo minus Reprobis prodeſſe poterunt.

DOCTOR. Eruditus ſanctuſque Ponti- 5.
fex InnocētiusIII. ex profeſſo caput inducit, L.3.de miſeria cond.
De inutili pœnitentia damnatorum, in quod ci- hum.c.3.
tans hæc verba Sapientis: *Videntes, turbabun-* Sap.5.
tur timore horribili, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, &c. ſcribit: Pœnitentia quidem afficientur, ſed id illis erit in tormentum, non in remiſsionem. Æquum eſt enim, vt qui noluerunt cum potuerunt, non poſsint cum velint. Deus dedit illis locum pœnitentiæ, ſed nimis abuſi ſunt: & propterea Diues in flammis tortus, dicebat Abrahæ, Rogo pater vt mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Agebat ille pœniten-

Digitized by Google

nitentiam in inferno: ſed quia cognoſcebat illam inutilem, rogabat vt annunciaretur hoc fratribus ſuis, quatenus agerent pœnitentiam in hoc ſæculo fructuoſam: quia tūc prodeſt homini pœnitere, cum poteſt ipſe peccare.]

6. MIN. Certe miſerum, imo ter quaterque miſerum eſt, tot tantaſq; reproborum pœnas eis prorſus inutiles fore. DOCT. S. Bonauentura enumerans quinque Damnatorum miſerias, ſcilicet, tormentorum acerbitatem, diuerſitatem, diuturnitatem, generalitatem, & inutilitatem, vltimam iſtam ſic exponit. Iſtæ pœnæ infernales erunt inutiles & infructuoſæ. Pœna huius vitæ breuis eſt, & leuis, & fructuoſa: ſed futura eſt diuturna, acerbiſsima, & inutilis. Quia & ſi dānatus flendo tantum lacrymarum emitteret, quantū eſt aquarum in mari, non ſufficeret ad lauādam maculam vnius peccati mortalis. Graui quidem pœnitentia laborabunt, & gemēt præ anguſtia, vt ait Scriptura, ſed id ſine vllo fructu. In inferno erit ſtimulus pœnitentiæ: ſed nulla erit correctio prauæ voluntatis.

Dieta ſalutis tit. 10. c. 1. *Dieta. 9. c. 49.*

DAMNATI NVLLA SPE SALVTIS releuantur: & cupientes mortem, mori non poſſunt: aduerſus 70. & 71. errorem.

CAPVT XXIIX.

MINISTER.

O SI ſaltem aliqua ſpe, quantumuis tarda longaque, liberationis ſuæ: aut denique mortis & annihilationis ſubleuarentur? Id certe quoddam eis eſſet ſolatium.

2 DOCT. Nihil prorſus horum occurrit aut ſubuenit eis: quin è contrario, ſciunt ſe nullum vnquam miſeriarum terminū, nullum finem, nullam intermiſsionem inuenturos eſſe: qua de re incredibili extremaque deſperatione franguntur, quod tormentum prorſus eſt inexplicabile. Inſuper, quærunt mortem, inclamant mortem, expetūt mortem: & mors fugit ab eis. MIN. Non dubito quin ſi Cain, Iudas, aliique huiuſmodi quibuſdam iræ Dei ſtimulis agitati, & peccatorū ſuorum conſcientiis perculſi in deſperationis barathrum ceciderunt, potiori ratione miſerrimos illos in abyſſum demerſos inferorum, omnem ſpem abiiciant, nec vnquam expectent ſe illinc euaſuros.

Gen. 4. Matth. 27.

DOCTOR. Fulgurans & tonans vox illa filij Dei, orbem iudicantis, *Ite maledicti, in ignem æternum*, horum aures pulſat continuo & ferit. Nec poſſunt ignorare quod vermis quo roduntur & ſtimulantur, nunquam ſit moriturus; quodque ignis quo torquentur nunquam ſit extinguendus. Atque ſic cum ſe intuentur, pro certo norunt ſe in æternum damnatos, ac huiuſmodi miſerias nunquam euaſuros. MIN. O quantæ ſunt hæ anguſtiæ, quanti angores, quam grauia ſupplicia?

Mat. 25. Isa. 6. Marc. 9.

3. DOCT. Pientiſsimus ille pater Ephrem mœrores eorum his vt poteſt, adumbrat: Intuentes ſe perpetuo eſſe derelictos, omnēque ſibi ſalutis ſpem ademptam, vt eis iam nullus opem ferre poſſit, aut pro illis orare, quoniam tale eſt iudicium Dei, miſeri flent, mugiunt, gemuntque amariſsime, ac miſerabiliter exclamant. O quam negligenter tempus nobis ad ſalutem conceſſum cōſumpſimus? O quomodo vanitas mundi nos ſeduxit? O quam deluſi ſumus, irridendo ſacras ſcripturas, ac eos ludibrio habentes qui eas nobis exponebant? Audire Deum per eas nobis loquentem tunc nolebamus: nunc ad illum exclamamus, & auertit aures faciemque ſuam à nobis. Ecquid nobis profuit mundus? Vbi ſunt nunc parentes, filij, amici, diuitiæ, poſſeſsiones, theſauri, ſtatus, conuiuia, principum ſeruitia? Infelices, nihil horum amplius poſsidemus: ſed nec nobis ipſis poſſumus opem ferre. Præterea, à Deo relicti ſumus, & ab omnibus ſanctis eius. Nullus relictus eſt amplius locus vel reconciliationi, vel redemptioni, vel miſericordiæ, vel vitæ futuræ. Horum omnium indigni ſumus. Irreuocabile ſuper nos venit iudicium Dei, &c.

L. de vera pœnit. c. 8.

4. MIN. Hæ proculdubio lamētationes ſunt Reprobatorum, & admodum conformes iis, quæ in ſcripturis referuntur. Eos nempe ligatos eſſe pedibus & manibus. His dicendū eſſe: *Diſcedite à me, operarii iniquitatis. Clauſa eſt ianua.* Negandam eſſe illis vel guttulam aquæ. Et quod omnes *tribus terræ plangent & lamentabuntur ſuper ſe, &c.* Sed non expeditius eſſet illis ſemel emori quāuis crudeliſsime, quam in tot malis ſemper viuere?

Mat. 22. 25. Matth. 7. Luc. 16. Apoc. 1.

5. DOCT. Hoc quidem expetunt, hoc efflagitant, hoc rogant, ſed non impetrant, nec obtinebunt vnquam; quod & aliud tormētum eſt plane intolerabile. MINISTER. Vnde id fit? DOCT. Ab incomprehenſibili iuſtitia Dei, qua dānantur ad pœnas interminabiles: & eos ſeruante ne inter tot mortes moriun-

Digitized by Google

moriuntur, ſed in perpetuum crucientur. A Ait enim ſcriptura: *In illis diebus homines quærent mortem, & non inuenient: deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Tunc erit mors immortalis (ait B. Innocentius) tunc viuent mortui, qui vitæ ſunt mortui, Quærent mortem, & non inuenient: quia vitam perdiderunt, cũ illam retinere poſſent. O mors, quam dulcis tunc eſſes illis, quibus tam amara fuiſti? Illi ſoli te expetent, qui ſoli horruerunt. Et B. Bernardus: Erit iam tunc non miſericordiæ, ſed iudicij tempus: nec vlla omnino credenda eſt erga impios futura illic miſeratio, vbi nec vlla ſperanda eſt correctio. Et B. Proſper: Cruciatus æternus, dolor ſummus, pœnalis ſenſus, torquent animas, non extorquent: puniunt corpora damnata, nec finiunt. MIN. De iis hactenus. Si quid aliud erratum ſupereſt, ad illud accedamus.

Apoc. 9. Luc. 23.
L. de contemptu mũdi. c. 9.
Serm. 8. in Pſ. 90.
L. 3. de vita contemp. c. 12.

ANIMAE DAMNATORVM NEC diſsipantur, nec diſcerpuntur, nec in nihilum rediguntur à Deo: aduerſus 72. 73. & 74. errorem.

CAPVT XXIX.

DOCTOR.

CAluinus tã iniquus eſt aduerſus immortalitatem animarum, vt non contentus eas vocaſſe: *laruas, manes, vmbras mortuas*: iam aperte contendit damnatorum animas à *Deo diſcerpi, diſsipari omnino, conſumi, ac in nihilum redigi.* MIN. Rogo te, viro non imponas; ſed verba eius proferas. DOCT. Hæc ſunt: *Diro turbine vexantur & diſsipantur. Ab infeſto Deo ſe diſcerpi ſentiunt, conteruntur onere manus eius, qui ſolo aſpectu cunctos mortales diſsipat, ac in nihilum redigit.* Et expreſsius Gallice ſcribit: *Ces damnez ſeront totalement deſchirez, diſſipez, conſumez, & annihilez par la peſanteur de l'ire de Dieu.* Id eſt, *omnino conſumentur & annihilabũtur, pondere iræ Dei.*

Inſt. l. 3. c. 25. §. 1.

Confutatio 1. Hinc enim ſequeretur primum animas velut nebulas vel fumos diſsipari ac euaneſcere in auras. Deinde, ſicut viles ac detritos pannos lacerari & diſcerpi, neque amplius eſſe poſſe in vſu. Præterea veluti oleum in lãpade penitus deſinere. Ad hæc, nullas ſupereſſe in inferis, ſi redigantur in nihilũ. Deniq; vana & falſa eſſe, quæcunque in ſacris ſcripturis de iudicio Dei, de Paradiſo, de inferis, & pœnis in eis repoſitis traduntur. Heu vero quanti epicureiſmi & atheiſmi? MIN. Mihi in promptu eſt has blaſphemias Caluini, per eiuſdem authoris contradictiones ſolide refellere. Etenim alio in loco, redarguit inſcitiam & ſtupiditatem Sadducæornm, qui in eam cæcitatem inciderant, vt crederent animas hominum morte euaneſcere: cũ Deus ſemper eas ſeruet viuentes. Alibi, iſtud confirmat, per hoc quod Abrabam hinc diſcedens, receptus fuit cum patribus ſuis. Rurſum, eos fanaticos appellat, qui animarum immortalitati ſe opponunt. Rurſumq; profitetur ſe contra eos diſputare, qui aiunt animas dormire, expectando poſtremũ iudiciũ quos appellat *Animicidas*. Ex quibus patet, quod vi veritatis coactus, confitetur animas B vere eſſe immortales: quas hic impie ait: *Omnino conſumi & annihilari.* Et initio Tractatus, errores ſuos coarguens ait: *Nos & ſubſtantiã eſſe ipſam (animam) contendimus, & vere poſt corporis interitum viuere, ſenſu & intelligentia videlicet præditam, ac vtrumque euidentibus Scripturæ teſtimoniis nos probaturos recipimus.* Manifeſtæ contradictiones.

2. *In Pſ. 49. v. 16.*
In Gen. c. 15. v. 8.
In cap. 57. Iſa. v. 2.
Præfat. in pſychopan.

3. DOCT. Omnia percurrere moleſtũ eſſet quando ſatis ſunt hæ quatuor repugnantiæ; dic de pœnarum perpetuitate. MIN. Ait incunctanter: *Notanda eſt ignis (inferni) perpetuitas, ſicut gloria quæ fidelibus promiſſa eſt.* Addit ibi Marloratus: *Prauam eſſe opinionem ſibi perſuadere, vel damnatos, vel dæmones fore aliquando ſaluandos.* C DOCT. Vere ergo improbus fuit Caluinus, ſcribens, *Animas diſcerpi, conteri, conſumi & annihilari*: ex quo ſequeretur, inferos & ſupplicia eorum non eſſe perpetua.

In Mat. c. 25. v. 41.

4. At vero cum Deus animas primas creauit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, eas fecit inexterminabiles. Et animæ iuſtorum in manu Dei ſunt, & non tanget illas tormentũ mortis: Chriſtus etiam admonet non timẽdos eſſe eos, qui occidunt corpus, quandoquidem non poſſunt animam occidere. Deinde, præclaris exemplis docet animas corporibus exutas, in alio viuere, ſicut Abrahæ, D & Lazari: & ſuperioribus ſæculis Samuelis, Ieremiæ & Oniæ, quæ Iudæorum Pontifici & Duci fortiſsimo viſæ ſunt. Inſuper, eductis ex alia vita Moſe ac Elia: & ſecundo tertioq; ex flammis clamante Epulonis anima. Nonne hæc aperte & ſolide peruincunt, Animas in alio ſæculo permanere? Atque ſic impietatem ſummam eſſe, dicere [illegible]s aliquando cõſumi, vel annihilari.

Gen. 1. 3. & 9. Sap. 2. 3. & 5. Matth. 10. L[illegible] 6. 1. Reg. 28. 2. Mach. 15. Matth. 17. Luc. 16.

5. MIN. Perpetuitatem ſuppliciorũ infernaliũ iam cõfirma. DOCT. Deus toties verbo ſuo adfirmans ignem inferi eſſe inextinguibilem, & vermẽ non moriturum, abunde id docet

Iſa. 66. Mar. 9.

Digitized by Google

docet. Deinde, proponens animam Epulonis in flammis illis viuentem: & dicens: *Ite in*
Luc.16. *ignem æternum. Ibunt hi in ſupplicium æternum,*
Matt.25. omnium diſertiſsime & conſtantiſsime, infernum, & tormenta eius nunquam eſſe finienda aut diſſoluenda confirmat.

6. Adhæc, Apoſtoli per orbem prędicantes,
2.Theſſ.1. Chriſtum venturum eſſe de cœlis cum angelis, & in flamma ignis ſumpturum vindictam de ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio, qui pœnas dabunt in interitu æternas, ſuperiorem ſententiam noſtram ſatis confirmant. Hoc idem præſtat
Ep.v. 6.& 13. & B. Iudas, adfirmans angelos deſertores, in iudicium magni Dei, vinculis æternis ſub
Apoc.20. caligine reſeruari. Deinde, Sodomam & Gomorrham præ ſe tuliſſe exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Ioannes quoque teſtatur Beſtiam & Pſeudoprophetam, (id eſt, totum corpus impiorum) præcipitandum in ſtagnum ignis, vt ibi in æternũ crucientur, &c. quibus perſpicuum eſt, nec animas impiorum diſsipari, in nihilum redigi, nec diſcerpi, nec omnino conteri, conſumi, aut annihilari in inferis, ſed in æternum cruciari: quæ Caluinianorum Epicureiſmos plane ſolideque refellunt.

7. MIN. Ampliora & firmiora pro ijs argumẽta nulla requiro: tantum poſtulo vt breui doceas, quid priorum Eccleſiæ ſæculorum de ijs, poſteris ſcripto reliquerunt.

Li.5. Recognit. DOCT. Clemens Papa & martyr tradit, Caſtigationes diuinas viris pijs miſſas eis eſſe peccatorum ſuorum expiationes, & ad vitam æternam diſpoſitiones: impijs vero
Ser.exhort. ad Gentes. æternorum ſuppliciorũ initia. Iuſtinus Philoſophus & Martyr, aduerſus Ethnicos authoritate Platonis contendit, Tyrannos, patricidas, fratricidas, & ſimiles nunquam euaſuros tormenta inferorum perpetua, vti
Apol.1.&2 Quæſt. 75. ad orthod. nec cacodæmones: nec ambigit Platonem hæc dogmata hauſiſſe ex fontibus Iſraelis, i.e. ſcriptis ſanctorum Prophetarum. Idem alibi quoque ait: Pœnas æternas paratas eſſe improbis, niſi mature reſipiſcant. Denique concludit: Animas iniuſtorum è corporibus emigrantes, rapi in locum inferni, de quo ſcripſit Iſa. *Infernus ſubtus conturbatus eſt.*

8 Clemens Alex. ait: Deum gratia ſua Chri-
L.5.Strom. ſtianis vitam beatam conferre: Ethnicis vero pro iuſtitia ſua paraſſe ignem æternum cum diabolo & angelis eius. Et alio in loco, ſententiam Platonis à Iuſtino allatam repe-
Hom. 9. in Ierem. tit. Origenes quantumuis accuſetur, nihilominus recte ſcribit. Ignem æternum, Gehẽ-

A nam, & tenebras exteriores, ſcripto traditas non ſolum pro iis qui eas patiuntur, ſed etiam ad omnes nos ſub Dei timore & obeditione continendos.

Baſilius multis modis magnus, poſt egre- 9.
giam inferorum, tenebrarum, & tormento- Hom. in 5.
rum, quibus diſcruciantur improbi enume- Iulittam.
rationem ſic concludit: Hæc time, & horum timore inſtitue, animam à malo, veluti fræno quodam coerceas, &c. B. Ephrẽ Syrus ait L.de extremo iudic. c.4.
inter multa: Nõ eſt in inferno confeſsio, nõ ſunt lacrymæ, nec ſunt gemitus, qui poſsint reuocare ſententiam iudicis. Nullus temporis terminus ad faciendam pœnitentiam.
B Nullus datur regreſſus ad vitã: ſed ibi ſunt omnia amara, ſeuera, & deſperatione plena.

Syneſius, quaſi in faciem ſeſe opponens 10.
hęreſibus Caluini, profitetur: Anima cum ſit Ep.44.
immortalis, immortales dat pœnas, quando Serm. 5. de
peccauerit peccata penitus ineluibilia. S. Leo Epiph.
Papa: Nulla eſt correctio (inquit) in inferno, neque vllum remedium ſatisfactionis. Et S.
Gregorius exclamat: Horribilis eſt aſpectus Hom.6.in
Gehennæ, quæ ſine fine reprobat, & ſemper Ezech.
in cruciatu conſeruat. Rabanus Maurus, Infelices, ait, ſine morte, patiũtur mortem: inciderunt in finem, ſine fine: & defuncti ſine exitio. Illorum mors occidit, non extinguit:
C illorum dolor torquet, remanente timore: vrit flamma, & tenebras non diſsipat.

Innocentius Tertius: Quod Deus pro ma- 11.
lis temporalibus tribuit tormenta perpetua, Com.in Pſ.
non eſt ei ad iniuſtitiam deputandum. Item: 3.pœnit.
Deus iuſte punit reprobos in perpetuum, quia perpetuos eos inuenit inimicos, quos & ipſe iuſte in ſuo punire decreuit æterno, dum eum iniuſte offendere pręſumpſerunt.
Idem rurſum: Sicut ouis non carpit her- Serm. 2. in
bam, ſed paſcit, vt herba ſemper renaſcatur conuerſ.
ad paſtum: ita infernus non conſumit homi- B.Pauli.
nem, ſed affligit, vt homo ſemper viuat ad mortem.

D Duodecimo & vltimo loco adijcio B. Bo- 12.
nauenturæ fructuoſam ac piam contempla- Breuilo-
tionem iſtam: Horrenda quidẽ, vera tamen quii c.6.
res eſt, ſupplicium inferni exerceri in loco profundiſsimo, in quo perpetuo torquẽtur reprobi tam homines q̃ dæmones. Cruciantur que eodem igne corporeo, qui vrendo illos torquet, non conſumit. Huic tormento coniungitur cruciatus omnium ſenſuum, omniumque membrorum: priuatio viſionis ac fruitionis Dei, cum morſu vermis immortalis. Hæcque tormenta nunquam ceſſabunt. Sic Iudex cogit ſoluere vſque ad vltimum

Digitized by Google

timum quadrantem. Et ſicut patefecit infinitam potentiam ſuam in creatione omniũ: infinitam ſapientiam in diſpoſitione: infinitam clementiam in reparatione huius mundi: ſic etiam patefacit infinitam iram & iuſtitiam ſuam in punitione Reproborum. Et quia peccata eorum coniuncta ſunt impœnitentiæ finali, æquum eſt, vt illorum pœnæ ſint ſine fine. Eorum volũtates ſunt ſemper Deo immorigeræ, ergo ira Dei debet ſemper illos impetere, &c. His ne dictis & doctis contentus es? MIN. Maxime contentus: ita tamen, vt ſuperſit mihi incredibile deſiderium & audiendi, & diſcendi ex huiuſmodi veteribus & ſacris Spiritus Dei organis ac interpretibus, vnde & melior & ſapientior poſsim euadere.

13. DOCT. Quando igitur hactenus (vtinam tam vtiliter, quam copioſe) diſſeruimus de nominibus, locis, & promptuarijs, de capacitate, de ciuibus, de tormentis tam corporeis quam ſpiritalibus inferorum: deinde, probauimus damnatas animas non eſſe illic omnino conterendas, conſumendas, vel annihilandas, ſed in perpetuum plectendas: confutauimus denique ad ſeptuaginta quatuor errores, quos Caluinus, & verbi eius Prædicantes aduerſus hanc Catholicam doctrinam excogitauerunt & inuexerunt, his Dialogiſmis humillima prece finem imponemus, ſi prius dixeris aperte & candide, quænam ſit nunc tua in religionem propenſio atque conſtantia.

MIN. Ea eſt, ſic me Chriſtus Ieſus iudicet & ſaluet, Caluinianæ ſectę extremum atque ſupremum vale dicere: propterea quod innumeris erroribus ſcateat aduerſus Deum, eiuſdemque virtutes & perfectiones: aduerſus ſanctiſsimam Trinitatem, & eius myſteria: aduerſus Chriſtum Deum & hominem, & eius in terris opera: aduerſus Spir. S. ac eius officia, vt recitatum fuit in priore noſtro colloquio. Præterea, ſufferta eſt, ſexcentis aduerſus Paradiſum, Purgatorium, ac Infernum, vt hoc ſecundo Dialogo recenſuimus. Denique, vbique fere manifeſtis contradictionibus, quibus ſe ſuoſque palam reprehendunt & damnant, plena eſt. Quia igitur tuta conſcientia nec poſsim nec debeam tam craſsis, fœdis, ac impijs erroribus, quibus ſeſe coram Deo, & toto mundo reos agunt, adhærere; vniuerſam hanc ſcholam, ſeu potius conſilium impiorum, & cathedram peſtilentiæ, etiam atque etiam in perpetuum valere iubeo.

Me autem totum voueo, dico, ſacroque doctrinæ, fidei, ac obedientiæ vnius, ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ, quam Chriſtus Dei filius præcepit audire, ni velim haberi inſtar Ethnicorum & Publicanorum. *Matt.18.* Rogauit ne deficeret fides eius, & aduerſus eam non præualituras eſſe portas inferorum adſeruit. *Luc.22.* *Matt.16.* Eam intelligo Eccleſiam, cuius etiam Apoſtolorum tempore, fides annunciabatur in vniuerſo mundo. *Rom.1.* Eam, ad quam, iuxta B. Irenæum martyrem, oportet omnem Eccleſiam, id eſt, omnes qui ſunt vndique & vbique fideles, conuenire. *L.3.c.3.* Eam, cui teſte Tertulliano, Apoſtoli cum ſanguine ſuo, omnem veritatem commiſerunt. *L.præſcrip.* Eam, ad quam doctore B. Cypriano, perfidia non poteſt habere acceſſum. *Epiſt.18.* Eam, quam B. Athanaſius appellat, matrem, & caput omnium Eccleſiarum. *Epiſt.ad Marcum.* Eam, quam B. Polycarpus ab Aſia, Egeſippus ex Syria, & Origenes ex Alexandria diſcedentes viſitandam & conſulendam ſibi cenſuerunt. *Euſeb.* Eam, cuius authoritatem expetit Baſilius, vt Orientis tumultus ſedarentur. *Epiſt.52.* Eam, cuius Præſulem Hieronymus confitetur eſſe B. Petri ſucceſſorem, eiuſdemque vocem agnoſcit eſſe vocem Chriſti. *Ep. ad Damaſum.* Eam, cuius authoritati & cenſuræ Auguſtinus libros ſuos omnes ſubmittit. *Epiſt.ad Innocent.* Eam, in qua docet Chryſologus, B. Petrum, in perſona ſucceſſoris ſui ſemper præſidere. Eam denique, de qua D. Bernardus ſcribit: Dignum arbitror ibi reſarciri damna fidei, vbi non poteſt fides ſentire defectum. *Epiſt. 190.* DOCT. Iam ergo proſtratis in terra genibus, manus, corda, animaſque erigamus in cœlos ad Dominum, & has preces ei humillimas offeramus.

ORATIO.

Ieſu Rex regum, Domine dominantium, Iudex viuorum & mortuorum, te ſuppliciter oramus, & per ſacra omnia obſecramus: ne reminiſcaris delicta noſtra, ſed miſerationum tuarum, quarum non eſt numerus. Non ſecundum peccata noſtra, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis, ſed propter merita laborum, lachrymarum, ieiuniorum, orationum, dolorumque paſsionis & mortis tuæ, ac propter gloriam nominis tui propitius eſto peccatis noſtris. Non enim in iuſtificationibus noſtris offerimus preces iſtas; ſed in miſerationibus tuis multis & magnis: Dele mala quæ fecimus: & ſalua homines quos feciſti, & lapſos reparaſti. Vtere miſericordia & gratia dum tempus eſt, ne nos perdas cum illud præterfluxerit.

Digitized by Google

xerit. Et ſi admiſerimus vnde damnare po- A teſ:tu non amiſiſti vnde ſaluare ſoles. Peccata fatemur, multa & grauia ſunt, nec pœnitentia ſufficit ad emendationem: ſed gratia ſuperet omnem ſocordiam & negligentiam noſtram. Non ſic attendas ſcelera noſtra, vt obliuiſcaris bona tua. Exhorreſcim⁹ Domine, cum meditamur inferorum barathrum, ignes, flammas, tenebras interiores ac exteriores, dolores, horrores, vlulatus, gemitus, clamores deſperatione plenos, aliaque ſupplicia, quibus in ira tua reprobos perſequeris corporibus, animis, cunctiſque horum partibus & facultatibus, idque ſine B vlla intermiſsione aut termino. Sed in bonas ſpes erigimur, cum occurrunt merita mortis & paſsionis, quam vt nos illis eriperes, pro nobis pertuliſti. Conſternunt tam horrenda tormenta peccatis noſtris debita ſed redauincant dulciſsimæ, ampliſsimæ, & certiſsimæ promiſsiones tuæ, Si tranſieris per ignem flamma non nocebit tibi. Qui credit in me, tranſibit de morte in vitam, &c. Ergo Domine Ieſu, eſto nobis Ieſus, id eſt medicus & ſaluator. Libera nos de ore leonis, ne quando rapiat, dum non ſit qui eripiat. Libera nos de morte æterna, in die illa tremenda, quando in vltimo aduentu tuo plane mirabili atque terribili mouendi cœli, Angeli, elementa, homines, mortui, viuentes, abyſsi, dæmones, inferi. Domine, non eſt impoſsibile apud te omne verbum. Tibi ſubeſt, cum volueris poſſe. Placeat ergo, conſtituamur à dextris tuis, vt audire mereamur illam dulciſsimam vocem tuã: Venite benedicti Patris mei, poſsidete regnum paratum vobis, à conſtitutione mundi. Quod tam fœliciter contingat, quam expetimus humiliter.

Amen.

LIBER DECIMVSQVINTVS,

QVO CONFESSIO FIDEI CALVINIANÆ DISCVTITVR, ET TRECENtorum errorum conuicta ſolide refellitur. Ac primo quidem Titulus examinatur, & ſeptem mendaciorum coarguitur.

CAPVT PRIMVM.

MINISTER.

QVandoquidem omnipotens & C verus Deus nobis hæc otia facit: & per tuam in me humanitatem licet de plurimis doctrinæ Caluinianæ & Bezanæ erroribus longe lateque inquirere, valde aueo ſcire, quod ſit tuum iudicium de ea Confeſsione fidei, quam Beza quondam è Geneua ad Poſsiacum in Gallia conuentum attulit; quamque à Catholica religione ad Hugnoſticos transfugientes profiteri iubentur. Fieri-ne poteſt, vt tot, tantiſque mendacijs, erroribus, & contradictionibus ſcateat, quot, quantiſque in Libello Gallico illam inſimulaſti?

DOCT. Imo longe pluribus, vt (ſi eam recitare volueris) cunctis patefaciam. MIN. Hanc tantum Gallicam habeo: & ad verbum Titulum eius ſic iam Latine reddo.

Confeſsio fidei, communi conſenſu eorum Francorum facta, qui percupiunt ſecundum puritatem Euangelii Domini noſtri Ieſu Chriſti vitam inſtituere.

DOCT. Multis de cauſis & rationibus Confut. 1. permoti pij omnes, iſtam Confeſsionem damnant atque reijciunt. Primo, quod nec Apoſtolica, nec Catholica, imo nec Chriſtiana ſit, vel ſaltem ab authoribus ſuis nuncupetur: ꝙ non leue eſt de falſitate illius præ-

Digitized by Google

De reg. iur. in 6. decr. iudicium. Quin & hoc ipſum nō ſolo ſilentio ſuo iudicant (nam qui tacet, confitetur:) ſed & disertis verbis aperiunt, dicentes eam, *à Francis factam eſſe*. Quanti autem ſunt Franci, ſi cum totius huius mūdi populis, linguis, & nationibus conferantur? Enimuero vt vnus tantum eſt Deus, & pater omnium, vna Eccleſia Chriſti ſponſa, vnum Baptiſma, vna ſpes ſalutis omnium: ſic vnica ſolum eſt fides Catholica, extra quam nulla fides: ſed incertæ, dubiæ, & hinc inde vacillantes hominum opinationes. Ideoque ſancti Patres decernunt: *Fides non eſt fides, quæ non eſt vera & Catholica.* Sacramentaria porro hæreſis necdum fuit, aut vnquam erit Catholica, id eſt, vbique, ſemper, & ab omnibus recepta vel ſeruata: ſed in Galliarum angulo, poſt mille & centum à Chriſto nato annos, per Berengarium inuecta, & à proprio Authore, dum in viuis ageret, ſemel & iterum publice damnata & abiurata, & cum miſeram euomeret animam, iterum, iterumque proſcripta & abdicata. Poſt aliquot annos, à VVicleffo quidem in Anglia inſtaurata eſt: ſed mox à ſanctis Paſtoribus & Doctoribus confutata & profligata fuit. Huſſus in Bohemia eâdem reparare, & Ziſchæ potentiſsimi latronis viribus & armis propagare conatus eſt: ſed damnato per patres Conſtantienſes authore, ſimulq; Sigiſmundi Imper. Romanorum, ac ſeptem Electorum authoritate flammis abſumpto, error ſimul euanuit. Hoc autē nouiſsimo ſæculo Carloſtadij, Zuinglij, & Caluini opera, hoc in Europæ angulo aliquantulum inualuit; & innumeris bonorum cædibus, incendijs, & bellis pluſquam ciuilibus per Miniſtros & Satellites excitatis propagata: ſenſim nunc langueſcit atque deficit. Sed & punctus fere tantum eſt hic terræ angulus, ſi cum latiſsimis Græciæ, Aſiæ minoris & maioris Regnis, cum Africæ, Aethiopiæ, Indorumq; Imperijs collatus fuerit: in quibus nihil vnquā de Zuinglianis ſomnijs, vel Caluinicis metonymijs auditum fuit.

1. Cor. 1. Eph. 4. Io. 10. 11. 12. 17. Aug. tract. 67. in Io. Leo ſer. 4. de natiuit. Dom. Iren. l. 1. c. 3

2. His addo, quod cum toto fere cœlo diſtet à confeſsione Auguſtana, Sileſiana, Miſnica, Sueuica, VVitembergica, Bohemica, VVādalica, Suedica, Danica, Anglica, Scotica, Holandica, Antuerpiana, Zuingliana, Bezanana, Monbelgardica, Rameana: & (quod non perfunctorie commemorandum) plurimis capitibus aliena à duabus alijs confeſsionibus, quas huius artifex Caluinus cōpoſuit, & ſeruare ſe dicit Beza in Catalogo ſcriptorum illius, profecto nec eſt vna, nec admittenda. *Duæ ſuperſunt*, ait Beza, *Caluini confeſſiones fidei*. Si eiuſdem ſententiæ ſunt, altera certe ſuperfluit: ſi diuerſæ, non ſunt veræ fidei cōfeſsiones, ſed multiplicium errorum eius turpiſsimæ confuſiones. Cum etiam omnium maxime diſparata ſit à confeſsione fidei Apoſtolicæ, quæ in duobus Symbolis nobis tradita eſt; deinde, à ſymbolis S. Athanaſij, Concilij Nicæni, Conſtantinopolitani, aliarumq; ſanctarum Synodorum: imo & in illius deſpicientiam Geneuæ nuper conflata, & hactenus per orbem Chriſtianū inaudita ſit, iure omniū optimo à bonis omnib9 reprobanda & exſibilanda eſt. *Etenim dum toties cuduntur & mutantur fides, tandē nulla fides.*

In ep. Caluini. *Hilar. Athan.*

3. Accedit, quod hæc Confeſsio nimis imperfecta & manca eſt, vtpote quæ nullam faciat mentionem miræ Conceptionis, & ſingularis Natiuitatis Ieſu Chriſti: nullam perpetuæ virginitatis & integritatis matris eius; nullam deſcēſus Chriſti ad inferos: nullam aſcenſionis eius in cœlos: nullam Spir. S. ad Apoſtolos miſsi: nullam reſurrectionis vniuerſę carnis, nullam conſummationis huius ſæculi, nullam generalis iudicij, nullam cōmunionis SS. nullā vitæ cæleſtis ac æternæ, nullam deniq; inferorum, aut ignis æterni, ac ſi eorum nihil credendum aut confitendum foret. Quænam iſta ſocordia? Quis ſtupor? Quæ malitia & perfidia? Pro certo, niſi quiſque integram inuiolatamq; fidem Catholicam ſeruauerit, in æternum peribit. *Athanaſ.*

Sed neque communi aſſenſu omniū Miniſtrorum, qui Colloquio Poeſsiaco præſto adfuerunt, iſta Confeſsio edita fuit, cū Petr. Vermilius (falſo cognomento martyr) è Tiguro accitus, nolens à Zuinglianis ſuis deficere, aut Germanos fallere, aut Gallis imponere, palam teſtificatus ſit, *ſe aliter de ſubſtātia corporis Chriſti in cœna credere, & docere, quam verſipellis Beza profiteretur*. Inſuper oblatā ſibi Auguſtanam Confeſsionem ſuperbe reijcientes, in ſeptem tam diuerſas quam peruerſas interpretationes iſtorum Chriſti verborum, *Hoc eſt corpus meum*, ſic diſtracti ſunt, vt & nunc in octoginta & quatuor aduerſis diſsipentur. Deniq; nec tunc dicere potuerunt, nec hoc adhuc tempore poſſunt (velut ipſe idem Caluinus fatetur) q̃ figuræ ſpeciē, aut ſuper quod ſupradictorum verborum vocabulū, conſtituant. Tantum & ſolum in hoc conſpirant, vt hinc tam procul relegent verum Corpus & Sanguinem Chriſti, quam ſummus cœlorum apex diſtat à terra.

4. *Dinothus. Hiſtoria turbarum Gallicarū.* *Admonit. ad VVeſtp.*

Adhæc,

Digitized by Google

5. Ad hæc, nec ſoli Franci (vt Titulus præſe fert) Poeſsiacum conuenerunt, cum Vermilius Halus, ſed ex Tigure Heluetiorum miſſus, Angli & Scoti quidam, Legatus Daniæ, Proteſtantes ex Germania, & alij, vt corui, illuc aduolarint. Sed neque ſeptem excucullati, id eſt, maior Miniſtrorum pars, Galliam vniuerſam ibi repræſentare potuerunt.

6. Neque prætermittendum, bene magnum & impudens mendacium illud, quo ſe fingunt *ſecundum puritatem Euangelij Ieſu Chriſti viuere velle.* Nam ſi verum fateri in animum inducere vellent, veterum potius Hæreſiarcharum inſanas opiniones inſtaurare, & corruptiſsimos mores, vitasque exprimere, ſtudere ſe & conari profiterentur, vt his paucis oſtendo. *Act.8. Clem. in Recognit. Mat.16.18. Ioan.21. Act.11. Dionyſ. L. de diuortiis. Iren. Auguſt. Theodoret. Tertul. Auguſt.* Poſt Simonem magum omnium hæreticorum principem, aduerſus D. Petro, & ſucceſſoribus à Chriſto traditam ſummam poteſtatem inſurgunt: & poſt Elymam præſtigiatorem diuinæ abſolutæque obſiſtunt potentiæ: & cum impuro Nicolao, Ochino, Bezaque fœdiſsimam polygamiam reſtituere conantur. More pſeudoapoſtolorum bona opera ad iuſtitiam & ſalutem neceſſaria inficiantur: & Gnoſticorum atque Valentinianorum, ſolam fidem exigunt. Cum Marcionitis liberum arbitrium eripiunt hominibus: & cum Manichæis nos idololatriæ accerſunt, quod Chriſto filio Dei in Euchariſtia præſenti ſummum cultum exhibeamus; quodque inuocatione & veneratione ſanctos in cœlum receptos, & adſcitos dignemur. Poſt Sabellium perſonas diuinas, proprietates tantum in Dei Eſſentia reſidentes eſſe definiunt: & poſt Arrianos, Ieſum improprie tantum creatorem cœli & terræ, & ſecundum duntaxat gloriæ & honoris locum habere dictitant. *Supra, l.1. 2.3.* Vna cum Neſtorianis & Beza duas in Chriſto vniones hypoſtaticas conſtituunt: & cum Caluino, aliam eſſe perſonam filij Dei à perſona mediatoris arbitrantur Aerianos imitati rem diuinam pro vita functis exagitant: *Hieron.* & Vigilantianos inuocationem SS. & reliquiarum venerationem, candelarumque vſum tollere nituntur. Cum Iouinianiſtis, ieiunia, & virginitatem alicuius eſſe meriti abnuunt: & cum Donatiſtis ſanctiſsimam Euchariſtiam canibus obiiciunt, *Optat.* ſanctumque chriſma miſerandum in modum profanant. Aemulantur Pelagianos, fidelium pueros ſine baptiſmo decedentes ſaluos in cœlis autumant, & Maſſalianos omnem à baptiſmo efficacitatem ſuffurantur. *Auguſt.* Cum Porphyrianis, Sanctorum miracula præſtigiis dæmonum tribuunt: & cum Berengario, ipſiſsimam corporis Domini præſentiam, tranſſubſtantiatis in illud pane & vino remoueant pro viribus. In immenſum pergeret oratio, ſi reliquos omnes veræ fidei ac Eccleſiæ hoſtes percenſerem, quos preſsis veſtigiis ſibi potius, quā puritatem Euangelij Chriſti, ſequendos ac imitandos cum in erroribus, tum in peccatis propoſuerunt.

Præterea, iidem huius confeſsionis authores vltro confitentur, noua eſſe dogmata, nouoſque articulos ex quibus conſarcinatur, quando veteres patres variis & acerbis conuitiis vexatos & laceratos (vt ſupra oſtendimus) ſuperbiſsime damnant atque reiiciunt: omnes aberraſſe: omnes Eccleſiam *L.8.c.14.* Cathol. in errores induxiſſe blaterant: Quin etiam ante Caluinum, *nihil in ſacris explicandis, neque iudicioſius, neque enucleatius, neque magnificentius, à quoquam diuini verbi interprete adhuc ſcriptum fuiſſe*, quam ab illo. Ac ne quidem *In vita Caluini.* exceptis Martyribus, Apoſtolis, Prophetis, vel ipſomet Chriſto, ait Beza, *L. Iconum.* *Caluino neminem docuiſſe doctius.* Adiiciunt aliis in locis, ſe primos eſſe in Europa veritatis doctores, primos Apoſtolos, primos Euangeliſtas, primos Prophetas, primos veri & defæcati euangelij præcones. Nec diſsimulant cunctos veteres orthodoxos, cūctas Theologorum ſcholas, cuncta Conciliorum & Pontificum decreta, conſenſum omnium populorum, & ſæculorum, placitis ſuis aduerſari, partes autem Catholicas acerrime propugnare. Enimuero, illos omnes proſcripturus Caluinus ait: *Præfat. in Inſtit.* *Multa ignorarunt ſancti illi viri, ſæpe inter ſe conflictantur, interdum etiam ipſi ſecum pugnant.* Et vniuerſam Eccleſiam veterem tollens de medio, vt nouam ſuam ſtatuat, rurſus ait: *Ante actis ſæculis, ſic hominum ingratitudinem vltus eſt dominus, vt nulla vera Eccleſiæ facies extaret.* Omnes priſcos doctores in fauorem Arrianorum vellicat, mordet, lacerat. *In c.Io.5. 6.10.* Vnanimem conſenſum eorum ſibi refutandum frequēter ſuſcipit, &c. *In 1.Cor. c.15.* Et Lutherus diabolica plane ſuperbia & impotentia inflatus, Catholicis dicere ſolitus erat, vt de eo prodit, diſcipulus & commenſalis eius Io. Aurifaber: *L. Colloq. menſal.* *Deponite quidquid armaturæ ſuppeditant vobis veteres orthodoxi, Theologorum ſcholæ, auctoritas Conciliorum & Pontificum, conſenſus tot ſæculorum, ac totius populi Chriſtiani.* Ex quibus manifeſtum & certum efficiunt, cum omnium veterum doctrinam, fidemque reiiciant, ſe nouam & hacte-

Digitized by Google

hactenus inauditam religionem, & fidei con- A feſsionem cudere, inuehere, & ſtatuere velle: quapropter à piis omnibus arcendam, & procul relegandam eſſe. Atque hoc meum, quod expetebas, de Titulo huius operis iudicium. Tuum explicabis, cum placuerit.

MIN. Paucis quidem ſed clariſsimis & firmiſsimis argumentis 7. huius tituli errores expugnaſti. Oſtendiſti nimirum, quod hoc eorum ſcriptum nequaquam fidei confeſsio ſit, ſed opinionum confuſio, ſeu ſi mauis veræ fidei confoſsio. Hinc, non vnanimi conſenſione omnium factum. Inde, doctrinam iſtam non eſſe Catholicam. Rurſum, nec vnam, nec ſibi concordem. Præterea, quod B nec illi velint ſecundum puritatem Euangelij vitam agere. Poſtea, quod veterem Eccleſiam extinctam cupiant. Denique veterum hæreſiarcharum errores atque blaſphemias ex orci faucibus extractas inſtaurent. Quapropter in animo conſtanter ſtatui, abdicata iſta confeſsione noua, veterem illam & Apoſtolicam in tribus ſymbolis traditam, & perpetuo Chriſtiani orbis conſenſu in hunc vſque diem ſeruatam, ita me Deus adiuuet, ad extremum vſque ſpiritum profiteri. Ea propter ad illorum præfationem gradum iam faciamus.

PRÆFATIO AD REGEM.

Immortales Deo gratias habemus, Rex, eo quod cum hactenus nullus nobis datus fuerit ad tuam Maieſtatem acceſſus, nunc liceat nobis eam conuenire, &c.

CAPVT II.

DOCTOR.

1\. SI rem propius inſpexerimus, & repetita ſuperiorum temporum memoria exacti° inueſtigauerimus, reipſa cõperiemus quod
Hieron. proponitis eſſe veriſsimum, videlicet neque in tota Gallia hæreſeon monſtra vllum vn- D quam locum inueniſſe: neque Chriſtianiſsimos reges noſtros illis faciles aures accommodaſſe. In promptu eſt hoc ipſum inductione exemplorum comprobare, vt Clodouei Arrianos exterminantis; Philippi ac
Æmilius Guaguin. Ludouici, qui Albigenſium horrendas copias, Aragonum & Maurorum armis ferocientes, repreſſerunt atque profligarunt: & aliorum præcedentium & ſubſequentium Regem viam omnem Abaillardis, Patarenis, Vvaldenſibus, Cotterellis, Turelupinis, Berengarianis, Lolhardis, Vviffclefitis, Begardis, Beguinis, Fratricellis, Flagellatis, Huſsitis, Pighardis, Ziſchitis, Bohemis, & ſimilibus peſtiferis hominibus (ex quibus Caluiniani tanquam ſcarabei ex ſtercoribus nati ſunt) ingenti ſtudio & diligentia vias præcluſerunt. Quin & noſtra memoria Franci- *Annales Franc.*
ſcus 1. Rex magnus, poſt publicas ad Deum per Lutetiam vrbem regiam ſupplicationes, in propatulo profeſſus eſt, ne ſuis quidem liberis gratiam facturum ſe, ſed ne ſuis quidem ipſius membris eſſe parſurum, ſi ea ſibi in Lutheraniſmi ſuſpitionem venirent. Henricus 2. Franciſcus 2. Carolus 9. Henricus 3. ex legum ſeuero præſcripto in eos, qui principes inuehendarum iſtarum hæreſeon extiterunt, animaduertere. Adprime enim *Deut. 13.*
nouerunt Deum omnes pſeudoprophetas ſi *17.*
quipiam reperiantur & exiſtant, interfici iuſsiſſe. Non eos fugiebat ideo datos in reprobum ſenſum Pharaonem, Ochoſiam, Achabum, Neronem, & reliquos eius farinæ Principes, quod ſeductoribus fidem adhibuiſſent. Non clam illis erat Dauidem, Ezechiam, Ioſiam eos ex ſuis finibus procul abegiſſe. Conſtantinum, Iouinianum, Valenti- *Niceph.*
nianum, Theodoſium, eos à ſuis palatiis exulare iuſsiſſe. Hæc illi de primoribus & patronis veſtris hæreticis. Quid ergo mirum, ſi C hactenus aula Regum Chriſtianiſsimorum vobis clauſa & imperuia fuit? Ab eadem ob ſeditiones & blaſphemias veſtras exules ac extorres fuiſtis?

Sed neque hoc tempore tam libere ad 2.
eam vobis aditus pateret, niſi Miniſtrorum artes & Satellitum veſtrorum vita tumultuoſa & ſeditioſa impudenter & ingrate adoleſcentia præcedentium Regum noſtrorum ad nequitiam ſuam eſſent abuſi: vt & ipſi facilitate & benignitate noſtri Regis Chriſtianiſsimi, qui nunc temporis ſceptri Gallici & Nauarrei potitur, diutius abuſi eſtis. Fauore vero & ſtudio, quo vos illum proſequuturum ſperatis, vtitur pro filo & ſtamine, quibus, vt Ariadne Theſeum ex labyrintho pene inextricabili errorum, in quo verſamini impediti, vere extricare ac expedire conatur: vt inde liberatos, illius more, ſuo vos tandem gremio Eccleſia lætabunda recipiat. Quod ſi illa vere regia eius humanitate & clementia abuti perſtiteritis, videte, ne numine adflatus diuino, ſuperiorum Regum ad modum, pro ſuo & ſummo iure vobiſcum agat. Quid enim aliud vobis in felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis cum Simone parente veſtro, permanentibus, ſu- *Act. 8.*

pereſſe

Digitized by Google

A pereſſe poteſt? MIN. De hoc iam ſatis. ſubiiciunt iſta.

Nos quotidie patimur & affligimur, eo quod & puritatem Euangelij, & pacem conſcientiarum noſtrarum conſectamur.

3. DOCT. Bona veſtra venia, viri Miniſtri, dictum velim, id omnino falſum eſt. Nam qui à ciuili magiſtratu, ſuperioribus temporibus, ex veſtris ſupplicio fuerunt affecti, id iure optimo perpeſsi ſunt: quippe qui prius rei peccati fuerint apoſtaſiæ, periurij, ſtupri, hæreſeos, blaſphemiæ, ſacrilegij, direptionis templorum, εἰκονοκλασίας, turbarum, tumultuum, & cæterorum id genus criminum, quæ in acta publica relata fuere: B non Euangelij cauſſa, cui maiores noſtri longe melius & plenius vobis fidem habuêre, ſtetêre, illudque ſunt reueriti.

4. Mihi enim in promptu eſt, plurimos eorum, quos in faſtos veſtros, vt martyres, refertis atque celebratis, euincere palam ſeditioſos, incendiarios, apoſtatas, effractores imaginum, regni & patriæ proditores homines comprobatos eſſe. Nam & Beza fatetur ſub regno Franciſci 1. ſchedas quaſdam aduerſus Miſſam, per vrbem Pariſiorum à veſtris ſparſas, ipſiuſque Regij cubiculi foribus affixas: quibus vos oſtendit viros plane C ſeditioſos, tumultuoſos, & ad turbas excitandas, famoſoſque libellos ſerendos plane natos ac edoctos eſſe. Atque ſic de pſeudomartyribus veſtris nobis iure proferre licet, quod quondam B. Auguſtinus de Circuncillionibus & Donatiſtis dicebat: Viuunt latrones, & volunt haberi Martyres. Et iterum: Imitantur facta latronum, & appetunt gloriam Martyrum. Mementote Poltrotij veſtri, & ſimilium ſicariorum; voſque pudeat & pigeat tam putidæ & falſæ huius iactationis veſtræ, quod Euangelicæ puritatis ergo, veſtri paſsi ſint & afflicti.

Supra, l. 8. c. 12.

Præfat. in ep. Caluini.

L. 1. contra Ep. Parmeniani, c. 7. Ser. 50. de verb. dom. Pſ. in Donatiſt. Epiſt. 50.

5. Hoc quoque à veritate alienum eſt, quod D tranquillitati conſcientiarum veſtrarum ſerio ſtudeatis: quandoquidem initio Catechiſmi veſtri dicatis, *Vos perpetua inquietudine animorum, ob continua peccata veſtra turbari, & aſsiduis, grauibuſque conſciarum conſcientiarum aculeis pungi, torqueri, lancinari.* Ecquando dulci pace, & ſecura tranquillitate gauderetis, cum authores veſtri, de ſummis doctrinæ ſuæ capitibus incerti vacillent, & totius ædificij veſtræ columnæ nutent, ac incerti trepident? Quoties enim parens veſter Lutherus, fatetur cor ſibi palpitaſſe, dum recepta toto orbe Chriſtiano dogmata conuelleret? A Conſcientiæque verberibus flagellatum, atque vermibus corroſum dicit, *ne potius vnus ipſe aberraret à vero, quam vniuerſa Eccleſia?* Perpauca ex plurimis teſtimoniis eius adfero, *Ego non poſſum* (aiebat) *credere, ſicut doceo: attamen homines alij fidem me habere firmiſsimam indicant.* Et poſteaquam ſic inuita & repugnante conſcientia, errores ſuos longius ſeminare pergeret, his verbis ſcrupulos cordis ſui depromebat: *Si iunior eſſem, nollem prædicare, aliud negotium inciperem.* Rurſum tom. 2. Colloq. Menſalium refertur, illum non râro dixiſſe: *Ego ſi vidiſſem meum incœptum in tantum dilatari, os meum certe obturaſſem.* Audiant & B horreant omnes pij iſta Lutherana deſideria: *Magis cupio per diabolum, quam per Cæſarem mori: morior enim per magnanimum atque potentem Dominum.* Et tom. 2. f. 99. refertur dixiſſe non ſemel: *Ego blaſphemus fui 15. annis, mallemque me hoc tempore lenonem fuiſſe, quam monachum.* Et fol. 122. *Mallem me lenonem fuiſſe aut prædonem, quam quod Chriſtum 15. annis, Miſsis ſacrificaui, &c.* Quo igitur modo ſecuri eſſent ij, qui tam impuri ganeonis, tamque flagitioſi & inconſtantis hominis fide & doctrina nituntur?

Pet. Rebenſtoc come. 1. ſalus eius, Colloq. fol. 34.

Fol. 95.

Fol. 15.

Tom. 1. f. 32

Sed de Sacramentariorum tantum ago inconſtantia & incertitudine. Carolſtadius ad C firmabat, *Fidem ſuam ab Heluetiis Zuinglio ac Oecolampadio ſtare vel cadere.* Quantum vero & ipſi de dogmate ſuo fuerint incerti, hæc Oecolampadij verba declarent: *Vtinam abſciſſa fuiſſet hæc dextra* (manum ſuam demonſtrâs:) *cum primum inciperem de negotio cœnæ quidquam ſcribere.* Et Zuinglius dubitationes ſuas his verbis aperit: *Vereor multos errare in certamine de Euchariſtia, niſi ego magis quam omnes errem.* Caluinus & ipſe intra ſeipſum perplexus, ad nutum Melancthonis, omnium Miniſtrorum incôſtantiſsimi, paratum ſe dicit omnia dogmata ſua reuocare: *Si Philippus* (inquit) *verbulo declaret, me à ſua mente deflectere, protinus* D *deſiſtam:* Beza denique, publico Monbelgardenſi colloquio, etiam tertio, coram Gallis & Germanis exclamauit: *Se multa ſcripſiſſe, quæ vellet non eſſe ſcripta: ſed omnium eorum abolitam eſſe memoriam, &c.* Quam ergo fallunt & falluntur hæreſeon Miniſtri, hoc loco dicentes, ſe pacem conſcientiarum quærere, ſe tranquillitati atque ſecuritati animorum ſtudere, cum ſic domeſticis furiis agitentur, quæ dies & noctes ab iis pœnas repetunt, nec vnquam ſinant eſſe ſecuros? MIN. Subiiciunt: Audere ſe dicunt, ſiſtere ſe Regio conſpectui.

Schluſſelburgius L. 2. Caluin. Theologia art. 8. & 9.

Acta colloq.

Sequen-

Sequentes Edictum poſtremum datum in vrbe A
Amboſia, menſe Martio, 1559.

DOCTOR.

7. Si quid in iis reſideret oris aut pudoris, deberet plane profundas latebras quærere, memores tragicarum ſeditionum, quas tum ibi concitauerunt, quum peditatu ac equitatu armati per cohortes & turmas incederent perduelles aduerſus Regiam Maieſtatem: & miſerabilis viuendi finis, quo Miniſtrorum ſuaſionibus deluſi aliquot Satrapæ & Satellites eorum perierunt. Siccine nobilitatis Gallicæ vita & ſanguine leges Caluinianas, viri Prædicantes, vobis ſancire licet? Siccine Re- B
ges à Deo conſtitutos, in propriis ædibus & palatiis ſuis inuadere, adoriri, ad necem quærere docetis? Mahometis inſtar, non verbo, ſed gladio prætenſam religionem veſtram ſerere & plantare? Haſtis, bombardis, puluere, omni armorum genere defecatum euangelium veſtrum vrgere?

8. Non ſic profecto, non ſic munitos Apoſtolos ſuos Chriſtus IESVS miſit in mundum vniuerſum, vt hunc Euangelicas leges ſuas docerent, luſtrarent, ſubmitterent: ſed è contrario, eos omnibus huiuſmodi præſidiis exarmauit, dicens: *Nolite poſſidere aurum,* (*Matth.* 10.)
neque argentum, neque pecuniam in zonis, non pe- (*Luc.* 10.) C
ram in via neque calceamenta, neque virgam. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Tantum etiam abeſt, vt illos aduerſus Perſecutores armis inſurgere voluerit, vt ne quidem contumelioſis verbis vti permiſerit: quinimo præcipit eis, *Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Huiuſmodi Apoſtolicis paſſionibus creuit Eccleſia, martyriis coronata eſt. Mundum vicit & repleuit, non feriendo, ſed ferendo, non reſiſtendo, ſed patiendo. Caluinianum euangelium comitata ſunt bella pluſquam ciuilia, etiam ſepties in D
Galliis repetita, Belgica perduellio, Scotiæ vaſtatio, ſummaque Angliæ & Hiberniæ deſolatio, &c. MIN. Sequitur in ſupplici eorum ad Regem libello:

Os nobis ſuperioribus temporibus occluſum fuit, per iniuſtitiam & violentiam multorum Officiariorum veſtrorum, vt ne quidem hiſcere licuerit, &c.

DOCTOR.

9. O Ter quaterque fœlicem Galliam, ſi os ſuum, quod æque maledictione & amaritudine plenum eſt, ac veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, nunquam in ea Miniſtri aperuiſſent. Nec enim nunc temporis, tot tantiſque virorum millibus deletis & conſumptis quaſi vidua iaceret; non in ſanguine filiorum ſuorum volutaretur; non fœdata carnificinis, non deformata vrbium ſuarum cadaueribus, non ſpoliata ſanctiſsimis templis, altaribuſque ſuis mœrens lugeret: non exuta ſacris ſanctorum reliquiis, non denique deſtituta ampliſsimis Bibliothecis ſuis, nec per orbem veſtris ſceleribus & impietatibus diffamata tam male audiret. Eheu conditionem huius temporis! Per vos Chriſtianiſsimum nomen eius blaſphematur inter gentes. Veſtris hæreſibus obſcuratum eſt eius aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuariorum eius in capite omnium platearum. Filij eius inclyti, & amicti auro primo, reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli, &c.

Interea tamen veſtris querelis omnes Senatores, Præſides, Iudices, & Magiſtratus 10.
Regios traducitis per ora hominum iniuſtitiæ, oppreſsionis, homicidij, crudelitatis, ac perſecutionis Euangelicæ puritatis, tanquã eſſent alij Pharaones, Antiochi, Herodes, Pilati, vel Nerones, &c. cuius calumniæ pro tribunalibus ſuis poterunt ſuis temporibus, velut in Reges noſtros redundantis, quorum legibus & decretis tantum obtemperabant, memores eſſe. In his autem hoc mihi ſubit mentem, valde mirum, quod cum aliis omnibus fere locis huius, (quam dicitis,) Perſecutionis veſtræ, omnem inuidiam conflatis in caput Summi ac Romani Pontificis: nunc quaſi eius immemores, ac poſito in eũ odio, Regum noſtrorum officiarios eius immanitatis & barbariei reos facitis: tantundem de ipſorummet Maieſtatibus acturi & ſcripturi, ni manus & gladios eorum metueretis. Satis ſiquidem nobis notum eſt quã indigne & probroſe Lutherus veſter ſcripſerit de Henrico Angliæ rege, de Ducibus Lypſiæ, Brunſuigæ, & Maguntiæ: quamque contumelioſe Caluinus de noſtris Principibus: & vos in Excitatorio Francorum matutino, de quatuor nouiſsimis Regibus noſtris, deque Matre, Fratribus, & Sororibus eorum. Neque nobis eſt ignotum, ſummum (*Mercur.*)
vitæ periculum in quod, veſtris adhortatio- (*Gallobelg.*)
nibus audentiores effecti duo Comites Gou- (*L.* 5.)
riæ, Iacobum illuſtriſsimum Scotiæ tunc, nunc autem & Angliæ & Hiberniæ Regem, adduxiſtis, anno 1600. Sed & Sigiſmundum (*Ibidem*)
Polonorum & Suecorum Regem Chriſtia- (*Lib.* 3.)
niſsimum, veſtris ſeditionibus ac bellis, paterno regno pene exutum ac eiectum fuiſſe,

anno

Digitized by Google

anno Dom. 1598. nouimus. Adeo vobis inui- A ſæ ſunt ſummæ totius orbis Chriſtiani Poteſtates. MIN. Hæc de iis ſufficiunt: audi qui pergant omnes Galliæ Magiſtratus probris onerare & diffamare.

Et hæc fecerunt odio potius in nos excitati, quam pia rectaq; in miniſterium veſtrum affectione.

DOCTOR.

11. Duplicis eos criminis coarguunt, nimirum, Odij iniuſti erga ſe, & quod parum fideliter candideq; obſequuti ſint Regib. dominis ſuis: atq; ſic continuo palamq; de illis *Rom. 13.* detrahunt, quos Paulus docet inſtitutos eſſe à Deo, & gladio munitos ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Iubet rur- B ſum, omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe debere: adfirmans eos ordinationi diuinæ reſiſtere, & damnationem ſibi acquirere quicunque illis reſi- *1. Petr. 2.* ſtunt. Et princeps Apoſtolorum eis obtemperare, ſiue ſint boni & modeſti, ſiue Dyſcoli. Hæ autem Miniſtrorum conqueſtiones non alio ſpectant, quam vt illi odio & contemptui habeantur, & ne quis eos revereatur vel audiat: ſed Monarchiæ loco vel Democratia, vel Ariſtocratia, tandemq; Anarchia more Geneuano, Heluetico, & Hollandico ſubſtituatur. Caueant ergo ſibi Principes à Caluinianis, &c. C

12. Quantum porro ad commemoratum odium pertinet, ecquis malefactorum dum torquentur & plectuntur, non de odio & crudelitate Iudicum conqueritur? Querelæ ergo veſtræ, Viri Prædicantes, communes vobis ſunt cum latronibus, homicidis, & prędonibus: non maioris ponderis aut momenti. Quis autem viros ſeditioſos, blaſphemos, ſacrilegos, tumultuoſos, & humanæ tranquillitatis perturbatores, vt veſtræ vos tragœdiæ oſtendunt tales eſſe, non perfecto odio haberet? Homines tam maledicos, vt *Supra lib. 8. & 9.* nullis Patriarchis & Prophetis, nullis Apoſtolis ac Euangeliſtis, nullis Martyribus at- D que Patribus, imo nec beatiſsimis Angelis parcant, non exſecraretur? Homines, qui nec à ſanctiſsima Deipara, nec à Chriſti humanitate, nec à ſumma Dei bonitate, innocentia, ſapientia, & omnipotentia, ſibi temperant, non toto animo auerſaretur? An non de iſtiuſmodi ait Rex ſimul & Propheta, *Odi* *Pſal. 2.* *Pſal. 138.* *eccleſiam malignantium? Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? &c.* De alio accuſationis capite, ipſi officiarij viderint. MIN. Sequitur in libello.

Nos ſupplices te precamur, ô Rex, videre & intelligere fidei noſtræ Confeſsionem, quam tibi præſentamus. In qua proteſtari poſſumus, nihil eſſe, quod verbo Dei repugnet, vel honori quem tibi debemus, aduerſetur.

DOCTOR.

Non eſt Laicorum, quantumuis fidelium, 13. nedum puerorũ, cuiuſmodi tunc erat Chriſtianiſsimus Rex noſter Carolus nonus, de rebus ad fidem religionemque ſpectantibus aut diſſerere, aut decernere; cum Eccleſiæ Chriſtianæ oues ſint, non præſules: auditores, non doctores: filij chariſsimi, non patres vel Apoſtoli Eccleſiarum. Imperatores potentiſsimi Conſtantinus, Theodoſius, Mar- *Euſeb.* cianus, ſacris interfuêre Conciliis, non eo *Niceph.* tamen animo vt quidquam decernerent; verum vt decretis per Spiritum ſanctum patribus reuelatis, ſtare iuberent eos, in quos à Domino obtinebant imperium: & tumultus, ſi qui ab improbis excitarentur, ſua au- *Malach. 2.* thoritate compeſcerent. Hanc ob rem Deus *Deut. 17.* ipſe rerum ſacrarum cauſas ad Sacerdotes & Epiſcopos, tanquam illarum proprios, & à ſe conſtitutos cognitores remiſit, non ad Reges, quorum ſunt reipublicæ adminiſtrationes, mœnia & palatia, non templa vel altaria commiſſa, aut de fidei dogmatibus motæ diſputationes. Quocirca ſanctiſsimi *Theodoret.* & prudentiſsimi orientis & occidentis Pon- *Niceph.* tifices Baſilius, & Ambroſius nunquam adduci potuerunt, vt de illis rebus in palatiis Regum verba facerent.

Sed quid vltra contendere poteritis? Vt veſtris importunis vociferationibus fieret ſatis, lecta, audita, diſcuſſa fuit hæc Confeſſio veſtra, à cunctis regni ordinibus: tandemq; ab iis plurimis & grauiſsimis contradictionibus, erroribus, impietatibus, & blaſphemiis conuicta atque proſcripta: idque multis Regum noſtrorum Edictis, omniumque Senatuum, & Senatorum legibus, & frequenter, & vbique promulgatis. Notiſsima ſunt omnibus hæc ſummæ totius Regni Curiæ Pariſienſis, de veſtra admiſsione, ſanctiſsima & grauiſsima decreta: *Nec volumus, nec debemus, nec poſſumus.*

Quæ porro ſubnectuntur, *Nihil in Confeſſione veſtra contineri, quod aut verbo Dei, aut Regio aduerſetur honori,* 14. bonorum omnium pace dixerim, duo ſunt bene magna & impudentia blandæ mendacia linguæ. Primum peruincemus paulo poſt oſtendentes, vos multis in locis palam blaſphemos eſſe aduerſus vnicam Dei Eſſentiam, perſonarum Trini- *Lib. 1. 2. 3. 4. 5.* tatem, poteſtatem, bonitatem, &c. vt & ſu-

Digitized by Google

perioribus libris euidenter docuimus. Secundum manifeſtant in primis bella pluſquam ciuilia per vos iam ſepties excitata cōtra Regum Maieſtatem, cum incredibili optimorum ſeruorum & ſubditorum eius incommodo, & totius Regni vaſtatione & deſolatione. Hinc excuſi per veſtros ex ſacris calicibus noſtris nummi argentei, cum appenſa ex naſo Caroli Regis mucidorum ſtiriorum dependentium figura, in iuuenilem ætatem eius extremam contumeliam. Inde, alia numiſmata, quæ magiſter equitum attulit & oſtendit, in quorum orbem inſculptum erat à veſtris Ludouicus xiij. Rex Franc. Chriſtianiſs. Poſtremo, innumeræ, ac pudendæ contumeliæ, quibus in veſtro Excitatorio matutino Francorum, aliiſque famoſis libellis, Reges, matrem, fratres & ſorores eorum: Principum, ac officiariorum ſceptri Gallici famam miſerandum in modum laceratis, vexatis, deformatis. Quod ſi hæc referre, & vobis exprobrare vt veſtram inſolentiam & iactationem retundamus, non licet, quanto minus vobis patraſſe licuit. MIN. Addunt illico.

Hiſt. turbarũ Gallicar.

Ita reuerenter ſunt nobis habenda Dei verba, nihil vt illis de noſtro adiiciamus.

DOCTOR.

15. Recte ſane, & in teſtimonium illis: quandoquidem ſingulis fere Bibliorum ſuorum Gallicorum paginis, de ſuo plurima, licet alienis Characteribus, adiiciunt, ad explendas (vt aiunt) lacunas, ſeu eclypſes, quas illic eſſe contendunt. De ſuo addunt & cantillant, *Deum nullam curam aut ſolicitudinem habere de iis qui male viuunt.* In Pſalmum Dauidis primum. In octauo, Diuinitatem in Chriſto Ieſu *deſiderari* dicunt. Quintum decimum peruertit Beza, ſcribens: *Non derelinques cadauer meum in ſepulchro.* ſanctiſsimam & immortalem animam eius transformans in putridũ cadauer. Multa quoque nunc addunt, mox detrahunt de Pſ. 7. 33. 91. 99. 118. & aliis. Addunt de ſuo, Paulum ſcribere, *Solam fidem iuſtificare & ſaluare*, cum nuſquam vtatur excluſiua. Liberos fidelium ſanctos eſſe *ex vteris matrum ſuarum. Nihil credendum, quod non ſit expreſſum in Bibliis, &c.* Iſthæc quippe non ſunt expreſſa Dei verba: ſed Miniſtrorum inuenta, imo & inimicorum additamenta eademque expreſſo Dei verbo repugnantia & contradicentia. MIN. Iam aduerſus matrem ſuam ingrati filij ita inſurgunt.

In Pſal. 1.

1556. apud Rob. Stephanum.

Quoniam vero Romana Eccleſia ab vſu & conſuetudine primitiua Eccleſiæ deſtitit, longeq; deuiata eſt, &c.

DOCTOR.

Illorum erat, ac etiamnum eſt ſignare, quo anno ac ſæculo, quibus locis & authoribus præcipuis, quibus in rebus fidei & dogmatibus, ac quibus artificiis id fecerit; quibus etiam viribus perſuaſerit Græcis, Armenis, Moſchis, Georgianis, Chaldæis, Aethiopibus, Gallis, Hiſpanis, Anglis, Scotis, Germanis, Suedis, Polonis, Lithuanis (nam hi omnes ante centum annos Catholicam religionem profitebantur: ac illa credebant, de quibus iſti nobiſcum certant) vt relicta primitiuæ Eccleſiæ doctrina, nouam, imo & contrariam amplexarentur atque profiterentur. Cum ergo iſthæc nec probent, nec vnquam probare poterunt, reſtat vt eos pigeat pudeatque calumniæ. Ego autem Catholicorum Scriptorum minimus, confidentioribus Miniſtris conſtanter offero ac ſpondeo, me ex Authoribus quatuor & quinque priorum Eccleſiæ ſæculorum, in quibus (etiam Caluino atteſtante) Apoſtolica doctrina & religio adhuc vigebat & florebat, me comprobaturum, & doctrinæ omnia capita, & præcipuos ritus, quibus vtimur in Eccleſia Romana, tunc in vſu & praxi fuiſſe. Si ſecuri eſtis de veſtra fidei Confeſsione iſta, Viri Miniſtri, agitedum, in arenam deſcendite, ſpartam veſtram exornate: Deo bene fauente promiſsis non deero. Sin minus, rei permanebitis teterrimæ calumniæ, qua ſimplicium animis illuditis, eoſque vobiſcum in Gehennam miſerabiliter pertrahitis. 16.

Adhæc, Romanam Eccleſiam damnantes, quod vſum & conſuetudinem Eccleſiæ primitiuæ deſeruerit, non ſolum verbum Dei expreſſum, ſed & pios vſus, & religioſas conſuetudines Eccleſiæ ſeruandas (licet imprudentes) eſſe docetis. Quorſum enim hæc reprehenſio veſtra, ſi non ſequendus vſus populi Chriſtiani, aut abrogandæ Eccleſiæ conſuetudines? Sic recte vir Apoſtolicorum temporum Tertullianus: Hanc (obſeruationem) ſi nulla Scriptura determinauit, certe conſuetudo corroborauit, quæ ſine dubio de traditione manauit.] Idem rurſus: Non poſſumus reſpuere conſuetudinem, quam damnare non poſſumus, vtpote non extraneam, quia non extraneorum.] In his 17.

L. de corona milit. c. 3.

L. de velãdis virg. c. 1.

porro

porro conſuetudinibus numerat, Non de aliorum manu Euchariſtiam ſuſcipere, quam de manu præſidum Eccleſiæ: Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, ſigni crucis conſignationes, &c. A

18. Denique, cum vel imprudentes vel inuiti Eccleſiam Romanam nominatis & cenſetis, conſequitur eum Cœtum vere eſſe Eccleſiam Chriſti, vnam, ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam, quam audire Chriſtus iubet, quamque D. Paulus adfirmat eſſe Columnam & firmamentum veritatis: atque extra quam nulla peccatorum remiſsio, nulla Sacramentorum efficacitas, nullum martyrium, nulla opera Deo grata, nulla denique ſalus. Veſtra vero pars, Seceſsio ſchiſmatica, cœtus malignantium, conſilium impiorum, via peccatorum, & cathedra peſtilentiæ; non Eccleſia defœcata. MIN. De perſecutionibus & afflictionibus ſuis, rurſum magna & querela voce dicunt: B

Matth. 18. 1. Tim. 3. Cyprian. & L. de vnit. Eccleſ.

Nulla alia de cauſſa patimur, quam quod defendimus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſolum eſſe Seruatorem & Redemptorem mundi.

DOCTOR.

19. Non ita ſe res habet, pace veſtra dictum ſit. Neque enim vlli poſt homines natos extitêre, qui illum æque multifariam blaſphemauerint atque vos. Nam cum Caluino veſtro tuemini illum non ipſiſsimam diuinam ſubſtantiam Patris habere, ſed aliam: Proprietatem tantum eſſe in Deo: ſolum ſecundum honoris gradum obtinere: quatenus Deus eſt pro nobis orare, ne tamen apud ſeipſum: ſubiectum fore Patri ad finem ſæculi: Diuinitatem eius ſine humanitate inutilem: improprie dici & eſſe Creatorem mundi: duplici conſtare vnione hypoſtatica: ratione communi natum de Virgine: ignorantem extitiſſe: abſurde & improprie ſæpe locutum: impoſsibilia Patri, & à Patre popoſciſſe: in precibus nec moderationem, nec modum tenuiſſe: caſtiganda & reuocanda vota concepiſſe: officio ſuo fungi detrectaſſe, mollitiem animi oſtendiſſe, in barathrum inferni deiectum omnes damnatorum pœnas pertuliſſe: voces deſperationis plenas emiſiſſe, ſua morte corporea nihil ſalutis noſtræ feciſſe, animos noſtros in illius mortis contemplatione nihil reperire præter extremæ deſperationis materiam; non denique pro cunctis hominibus ſanguinem ſuum effudiſſe, &c. C D

Supra. L. 1. a. 3. &c.

O blaſphemias ante hoc tempus apud Chriſtianas gentes inauditas! Qui namque Sabelliani, qui Manichæi, qui Arriani, qui Neſtoriani, Pelagiani, vel Donatiſtæ, tam nefaria, horribiliaque aduerſus piiſsimum Seruatorem noſtrum vnquam commouerunt? Certe neque Seruetus, neque Gentilis, neque Neuſerus, quos extremis, iuſtis tamen ſuppliciis affeciſtis, tam deteſtabilia eructarunt. An non ergo iure optimo Chriſtianiſsimi Reges noſtri voluerunt Magiſtratus à ſe conſtitutos in vos animaduertere? Abiicite igitur & deponite gloriolam iſtam, quod pro defenſione Chriſti paſsi eſtis, quando eum è contrario, tot tantiſque contumeliis afficitis & deformatis. Sola etenim virtus digna eſt gloriatione: impietas vero & blaſphemia ſupplicio & ignominia. MINIS. Nec ſic tamen deſinunt dolentius deplorare, atque de ciuili Magiſtratu ſic conqueri:

Et hæc eſt ſola cauſſa ô Rex, propter quam Carnifices toties tinctas & infectas manus habuerunt, pauperum ſeruorum & ſubditorum tuorum ſanguinibus.

DOCTOR.

Neque modum, neque modeſtiam vllam in vobis animaduerto, qui in tam breui Proœmio, ſeu mauultis, Epiſtola, de Chriſtianiſsimorum Regum & Magiſtratuum noſtrorum iuſtitia tam frequentes iacitis ore querelas. De iuſta ſeueritate in tam deteſtandarum hæreſeon buccinatores duodecies conquerimini. Memineritis quæſo, Arrianos, Donatiſtas, Pelagianos, Priſcillianiſtas, alioſque authores veſtros non abſimiles in ſummos Imperatores, qui pœnis eos coercebant, queremonias iactaſſe, Num etiam de crudelitate veſtra miſerabiliter conqueſtus eſt Seruetus? Num de carnificina veſtra Spifamius & Gentilis?

Auguſt. Epiſt. 48. 50. 127. 146. & 204.

Interim autem gratulor vobis, quod (tametſi præter votum) pro vero certoque profitemini, *Vos eſſe paupereſ eius Maieſtatis ſeruos atque ſubditos.* Addere potuiſtis, & tam perfidos, perduelles, immorigeros, vt vix elapſo ab iſta Confeſsione anno, vbique locorum Regni eius, innumeras excitaueritis ſeditiones, cædes, totumq; Regnum ferro flamma, fame deuaſtaueritis: de quibus etiam facinoribus (proh pudor!) gloriabundi, euulgatis à vobis aliquot libellis, plusquam iuueniliter exultatis. Sed quid præſtiterunt tam 21.

Excitatæ [illegible] [illegible] ba.

Digitized by Google

Sacrum ærarium.

pauperes & miſeri veſtri, vt hæreſes veſtras A defenderent & afflictionibus mortibuſque propagarent? MIN. Reſpondent illos pſeudomartyres ſuos,

Omnibus bene pateſeciſſe, ſe agitatos fuiſſe longe alio ſpiritu quam humano.

DOCTOR.

3.Reg. 18. Pſal. 105. 2.Reg. 17. Matth. 27. Act. 1. Auguſt. Matth. 8. Colloq. menſal. L. Supplemen. Euchariſt.

22. Reapſe, qui ſeſe ſuppliciis & tormentis obtulerunt veſtrorum errorum tuendorum gratia, ad id illo Spiritu φιλανθρώπῳ, placido, pacifico & ſancto, qui Prophetas, Apoſtolos, Martyres & Virgines afflauit, haudquaquam fuerunt impulſi. Sed eo certe quo Baalitæ correpti, vltro ſeſe cultris & lanceolis incidebant, in honorem ſpurciſsimi idoli, donec toti ſanguine perfunderentur. Eo, quo concitati, & Apoſtatæ quidam Iſraelis immolabant filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. Eo quo ducti Achitophel & Iudas ſpontaneis manibus & laqueis de infelicibus lignis pependerunt. Eo inſtructi quo circuncelliones ſeipſos præcipites dederunt. Eo rapti, quo porci ſeipſos demerſerunt. Eo edocti, quem Lutherus aliquot in locis ſe habuiſſe præceptorem, quique ſuppeditarit argumenta, quibus Miſſæ ſacrificium oppugnauit. Eo denique, qui perambulans in tenebris, Zuinglio reuelauit, vt ſubſtantiæ ac exiſtentiæ verbum *Eſt*, per *ſignificat* in verbis Domini de Euchariſtia peruerteret. Nihil enim ambigendum, quin eodem homicidij & mendacij ſpiritu afflati & impulſi fuerint veſtri Pſeudomartyres, quo & principes eorum Miniſtri, &c. Quid tum veſtri? MIN. Confiсta humilitate maxima, redeunt ſic ad preces:

Veſtram ergo Maieſtatem humillime precamur, ô Rex, hanc facere nobiſcum miſericordiam, vt in manibus cauſſa noſtra ſumat cognitionem.

DOCTOR.

23. Hæc veſtra tam lupina quam vulpina demiſsio haudquaquam diuturna fuit: quandoquidem non multum poſt emenſum tempus ante Bituriges, ante Lutetiam, ante Druides, ante Rothomagum, ante Meldas, ante Carnutes, ante Sandionyſium, aduerſus eum, cum multis millibus equitum & peditum, funeſtis Bellis (in quibus & Beza, & alij aliquot Miniſtri) ferro, ſulphure, plumbo, igneque armati, acriter dimicaſtis, vt & in libellis veſtris gloriamini. Qui, rogo vos, Prophetæ, qui Apoſtoli, qui Martyres, qui Patres, ſimilia fecerunt? Et Chriſtus domuit orbem, non ferro, ſed verbo: vos Mahometis in morem, ſancitis placita Caluini armis, magiſquam verbis.

Dinothus Hiſt. turb. Gallic.

Cæterum, Reges tractant quæ ad bellum adminiſtrandum, legeſque ciuiles ferendas ſpectant: nequaquam ea quæ ad res diuinas, & arcana fidei religioniſque pertinent. Eoſne ſuprema Eccleſiæ, & tam in ſpiritualibus quam in temporalibus Rectores & Duces eſſe vultis? Longe profecto à Caluino & Vermilio iretis diuerſi, qui ſic exiſtimaretis. B Id enim valde improbant. Omnem quidem conſcientiarum libertatem, liberumque religionis exercitium: qui tamen & omnem Arbitrij libertatem damnatis, nec in Geneua, nec in Lauſanna, nec in Palatinatu, nec in Friſia, Hollandia, Zelandia, Brabantia, nec vbicunque viribus ſuperiores eſtis, liberam eſſe Catholicam religionem ſinitis. Libertatem poſtulatis: contra vero ſcribit veſter Beza: *Libertatem conſcientiis permittere, & ſinere vnicuique ſi volet, perire, mere diabolicum eſt.* Ecquando vobiſcum conſentietis? MINIS. Iterum, iterumque orant, & conqueruntur:

Epiſt. 1.

C *Placeat veſtræ Maieſtati, ô Rex, loco ignium & gladiorum, quibus hactenus in nos itum eſt, facere vt de hac fidei noſtræ Confeſsione, per ipſum verbum Dei decernatur.*

DOCTOR.

L. de hæreticis puniend.

Nullum-ne vnquam finem facietis noſtros Reges, Principes, Conſiliarios, Præſides, Senatores, & Magiſtratus inceſſendi & vellicandi? Illos iniuſtitiæ, tyrannidis, & vis illatæ, quod pſeudoprophetas, rebus nouis ſtudentes, iuſtis ſuppliciis coercuerint ſuggillandi & accuſandi? 24. D Si tantum ſibi ſumpſere Syndici & populares Geneuani, Bernenſes, & Heidelbergenſes Magiſtratus, vt quoſdam, qui ſuis dogmatis ſuffragari recuſabant, capitibus plecterent: non poterunt in Galliis Regiis Senatores aliquos Simonianos, Gnoſticos, Arrianos, Aerianos, Berengarianoſq; in Hugnoſticis renaſcentes iuſte plectere? Sed quid præter Dei, ſummorumq; in terris Imperatorum in ſeductores animarum admiſere? Num Beza ex diuinis literis efficit, pſeudoprophetas & hæreſiarchas morte tollendos eſſe? Gratianus, Theodoſius, Valentianus, Martianus, eos pro hæreticis habent, qui Eccleſiæ Romæ veteris, in qua

Digitized by Google

Cod. tit. de hæreticis. in qua Papa omnium Sacerdotum primus ſedet, contradicunt. Vos nō hoc ſolum, ſed multa deteriora facitis: ciuili ergo lege, & ſceptro Magiſtratus eſtis coercendi. Igitur iniqui ſunt planctus veſtri, importuni clamores, & iniuſtiſsimæ ſeditioſæq; veſtræ de Regibus & Magiſtratibus noſtris querelæ.

25. Denique, hic percipite quæſo, & perlegite Confeſsionem veſtram, non ſolum ad verbi Dei amuſsim, (quod poſtulatis:) ſed etiam ad regulas veſtras, beatorumq; Patrum Eccleſiæ primitiuæ ſcripta, diſcuſſam, examinatam, & tot mendacijs, repugnantijs, ac erroribus conuictam eſſe, vt potius magna confuſio hæreſium ſit, quam fidei Confeſſio. MIN. Ad ſupplicationes & innocentiæ ſuæ iactationes tamen ſuas redeunt, ſcribentes:

Nos ſperamus, ô Rex, quod ipſemet Iudex eris innocentiæ noſtræ, cognoſcens nullam in nobis eſſe hæreſin, aut vllam rebellionem.

DOCTOR.

26. Optimus ille Rex, quique poſt eum idem ſceptrum tenuere, vos maxime omniū hæreticorum, qui vnquam poſt hominum memoriam extitere, rebelles & ſeditioſos experti ſunt. Qui enim vnquam per Deum immortalem tot Germanorum equitum turmas, tot Heluetiorum ſacramentariorum & Anglorum peditum cohortes in Regni eorum induxit penetralia diripienda, vaſtanda, & incendenda, compulit? Qui vnquam tam cruenta aduerſus illos excitarunt prælia? Qui tot eorum occupauerunt oppida? Qui ſanctiſsima euerterunt templa? Illorum effoderūt ſepulchra? Illorum famam ignominia aſperſerunt? Finitimas gentes contra illorum caput exciuerunt? Sola Excitatorij veſtri lectio, impudentiſsimum os veſtrum obturare debet, & Reformationem veſtram in abditiſsimas ſempiternaſque tenebras impellere. MINISTER. Audent nihilominus ſcribere:

Nihil in cœtibus noſtris comperietur, quam omnis modeſtia: nihil videbitur, quam omnis caſtimonia: nihil audiri poterit, quam laus Dei.

DOCTOR.

27. Quid ad hanc impudentiam addi poteſt? Modeſtiæ ne proprium fuit, ſingulis, feſtiuis pręſertim diebus, cernere vos ad conciones tanquam ad prælium, manuſque conferendas paratos, ad Popincurtium & Patriarchæ in ſuburbijs Pariſiorum locos minacibus oculis properantes? Effractis ianuis templi, memoriæ ſancti Medardi conſecra- A ti, vniuerſa illic diripere, populari, vaſtare? Sanctiſsimæ Euchariſtiæ ſacramentum pedibus conculcare? Sacerdotes & populum Dei ibidem ad Veſpertinas preces collectum partim cædere gladijs, partim cruentatos more latronū vinctos in publicos carceres rapere? Hæc modeſtiæ veſtræ exēpla, ſultis, negate: ego Bezam veſtrum vobis obijciam, illhæc ad Caluinum ſuum referentem: atque de ijſdem tanquam de inſigni aduerſus immanes Cyclopas victoria exultantem, & Deo ſuo gratias agentem. *Ep. ad Cal. 1560.* Paulo poſt editum hoc Caluinianæ modeſtiæ exēplum, toto ſtatim regno, Templa noſtra vel B vi occupaſtis, vel incendiſtis, vel funditus ſubuertiſtis, ſacras aras deſtruxiſtis, calices ſanguinis Chriſti portitores, thecas, cruces argenteas rapuiſtis, oſſa ſanctorūm venerāda aut in ſterquilinium, aut in flammas proieciſtis, in fontibus Baptiſmi ventres exoneraſtis, ſacro oleo & chriſmate ocreas veſtras vnxiſtis, ſacros libros & ampliſsimas Bibliothecas ignibus dediſtis, Sacerdotes Domini ad cruces alligatos bombardulis veſtris enecaſtis, & innumera id genus facinora, quæ negare non poteſtis coram Deo, angelis, & populo eius perpetraſtis. *Vide Theatrum crudelitatis hæreticorum.* Et hæc audetis appellare Modeſtiam cœtuum ve- C ſtrorum? Væ, iterumq; væ, huiuſmodi furori atque barbariei.

28. Qua etiam fronte, quo ore audetis efferre cœtuum veſtrorum caſtimoniam? Caſtitatiſne eſt, in ijs cum Luthero auo veſtro prædicare, *Aeque difficile omnibus à coitu abſtinere, quam à cibo, potu, excreatione, aut ſomno? Si vxor nolit, veniat ancilla?* *Ep. ad Præpoſitum Luneburg.* Aut cum fidei veſtræ Clypeo adfirmare, *Omnino impoßibile eſſe tam viro quam fœminæ, vltra quatriduum ab actu venereo abſtinere?* *Ser. de matrim. p. 212* Qualis etiā caſtimonia in ijs cernere Monachos & Monachas, Sacerdotes & Diaconos, Deo dicatos, contemptis votis, abiectiſque cucullis & velaminibus, inceſtas D nuptias contrahere? Leuibus de cauſis ſic iam inita matrimonia diſſoluere, vt liceat viro ſecundam, tertiam, quartam, quintamque vxorem ducere: ſimiliter & fœminæ toties virum permutare? An non, hoc eſt potius omni libidini, omni ſcortationi, omnique impudicitiæ fræna laxare?

29. Cuiuſquoque modi laudes ibi Deo præcinitis, cum prima veſtra Cantione, poſt Marotum pſallitis, Deum nulla ſolicitudine, nullaque cura tangi hominum improborum? *Il n'a ne ſoin ne cure des mal viuans.* An non eſt hoc eius in vniuerſum genus hominum

Digitized by Google

num tollere continuam, & pluſquam pater- A
nam prouidentiam? Et in octaua, *Diuinita-*
Conferentia Pariſ. *tem in Chriſto deſiderari*? An laus Dei, quod nec
poſsit intelligere, nec velle, nec vniuerſa po-
teſtate ſua facere, vt corpus Chriſti filij ſui
ſimul ſit in cœlis & in terris nobiſcum? An
laus Dei, quod author ſit omnium ſcelerum,
quibus vel homines, vt ipſemet Satanas ſei-
pſos commaculant? An laudes Dei, quod
Supra li. 3. 4.5.6. Chriſtus more noſtro ignarus fuerit? Quod
vota impoſsibilia, caſtiganda, & reuocanda
animo conceperit? Quod voces deſperatio-
nis plenas emiſerit? Quod de ſalute ſua du-
bitauerit? Has enim blaſphemias vobis Cal-
uinus & Miniſtri eius occinunt, & verbis B
ſcriptiſque ſuggerunt? MINIST. De his
hucuſque. Iam ad poſtremum Præfationis
eorum caput accedo. In eo ſuas iterum lau-
des ita celebrant.

*In iis nihil audiri poterit, quam preces pro Ma-
ieſtatis veſtra, Regnique veſtri conſeruatione.*

DOCTOR.

Contra, in hac Confeſsione veſtra, om-
nes cœtus & congregationes Catholicorum
virorum (quos Papiſtas appellatis) omni
poteſtate veſtra damnatis & reprobatis. Et
in Catechiſmo, eoſdem cum Turcis & infi-
delibus, ſacris arcetis, omnibus denique Di- C
Art. 28. Confeſſ. ris deuouetis. At vero vniuerſi Reges noſtri
hactenus & Catholici, & Eccleſiæ Romanæ
filij agniti, probati, & firmati fuerunt: mani-
feſtum eſt igitur quod illos, omnemque eo-
rum populum deuouetis, exſecramini, ma-
laque vniuerſa iiſdem precamini. Suppli-
cationeſne cenſetis pro Regum Regnorum-
que incolumitate, eijci à communione ſan-
ctorum, crudeliſsimiſque Satanæ tradi ma-
nibus? Omnium cacodæmonum exponi ty-
rannidi? Preces certe in veſtro Excitatorio
matutino, Epiſtolis ad Polonos, & Dialogiſ-
mis expoſitæ, patefaciunt vos longe aduer-
ſa, peruerſa, & contraria, & ſentire & preca- D
ri, quam hic dicatis: nempe vos eſſe Regni
Regumque Franciæ pro viribus proditores
& perditores, tantum abeſt vt pro eius pro-
ſperitate Deo ſupplicetis. MINISTER. De
horum Præfatione & querelis iam ſatis, ad
ipſorum Confeſsionem fidei accedamus.

DOCT. Singulos eius articulos expone.

MINIST. Sic ad verbum pro-
fitentur.

CONFESSIONIS fidei Caluinianæ

ARTICVLVS I.

*Credimus & confitemur vnum ſolumque eſſe
Deum, qui eſt vna & ſimplex eſſentia, ſpiritalis, æ-
terna, inuiſibilis, immutabilis, infinita, ineffabilis,
incomprehenſibilis, quæ omnia poteſt, quæ eſt omni
ſapiens, tota bona, tota iuſta, & tota miſericos.*

DOCTOR.

QVisquis paulo ſtudioſius & accuratius 1.
inquirere voluerit, comperiet hoc in
primo breuiſsimoque Articulo, ſingulis
pœne dictionibus, ſingulas contradictiones
erroreſque contineri. Primum enim cum
ſitis hæretici (vt ſupra probatum eſt) & ab
Eccleſiæ Catholicæ vnitate & communio-
ne ſeiuncti, Fide cum adquiſita, tum infuſa
exutos eſſe nullum eſt dubium: ſed opinio-
nibus incertis, vacillantibuſque munitos.
Quandoquidem infidelitas, incredulitas,
hæreſis, tam contraria ſunt & repugnantia
cum vera Fide, tamque eam valide concu-
tiunt, euellunt, ſubuertunt, vt vir hæreticus
nec amplius fidelis ſit, nec verum viuum-
que Chriſti de corpore membrum. Hanc
ob rem Tertullianus ſcribit: Si hæretici ſunt, L. præſcrip.
Chriſtiani eſſe non poſſunt: ſed Chriſtia- c. 37.
nam ſectam mentiuntur.] Chriſtianus non Li. de pudi-
eſt intelligendus, qui ab Eccleſiæ grege ab- cit. c. 7.
errauerit.] Et Marcionem ſic alloquitur: Li. de carn.
Non es Chriſtianus, non credendo quod Chriſti. c. 2
Chriſtianos facit. Et eo magis mortuus non
es, ex quo magis non eſt Chriſtianus: qui
cum fuiſſes, excidendo, quod retro credi-
diſti.] Cyprianus quoque ſcribit: Quiſquis L. de vnit.
ab Eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, à Eccl.
promiſsis Eccleſiæ ſeparatur. Alienus eſt, Li. 4. c. 45.
profanus eſt, hoſtis eſt.] Irenæus etiam mar-
tyr cenſet hæreticos minus religioſos eſſe
quam Platonem ſed homines plenos omni
idololatria ſpirituali, Athanaſius Magnus Orat. adu.
ait, Eos neſcire quod credunt: ſed vana ſi- Arrianos.
mulachra veritatis loco fingere, corde Eth-
nicos, & à Chriſtianiſmo alienos eſſe.] Id-
ipſum & beatus Paulus iudicauit, qui de qui- 1. Tim. 1.
buſdam hæreticis dixit: Naufragauerunt à & 4.
fide. Diſceſſerunt à fide. Denique, nec huic
Confeſsioni conuenit illa veræ fidei finitio
& ratio,

Digitized by Google

& ratio, quam alibi deſignatis: ſed ſoli cuidam confidentiæ, temeritati, atque præſumptioni. Hinc veſter Danæus aperte fatetur eam indignam eſſe, quæ fides nominetur, iſtis verbis: *Qualis eſt nobis fides ſi ſpectemus,* (Comm. in Enchirid. Aug. c. 31. f.100.) *eſt imperfecta, manca, polluta, infidelitate conſpurcata & commixta, vt ne virtutis quidem nomine vere digna ſit.* Non ergo vere creditis, nec Confeſsio veſtra fidei eſt: ſed opinione & ſuſpicione tantum ducimini.

2. Hinc contra *vnitatem Dei, & ſimplicitatem eſſentiæ* illius, vna cum Barthaſio poeta veſtro concinitis, *tres perſonas diuinas eſſe tres Spiritus.* (Supra l.1. & 2.) Cum Bullingero, *Diſtinctas eſſe ſpecie, gradu, & forma.* Cum Beza, *Eſſentiam eſſe realiter, & ab æterno in tres perſonas diſtinctam:* item, Filij Deitatem in ordinem ſupplicantis & deprecantis ſubmittitis: deniq; cum Caluino aliam à Patris Subſtantiam eidem tribuitis: ex quibus euidenter conſequitur, Vos non ſolum vnum Deum, ſed tres diſtinctos in eſſentia conſtituere. Inſuper, quando poſt eundem Caluinum autumatis, Perſonæ rationem in Deo, duntaxat proprietatem eſſe, quæ animis noſtris concipienda proponitur; in Deo autem multo plures proprietates animo concipiantur quam tres: multitudinem magnam Perſonarum Diuinarum, atque ſic Deorum, Ethnico more, comminiſcimini: cōtra id quod hic dicatis, vos vnum & ſolum credere & confiteri.

3. *Inuiſibilis.* Magnopere miror, quod tam generaliter, & ſine vlla interpretatione dicatis eam inuiſibilem: cum è cōtrario Chriſtus adfirmet, Angelos paruulorum ſemper videre faciem Patris, qui in cœlis eſt: (Matt.18. Luc.1. Tob.12. 1.Cor.13.) Raphael & Gabriel continuo adſtent coram Domino. Paulus denique doceat, Omnes ſanctos viſuros illum facie ad faciem ſicuti eſt. Beata Virgo Maria eam clare contemplatur: & anima Chriſti, eius perſpicua, perpetuaque viſione beata ſit & glorioſa. Et vt breui perſtringam, in quo tandem ſita eſt ſumma omnium hominum fœlicitas, ſummumque bonum, præterquam in Dei clara viſione atque ſecura fruitione? (Ser. de Aſcenſ. Dom. Soliloq. c.8. 1.Cor.13. c.36.) Hinc beatus martyr Cyprianus: Exultabunt ſancti in gloria, videbunt Deum, & gaudebunt, & fruentur gloria, & fœlicitate iucundabuntur æterna.] Erit denique Deus omnia in omnibus, & illius præſentia omnes animæ & corporis implebit appetitus.] Et Auguſtinus pia huiuſmodi ad Deum

A vtitur apoſtrophe: Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: quando iam reuelata facie, tuam faciem videbimus.]

Et poſtea. Cum peruenerimus ad te ſapientiæ fontem, vt te non iam per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem videamus, tunc lætabitur in bonis deſiderium noſtrū: quia nihil erit exterius quod deſideretur, niſi tu Domine, ſummum bonum.] Et poſt pauca. Ibi videbimus, amabimus, & lætabimur. Videbimus in lumine tuo lumen tuū, lumen immenſum, lumen incorporeum, incorruptibile, incomprehenſibile, indeficiens, inextinguibile, inacceſsibile, increatum, &c. (B)

Nec credo, quod ſerio Deum *immutabilem* cenſeatis, quoniam Suræus, Spinæus, & Oubracus magni in vobis Miniſtri, in ſolenni Conferentia Pariſiis habita, defenderint, *Deum fore inconſtantem & mutabilem, ſi corpus Chriſti ſimul & ſemel in tot locis conſtitueretur in quot ſanctiſsima ſeruatur vel ſuſcipitur Eucharistia.* At vero, expreſſo Dei verbo iſtud verum & certum eſt. An non ergo Deum ſtatuitis inconſtantem & mutabilem? Accedit quod auus veſter Lutherus ſcribens, ſibi certamen fuiſſe contra quendam Neſtorianum affirmantem, Naturam diuinam in Chriſto fuiſſe impatibilem: ſequitur *quod ipſe defenderet eam patibilem,* ſicque mutabilem eſſe. Denique, Beza illam eandem in Chriſto in ordinem ſupplicantis demittens: & Caluinus hanc quoque Patri ſubijciens: eam ipſam mutationibus obnoxiam reddunt pro viribus: ſic quoque infinitam ſimul eſſe pernegant. Nam quod ſuperius ſuper ſe cognoſcit, & inferius eſt, atque finibus ſuis clauditur: quod infinito minime competit. 4. (L. de Conciliis.) (C) (L. quæſt. & reſponſ.)

Quæ omnia poteſt. In quot ergo, quamque tetra & profunda barathra, vosmet, ô miſeri, demergitis, cum alibi ſcribitis, Deum nequaquam efficere poſſe, ſed ne intelligere quidem, aut velle, vt Chriſti corpus ſit in diuerſis ſimul locis: ſub minore quantitate, aut alia forma externa, quam naturali & propria? Sit modo inuiſibili, & ſenſus humanos fugiente? Non poſſe efficere, vt accidentia abſoluta ſint ſine ſubiecto, quod ſola duce natura, etiam ethnici, poſsibile firmauerunt & aſſeruerunt? Non poſſe intelligere, neq; velle, nedum facere, vt camelus per foramē acus tranſeat? Vt Chriſtus 5. (Colloq. Pariſienſe.) (D) (Supra l.2.)

cum

cum corpore ſuo, illæſo Matris vtero, ac ſepulchro clauſo exierit? Ad diſcipulos ianuis clauſis intrauerit? Et cum vniuerſa hæc diuinam potentiam fugere ac exſuperare ſcribatis, prædicetis, diuulgetis per orbem: nonne Deum omnipotentem eſſe nefaria obtrectatione negatis?

6. Et ne quid reſpondendo cauillari aut tergiuerſari contra valeatis, ecce aliquot Authorum veſtrorum blaſphemia propoſita. Zuinglius ait: *Tam impoſſibile eſſe fatemur, vt humana natura Chriſti, vbique locorum ſit ſubſtantialiter, quam impoſſibile eſt, eſſe plures Deos.* Carolſtadius: *Chriſtum ſimul in multis locis eſſentialiter eſſe poſſe tam facile credo, quam ſanctam Annam habuiſſe quinque capita.* Ioachim. Curæus: *Deus ne quidem per potentiam ſuam efficere poteſt, vt corpus non habeat extenſiones, vel locationes demenſionum.* Thomas Eraſtus: *Negari non poteſt, quin ſint quædam, quæ à Deo fieri nequeant.* Ioſias Simlerus: *Chriſtus nec velle, nec efficere poteſt, vt corpus ſuum ſubſtantia ſua ſit in pluribus locis.* Petrus Vermilius, falſo nomine Martyr: *Nulla vi fieri poteſt, vt res creata ſit vbique.*

L. contra Lutheri confeſſionē. Dialogo de Cœna. In exegeſi. L. contra Schegkiū. L. contra Iac. Andr. Dial. cōtra Erent. In Creeph.

Theodorus Beza: *Quædam ſunt in rebus ipſis inſita, vt ſi mutentur, rerum ipſarum interitum neceſſario ſecum trahant: quo fit vt ſaluis rebus, Deus illa mutare nec velit, nec poſſit.* Et vt contra aliam, Caluinus diſertis verbis, adiectis etiam horrendis blaſphemijs, *negat aliquam eſſe in Deo Omnipotentiam abſolutam*: atque ſic vna eademque fidelia Hugnoſtici Sacramentarij infinitæ Dei Sapientiæ, infinitæ voluntati, infinitæ poteſtati atque virtuti, audacia plane diabolica ſunt contumelioſi, quidquid hoc Confeſſionis ſuæ loco per ſummam hypocriſim ſimulent. Quoniam vero hæc ſupra ſolide refutauimus, & doctore S. Athanaſio, ſuperfluum eſt in illis refellendis velle operam ſumere, cum eorum ſtultitia manifeſtam ſui damnationem præ ſe ferat: ac hæreſes denudaſſe, confutaſſe ſit: ad reliqua huius articuli capita pergimus.

Com. in ca. 23. Iſa. Lib. 1 epiſt. ad Epict. Hieron.

7. *Tota ſapiens, tota bona, tota iuſta, totaq; miſericors.* Et hæc eadē religione ſcilicet, profitemini, qua & ſuperiora. Nā euicimus iam antea vos Chriſtum verum Deum & hominē, communi non ſolum Angelorum, ſed & vniuerſorum hominum ignoratione, ac dicendi imperitia laboraſſe: ac opus fuiſſe, vt noſtro more erudiretur. Eundem multa dixiſſe improprie & abſurde, nec proprie ſed parum appoſite reſpondiſſe, parumque ſolide ſua probaſſe: quæ, & alia multa in ipſam eius Deitatem, etiam corporaliter (vt Paulus ſcribit) in eo habitantem redundant. Quinetiam vos non pudet clamitare, Deum nec poſſe velle, nec poſſe intelligere corpus humanum in pluribus locis. Quanta quæſo vos, aduerſus infinitam ſummamque Dei ſapientiam?

Lib. 3. Supra li. 4. Coloſſ. 2. Lib. 1.

8 Sed & contra infinitam bonitatem eius ora dura laxatis, cum ſecuti Authorem veſtrum primarium, dicitis eum, *Homines deſtinare, impellere, & incitare ad perpetranda omnia ſcelera: inſpirare & infundere omnes turpes cogitationes, & affectus* eos mouere, ob quæ æternis plectuntur ſupplicijs: imo & ipſum Authorem eſſe omnium criminum ſiue ab hominibus ſiue à dæmonibus ipſis committantur: quæ omnia ab illius naturali bonitate penitus abhorrent.

Supra li. 2.

9. *Tota iuſta.* Sane nō eſt iuſtitiæ, verum malitiæ, & plane diabolicæ, Amnonis more inceſtus committere, Parricidia Abſalomi ad modum, & proditiones ad imitationem Iudæ. At vero, Melanchthonis ſententia, Deum illorum ſcelerum conſtituitis authorem: ergo negatis illius Naturam totam eſſe iuſtam. Præterea, Paulus Deum ait non eſſe iniuſtum vt obliuiſcatur operis boni. Vos contra, dicitis, Omnia opera noſtra quantumuis bona, peccata eſſe coram Deo: ergo iniuſtitiæ illum coarguitis & poſtulatis. Hinc recte & pie B. Hieronymus: Grandis iniuſtitia, ſi mala tantum puniret, bona autem non præmiaret.

2. Reg. Supra li. 2. Hebr. 6. Sup. l. 8. L. adu. Iouin.

10. Nec demum, Dei naturam *totam miſericordem* ex animo creditis, qui cum Bucero, Muſculo, Caluino, & Beza teneatis, Deum noluiſſe filij ſui paſſionem, ſanguinem, & mortem, ad omnium mortalium ſalutem & redemptionem valere: ſed ad Electorum tantummodo: qui ſi cum reliquis componantur, admodum pauci reperiētur. Quantum ergo infinitam illam Miſericordiam extenuatis? Quantum coarctatis & imminuitis? Contendentes etiam vna cum Caluino & Marlorato, Deum maximam hominum partem, *deſtinato creaſſe, vt eos damnet, ac perdat*, nōne re vera inficiamini ea, quorum hic inficiationem diſſimulatis? Hæc cauſa eſt, vt etiam Germaniæ Miniſtri vos maximæ impietatis in Deum, & Apoſtolos eius damnauerint, quorum ſunt hæc aduerſus errorem veſtrum ſana teſtimonia: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitū daret, vt ſaluetur mundus per ipſum, carnem meam dabo*

L. 1. ep. & in Colloq. Monbelg. Com. in c. 9. ad Rom. Ioan. 3. Ioan. 6.

pro

Digitized by Google

Ioan.12. *pro mundi vita. Omnia traham ad meipſum. Ipſe*
1.Ioan.2. *eſt propitiatio non tantum pro peccatis noſtris, ſed*
Matt.11. *etiam totius mundi, &c.* Venite ad me omnes
1.Tim.2. *qui laboratis, &c. Vult omnes ſaluos fieri. Chriſtus*
2.Cor.5. *pro omnibus mortuus eſt. Non vult aliquos perire.*
1.Petr.3. *Oportet pœnitentiam prædicari, & remiſſionem*
Luc.24. *peccatorum ad omnes gentes, &c.* Quanta impietas, hæc tam vniuerſa diuinæ pietatis & miſericordiæ beneficia, ad eos paucos tantum contrahere, quos Bezani & Caluiniani miniſtri cenſebunt Electos eſſe? MIN. Tranſeamus ad ſecundum articulum.

ARTICVLVS II.

Ille ipſe Deus manifeſtum & notum ſe facit hominibus primum operibus ſuis, tam per creationem, quam per conſeruationem & conditionem eorum. Secundo, & clarius, per verbum ſuum, quod primum per oracula: poſtea redactum fuit ſcripto in Libris, quos ſanctam Scripturam appellamus.

DOCTOR.

IN hoc aberrant in primis, quod putent ſolam rerum creatarum contemplationem, innumeras perfectiones proprietateſque diuinas mortalibus poſſe manifeſtare. Nam ad eiuſmodi contemplationem aſſequendam neceſſarium eſt lumen diuinum, quod
Matt.11. reuelatio & fides appellatur. Enimuero, *Nemo nouit Filium Dei, niſi Pater, neque quis nouit Patrem, niſi Filius: & cui voluerit Filius reuelare.*
Ioan.3. *Nemo venit ad Filium, niſi Pater traxerit eum.* Et
Matt.16. Petro confitenti dicitur: *Caro & ſanguis non reuelabit tibi: ſed Pater meus qui eſt in cœlis.* Ideo martyr Irenæus non ſemel ſcribit, Impoſſi-
Lib.2. bile eſſe, ſine Deo, ſcire Deum. Et Tertullia-
L. de Trin. c.2. nus. De Deo, ac de eis quæ ſunt ipſius, & quæ in eo ſunt, nec mens hominis quæ ſint, quanta ſint, & qualia ſint, digne concipere poteſt, nec eloquentia ſermonis humani, æquabilem Maieſtati eius virtutem ſermonis expromit. Ad cogitandam enim & eloquendam illius Maieſtatem, & eloquentia omnis merito muta eſt, & mens omnis exigua.]

12. Quin & ipſa rerum vniuerſarum Creatio ex nihilo, in tantum omnem fugit rationis demonſtrationem, vt nulli mundi ſapientes aut Philoſophi ad eam ſola duce natura, attingere potuerint: quod in cauſa fuit, vt phyſicis rationibus defixi dixerint, Ex nihilo nihil effici poſſe. Imo & ipſi poſtea ſta-
Artic.9. tuitis, quod cum inueſtigandus eſt Deus, rationem noſtram & intellectum noſtrum, imbecilliorem æquo & hebetiorem eſſe ad

eum rimandum: quod vt verum eſt, ſic plane contrarium ijs quæ nunc aſſeueratis.

Adhæc, quando profitemini, *Verbum Dei oraculis primo reuelatum*, oracula iſta neceſſe 13.
eſt viuas voces, aut inſpirationes Patribus factas eſſe, quas iſti ſine ſcripto liberis ſuis, & hi generationibus ſuis tradiderunt, vt Adam Setho, Sethus ipſi Enos, & hic filio ſuo Cainam, &c. Abraham tradidit Iſaaco, hic Iacob, & iſte liberis ſuis. Ex quo intelligi debet, traditiones non ſcriptas Deum habere authorem, longe antiquiores eſſe Scriptura ipſa, eiſdemque vt verbo Dei credendum & adhærendum: quod alijs in locis vobiſcum repugnando pernegatis. Quid quod & ipſa Scriptura frequenter nos ad traditiones remittit? *State* (inquit) *& tenete traditio-* 2.Theſſ.2.
nes quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam. Hinc tam ſcite quam eleganter Ter- Li. de teſtitullianus: Certe prius anima quam litera, & mon. anim.
prior ſermo quam liber, & prior ſenſus quã L. aduerſ.
ſtylus, & prior homo ipſe quam philoſo- Iudæos, c.2.
phus & poeta.] Et alibi. Ante legem Moyſi ſcriptam in tabulis lapideis, legem contendo fuiſſe non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à Patribus cuſtodiebatur.

Locum iſtum de Traditionibus aduer- 14.
ſus Caluinianos, ſic ex ipſorummet ſcriptis Proleg. in
claudo. Danæus alicuius inter eos nominis, lib. Aug. de
fatetur. *Veram pietatem à Deo traditam Adamo,* hæreſib.
& ab Adamo Noe, à Noa autem filiis, & poſteris per manus traditam fuiſſe.] Igitur Traditionibus Patrum fuit credendum vt verbo Dei: & traditio prior Scriptura. Et Caluinus In 1.Cor. c.
idem concedit, *Multa ſacra veraque non fuiſſe* 10.v.2.
ſcripta, ſed tradita inter Iudæos.] Alibi teſtatur In 1.Cor. c.
ſe nolle negare, *quaſdam fuiſſe ordinationes A-* 11.v.2.
poſtolorum, quæ non ſunt ſcriptæ.] Ergo qui traditionibus Eccleſiæ non ſcriptis aduerſatur, Apoſtolorum eſt contemptor & hoſtis. Idem rurſum agnoſcit, *Paulum plurima paſ-* In 1.Cor. c.
ſum eſſe, quæ ſcriptis non ſunt commiſſa.] Igitur 15.v.32.
vt Scripturis, ita & Traditionibus Apoſtolorum, Patrumque adhærendum eſt, ſi vere Chriſtiani velimus eſſe.

MINISTER.

* *
*

Qq ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS III.

Tota hæc Scriptura comprehenſa eſt in libris Canonicis veteris & noui Teſtamenti,quorum numerus ſequitur,Libri quinque Moſis,&c.

DOCTOR.

15. PLurima, eademque grauiſsima errata in hac enumeratione committunt, de quibus ſigillatim eos commonefaciam. In primis, cum ſanctiſsimum Patriarchæ & Prophetæ Tobiæ librum inter ſacros & canonicos non connumerant, ſed inter Apocryphos relegant. Hoc etiam Pellicano Tigurino Prædicanti reprehenſione dignum videtur, cum de hoc & reliquis ait: *Perperam vocantur Apocryphi.* Sanctos (etiam cenſet Chemnitius alter Miniſter) & bonos, & dignos qui legantur. VVigandus Miniſter tertius, illos vt ſacroſanctæ authoritatis, cum cæteris Canonicis, frequenter laudat, & fidem Chriſtianam eorum ſententijs corroborat. Sebaſtianus Münſterus illos reperit Hebraice ſcriptos, & typis vulgari curauit. Quid ergo aduerſus tot Comminiſtros veſtros inſurgitis? Cadmea pugna voſipſos conficitis? Sed ne actum agamus, videat Lector quæ pro Libri Tobiæ authoritate ex ſacris Patribus ſignauimus, libro vndecimo, cap. 14.

Initio Cõment. — *Examine Concil.* — *In Syntag.*

16. Errant ſecundo in eo, quod librum beatæ Iudith reſpuant, quem trecenti decem & octo patres, qui Concilio Niceno interfuerunt, quorumque ſententias & iudicia ſuſcipere ſe palam profitentur, in canonicorum album numerarunt, velut ante mille & ducentos annos teſtificatus eſt beatus Hieronimus. Huc accedit, Diuos Auguſtinum, Innocentium Primum, Patreſque tertij Concilij Carthaginenſis, quos Orientalis Eccleſia in ſynodo Conſtantinopolitana admiſit & probauit, illum diuiuæ authoritatis iudicaſſe. Quæ igitur eſt hæc veſtra peruicacia, qui Spiritui ſancto, mentem ſuam per tot Sanctos viros aperienti, obluctamini?

Præfat. — *Can. 1.*

17. In eo tertium deprehenditur peccatum, quod ſeptem tota capita de Libro Heſther reſcindatis: cum ea in canone Hebræorum repererit veſter Münſterus, eademque Hebraice & Latine vulgauerit. Septuaginta & Theodotion eadem in Græcis editionibus ſuis agnoſcant. Origenes ipſa pro ſacris & diuinis ſcriptis probet. Inſuper Auguſtinus, Ambroſius, & Chryſoſtomus, id eſt, Græcorum & Latinorum ſcriptorum antiquiſſimi, doctiſsimi, & ſanctiſsimi, eorum vtantur teſtimonijs, & in ſermonibus ad plebem & in certaminibus cum fidei noſtræ aduerſarijs & hoſtibus.

Vide Commentaria noſtra in eum librũ.

18. Circa id verſatur quartum erratum, quod Sapientiæ Librum ſacrum & canonicum diffitemini: cuius Antiqui omnes quaſi vno ore Salomonem auctorem laudauere: eumque à Græco quodam, quo legitur nunc ordine diſpoſitum. Deinde, patres Sardicenſes & Toletani eum vt ſanctum agnoſcunt. Egeſippus & Irenæus martyr illius authoritate freti ſunt. Tertullianus & Cyprianus martyr idem fecere. Illum allegat Diuus Dionyſius Pauli diſcipulus & martyr. Melito Sardenſis, auditor beati Ioannis illum catalogo canonicorum adſcribit. Diuus Auguſtinus aſſeuerat illius authoritatem, aſſertionem eſſe eorum quæ ad fidem ſpectant. Baſilius ac Epiphanius ad id quod volunt adſequendum & efficiendum, non minoris credunt authoritatis. Suis in Commentarijs Ambroſius & Hilarius non raro ſententias eius adducunt, &c. Si iam tergiuerſamini, dicatiſque tot tamque excellentes viros circa veritatem hallucinatos: vos ipſi illius infeſtiſſimos hoſtes eſſe declaratis: ſi deceptos, à cunctis pro furioſis & dementibus habebimini.

19. In eo ſitus eſt error quintus, quod Eccleſiaſticum Syrachi cum aguntur Libri ſacri, ſilentio præterieritis. Hieronymus enim & Ioſephus illum Hebræo idiomate ſcriptum reperere. Damaſcenus teſtis eſt, primum Hebraice ſcriptum: deinde, a Siracide Helleniſmo donatum. Illum libris diuinitus inſpiratis, Patres Carthaginenſes & Conſtantinopolitani aſcribunt: quibus conſonant Innocentius, Gelaſius, & Auguſtinus. Ambroſio Liber diuinus habetur. Illum contra Eunomianos profert Baſilius: eundem aduerſus Anomæos Athanaſius & Epiphanius: eodem pro affirmanda ſtabiliendaque fide Chriſtiana nititur Ambroſius: & ante mille & quadringentos annos teſtimonio illius vſus eſt Clemens Alexandrinus. Si in Chriſtianis haberi vultis, qui tot hominibus Spiritu ſancto plenis intercedatis, atque opinionem veſtram totius antiquitatis recto iudicio præponderare arbitramini, mirum in modum vos fallit veſtra ſpes ac opinatio.

In

Digitized by Google

10. In hoc etiam ſextus error poſitus eſt, quod Baruch librum propheticum repudietis, quem vir Apoſtolicus D. Irenæus, pariter & Clemens Alexandrinus qui eodem ſæculo floruit, tanquam prophetiam in medium proferunt. Eo ipſo in altercatione cum Iudæis ſeſe tutatus eſt Diuus Cyprianus: eodem Diuus Baſilius aduerſus Eunomium. Illum quaſi ſcutum oppoſuit Ebionitis Epiphanius. Illius egit authoritate compluries Athanaſius cum Arrianis. Illum arbitratur eſſe Ieremiæ, Auguſtinus, eo quod probabile ſit illius eum nepotem & ſcribam fuiſſe: cui quidem Ambroſius, Ruffinus, & Caſſiodorus, non grauatim ſubſcribunt. Eundem citra vllam cunctationem & ſuſpicionem agnoſcunt Clemens & Cyrillus Alexandrini: & eum ipſum cum reliquis Prophetis enarrat Theodoretus. Sunt profecto hi omnes vobis teſtes locupletiores, fideque digniores.

11. Præterea, vt hymnus trium puerorum, amicitia & ſocietate cum Daniele coniunctorum, ſacroſanctus eſt, ita vos profani eſtis & impuri, qui illum de libro huius Prophetæ eximatis. In diuinis namque officijs nunquam non lectus fuit: illum exponũt Theodoretus, Euthymius, & Cathena Græcorum: & eundem ante mille & ducentos annos, diuinam appellauit Scripturam. Illum Cyprianus, Baſilius, Epiphanius, & Chryſoſtomus receperunt: & eiuſdem auctoritate D. Auguſtinus Manichæos oppugnauit. Illum tutatur magnus Athanaſius: & in tranſlatione inuenitur Theodotionis, &c. Noua ergo cenſura veſtra ſanctiſsimæ refragatur antiquitati.

12. Verum, magnopere miror, vos pulcram
L. 4. c. 38. iuxta & ſanctam hiſtoriam de Suſanna re-
44. ſpuere, cum in confeſſo ſit, D. Irenæum, virum Apoſtolicorum temporum eam non ſemel laudare: certe & qui eum proxime ſequutus eſt, Origenes canonicam tutatur: iiſdemque temporibus, Tertullianus, & diſcipulus eius Cyprianus martyr talem libenter fatentur. Illa ab Athanaſio admittitur: eam agnoſcit Ignatius martyr Apoſtolorum diſcipulus: habuitque ſuam lucem & interpretationem à Diu. Auguſtino. Quid vltra vultis? Veremini ne Miniſtræ veſtræ, aliæque fœminæ hæreticæ nobiliſsimum caſtitatis exemplum, ſibi ad æmulandum & imitandum proponant?

13. Iam vero plus nimio ſtolidi eſtis, qui hiſtorias de Belo & Dracone ſuggilletis & improbetis: quando ex illarum lectione vobis perpulcræ conuitiorum anſæ, in aſtutias quarum aliquos calumniamini, ad manum eſſent & in promptu. Quid vero dicere poteritis contra Irenæum martyrem, qui eas L. 4. c. 11.
contra Gnoſticos, Tertullianum contra Pſychicos, & Hilarium contra Arrianos, proferunt? Africanus (authore Euſebio) cum ad Origenem ſcriberet, eas improbare L. 6. hiſt. c.
non eſt auſus. Earum frequens teſtimonium 14.
profert martyr Cyprianus: quod & poſtea fecere Baſilius & Ambroſius. Prudentius æque honorifice, ac de verbo Dei loquutus eſt, eiſdemque ſtetit Athanaſius ille magnus. Et qui his omnibus fuit vetuſtior Ioſephus Hebræus, ex impreſsione quam procurauit Munſterus ſymmiſta veſter, inter diuina ſcripta retulit. Mirum certe eſt, vos ad deteſtandas nouitates illas, totius antiquitatis authoritate adduci non poſſe. Sic potius frangas, quam corrigas eos, qui in malis obduruere.

Quid vero liber prior Machabæorum in vos committere tantum potuit? quem vſque adeo veſtris in cœtibus perſtringitis ac exſecramini? Eum legit Hebraice Diuus Hieronymus: ſic illum excudi curauit excucullatus Munſterus; à beatis Auguſtino, Innocentio, & Gelaſio librorum ſacrorum elencho aſciſcitur. Idem factum eſt à tertio Carthaginenſi Concilio. Nunquam non publice in Eccleſia lectus eſt. Hæc meo iudicio animis pacatis, & ab omni perturbatione alienis ſatis debent facere. 14.

At ſi poſteriorem idcirco exagitetis, quod preces in Eccleſia fuſas pro defunctis abominemini, idque odio in Purgatorium conceptọ: eum timete, qui poteſt & animum & corpus mittere in gehennam ignis, ſchiſmaticis ac hæreticis præparatam. Nec celare poteſtis primos Authores, id credidiſſe & factitaſſe, vt ſuperius docuimus. Sed neque negare vobis eſt integrum, hunc Librum olim à Iaſone Cyrenæo viro Hebræo conditum: deinde, à Græco quodam cuius nomen ignoratur, contractum: inſuper & à Ioſepho ac Egeſippo Hebræis allegatum. Neque item ire inficias poteſtis Danielem & D. Paulum eorum, quæ in illo continentur meminiſſe. Velim quoq; diſcatis, ni iam id ſciatis, eum ipſum D. Auguſtinum, Innocentiũ, Gelaſium, ac Iſidorũ, pro canonico defendiſſe. A Tertull. quoque & Cypriano etiam 15.

Vide ſupra l. 12. c. 39.

Daniel. 11. Heb 11.

contra Iudæos in aciem producitur, & ab A alijs cunctis Patribus, vt ſuperius egimus, libro 11. c. 26. & 27.

26. Superioribus in vetus Teſtamentum erratis, hæc etiam in nouum adiungo ſequentia. Archiminiſter veſter Beza de Adulteræ fœminæ, quod eſt principium capitis octaui Euang. Ioannis, hiſtoria, ſe ambigere ait: neque eam tanquam verbum Dei recipere: ſibique ſubinde ſuſpectam eſſe atq; dubiam, Neque interim diffitetur Papiam Ioannis diſcipulum, in Euangelio ſecundum Hebræos lectitaſſe: & ex decem & ſeptem codicibus Græcis manuſcriptis, in ſexdecim B extare: vnde ſatis ſuperque illius impudens temeritas refellitur. Sed præterea, & Catholica Eccleſia in ſacris officijs eam publice legit: Chryſoſtomus Auguſtinuſque in Commentarijs exponunt. Eandem Athanaſius ac Ammomius, vt Euangelium lubentiſsime recipiunt. Quis ergo deinceps tam ſacrilegus extabit, vt de ea poſsit eſſe anceps & dubius? Aut cui turpitudinis alicuius, quam Beza dicere non eſt auſus, Seruator noſter in ſuſpicionem veniat?

Annot. in c. 8. Ioan.

27. Huc etiam accedit, vos Caluinum ſequutos, Epiſtolæ ad Hebræos D. Paulum auctorem perperam inficiari. Talem enim Eccle- C ſia Catholica cum Græca tum Latina ſemper recepit, legit & probauit. Eam ipſam in illa ad Corinthios celeberrima, vt eſt ab Euſebio memoriæ proditum, Pauli nomine profert Clemens Apoſtolorum diſcipulus. Origenes, Nazianzenus, Athanaſius, vterque Cyrillus, tres Gregorij, & Damaſcenus allegant. Cum ijs faciunt ſuis in Commentarijs Chryſoſtomus & Theophylactus. Prima & generalia Concilia, quæ & ipſi non diffitemini, Nicænum primum dico, Epheſinum, & Chalcedonenſe id in diſputationem non vocant. His & ipſa ſequentia Lao- D dicenum & Cartiginenſe tertium, cum multis alijs accedunt. Quid ergo ex veſtro ab illis diſsidio emolumenti in vos poteſt redūdare? Quid tandem vtilitatis ex veſtra dubitatione aut inficiatione percipi poteſt, niſi quod permultum authoritatis huic diuino ſcripto derogetis?

L. 2. hiſt. c. 12.
Hieron. in Catal.

28. Cum autem Epiſtolas Diui Iacobi, poſteriorem D. Petri, alteram & tertiam D. Ioannis, ac vnā beati Iudæ admittitis, probe quidem quidem facitis. Verumtamen in eo quo fides agitur Chriſtiana, Lutherum, & quotquot eius amplectuntur doctrinam, damnatis. Quæ cum ita ſint, qui eum *diuinitus inſpiratum* Beza prædicat? Muſculus *feliciſſimæ memoriæ virum? Sanctum veræ religionis inſtauratorem* Bullingerus? *Nobilem Chriſti ſeruum* Caluinus? *Virum puriſsimæ & limpidiſsimæ* doctrinæ Oecolampadius? Eiuſmodi ne exiſtere potuit, qui illud ſcriptum quod & vos diuinum dicitis, ſtramineum exiſtimauit?

Diui Ioannis Apocalypſim vos recipere 29. profitemini. Contra, eam Lutherus negat Apoſtolicam: Lucas Oſiander abnuit eſſe cuiuſdam Apoſtoli aut Euangeliſtæ: Beza illius authorem D. Marcum fingit: eam ſemper aſpernatus eſt Caluinus. Quo pacto inter tot diſſenſiones, eſſe poterit veræ fidei confeſsio? Religio vna & Catholica? Spiritus veritatis & vnitatis? MIN. Tempus eſt vt iam ad articulum alium gradum faciamus.

Com. Annot. Bodin.

ARTICVLVS IV.

Hos libros Canonicos agnoſcimus, & regulam certiſsimam fidei noſtræ, non tam communi Eccleſiæ iudicio & conſenſu, quam per teſtimonium, & internam perſuaſionem Spiritus ſancti, qui nos facit eos diſcernere ab aliis libris Eccleſiaſticis ſuper quibus (tametſi vtiles ſint) non poteſt ſtabiliri aliquis articulus fidei.

DOCTOR.

Communis ille Eccleſiæ conſenſus, id eſt, aſpiratio & conſenſio omnium lin- 30. guarum, gentium, ſæculorum ac ætatum, Ieſu Chriſto ſacratarum, non poteſt non eſſe à Spiritu ſancto, qui habitare facit vnanimes in domo, quique multitudinis credentium facit eſſe cor vnum & animam vnam. Proinde, à rei veritate nullatenus poteſt aberrare: & per conſequens plurimum aberratis vos, cum non tantū tribuitis illi, quantum diuinæ Spiritus ſancti Maieſtati ac inſpirationi decet atque oportet. Quinetiam à Patrum doctrina procul receditis, qui non crediderūt hoc aut illud ſcriptum eſſe Matthæi, Marci, Lucæ vel Pauli eſſe, niſi quaten' ad id credendum impulſi fuerunt Eccleſiæ authoritate. Nullo fere alio ſigno libros canonicos diſtinxerunt ab Apocryphis, præterquam communi & publico vſu Eccleſiæ. Adfirmant in omni de Scripturis oborta cōtrouerſia, transfugiendum ad priſcas & veteres Eccleſias, quas vel Apoſtoli, vel Apoſtolici viri inſtituerunt, docuerunt, rexerūt. Demum, vtcunq; conſenſum communem Eccle-

Pſal. 67. Act. 4.
Aug. contra Epiſt. Fundamenti.
Iren. l. 3. c. 3

Digitized by Google

Eccleſiæ vos admittentes, nonne ad hunc A vſque diem apud nos eam fuiſſe confitemini? Nonne vtriuſque Teſtamenti codices apud nos reperiſtis, & vna cum Baptiſmo à nobis accepiſtis? Probantes quoque illius conſpirationem in hac de Scripturis controuerſia, nonne & eam ipſam in cæteris quę inter nos & vos diſputantur, debetis admittere? Si id fieri in animum induxeritis, iam nulla lis eſt, quæ non placide & facile componatur: quod communi omnium bono & vtilitati futurum eſt.

31. Interna porro vnicuique facta particularis illa Spiritus (quam iactatis) inſpiratio ſiue B perſuaſio, vere temeraria elatio potius eſt, & arrogantia, quam certum aliquod Dei oraculum. Nam & Lutherani, & Puritani, & Suenkfeldiani, & Anabaptiſtæ, & Trinitarij, & reliqui ſectarij, ſimilem ſibi internam inſpirationem & perſuaſionem arrogantes, de hac ipſa re longe ab iis alia & tradunt & iudicant. Et quas ob res vobis potius quam ipſis fides adhibebitur? Non & ipſi de Eccleſia defæcata, de verbo Dei, de reſtituta veritate, & prius, & plenius vobis gloriantur?

32. Iam vero, hos quos nunc vocatis *libros Eccleſiaſticos*, & paſsim alibi vt *Apocryphos* contemnitis, C hac in re vos ipſos oppugnatis, imo & turpiter expugnatis. Nam ſi *Eccleſiaſtici* ſunt, in vera Eccleſia & publice leguntur, & ab omnibus probantur: proindeque & Canonici & valentes ſunt ad fidei noſtræ adfirmationem. Rurſus, cum ſint *Eccleſiaſtici*, non modo priuatim, verum & in propatulo, in ſcholis, in templis, in concionibus, in concertationibus ſunt legendi, exponendi, ac *Eccleſ. 10. & 16.* depromendi. Denique, cum ſint *Eccleſiaſtici*, neque vllum errorem, neque ſuperſtitionem continent: quapropter & meritum operum, cuius in Eccleſiaſtico multa mentio: & preces ac oblationes pro iis qui de hac vi- D ta exceſſere, in Tobia & Machabæis, nobiſcum admittite: (*Tob. 4. 2. Mach. 12.*) & permulta alia de quibus vobis non conuenit nobiſcum, vt fundamentum & firmamentum ſuum in libris canonicis habentia credite, laudate, & prædicate. MIN. Pergamus ad quintum articulum.

ARTICVLVS V.

Credimus verbum quod his Libris continetur, eſſe verbum Dei, à quo ſolo ſuam accipit authoritatem & non ab hominibus.

DOCTOR.

Perperam creditis, quoniam plurima ſunt illic contenta verba Diaboli, vt ſtatim in 33. ipſo principio Geneſeos: *Nequaquam moriemini. Eritis tanquam dij, &c.* (*Gen. 3.*) Plurima item Atheorum, vt *Noſtra non conſiderat. Si eſt Deus, etſi eſt ſcientia in Excelſo.* (*Iob. 21.*) Plurima denique blaſphemantium, & Chriſti aduerſariorum, vt, *Vini potator eſt, ſeductor eſt, in Beelzebul eiicit dæmonia.* (*Matth. 11. Luc. 11.*) Et reliqua id genus: quæ imprudentes non excepiſtis.

Doctrina certe canonica & ſcripta in ſa- 34. cris libris, quantum ad ſe pertinet, à ſolo Deo veritatem & authoritatem ſuam poſsidet ac retinet: at vero, vt talis agnoſcatur, habeatur, & conſtanter credatur ab omnibus, authoritas neceſſaria eſt hominum illorum, quos poſuit Spiritus ſanctus Eccleſiæ Rectores Paſtores & Doctores. Ipſe enim Deus ad verbum illud ſuum promulgandum, hominum lingua & miniſterio vſus eſt: (*Act. 20. Eph. 4.*) vt ſcriptis mandaretur, hominum ſtylum & manum adhibuit, atque tandem qua dignatus eſt homines authoritate, illud nobis diuinum & authenticum eſſe manifeſtauit. Quare minus appoſite illa veſtra excluſiua, *Non ab hominibus*, appoſita eſt. Prophetæ namque, Apoſtoli, Euangeliſtæ, ſacri Scriptores vniuerſi, homines fuerunt, quorum miniſteria Deus omnipotens nunquam in ſuis rebus excluſit, nunquam (more veſtro) contempſit. Poteſtate quam indulſit hominibus, adulterina Euangelia, quæ Petri, Iacobi, Thomæ, Bartholomæi, Matthiæ, & duodecim Apoſt. nominibus circunferebantur, reprobauit: (*Euſeb. Epiphan.*) & Nazareorum, Ebionitarum, Encratitarum, ac Aegyptiorum longe relegari voluit, vt quatuor germana & vera ſtabiliret. Conſcriptum à diuo Marco Euangelium eum legiſſet diuus Petrus, (homo vtique) Eccleſiæ legendum & amplectendum ſua authoritate dedit. (*Iren. l. 3. Hieron. in Catal.*) Beatus Ioannes poſtquam aliorum trium legit Euangelia, eadem approbauit, & ſuum addit. Quocirca in diuinum peccatis Spiritum, qui talem poteſtatem dedit hominibus. Inſuper, vniuerſarum Scripturarum Maieſtatem læditis, nolentes eius veritatem & authoritatem à ſummis hominibus, cæ-

teris tradi, declarari & approbari. MIN. Adduntillico. A

35. *Ipſa (Scriptura) continet quidquid neceſſarium eſt, vt Deo ſeruiamus, & ſalutem aſſequamur.*

2. Theſſ. 2. Matth. 18. & 23. Quinimo, eadem iubet ac præcipit tuendas & tenendas eſſe Traditiones, quas didicimus ſiue per ſermonem ſiue per Epiſtolam: audire Eccleſiam: quæcunque dixerint nobis qui ſuper Cathedras Apoſtolorum ſedent, ſeruare & facere: obedire ſummi Sacerdotis imperio: cuſtodire dogmata & decreta Apoſtolorum & ſeniorum, & quæ ſunt decreta in Conciliis: quin & ipſe D. Ioannes diſertis verbis teſtatur, ſe multa habuiſſe dicenda, quæ committere nolebat chartæ & atramento, ſed ire ad os (vt ille loquitur) loqui & patefacere. Nunquid non illa ad diuinum cultum, & hominum ſalutem vtilia & neceſſaria erant? Aut Spiritus ſanctus, quo ille agebatur, ſuperflua & vana per eius colloquium reuelare intendebat. *Deut. 17. Act. 15. & 16. 2 & 3. Epiſt.*

36. Cumque ne verbum quidem expreſſum ſit in Scriptura vtriuſque Teſtamenti, de *Trinitate perſonarum, conſubſtantialium, coæternarum, coæqualium:* de proceſsione Spiritus ſancti *ab vtroque:* quod Maria ſit *mater Dei: & Virgo poſt partum:* in Chriſto *vnica ſit perſona:* quod Baptiſmus & Euchariſtia *ſint Sacramenta:* nec denique de permultis aliis, quæ tamen ad cultum diuinum, & ſalutem ſpectant hominum, quæque à Diſcipulis Apoſtolorum diligenter collecta & tradita ſunt, cum ipſis Scripturis & voces Eccleſiæ & traditiones Apoſtolicæ ſunt coniungendæ. MIN. Sequitur in Libello:

Et quoniam regula eſt veritatis, nec hominibus, nec quidem Angelis, illi quidquam addere, imminuere, vel mutare licet.

DOCTOR.

37. Caluinus prior, Beza poſterior, à vobis hoc pacto ſacrilegij appellantur, qui tot ecclypſes, quas illic reperiſſe videri volunt, verbis propriis ſupplere & adimplere conati ſunt. In eodem vitio & Marotus pſaltes veſter, vt hiatum ſuorum metrorum expleret, ac concentum quoquo modo concinnaret, tot circuitiones congeſsit. Omnes vos denique iniuriam Spiritui ſancto irrogatis, qui tot libros è canone repellitis, tanquam apocryphos: tot capita Canonicorum librorum truncatis: tot ſententias peruertitis: tot additis verba, vt prolixius æquo recenſuiſſe foret.

Sed velim ſcire, quibus ducti de cauſsis beatos Angelos adoriamini, quaſi velint, ſtudeant, aut queant deprauare ſacros Dei codices? Aut enim hoc caput fidei veſtræ hyperbolicum eſt: aut felices illos Spiritus vna cum Caluino veſtro *vanitatis, ineptiarum, rebellionum*, imo & deteſtandorum ſcelerum accuſatis: quod certe nihil aliud eſt, quam illos cum impuris, damnatis, ac perditis cacodæmonibus nequiter permiſcere atq; confundere. MIN. Aiunt præterea 38. *Ser. 16. in Iob. Inſtit. L. 3. c. 14. §. 15.*

Vnde ſequitur nullam antiquitatem, nullam conſuetudinem, nullam multitudinem, nec ſapientiam, nec iudicia, nec decreta, nec edicta, nec Concilia, nec viſiones, nec miracula Scripturæ ſacræ opponi debere. B

DOCTOR.

Iniquiſsimos certe vos proditis rerum æſtimatores, qui venerandã antiquitatẽ, populi Chriſtiani multitudinem, ſacrorum Senatuum iudicia, vniuerſalium Conciliorum decreta, Chriſtianiſsimorum Regum edicta, celeſtes viſiones, imo & miracula à Deo per ſanctos Angelos & homines facta, putatis aliquando poſſe oraculis diuinis opponi. Quid enim hoc aliud eſt, quam iudicare, Spiritus ſancti chariſmata donaque, ſibi ipſis eſſe contraria & repugnantia? Regnum Dei diuiſum eſſe, ac propediem ruiturum? At vero, relicta Sapientibus, Regibus, Senatoribuſque ſuæ cauſæ defenſione, trium tantum hoc loco rerum protectionem aduerſus calumnias veſtras ſuſcipio, nimirum Conciliorum, Viſionum, & Miraculorum, quæ verbo Dei nunquam opponi ſic vos doceo. 39. C

Prima hypotheſis veſtra, quæ eſt de Conciliis, falſa & impia eſt. Hi namque, quibus Spiritus ſuggerit omnem veritatem, & quibuſcum in æternum manet, errare non poſſunt, cum de rebus fidei & bonorum morum definiunt. Sed hic Spiritus Domini promiſſus eſt Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, qui tum maxime in Conciliis generalibus manifeſte congregantur, vt de rebus fidei diſpiciant, cogitent, atque definiant. Eos igitur à vero rectoque nunquam aberrare ſinit. Ad hæc, ne vnum quidem ex omnibus aberraſſe hactenus oſtendere potuerunt, quantumuis enixiſsime id conati ſint hæreticorum Miniſtri: certum igitur quod nec vnquam errabunt. Tametſi homines ſint omnes qui ad Concilia conueniunt: obſtat tamen ne fallant vel fallantur Chriſtus promiſſio- 40. D *Io. 14.*

Matth.16. Luc.22. Io.14. Matth. 28. Matth.7. 1. Tim.3. miſsionibus ſuis ſtans: *Porta inferi non praua-lebunt aduerſus eam: Non deficiet fides tua. Manebit in æternum vobiſcum Spiritus veritatis: Ego ſemper vobiſcum ſum, &c. Domum fundatam ſuper petram, nec pluuia, nec flumina, nec venti, irruentes in eam ſubuertere poſſunt. Eſt enim firmiſſima columna veritatis, &c.*

41. Deinde, falſo ſupponitis, diuinas & cœleſtes viſiones, (neque enim impræſentiarum de illuſionibus diabolicis & præſtigiis eſt ſermo) Scripturis ſacris opponi; cum Deus non ſolum verax ſit, verum & ipſamet veritas ſumma, non mutabilis, neque contrarius ſibi. Reuelationis porro ab eo miſſæ & factæ & veraces ſunt, & cum Scripturis optime conuenientes. Enimuero tradunt ſacræ literæ complures viſiones factas Adæ, Noe, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Moſi, Ioſue, Samueli, Danieli, Ezechieli, cæteris prophetis. Et in nouo Teſtamento, Zachariæ, Mariæ, Ioſepho, Paſtoribus, Magis, Simeoni, Petro, Paulo, Ioanni, ſed nulla vnquam in illis apparuit pugna cum Scripturis diuinis. Quid ergo aduerſus eas obgannitis? Quid vocatis in crimen, quaſi Deus aduerſus opera ſua pugnaret?

42. Tertius error veſter eſt, cum ſupponitis, vera miracula, vel immediate à Deo facta, vel per Angelos, aut homines Sanctos, quibus frequenter velut organis vtitur, in commodum noſtrū, & ſuæ virtutis demonſtrationem, edita, aduerſari poſſe verbis diuinis. Cum enim ipſe vtrorumque ſit author præcipuus: hæc nunquam contraria ſunt. Plurima enim per Moyſen, Ioſue, Samuelem, plurima per Eliam, Eliſæum, Iſaiam, & alios facta leguntur: ſed ea ſemper cum verbo Dei probe conueniunt. Plurima Petrus, Paulus, Ioannes, Stephanus, cæteri Apoſtoli, Diſcipuli, Martyres, Sancti, ediderunt: ſed nullum eorum prodere vnquam poteritis, quod cum Scriptura pugnauerit.

43. Præfat. in Inſtit. Hieron. l. contra Vigil. Quod ſi Caluinum ſequuti, miracula poſteriorum temporum dicatis *eſſe præſtigias dæmonum*: imitatores vos comprobabitis impietatis Iudæorum & Gentilium, qui tantundem de iis quæ fecerunt Dominus & Apoſtoli, iudicarunt. Inſuper, filij eritis Arrij, Eunomij, & Vigilantij, qui & hoc de miraculis ſuorum temporum pronunciarunt. Sed horum locupletiſsimos, omnique exceptione maiores aduerſus blaſphemias veſtras teſtes producimus Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Theodoretum, Metaphraſtem, Victorem, Bernardum, & ſimiles, qui & oculis ſuis magnam eorum partē conſpexerunt, examinarunt, probarunt, & ſcriptam poſteris commendarunt. Denique, cacodæmones nullis vnquam præſtigiis ſuis mortuos vere ad vitā reuocauerunt: quod per multos Sanctos re vera feciſſe legimus. Iren. l. 2.

Serm. L.22. ciuit. c.8.

Secundum hæc, admittimus Symbola tria, videlicet, Apoſtolorum, Nicænum, & Athanaſii: quia cum verbo Dei cohærent atque conſentiunt.

DOCTOR.

Colloquium veſtrorum Pariſienſe pertinaciter negat primum Symbolum ab Apoſtolis editum & traditum fuiſſe. Caluinus nullis vnquam rationibus adduci potuit, vt id fateretur, quod vos nunc profitemini. Quod cum nullis Scripturis expreſsis firmare poteſtis, reliquum eſt duntaxat, vt ei nobiſcum ex priſcorum Patrum traditione, & communi Eccleſiæ teſtificatione credatis. Inſuper, cum in vero & germano ſenſu articulos de omnipotentia Dei, de natiuitate Chriſti, de perpetua integritate Matris eius, de deſcenſu ad inferos, de ſeſsione ad dexteram Patris, de Catholica Eccleſia, de Sanctorum communione, deque peccatorum remiſsione, non recte credatis: conſtat vos hæc non niſi ſimulate & ficte profiteri. 44. Synod. Lauſan.

Nicænum. Quid? Fugit vos magna ex parte Conſtantinopolitanum eſſe? Nonne & cum veſtro Caluino reiicitis, quod in eo habetur, *Filium eſſe Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero* vt ipſum αὐτόθεον, Deum à ſeipſo eſſe conſtituatis? Ad hæc, cum nihil docendum, nihilque credendum clamitetis, quod non expreſsis Scripturis reuelatum ſit, ſane conſequens eſt, vt & voces, *Conſubſtantialem Patri* repudietis. Rurſus, hæc eius ſymboli verba de Spiritu ſancto: *Qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur*, procul à vobis reiiciantur. Appoſite ergo admodum dixit de vobis, vt & de patribus veſtris Gnoſticis Tertullianus: Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde arbitrio ſuo modulatur quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio compoſuit ille qui tradidit.] 45. Synod. Lauſan. Lib. Præſcript. c.42.

Nec Athanaſij ſymbolo vos ex animo credere mihi facile perſuadetis: quandoquidem Caluinus veſter illud palam reiecit, dicens, *hoc nullam authoritatem habere, niſi ex ſi. Primis*, id eſt, horis canonicis *Sacerdotum*. Quot ſunt etiam illic capita de Trinitate & proceſ- 46. Synodo Lauſanen.

proceſsione trium Perſonarum,de conſub- A
ſtantialitate,coæternitate,& coæqualitate il-
larum, quorum nullibi Scriptura meminit?
L.1.Inſtit. c.13.§.1. Quæ etiam Caluinus ſepulta cupit? Sic nihil
intereſt illis, ait Tertullianus, licet diuerſa
L præſ. c.41. tractantibus, dum ad vnius veritatis expu-
gnationem conſpirent.

47. Quod adiicitis, vos hæc Symbola recipe-
re, *quod Scripturis conſentiant*, magis ex animi
veſtri ſententia fuiſſetis locuti, ſi dixiſſetis,
quod noſtris opinionibus videntur non refragari.
At, demus eſſe vera quæ proponitis. Sic ni-
hilo plus ſacroſanctæ fidei noſtræ Symbolis,
nihil Apoſtolicis inſtitutionibus, & ſancto- B
rum Conciliorum & Patrum doctrinæ tri-
buitis,quam libris Platonis, Ariſtotelis,Plu-
tarchi, Liuij, Valerij,aut Senecæ. Imo nec
verbis Mahometis, Epicuri, aut ipſius Sata-
næ: qui quidem eatenus facile à vobis ad-
mittuntur & feruntur, quatenus Scripturis
conſentanea loquuntur. Dubitatis poſtre-
mo,& vt vnuſquiſque veſtrûm pro arbitra-
tu ſuo iudicet vultis, ſi Spiritus ſanctus qui in
Symbolis loquitur, conformis ſit verbo di-
uino, & hoc pro veſtra libidine intellecto ac
explicato. MIN. De hoc ſatis,ſequens eſt

C

ARTICVLVS VI.

*Hæc Scriptura ſancta nos docet,in ea ſola & ſim-
plici Eſſentia diuina, quam confeſſi ſumus, eſſe tres
perſonas,Patrem,Filium,& Spiritum ſanctum.*

DOCTOR.

48. Qui ergo conuenitis cum Authore veſtro
Inſtit.l.1. c.13.§.1. percupiente, hæc verba obſoleta & ſe-
pulta eſſe? Cum Muſculo,ſe nolle ante Eth-
Supra,l.1. c.1. nicos illa profiteri ſcribente? Cum Ochino
(qui etiam de veſtris fuit) eadem illa,profa- D
Synodo Vilnenſ.1589. na, Apoſtolis ignota, imo & Satanica pro-
nunciante? Denique,cum Polonis fratribus
veſtris, qui in frequenti Miniſtrorum ſyno-
do prohibuerunt, ne deinceps, eorum vlla
fiat mentio, quia (inquiunt) in ſacris literis
non extant voces hæ *Tres perſonæ,vna Eſſentia.*
Et reipſa non exſtant in locis illis, quos in
Libelli veſtri margine conſignaſtis. Illa er-
go ex traditione Patrum, decretis Concilio-
rum,ac antiquo & perpetuo vſu Eccleſiæ ac-
cepta,religioſe & conſtanter ſeruamus. Cæ-
terum, magis Chriſtiane fuiſſetis locuti,ſi ita
veſtram Confeſsionem concepiſſetis,Eſſen-
tia ſola & ſimplex eſt in tribus perſonis,
quam *Perſonæ ſunt in Eſſentia.* Rationes ſupe- L.1.c.4.
rius expoſuimus.

*Pater prima cauſſa, principium, & origo omniũ
rerum: Filius ſermo, & ſapientia eius coæterna: Spi-
ritus ſanctus eius virtus, poteſtas, & efficacia.*

DOCTOR.

Vbique errores, vbique blaſphemiæ. 49.
Nam beati Athanaſius & Hilarius clariſsima
orientis & occidentis luminaria, Arrianos
impietatis damnarunt,quod his quæ à vobis
dicuntur,conuenienter ſunt loquuti. Poſt-
ea quoque Filio ſecundum tantum hono-
ris & maieſtatis locum tribuitis: quin & ipſi
cum Caluino veſtro improprie tantum re- Lib.adu.
rum vniuerſarum Creatorem conſtitua- Val.gentil.
tis: atque Spiritui ſancto tertium Maieſtatis Epiſt.ad
locum ordinemque aſsignetis; ac ſic inæ- Polonos.
quales plane confingitis eas Perſonas: qui
non ferendus, ſed deteſtandus eſt Arriani-
ſmus. Ad hæc, ſi tres ſunt cauſſæ diuerſæ, ſi
tria principia, treſque rerum origenes; tres
profecto ſunt Domini, tres Creatores, tres
denique Dij: blaſphemia palam ethnica, &
execrandus Tritheiſmus.

Præterea, Sapientia in Deo perfectio eſt, 50.
nec genita nec producta, nec in ſe aut per ſe-
ipſam ſubſiſtens. Filius autem vere genitus,
productus,& in ſe ac per ſe ſubſiſtens eſt. In-
ſuper, illa Sapientia communis eſt tribus
perſonis, vt & bonitas, & iuſtitia, & miſeri-
cordia, & clementia: adeo vt vere dicatur,
Pater eſt ſapientia, Filius ſapientia, Spiritus
ſanctus ſapientia. Nunquam verum fuit, eſt,
aut erit, Pater eſt Filius, Spiritus ſanctus eſt
Filius. Non eſt ergo Filius illa, quam dicitis
ſapientia Patris.

Quod ſi pertinacius id verbum confun- 51.
dere perrexeritis, Sabellianis acceditis, qui
miſere quidem & ſtolide perſonarum con-
fuſionem inuehebant, earumq́ realem per
proprietates diſtinctionem tollebant. Per-
peram demum locos in margine notatis,
quoniam non dicitur illic Filius illa Sapien-
tia eſſentialis & ingenita, quam vultis.

Cum etiam affirmatis, Spiritum ſanctum 52.
eſſe virtutem, potentiam, ac efficacitatem
Patris, ſine apertis Scripturis primum loqui-
mini, ſicque veſtras regulas ſubuertitis. Quo
igitur ruitis miſeri? Potentia item & virtus
Dei Patris nec in ſe, nec per ſe ſubſiſtit, Spiri-
tus ſanctus per ſe ſubſiſtens eſt perſona, Po-
tentia eſt attributum Patris: non vero Spiri-
tus ſanctus. Potentia & virtus Dei Patris
non

Digitized by Google

non eſt re diſtincta ab illo, ſed prorſus vna A cum ipſo: non ſic autem Spiritus ſanctus, &c. Agnoſcite tandem, agnoſcite quæſo, vel hic temerariam imperitiam veſtram: ac extricate vos tam fœdis erroribus aduerſus Deum noſtrum.

Filius ab æterno genitus eſt à Patre: Spiritus ſanctus ab æterno procedit ab vtroq;.

53. Si Filius ab æterno genitus eſt, Pater non eſt prima cauſa: Filius ſecunda: quoniam in æternitate non eſt primus & ſecundus, prior aut poſterior: ſed omnia coæterna. Vnde Athanaſius, *Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus. Non tamen tres æterni, ſed vnus æternus.* Deinde, cum terminus finiſque gene- B rationis ſit ſubſtantia, Filius æterna illa generatione Subſtantiam ſeu Eſſentiam diuinam habet à Patre, non autem à ſeipſo: ſicque lumen eſt de lumine, & Deus de Deo vero: quod alibi cum veſtro illo Caluino irridetis atque reſpuitis.

54. Spiritum ſanctum procedere ab vtroque tanquam vno ſpirante principio, nobiſcum quidem aduerſus Græcorum errorem, commune eſt: ſed non tam expreſsis Scripturis, quam ſacrorum Conciliorum decretis, Apoſtolicis traditionibus, & veterum Patrum vnanimi conſenſu innixum & firmatum. Illa hac in re admittentes & pro- C bantes, cur non & in aliis rebus, quæ inter nos controuertuntur? Deinde, ſi procedit ab æterno, agnoſcendus eſt profecto in eodem cauſæ, graduſque honoris cum Patre, non ad tertium amandandus. Denique, reticentes in veſtra Confeſsione, *tanquam ab vno, eodemque principio*, definitio veſtra manca eſt: & Græcorum erroribus viam ſternitis latiſsimam.

Tres perſonæ non ſunt confuſæ, ſed diſtinctæ: eiuſdem eſſentiæ, æternitatis, poteſtatis, ac æqualitatis.

DOCTOR.

55. Filius ergo non eſt formaliter ipſa Sapientia Dei, nec Spiritus ſanctus Virtus eius ac poteſtas: quoniam vtraq; perfectio eſt communis tribus perſonis, & non ab eis re diſtincta, ſicut Filius & Spiritus reipſa & à Patre, & à ſe inuicē diſtinguũtur. Huc accedit, quod hæ voces *Perſonæ diſtinctæ, non confuſæ*, nullis in locis ſacrarum paginarum exſtant: verum deſumpta ſunt ex traditionibus, decretis, & doctrina maiorum. Vnde ſequitur, non omnia quæ de noſtra fide ſunt, expreſsis Scripturis tradita eſſe: verum cum illis Traditiones, decretaque Veterum, & dogmata ſeniorum addenda & recipienda. An non ergo animaduertitis, vos Caluini fraudibus deceptos, reliquos etiam Caluinicolas, qui veſtris intereſſe ſuſtinent conciunculis, quique veſtram fidei Confuſionem amplexantur, in eundem errorem impellere? In eandem foſſam pertrahere?

56. Adfirmantes quoque *tres perſonas eſſe eiuſdem eſſentiæ, æternitatis, poteſtatis, ac æqualitatis*, verba vſurpatis, in nullo verbo Dei ſcripto expreſſe reuelata, neque vlla etiam notatis in margine: ſed ea ab Apoſtolicis traditionibus accepta, à Conciliis probata, & à Patribus. Vnde efficitur, ſecundum Scripturas, ad illa etiam confugiendum. Deinde, ſi ex animo ea creditis, quæ ſcripto profitemini, veſtro calculo damnandus venit Caluinus, qui Patri & Filio diuerſas tribuit Subſtantias. *Supra, L.1.* Beza, qui Eſſentiam in tres realiter diſtinguit: & Barthaſius, qui nunc triplicat: mox in tres ſecernit Spiritus.

57. Præterea, ſi tres æquales ſunt, Caluinus impie ſcripto reliquit, *nomen Dei* κατ᾽ ἐξοχὴν τινα *ſoli Patri tribuendum. Filium impropriè duntaxat cœli & terræ dici Creatorem. Secundum Diuinitatem Patri ſubditum fore.* *L. de impiet. Valēt. gent pag. 20.34.41.* Bezaque ipſe, qui præceptoris ſui æmulatus impietatem, docet: *Chriſtum quatenus Deus eſt, apud Patrem pro nobis intercedere.* *Epiſt. ad Polonos. pagina 60. & 63.* Nonne illud eſt ei diuinitatem inferiorem, ac Eſſentiam imperfectam tribuere? Et per conſequens, veram & ſummam ei detrahere atque præripere? *L. quæſt. & reſponſ. pa. 673.* Veræ quoque æqualitatis rationem & dignitatem furari & rapere? Paucis agam. Niſi Filius vere & proprie Creator eſt, neque vere & proprie Deus eſt omnipotens. Iam videte in quos errores vos ipſos præcipites detis, ô miſeri cæci & duces cæcorum.

Et in hoc admittimus, quod determinatum fuit per antiqua Concilia: & deteſtamur omnes ſectas D *& hæreſes, quæ reiectæ fuerunt per ſanctos doctores, vt per ſanctum Hilarium, ſanctum Athanaſium, ſanctum Ambroſium, ſanctum Cyrillum.*

DOCTOR.

58. Caluinus & Beza nominatim Concilia Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe vocant, quæ prima & generalia noluiſtis occulta nobis, ſed manifeſta vobis de cauſſa nominare. At ſi illis ex animo, non ſimulate ſtatis, vt præ vobis ferre videmini, primum eſt vt Epiſcoporum, Sacerdotum, Diaconorum

Digitized by Google

vitam, cælibem probetis, neceſſe eſt. Quam A autem Miniſtris vobis durum, alienum, importabile ſine fœminis viuere! Deinde, & Quadrageſimale ieiunium ſeruetis: opus eſt, pœnarum indulgentias, mitigationes, & remiſsiones laudetis: oblationem corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, manibus fieri Sacerdotum credatis: & hierarchiam Eccleſiæ Catholicæ exagitare atque perſequi deſinatis. Hæc enim omnia ſanxit magnum illud & ſanctum Concilium Nicænum.

Can. 3. 4. 5. 10. 11. 12. & 14.

59\. *Can. 2. 6. & 7.* Hinc oportet vos agnoſcere Pontificis Romani ſupremam in omnes alias Eccleſias au- B thoritatem: Confirmationem cum Chriſmate, ac manuum Epiſcopalium impoſitione, & crucis in frontibus conſignatione datam ſuſcipere: denique, exorciſmi & catechiſmi antequam baptizentur paruuli, ceremonias & ritus nobiſcum admittere. Nam omnia illa confirmat ſtatuitque concilium Conſtantinopolitanum.

60\. Inde cum Epheſina ſynodo, Cyrillum antiſtitem, Pontificis Romani Legatum & præſidem agnoſcetis: qui & Neſtorium Conſtãtinop. Patriarcham dignitate mouit, & Aſiaticis Eccleſiis illius nomine imperauit. Item, Chriſtum Dominum cum humanitate ſua C (contra id quod & Danæus, & Richerus veſtri comminiſtri ſenſerunt) ſupplices adorabitis: & ſanctiſsimam matrem eius virginem Mariam θεοτόκον, id eſt, Dei genitricem vocabitis, & inuocabitis: ſi illam venerandam ſynodum citra ſimulationem, ratam habetis. Iam deſinetis eſſe hæretici, & incipietis eſſe Catholici.

61\. Poſtremo, Chalcedonenſe Concilium Legatos ſanctiſsimi Papæ recipit: monaſteria, Monachorum, Sanctimonialiumque inſtitutionem, cum vſitatis votis probat: Sedi Romanæ primum honoris gradum, ac om- D nem in omnes Epiſcopos authoritatem admittit, fatetur, & comprobat. Atq; hæc ſummatim ſunt decreta & ſtatuta illorum antiquorum Conciliorum, quæ Caluinus ſequi ſe aſſerit. Beza recipit: voſque ipſi in his veſtræ fidei articulis profitemini. Si id ſerio & ex conſcientia non ficta, iam hæreſes illis contrariæ vobis deteſtandæ veniunt: ſin vero ſimulate, vti timeo, hypocritarum, ſeductorum, impiorum, ac impoſtorum omnium eſtis deterrimi, & plane improbiſsimi, qui ſeuerum iudicium Dei nec viuentes nec mortui effugietis.

62\. Quod autem dicitis, vos deteſtari & exſecrari omnes ſectas & hæreſes, quas ſancti Doctores, & quatuor quos nominatim appellatis reiecerunt & damnarunt: vtinã, iterum vtinam, id à vobis ſerio ac vere diceretur: veſtraque doctrina, fides, religio, & vitæ conuerſatio foret eiuſmodi, qualis illorum fuit. Primo enim loco fateremini cum B. Hilario, Eccleſiam ſuper Petrum ſecundario fundatã eſſe: ceremonias Baptiſmo adhibitas non reprobaretis: infantulos angelis bonis committi crederetis: Ieſum Chriſtum ſuam carnem in Sacramento nobis dare (nõ figuram tantum) vt vere ex Virgine incarnatus eſt, crederetis, *lib. 8. de Trinita*: libertatẽ atque efficacitatem liberi in homine arbitrii concederetis, *in Pſ. 118.* & bonorum operum merita nequaquam reiiceretis, *Libr. 2. & 12. de Trinit. & Prolegomen. explanat. in Pſ.*

Lib. 6. de Trin. & in Pſ. 131. Can. 15. in Matth. & l. 2. de Trin.

Cum magno Athanaſio ſanctiſsimã Trinitatem ſupplices adoraretis & inuocaretis: 63. nouem ordines & tres hierarchias Angelorum reuerenter haberetis, *Homil. de communi Eſſentia Patris & Filij & Spiritus ſancti.* Liberum arbitrium etiam poſt peccatum, homini ademptum non eſſe fateremini. *Ser. contra Gentes.* Beatã Deiparam, & omnes Sanctos ſummiſſe inuocaretis. *L. de incarn. Verbi: & in Euangelio de ſanctiſsima Deipara.* Sacrificium incruentum corporis Chriſti multũ prodeſſe defunctis, non abnueretis. *Quæſt. 34.* Vſum imaginum in Eccleſiis Chriſtianis non prohiberetis. *Lib. de imagine Saluatoris.* In templis veſtris eſſent Baptiſteria, id eſt, fontes cum aqua ſacra ad baptiſandum: nec in noſtris fregiſſetis. *Hiſt. de perſecut. Alex.* Denique, abiurata omni hæreſi, ad fidem & Eccleſ. Catholicam cito citius confugeretis.

Mirum plane, vos D. Ambroſium laudare, cum & publice & religioſe Miſſam celebraret: 64. in ea crederet verum corpus Chriſti, mutato in illud pane, contineri, ac offerri pro viuis atque defunctis: ſimul & pie adorari atque venerari. *Orat. de obitu Valent. Orat. 1. præpar. l. de Sacram. Ep. 32. l. 3 de Spiritu S.* Idem in dubium minime vocat, Angelos ſacris adeſſe myſteriis, circa altare Chriſtum præſentem in illo venerantes. *Com. in c. 1. Lucæ: & Orat. 1. præparatoria.* Tuetur ſedem Romanam eſſe Catholicam & omnium primariam. *Orat. de obitu fratris. Ep. 80. & 81.* Hominem eſſe præditum arbitrii ſui libertate fatetur. *Lib. 1. hexam. c. 8. & 9. & lib. 2. de vocat. gent. c. 4. & 9.* Bonorum operum merita prædicat. *Libro 1. officiorum, c. 48.* Recipit, exponit, & ex ſacris literis comprobat, ritus omnes ſeruari ſoli-

tos

Digitized by Google

tos in Catholicorum baptiſmate. *L.de iis qui* A *ſacris initiantur: & Libro de Sacramentis*. Probat Diuos in cœlo pro nobis apud Deum intercedere: nobiſque plurimum vtilitatis inde accedere. *Libro de viduis: Orat.de obitu fratris. Serm. 93. &c.* Num ergo voſipſos ore proprio iudicatis, niſi eandem ſequamini fidem & doctrinam S. Ambroſii? Si hoc præſtatis, hæc fidei veſtræ Confeſsio vera futura eſt: ſi deſeratis, & pietatem ſancti viri veſtro more inſectamini, vos vniuerſo mundo fictos & perfidos homines exhibebitis: & apud Deum iudicem omni ratione ſontes & inexcuſabiles.

65. Quod attinet ad D. Cyrillum, multum ille B veneratus eſt authoritatem Eccleſiæ Romanæ, cum prouinciam Legati Pontificis illius in concilio Epheſino fideliter obiuit. Contendit præſens Chriſti corpus offerri, dari, ore recipi in Euchariſtia: non ſolum cum diſtribuitur: verum & citra vſum, aduerſus eos omnes qui aliter ſentiunt. *In cap. Io. 13. Epiſt. ad Caloſirium*. In homine tuetur Liberum arbitrium remanſiſſe. *Lib. 4. in Ioannem. ca. 30. & libro 3. contra Iulianum*. Solam fidem ſine operibus ad iuſtitiam ſalutemq; ſufficere negat. *Lib. 10. in Io. cap. 18.* Maximum defert honorem ſanctiſsimæ Deiparæ: eandemq; obnixe precatur. *Hom. contra Neſtoriũ, &c.* Quid C ergo eſt, quod iis opponere poſsitis? Cedo nunc veſtram mentẽ, ſi detracta hypocriſeos fallacia laruaque, quas ſectas & hæreſes illi quatuor repudiauerũt Doctores abiuramini: quamque crediderunt & tradiderunt & ad ſupremum vitæ diem retinuerunt doctrinam & fidem amplectimini, vt hoc in loco Confeſsionis fidei veſtræ perſuadere vobis eſt propoſitum: repudietis & abiuretis vniuerſos Caluini & Bezæ errores opus eſt. Sin vero ſimulata eſt mens veſtra, & aliter ſentitis quam loquimini, nonne vos arguitis miſeros, & perditos ſeductores eorum qui veſtram fidei Confeſsionem, vt veram & D ſinceram amplectuntur? MINISTER.

Dic de ſeptimo articulo, qui talis eſt.

ARTICVLVS VII.

Credimus Deum qui in tribus perſonis cooperantibus, per ſuam virtutem, ſapientiam, & incomprehenſibilem bonitatem, creauit omnia, non ſolum cælum & terram, & vniuerſa, quæ in eis continentur, &c.

DOCTOR.

CVm tres ſimul cooperantes, eadem virtute, ſapientia, & virtute crearint omnia, 66. non ſolus Pater proprie vereque Creator eſt: ſed & Filius, & Spiritus S. quod Caluinus veſter impie negat, vt ſuperius attigimus. Deinde, quando ad fidei Confeſsionem pertinere vultis, Tres perſonas mundum creaſſe, Lib. 3. c. 7. & 15. eundem rurſus Authorem veſtrum damnatis, cupientem illa nomina ſepulta eſſe, quod ea in Scripturis non ſint expreſſa. Denique, ad traditiones Apoſtolorum & Patrum, etiam in fidei aſſertionibus recurrendum & confugiendum eſſe, exemplo veſtro docetis: quod carpitis & aſpernamini.

Sed etiam ſpiritus inuiſibiles, quorum quidam in perditionem & ruinam prolapſi ſunt: alii in obeditione perſtiterunt.

DOCTOR.

Angelorũ creationis nulla expreſſa mentio facta eſt à Moyſe in vllo die mundi naſcentis: verum, illata ex aliis locis. Proinde, 67. quidquid eſt ex fide catholica, non in ſacris voluminibus exprimitur: ſed aliquoties confugiendum eſt ad Sanctorum virorum doctrinam, enarrationes, traditiones: & credendum Conciliorum decretis canentibus: Credo in Deum factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium.

Priores propria malitia corrupti, omnis boni ſunt inimici: & per conſequens totius Eccleſiæ: Poſteriores per gratiam Dei præſeruati, miniſtri ſunt vt nomen Dei glorificent, & Electorum eius ſaluti deſeruiant.

DOCTOR.

Quandoquidem ad fidem ſpectat credere, malignos ſpiritus ſuapte malitia & improbitate receſsiſſe à Deo, & deprauatos eſſe: id non facere in eorum poteſtate fuit. 68. Proinde, quam habet Deus criminum omnium Præſcientiam, non cogit ad ſcele-

ra: contingentiam in rebus, & libertatem in creaturis ratione vtentibus permanere ſinit. Eademque per ſeipſam ſimplex eſt, & haudquaquam Prædeſtinationi neceſſario coniuncta, vt falſo comminiſcuntur Calu. & Beza. Deinde, cum hoſtes ſint omnis boni, & Eccleſiæ, horum ſuggeſtionibus Lutherus, Carolſtadius, & Zuinglius minime debuerunt aduerſus Chriſtum acquieſcere, cum illis vt contra ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, & veram realemque eius præſentiam diſputarent argumenta ſuppeditauerunt, vt ipſimet ſuis ſcriptis iactabunde glorientur.

69. Cumque poſteriores, id eſt, boni beatique Angeli in tantum Deo ſint grati ac morigeri, impie & nefarie Caluinus accuſat illos vanitatis, mendacij, rebellionis, & aliquot aliorum criminum, quorum remiſsione indigeant ac venia. Et dum tam ſedule ac diligenter ſaluti noſtræ inuigilant, pro certo fidelium preces, lacrymas, eleemoſynas, & bona opera coram communi Deo & Patri offerunt. Nobis bene precantur, ac ſaluberrimum eſt eoſdem in auxilium inuocare; vti Abraham, Lot, Iacob, Iob, Tobias, Raguel, Daniel quondam fecerunt. Vos denique ſalutis hominum hoſtes infeſtiſsimi, qui his obluctamini.

Serm.16. in Iob.

Supra, l.9. c.22. & 23.

ARTICVLVS VIII.

Nos credimus eum non ſolum omnia creaſſe, ſed etiam regere, & ducere, pro ſua voluntate de iis omnibus, quæ in mundo adueniunt ordinans atque diſponens, &c.

DOCTOR.

70. SI hæc ex animo creditis & docetis, cur alibi è contra in publicis cœtibus veſtris cantatis, Nullam eum ſolicitudinem aut curam gerere de iis, qui male viuunt? Num hoc eſt pernegare quod omnia regat, ducat, diſponat pro ſua voluntate; id eſt, maximos prouidentiæ illius effectus de mundo tollere? Quod ſi paucis ab hinc annis id à vobis fuit immutatum ac emendatum, veſtram perfidiam, & in verbis diuinis deprauandis temeritatem comprobaſtis. Sed quomodo interim ceſsit tot millibus veſtrorum, qui ante nouiſsimam iſtam emendationem, illum ipſum Epicureiſmum tanquam verbum Dei cantauerunt & crediderunt?

Pſal.1.

71. Inter ea quæ in mundo adueniunt, Caluinus & Beza etiam quæuis hominum & dæmonum ſcelera & peccata comprehendunt: & hæc Deum optimum & maximum ordinare, imperare, imo & in ipſis facere & committere volunt, *Deus eſt author* (inquiūt) *Satan tantum miniſter.* Quin & Melancthon, quem ſuarum partium hominem volunt fuiſſe Sacramentarij, Deum non minus authorem fuiſſe ſcribit, Inceſtus Amnonis, parricidij Abſalomi, & proditionis Iudæ, quam conuerſionis Pauli, aut Confeſsionis B. Petri. Quæ quidem blaſphemiæ adeo ſunt exſecrandæ & abominandæ, vt & Dei ſanctitatem prorſus tollant, innocentiam diffiteantur, ac ſummam eius Maieſtatem cum diaboli iniquitate ac iniuſtitia deprimant atque confundant. MIN. Vt hoc à ſuis capitibus auertant, imitantur Feles, qui excrementa ſua obruunt terra, (inquit Plinius) intelligentes odorem illum, indicium ſui eſſe: illico dum adiiciunt.

L. de prædeſt. Inſtit. l.1. c.18. Ad Rom. c.1. & 9.

Supra, l.2. c.13.

L.10. c.73.

Non quod ſit author mali, vel culpa poſsit ei imputari, cum voluntas eius ſuprema ſit & infallibilis regula omnis iuſtitiæ & æquitatis.

DOCTOR.

Sic turpiter perpetuoque ſecum pugnant: 72.
& quod ædificauerunt, deſtruunt; mutant quadrata rotundis: atque ſemper ſic remanent proprio iudicio condamnati. Atque in hoc non abſimiles ſunt Iudæ proditori, qui pari ratione ſuam tegere proditionem ſtuduit. Vt de præteritis hæreticis, ſic de vobis prudenter dictum eſt à Tertulliano: Nihil magis curant hæretici, quam vt occultent, quod prædicant: ſi tamen prædicant, quod occultant.]

L. adu. Valentin. c.1.

Deinde, cum Dei voluntas ſuprema ſit o- 73.
mnis æquitatis regula, eiuſdem voluntatis non ſunt fœdæ cogitationes, turpes effectus, impia deſideria aut interna externaue peccata: vt tradunt authores & ſcriptores veſtri: ſed ſolummodo ea committi permittit, quod illi id fitentur. Præterea nullam humanis mentibus indicit neceſsitatem: quin potius quam ſemel conceſsit libertatem, integram inuiolatamque reliquit: neque rerum tollit contingentiam. Hoc enim euerteret rerum omnium ſtatum, atque naturam propriam æquitatemque peruerteret. Hoc Cyprianus martyr illis verbis & Scripturis communit & roborat: Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio poſitam, in Deuteronomio: *Ecce dedi ante*

Cal. Inſtit. l.1. c.18. §. 1.2. 3.

Lib.3. ad Quirinum, c.52.

faciem

Digitized by Google

Deut. 30. *faciem tuam vitam & mortem, bonum & ma-*
Iſa. 1. *lum: elige tibi vitam vt viuas.* Item apud Iſaiam: *Si volueritis & audieritis me, bona terræ edetis: ſin autem non audieritis me, gladius vos conſumet.*

Sed miras habet rationes ita vtendi dæmonibus, & improbis hominibus, vt in bonum conuertat malum quod committunt, & cuius ipſi ſunt rei. Ita confitentes nihil ſine prouidentia Dei fieri, cum humilitate adoramus arcana quæ nos fugiunt.

DOCTOR.

74. Rationes illas interpretantur Authores veſtri Præſcientiam, Prædeſtinationem, & & impulſionem ad male cogitandum & operandum, & diuinæ voluntati obluctandum. Et vt iſtud firment, in exemplum adducunt Satanam, quem volunt non tantum permittente, ſed & iubente ac præcipiente Deo, Iobum virum ſanctiſsimum omnibus modis vexaſſe & laceraſſe: Achabum decepiſſe: præcipere denique prædonibus vt prædentur, Sicarijs vt necitradant, liberis parricidia, inceſtuoſis ſtupra, diſcipulis denique in dominos proditiones admittere, &c. Exſecrandæ quidem & deteſtandæ contra ſummam Dei bonitatem & ſanctitatem blaſphemiæ.

Cal. Inſt. l. 1. c. 18. §. 1. 2. 3. 4. &c.

75. Hinc Tertullian. reſpondens Marcioniſtis, qui & ante Caluin. aiebant Deum eſſe authorem peccatorum, ex eo, quod dicit per Prophetam: *Ego ſum qui condo mala,* ſcribit: Amplexi vocabuli cõmunionem duas malorum ſpecies in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & ſupplicia paſsim volunt eum conditorem intelligi malorum, vt & malitiæ iniuſtę auctor renuncietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti, & malis ſupplicij: malis culpæ, & malis pœnæ: ſuum cuique parti definimus authorem: malorum quidem peccati & culpæ diabolum, malorum vero ſupplicij & pœnæ Deum creatorem.

L. 2. adu. Mar. c. 14. & 24. Habac. 4.

76. Cæterum, ficta illa veſtra ſubmiſsio, & arcanorum Dei adoratio, in arrogantem fiduciam & temeritatem degenerat, ſcribendi atque docendi, Deum decernere & velle peccatum: eundem homines ad peccandum inducere, incitare, impellere: eos in malis pertinaces efficere: atque etiam (proh ſcelus) nulla alia de cauſa eos condere, quam vt in æternum damnet, perdat, excruciet. Atque hoc pacto, illum Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis in tyrannum teterrimum & immaniſſimum transformatis: tantum abeſt vt eum adoretis.

Comm. ad Rom. c. 1. & 9.

Atque ſic ad vſus noſtros accommodamus quod nobis ſacra Scriptura tradit, vt tranquillam & ſecuram vitam degamus, &c.

DOCTOR.

77. Non eſt pax impijs, dicit Dominus. Et: Cor impij quaſi mare feruens, cuius fluctus redundant in conculcationem & lutum. Si qui ergo primas inter vos obtinent, de ſe ipſis ſunt confeſsi vitam ſuam perpetuis & continuis anxietatibus, perplexitatibus, ſcrupulorum punctionibus, atque pauoribus animi noctu diuque, exagitari: quam mihi nunc narratis ſecuritatem? Quam fiduciam & quietem animi conſequi tandem putatis eos, quos tam miſere caluitis & decipitis? Nolo vos ignorare Petrum Rebenſtock miniſtrum Lutheri & conuictorem, literis conſignaſſe, fuiſſe ipſi Luthero in more poſitum identidem his verbis vti: *Ego ita credere non poſſum ſicut doceo, tametſi alii fidem me habere firmiſsimam iudicant.* Et alias: *Ego Martinus Lutherus miſerrimus, imbecillitate fidei meæ, vix vllam conſolationem ex Chriſto capere poſſum.* Poſtea vero fuſiſsime perſequitur tormenta, anguſtias, & angores, quibus animus apoſtaſiæ ac erroris portentorum quæ inuexerat, ſibi conſcius, tanquam furijs agitabatur ac exſtimulabatur. Et rurſum ſuſpirans & lachrymans aiebat: *Quoties cor meum palpitauit, neque reprehendit, & obiecit. Nunquid tu ſolus ſapis? An vero credibile eſt, reliquos omnes errare, & tanto tempore erraſſe? Quid, ſi tu erres, & tot homines in errorem inducas, qui omnes in perpetuum damnentur?*

Iſa. 57.

L. 1. Colloq. menſalium. fol. 34.

L. 2. Collo. f. 149.

Præf. lib. de abroganda Miſſa.

Nec ſola illa totius ædificij veſtri columna eo modo tremuit, & horribili modo concuſſa eſt: ſed & alij omnes quicunque illi adhæſerunt. Siquidem refert idem ille Rebenſtock, Lutherum ſemel reſpexiſſe Hieronymum Vellerum, ex Miniſtris ſuis vnum, cõſcientiæ vermibus valde exagitatum, atque animo corporeque trepidantem, ei dixiſſe: *Eſto bono animo, non ſolus tentaris. Ego etiam vnus ſum, & multa peccata habeo maiora quam tu, & patres tui: Mallem me lenonem fuiſſe, aut prædonem, quam quod Chriſtum 15. annis Miſsis ſacrificaui.* Sed & Melanchthon Lutheri Achates vociferatur: Cupere ſe ſibi præciſos fuiſſe omnes digitos, antequam de Lutherana Theologia ſcribere eſt aggreſſus. Vnde patet huiuſmodi fidei Catholicæ deſertores nulla animi pace vel tranquillitate gaudere, vtvt eam fingant & comminiſcantur.

L. 2. Collo. f. 122.

Ep. ad Io. Barthol.

Digitized by Google

79. Quod non ſolum de Lutheranis, verum
Epiſt. ad & de Sacramentarijs ſeu Hugnoſticis dictũ
Luth. 1525. eſſe volo. Carloſtadius namque initio mo-
tuum ſuorum ad Lutherum ſcribens, profi-
tebatur, Se exercitationis tantum gratia, &
non quod ita male ſentiret contra Euchari-
ſtiam ſcripſiſſe. Oecolampadius optat ſibi
Landgra- amputatam fuiſſe dexteram, cum realem
uio Haſſiæ. corporis Dominici præſentiam in Sacra-
L. de vera mento exagitauit. Scribit Zvvinglius ſe ma-
& falſa xime animi pendere, ac eſſe ancipitẽ, quam-
releg. f. 194 nam interpretationem ſtatueret illis verbis
Admonit. Saluatoris. *Hoc eſt corpus meum.* Caluinus ſeſe
ad Vveſtp. illico deſiturum à ſuo dogmate profitetur, ſi
modo id verbulo ſignificet Philippus Me-
lanchthon: atque nondum ſibi conſtare,
quam figuræ ſpeciem verbis Sacramentali-
bus tribuat. Beza quoque, frequenti in Col-
loquio Montisbelliardi, palam, tertioque
L. 2. de ci- profeſſus eſt, Cupere ſeſe plurima ex Libris
uili bello ſuis deleta eſſe. Veſter denique, Richardus
gall. p. 65. Dinothus ſcribit, Piſsiaci Proteſtãtes voluiſ-
ſe Auguſtanæ cõfeſsioni ſubſcribere, ſi Car-
dinalis Lotharingus, & alij Præſules Galli
tantundem facere voluiſſent. Quæ maior
poteſt cogitari leuitas? Qui cruciatus animi?
Qui angores, quæ tormenta grauiora?

ARTICVLVS IX.

Credimus hominem, cum eſſet conditus purus, integer & conformis imagini Dei, propria culpa excidiſſe à gratia, quam acceperat: & ſic ſeipſum abalienaſſe à Deo & omnis iuſtitiæ & boni fonte vberrimo.

DOCTOR.

80. SI propria culpa, ſponteque cecidit à gra-
tia, ergo potuit non peccare, non obedire
vxori & Satanæ, non comedere ex ligno
vetito: ac proinde, diuina Præſcientia nul-
lam prorſus illi indidit peccandi neceſsita-
tem. Non impulit eum ad tantum ſcelus,
diuina voluntas, non conſilium, non decre-
tum, non iudicium Dei: vt multis in locis,
magna in Deum contumelia, autumant
Supr. l. 2. Caluinus, Beza, & gregales. Primus enim
c. 13. ait: *Fateor lapſum Adæ non fortuitum fuiſſe, ſed oc-
culto Dei decreto.* Et rurſum: *Nec tantum homi-
nem primum eſſe lapſum ordinatione Dei: ſed et-
iam ipſum diabolum eſſe mandato eius mendacem.*
Com in Quinetiam dicit, *Deum perinde armaſſe diabo-
Gen. lum lingua, præter naturalem vſum ad decipien-
dum hominem, ac ſi quis aliquem latronem gladio
ad cædem faciendam armat.* Hic error Caluini
(ſcribit Schluſſelburgius Lutheranus) eſt in
Deum horribiliter contumelioſus, & gene- *L. 1. Calui-*
ri humano longe pernicioſiſsimus. Atque *niſt. Theol.*
iuxta hanc Sacramentariorum Theolo- *Art. 8.*
giam, non diabolus, ſed Deus erit verus pa-
ter mendacij.]

Idem & de Beza dicit. Beza ſcribit, La-
pſum primorum parentum, ſine voluntate 81.
& ordinatione Dei, euenire non potuiſſe.] *Summa*
Et paulo poſt: Beza quoque aſſerit, Hero- *Chriſtian.*
dem & Pilatum neceſſario CHRISTVM *f. 178.*
condamnaſſe. Item. Voluntatem hominis *L. contra*
ante regenerationem neceſſario peccare. *Heshuſ.*
Item. Adamum neceſſario lapſum eſſe. Itẽ. *L. contra*
Adamum creatũ fuiſſe bonũ ad tempus, ſed *Caſtalion.*
ita, vt ineuitabili decreto Dei, Deo ſciente &
ordinante laberetur.] Eadem ſentiunt & lo- *L. 2. c. 5. 6.*
quuntur Vermilius, Zuinglius, Marloratus, *7. 8.*
Danæus, &c. Quoniam vero iſthæc multis
refutauimus ſuperius, tantum iſtam adijcio
cenſuram Magni Baſilij. Eadem eſt blaſphe-
mia, negare eſſe Deum: & aſſerere Deum eſ-
ſe cauſam peccati.] MINIST. Aiunt rur- *Hom. de*
ſum de homine: *cauſa ma-*
li.

*Hoc modo tota hominis natura omnino corru-
pta eſt, & ipſe excæcatus ſpiritu, & deprauatus
corde, ſic omnem integritatem amiſit, vt nihil eius
ſit reſidui.*

Peccatum mortale gratiam quidem præ- 82.
cedentem tollit & delet: verum non omni-
no naturam corrumpit: Sed ne quidem in
ipſis diabolis, in quibus (magno Dionyſio
Areopagita doctore) manſerunt naturalia
integra, vt etiam ex eorum operibus plus ſa-
tis eſt manifeſtum. In hominib⁹ autem per-
manſit immortalitas animorum, cum Intel-
lectu acutiſsimo, magna diſcretione prædi-
to; cum voluntate vi eligendi communi-
ta; & memoria rerum præteritarum, tã ma-
larum quam bonarum tenaciſsima: totaq;
gratiæ Dei, & regni cœleſtis capaciſsima. Re-
lictum eſt quoque corpus auguſta forma, &
membris, ſenſibuſque ſuis ornatum, quale
manus Domini fecerunt, & plaſmauerunt
totum in circuitu: & illud capax diuinorum
Sacramentorum, donorum prophetandi,
prædicandi, confitendi, & laudandi Crea-
torem: quinetiam pro eius nomine morien-
di, denique in vitam æternam reſurgendi.
Iſtud ne eſt omnino corruptum & deletum
eſſe? Fatemur quidem humanas vires & fa-
cultates nõ parum fractas, debilitatas, & læ-
ſas eſſe, & ad Dei dilectionem aliaque bona
opera proferenda, diuino egere gratiæ au-
xilio: ſed omnino corruptas & exinanitas
pernegamus: Alioquin nihil prorſus inter-
eſſet

Digitized by Google

eſſet inter mortem & vitam, inter hominem ratione præditum, & brutum: qui quidem peſtifer eſt atheiſmus.

83. Ne vero Caluiniani dubitẽt hæc vera eſſe atque ſic hunc fidei ſuæ articulum falſum & impium, ecce authorum ſuorum in hanc rem pro nobis aperta teſtimonia. Danæus ſcribit: *Peccatum naturam ipſam vel hominis, vel diaboli, non extinxit vel deſtruxit: ſed tantum corrupit, & quæ in ea bonæ qualitates inerant, aboleuit.*] En naturam audimus ſeruatam, & viuam poſt peccatum, ſolaſque bonas qualitates per peccatum deletas: nunc etiam quaſdam reſiduas vires ſupereſſe, ex Beza colligam[a]. Is aſſerit, *Nos gratiæ primæ συνεργεῖν:*

B

& addit: *negantes id, prima gratia efficacitatem negare:* quod etiam de illo refert Schluſſelburgius Lutheranus. Accedit ijs & VVolphangus Amlingus dicens: *Neceſſe eſt vt concurrat vel adſit voluntas, ſeu mens hominis, qui debet conuerti. Ergo concurrit vel adeſt tanquam cauſa ſuæ conuerſionis.*] Non eſt ergo ſic corrupta vel perdita per peccatum hominis natura, quin ei plurima ſuperſint: atque ſic magna perfidia eſt hæc, quæ fides dicitur Caluiniana. MINISTER. Sequitur.

Com. in ca. 13. Enchir. Auguſt.
Li. 1. quæſt. & reſponſ.
L. 1. Theol. Calu. tr. 9.
Ep ad conſiliar. Anhaltin.

Et quamuis aliqua ſuperſit boni & mali diſcretio, nos tamen dicimus quidquid habet claritatis in tenebras conuerti: & cum Deus indagatur, nullo cum modo, homo ſua intelligentia & ratione aſſequi poſſe.

DOCTOR.

84. Nimium profecto deſudatis, vt oſtendatis & probetis vos eſſe ſine vllo intellectu ac ratione, atque ſic vt canes, porci, aſini, equi, & muli, quibus non eſt intellectus, quo duce ad quædam diuinitatis veſtigia obſeruanda ex iſtarum rerum contemplatione conſurgatis. Contra id quod non ita multo ante eſtis profeſsi, *Deum ſcilicet, ſeſe manifeſtum facere ex creationis & conſeruationis operibus.* Si tantarum rerum repugnantiam non videtis, nihil profecto ſapitis. Adhæc, B. Paulus dicit, Sapientes huius mundi adeo inexcuſabiles fore coram Deo, quod cum Deum cognouiſſent, & inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpexiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt. Et vnus ex auguſtiſſimis Patribus noſtris de ſe memoriæ prodidit, cum aliquando terram, mare, ſtellas, cęlos, interrogaſſet, illa forti & magna voce vociferata: Non ſumus Deus tuus, ſed opera manuum eius. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Et alter non minus perite & grauiter: vnus de ſepibus floſculus, non dico de pratis; vna

Sap. 13.
Artic. 2.
Rom. 1.
Aug. l. 10. Confeſſ. c. 6 & Soliloq. c. 31.
Tertul. li. 1. aduerſ. Mar. c. 14.

A

cuiuslibet maris conchula, non dico de Rubro: vna Tetraonis pennula, taceo de pauo: ſordidum artificem pronunciabit tibi Creatorem.]

Quin & ipſi comperietis innumera Philoſophorum, Oratorum, & Poetarum teſtimonia, qui citra ſingulares reuelationes, ratiocinati ſunt, & intulerunt, Vnam eſſe primam cauſam, ſolumq; vnum omniũ Principium, vnum Deum & patrem vniuerſi. 85. Quoſdam illorum in gratiam diſtractorum per res alias Miniſtrorum ſignabo. Sunt itaq; Aratus in Phænomenis. Ariſtotel. li. de mundo ad Alexandrum. l. 12. Metaph. & 8. Phyſicorum. Simplicius ad 1. & vltimum phyſic. Alexander Aphrodiſæus ad vltim. de prima Philoſophia. Triſmegiſtus in Pœmandro, Aſclepio, & paſsim. Virgilius Eclog. 8. Georgic. 4. & Aeneidos 6. Horat. od. 12. l. 1. 4. lib. 3. Ouidius l. 1. Metamorph. Calphurnius Elegia 4. Silius Italicus lib. 6. belli Punici. Manilius l. 1. aſtronomicon. Seneca in Hippolyto, Thyeſt. Hercule furente. Claudianus li. 1. in Ruffinum. Statius lib. 5. Thebaidos li. 5. ſyluarum. Perſius Satyra 3. Iuuenalis Satyra 10. Petronius Arbiter in fragm. Plautus in Rud. in Capt. Martialis lib. 8. Epigram. Laertius in Pythagora, & Zenone. Cicero l. de natura.

C

Plutarchus paſsim, & ſexcenti alij. Ad ſcriptum veſtrum redeo.

Et quamuis homo volũtatem habeat, qua ad hoc vel illud faciendum incitatur, ea tamen ſic omnino captiua eſt ſub peccato, vt aliam nullam habeat ad bonum libertatem, præter eam quam Deus cõcedit.

DOCTOR.

86. Cum vos audio, audire mihi videor priſcas illas Apollinis ambages, & dæmonum oracula: vſque adeo captioſe & ambigue loquimini. Si vobis ſermo eſt de ſubiectione & captiuitate ſub peccato originali, nõ eſtis hac in re à veritate alieni: ſin de captiuitate ſub peccati venialis, mortalis & perſonalis vinculo, vel potius tyrannide, ab illa procul ab-

D

eſtis. Niſi enim ſint hæc vltronea & volũtaria, in peccatis non numerantur. Præterea, ſi hæc mẽs veſtra eſt, vt innuatis captiuitatem ſub ærumnis, calamitatibus, ægritudinibus, morte, putredine, quæ ſunt pœnę peccatis irrogatæ, veritati conſentanea loquimini. Sin vero captiuas dicitis voluntates noſtras ad omnimoda facinora, & ſcelera neceſſario cõmittenda, procul à veritate habemini. Si liberum etiam homini lapſo arbitrium adimere animo concepiſtis, impiettati, & monis Magi, Marcionis, Manichæi, & quam pluri-

Digitized by Google

plurimornm aliorum veterum hæreticorum adhæretis & ſubſcribitis. Cęterum, non video qua fronte, aut quo ore libertatem conſcientiæ aut religionis expoſcere queatis, ſi omnem homini libertatem ad bene agendum præreptam fuiſſe conſtat. MIN. Subiectus articulus eſt.

ARTICVLVS X.

Credimus totam poſteritatem Adæ iſta contagione infectam, quod eſt peccatum originale, vitiũ hæreditarium, & non ſolum imitatio, vt voluerunt Pelagiani, quorum errorem deteſtamur, &c.

DOCTOR.

87. Certe Ieſum Chriſtum verũ hominem, ſaltem excipere debuiſtis, quem filium Adæ D. Lucas Euangeliſta euidenter comprobat: & ſecundum Adam Paulus appellat. Secundo loco, non ſolum ex ſententia cuiuslibet pij Catholici, illius ſanctiſsimam Matrem, verum & ex fide veſtrorum authorum Lutheri, Bullingeri, & aliorum qui nobiſcum confitentur, ſingulari & peculiari quadam gratia, illam ab eo natalitio næuo fuiſſe præſeruatam. Neq; nos deficiunt graues rationes & firmę, quibus id alibi adſtruximus. Ad has nondum quidquam reſpondiſtis: nedum infirmaſtis.

Supr. l. 10. c. 2.

88. Mera hypocryſis & fictio eſt, quod dicitis vos Pelagianorum errores deteſtari: quandoquidem conuenienter illorum hęreſibus autumatis, fidelium liberos, ab ipſo matrum vtero ſanctos eſſe ac puros à peccato: Baptiſmum illis tantum eſſe pro ſigno præcedentis gratiæ & adoptionis: nec eos ante Baptiſmum conſtitutos eſſe ſub diaboli poteſtate: eos ſi à vita non ſuſcepto Baptiſmo, migrauerint, nihilominus ire in regnum Dei: &c. An non eſt iſtud errores eorum potius inſtaurare, quam deteſtari? Quæ in vobis ſupereſt mica ſalis, aut quidquam veritatis & ſpiritalis ſenſus, qui adeo impudenter, in ipſa Confeſsione fidei veſtræ, Spiritui ſancto mentimini?

ARTICVLVS XI.

Nos credimus hoc vitium vere peccatum eſſe, ſufficiens ad condamnationem totius generis humani, vſque ad paruulos etiam ex vtero matris, & quod tale reputatur in conſpectu Dei.

DOCTOR.

89. Qvouſque tandem imperitis illis, qui veſtris aſſentiuntur dogmatis, fucum facietis? Nam è contrario, alibi Caluinianis ve-
A ſtris perſuadetis, illorum liberos ſanctificari, prædeſtinari, in numerum Electorum referri, & ſanctos eſſe Domino ex ipſo matris vtero. In fœdere adoptari, citra illius ſigillũ & arrhabona: denique, citra Baptiſma, eos in cœlos recta contendere? Caluinus namq; vult: *Infantes ex fidelibus parentibus genitos, ſanctos eſſe: & Eccleſiæ membra cenſeri debere, etiam antequam baptizentur.* Paulo poſt addit, *Per verbum, patefactam adoptionem, infantes nõdum natos ſanctificari: igitur Baptiſmum eſſe tantum obſignationem promiſsionis, & pignus ſacræ cõiunctionis cum Chriſto.* Idem in Epiſtolis aſſerit, *Baptiſma tantum eſſe ſignum ſalutis, & ſigillum*
B *adoptionis noſtræ: infantes enim ante Baptiſmum inſcriptos eſſe in librum vitæ.* Et Beza in Creophagia ſcribit, *Fidelium pueros, ex fœderis formula, ab vtero, coram Deo ſanctos eſſe.* Ibidem rurſum aſſerit: *Infantes natos ex fidelibus parentib. vel etiam ex altero parente fideli, eſſe ſanctificatos etiam ante vſum Baptiſmi.* Eodem errore infecti ſunt Zuinglius, Oecolampadius, Bullingerus, Vermilius, Aretius, Hemmingius, Gualtherus, & vniuerſa Sacramẽtariorum caterua. Profecto, ſi ſancti ſunt, vt hic vultis: non ſunt vere peccatores in conſpectu Dei, vt ſupra confitemini.

Secunda defenſ. contra Vveſtp.

Sed hic libet Authores veſtros percontari. 90.
C Quo tempore ſanctitas illa initium habet in infantibus? Si reſponderitis, Tẽpore conceptionis: tum aperte contradicetis Scripturis, vbiq; clamantibus, oẽs in peccatis concipi. Si tempore natiuitatis, iterũ expreſſo Dei verbo repugnatis. Dauid n. ex ſanctis parentibus natus, fatetur ſe in peccatis natum. Et Paulus de cunctis hominibus dicit: *Natura ſumus filii iræ.* Si ratione ſanctitatis parentum omnes liberi ſancti ſunt & ſalui: ergo fratricida Cain, impij Gigãtes, maledictus Cham, profanus Eſau, Abſolon parricida, Amnon inceſtuoſus, Ieroboam idololatra, Core & Dathan, Nadab & Abiu, & ſimiles plurimi,
D in numerum Sanctorum ſunt ac Electorum in regno Dei, quoniam ex pijs & fidelibus nati parentibus. Si reſponderint, illos ſalute & fœdere ſuis peccatis excidiſſe. Vbi dogma Caluinianum, quo aſſerunt, Electos nõ poſſe amittere Spiritum ſanctum: Nec poſſe peccare peccato ad mortem? Peccata Electorum tantum venialia eſſe, nũquam mortalia? Sic omni ex parte confunditur mendacium, obtinet autem Veritas.

Iob. 25. Pſal. 50. Rom. 3. Eph. 2.

Etiam poſt Baptiſmum, ſemper peccatum eſt quantum ad culpam: licet condamnatio abolita ſit filiis Dei, quã illis nõ reputat gratuita bonitate ſua.

DOCT.

DOCTOR.

19. Act.22. 1.Petr.3. Eph.5. Si ita ſe res habet, etiam ſacræ literæ nos in
fraudem impellunt, quæ tradunt, Baptiſmũ
abluere peccata, Baptiſmum nos ſaluos fa-
cere. Eccleſiam mundari hoc regeneratio-
nis lauacro, in verbo vitæ, ita vt non habeat
vllam maculam aut rugam. Inde temporũ
L. de Baptiſ. c.1.5. & 9. Apoſtolicorum ſcriptor Tertullianus ait:
Per hoc fœlix Sacramentum delicta priſti-
na ablui, & nos in vitam liberari. Hominem
reſtitui Deo, ad imaginem eius, qui fecit illũ.]
Et hoc ſignificatum fuiſſe per ipſum Regem
Ægypti, quem cum totis copiis aqua extin-
Epiſt.2. xit. Et clariſsimus martyr Cyprianus illud
appellat, Mortem omnium criminum, & vi-
tam virtutum. Item ait: Ab omni fœce con-
tagionis antiquæ, lauacri vitalis ſanctifica-
tione purgamur.] *Libro de diſciplina & habitu
virginum.* Sed & hoc animis veſtris, quæſo,
animaduertite, quod ſi verum eſſet quod
proponitis, ſequeretur, peccatum Adami
per generationem carnis contractum, longe
efficacius eſſe ad genus humanum contami-
nandum & perdendum, quam Chriſti ſan-
guinem, per Baptiſmum applicatum ad pur-
gandum & ſeruandum: ac proinde, illud re-
generationis & renouationis Sacramentum
nihilo plus prodeſſe, veteris legis figuris, aut
Phariſæorum ſuperſtitioſis ablutionibus. I-
mo longe plures & illuſtriores effectus ac
fructus attuliſſent aquæ diluuij, Maris rubri,
Petræ deſerti, Iordanis, Siloæ, & Piſcinæ pro-
baticæ, quam ſanctificati ad Baptiſandum la-
tices. Ita fieret, vt nec in mortem Chriſti
Rom.6. baptizaremur, nec Chriſtum Dominum in
Galat.3. Baptiſmo indueremus, nec cum eo morere-
mur, ſepeliremurque peccato, nec cum eo
reſurgeremus. Ita fieret, vt præcipua noſtræ
religionis à vobis conuulſa ruerent funda-
menta.

92. Id autem vobis hoc in negotio imponit,
quod pro culpa ſumatis, quod Paulus vult
intelligi, de quadam ad peccandum propen-
ſione, ſimul & pœna quadam pro peccato
inflicta, id eſt, fomite, deſiderio, & concupi-
Rom.7. & ſcentia naturali. Nec cogitatis quod idẽ Pau-
8. lus ſibi conſueta phraſi Hebræa, dicit, Chri-
2.Cor.15. ſtum pro nobis factum peccatum & male-
Galat.3. dictum, id eſt, hoſtiam pro peccato, pœnam-
Heb.10. & 13. que ſubiiſſe peccatis debitam. Eximium Ec-
L.1. de pec. cleſiæ Doctorem Auguſtinum exaudite de
merit. & hac re ſic differentem. Concupiſcentia vo-
remiſſ.c.22 catur peccatum habitans in membris no-
A ſtris. Sic eſt autem peccatum, vt ſit pœna pec- *L.1.de nu-*
cati.] Et alio in loco. Ipſa quidem concupi- *pti. & con-*
ſcentia iam non eſt peccatum in regeneratis, *cup.c.23.*
quando illi ad illicita opera non conſentiũt, *Exod.20.*
atque vt ea perpetrant, à regina mente mẽ- *Eccl.18.*
bra non dantur, vt ſi non fit quod ſcriptũ eſt,
Non concupiſces: fiat ſaltem quod alibi legitur.
Poſt concupiſcentias tuas non eas. Sed quia mo-
do quodam loquendi peccatum vocatur,
quod peccato facta eſt, & peccatum ſi vice-
rit facit reum, reatus eius valet in regenera-
to.] Et paulo poſt. Sic autem vocatur pecca-
tum, quia peccato facta eſt, cum iam in rege-
neratis non ſit ipſa peccatum: ſicut vocatur
B lingua, locutio quam facit lingua: & manus
vocatur ſcriptura, quam facit manus: ſicut
vocatur frigus pigrum nõ quod à pigris fiat,
ſed quod pigros faciat.] Eadem confirmat,
*L.6.contra Iul.c.5. & 11.lib.1. contra duas Epiſt.
Pelagianor.c.13.&c.* MINIST. Subiiciunt ni-
hilominus.

*Hæc peruerſitas ſemper producit tales fructus
malitiæ & rebellionis, vt, ſanctiores quantumuis re-
luctentur, tamen infirmitatibus & peccatis inqui-
nentur, quandiu hoc in mundo verſantur.*

DOCTOR.

C Vitilitigatores eſtis nimis importuni. Ec- 93.
quam, amabo, iniquitatem comperiſtis in *Malach.3.*
Præcurſore, qui à Prophetis angelus, ab of- *Mar.1.*
ficio, & vitæ integritate, appellatur? A Salua- *Matth.11.*
tore, pluſquam propheta, & maximus inter *Luc.1.*
natos mulierum? Ab Angelo, Spiritu ſancto
repletus, ex vtero matris ſuæ? Quibuſnã bea-
tiſsima Deipara peccatorum maculis aſperſa
eſt, quæ ab Angelo dicitur, Gratia plena, & *Luc.1.*
inter omnes mulieres benedicta? In qua fe- *Baſil. &*
cit magna Deus qui potens eſt? Quæ à priſcis *Chryſoſt.*
ſanctiſque Patribus prædicatur, cœlis pu- *Liturgia.*
rior, ipſis Cherubinis ſanctior, & Seraphinis
præſtantior: Quibuſnam ſceleribus alligatis
D ſanctam Elizabetham, Annam propheriſ-
ſam, Martham hoſpitem Chriſti, aut Magda- *Luc.1.2.10*
lenam à ſua conuerſione? Quænam etiam
cenſoria animaduerſione & authoritate ve-
ſtra, delictorum labes in Abrahamo, Iſaaco,
Iacobo, Ioſepho, Daniele, Iſaia, Ieremia, &
compluribus aliis, inſedit, quos Spiritus ſan-
ctus coram Deo iuſtos & ſanctos fuiſſe teſta-
tur? De peccatis ago capitalibus, & gehen-
na dignis? quando nulla venialia
eſſe Caluinus veſter cen-
ſuit.

ARTICVLVS XII.

Credimus quod ab hac corruptione & condamnatione generali, eos eximit Deus, quos in cōcilio ſuo æterno, in Domino noſtro ſola bonitate & miſericordia ſua, elegit, ſine operum conſideratione, &c.

DOCTOR.

94. SI opera & merita Chriſti, ab omni æternitate præuiſa, & Patri gratiſsima, ab hac diſputatione ſecludere inſtitueritis, ſupra modum vos in illum malignos & ingratos B Probatis. Nam ob id Pater eos elegit, qui in eum eſſent credituri & ſperaturi. Ideoque & Apoſtoli memoriæ tradiderunt, eum occiſum fuiſſe ab origine mundi. (Apoc. 13.) Eundemq; fuiſſe & heri, & hodie, & vſq; in ſæcula. (Heb. 13.) Deum nos elegiſſe in ipſo ante conſtitutionem mūdi. (Epheſ. 1.) Nos prædeſtinaſſe in adoptionem per Ieſum Chriſtum. &c. Adhæc pertinent hæc B. Auguſtini: (Præfat. in Pſal. 150.) Prædeſtinatio noſtra non in nobis facta eſt, ſed in occulto apud Deum in eius præſcientia. Tria vero reliqua in nobis fiunt, Vocatio, Iuſtificatio, & glorificatio. C Vocamur prædicatione pœnitētiæ. Sic enim cæpit Dominus euangelizare: (Matth. 4.) *Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Iuſtificamur, inuocatione miſericordiæ, & timore iudicii. Hinc eſt quod dicitur, (Pſal. 55.) *Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me.* Non timet iudicari, qui impetrauerit ante ſaluari. Vocati renunciamus diabolo per pœnitentiam, ne ſub iugo eius remaneamus. Inſtificati ſaluamur per miſericordiam, ne iudicium timeamus. Glorificati tranſimus in vitam æternam, vbi ſine fine laudamus.

Natura noſtra nullum bonum motum, nullum ſtudium, nullam cogitationem habere poſſumus.

95. D Parum cohærentia & conſentanea ſuperioribus nunc loquimini. (Act. 9.) Dixiſtis enim in *homine ſupereſſe diſcretionem boni & mali. Voluntatem faciendi hoc aut illud.* Quæ facultas non eſt mala: contrarium igitur conſequi videtur. Præterea, anima viuens, intelligens, volens, & ratione vtens, citra ſpecialem Dei gratiam, poteſt ſuos colere parentes, adeſſe proximis, pauperibus pias largitiones facere, afflictis eſſe ſubſidio, virtutes morales ſibi comparare, illarum fungi actionibus; quod in innumeris ethnicis, philoſophis, &

A peccatoribus eſt maxime perſpicuum & planum. Docet id quoq; Apoſtolus, dicens: *Gentes non habentes legem, ea quæ legis ſunt naturaliter faciunt.* (Rom. 2.) Non eſt ergo tam deprauata, tamque effœta natura, vt clamitare conſueſtis. B. Auguſtinus hæc comprobat exemplo Cornelij gentilis, qui cum nondum eſſet Eccleſiæ coniunctus, nec Chriſtum agnoſceret, eleemoſynis & orationibus ſuis meruit Angelum ad ſe mitti, & miſſum intueri. (L. l. 1. de Baptiſ. contra Donatiſtas. c. 8.) Item exemplo Romanorum, qui opulentiſsimo & præclaro imperio, ſuis virtutibus moralibus, Deo donante ſunt potiti. (Epiſtol. 5. ad Marcellinum.) Et ante hunc Cyprianus ſcribens: (Lib. de oratione Dom.) Cornelius cum oraret, meruit audiri. (Act. 10.) Fuit faciens multas eleemoſynas in plebem, & ſemper orans Deum. Hinc circa horam nonam oranti adſtitit Angelus teſtimonium reddens operibus ſuis & dicens: Corneli, orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt ad memoriam coram Deo.]

Donec ipſe Deus nos prauenerit atque diſpoſuerit.

Omnis illa communis & generalis diſpoſitio vniuerſis conceſſa, in anima ratione vigente, mirifque facultatibus munita, naturæque lege cordibus cunctorum hominum inſculpta, vt nunc ex Romanis, Cornelio, ac Philoſophis oſtendebamus, ſufficit ad pios motus, affectuſq; virtutum moralium animo concipiendos: ſuntque Diſpoſitiones atque præparationes ad ſpecialem Dei gratiam ſuſcipiendam. 96. Id manifeſte comprobatur exemplis Ægyptiarum obſtetricum, quæ (Exod. 1.) duce naturali humanitate & pietate, Hebraicarum mulierum fœtus ſuſcipiebant, & inuito Pharaone ſeruabant: quamobrem Deus eas ſine mercede eſſe non ſuſtinuit. Deinde, Raab meretricis, quæ exploratores populi (Ioſue. 2.) ſuſcepit, abſcondit, & ſaluos emiſit: hincque (Heb. 11.) ſeruari à ſuorum communi excidio meruit, & populo ſacro cooptari. Denique, mulieris (Matth. 15.) Chananeę ac ſexcētorum taliū, qui ſola duce natura, ac vnico concurſu generali ad diuinam gratiam ſpecialem ſeſe præparauerūt atq; diſpoſuerunt. Præcipit enim Propheta: (1. Reg. 7.) *Præparate corda veſtra Domino.* Et Sapiens ait: (Prou. 16.) *Hominis eſt præparare animam, & Domini gubernare linguam.* Iubetq; turbis peccatricibus Præcurſor, (Matth. 3.) *præparare viam Domino.*

ARTI-

ARTICVLVS XIII.

Credimus quod in ipſo Chriſto,id omne nobis oblatum & datum fuit,quod ad ſalutem noſtram requirebatur: qui cum nobis datus ſit ad ſalutem, factus eſt nobis ſapientia,iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. Adeo vt declinando ab ipſo, abrenuncietur miſericordiæ Patris, ad quem conuenit vnicum habere refugium.

97. PRimum in his mihi peccare videmini, quod nimis arroganter deſpicitis Spiritũ ſanctum, cum cunctis donis ac beneficiis eius. Contra vero docet Chriſtus, aduentum, officia, & beneficia illius ſic ad ſalutem noſtram fuiſſe neceſſaria, vt ſine iis, non fuiſſet perfecte abſolutum Redemptionis humanæ
Io.14. myſterium. *Rogabo Patrem*, inquit, *& alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum Spiritus veritatis*. Quorſum tantæ preces, aliuſq; conſolator, ſi omnia in Chriſto, cum excluſione Spiritus, data fuerũt? Et rurſum:
Ibidem. *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixi vobis*. Ergo Apoſtolis, Euangeliſtis, Diſcipulis, id eſt, prioribus Eccleſiæ paſtoribus omnino neceſſarius fuit hic Spiritus, vt munus à Chriſto ſibi cõmiſſum adimplerent, docendo, baptizando,
Io.16. ſeruando omnes nos. Iterum dicit: *Cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio*: quod per linguas, miracula, labores, & ſcripta Apoſtolorum egregie præ-
Ibidem. ſtitit. Rurſuſq; docens quam ſaluti noſtræ neceſſarius eſſet aduentus illius, ait: *Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Non omnis ergo veritas nobis innotuiſſet, ni Spiritus reuelaſſet. Hinc Tertullia-
L. de velãdis virg. c. 1. nus. Propterea Paracletum miſit Dominus, vt quoniam humana mediocritas omnia ſemel capere non poterat, paulatim dirige-
Serm. de Spir. ſancti. retur & ordinaretur, & ad perfectum ordinaretur diſciplina. Et Cyprianus prædicans illum fontem omnium bonorum, ait Spiritus rectus, Spiritus ſanctus, Spiritus principalis regit, componit, conſummat, & perficit quas inhabitat mentes, & corda quæ poſſidet: nec errare patitur, nec corrumpi, nec vinci quos docuerit, quos poſſederit, quos gladio potentiſsimæ virtutis accinxerit. &c.

98. Deinde, nec ſine errore ſcribitis, *Eos abrenunciare miſericordiæ Dei Patris, qui vel tantillum declinant à Chriſto*. Contigit namque declinare ab ipſo peccatis ignorantiæ ac infirmitatis humanæ, vt non ideo Patris miſericordiam abnegemus, aut recuſemus: quod peccatum eſt infidelitatis, malitiæ, atque deſperationis, cuiuſmodi fuit peccatum Iudæ, plurimum diſtans à peccato Petri. Sic & peccatum Dauidis carnis ex infirmitate procedens; nec miſericordiæ Patris renuncians, non idem fuit cum ſceleribus Caini, Achitophelis, & Saulis, qui omnem ſpem ex animis abiecerunt.

Sed vero grauius hoc veſtrum crimẽ eſt, 99.
quod adiicitis, *Patrem vnicum eſſe noſtrum refugium*: cum veſtro comminiſtro Danæo negantes, vllum nobis relictum eſſe ad Filium. Ait enim ille, *Eum maledictum eſſe proprio ore* Examine
Dei, qui ad Chriſtum hominem confugerit, aut eum Libri Chẽ-
inuocauerit & adorauerit: quod & Richerus nitij.
collega veſter in Francia Antarctica à Caluino miſſus, palam prædicauit, & ſyngrapha ſua comprobauit. Quantum quæſo, ſcelus? Quam immane crimen? Quam grauiter dã- Luc. 2.
natum & reprobatum exemplis ſanctorum Matth. 2.
Paſtorum, Magorũ, Centurionis, Petri, Cha- 8. 14. 15.
nanææ, matris filiorum Zebedæi, puerorum, 20. 28.
& Apoſtolorum, qui eidem in carne poſiti & frequenter, & ſummiſſe, & ſalutariter ſupplicauere? Audite ſanctum Latronem ad eũ confugientem: *Memento mei dum veneris in regnum tuum*. Et Stephanum inuocantem? *Do-* Luc. 23.
mine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum: & ab hac im- Actor. 7.
pietate veſtra mature ſerioq; reſipiſcite.

ARTICVLVS XIV.

Credimus Ieſum Chriſtum, cum ſit ſapientia Dei, & Filius æternus, &c.

DOCTOR.

CVM non additis quoties ſic loquimini *Genita & Producta*, miſere commiſcetis & 100.
confunditis Perſonam filii, cum vna diuinarum perfectionum, quæ eſt Sapientia nec genita nec producta: ſed communis, & re eadem cum Patre, Filio, atque Spiritu ſancto. Atq; teterrimo errore veram veræ Trinitatis rationem ſubuertitis, & Sabellianiſmo prope acceditis. De hoc iam diximus ſupra, §. 50. & lib. 3 c. 1.

Induiſſe carnem noſtram, vt eſſet Deus & homo in vna perſona, & homo ſimilis nobis patibilis in corpore

corpore & anima , niſi quod purus fuerit ab omni macula.

101\. Non debuiſtis in primis præterire Ex B. Maria Virgine: has etenim particulas Apoſtoli, & ſi breuiſsimum admodum Symbolum conderent, nequaquam ſibi duxerunt omittendas. Sed mauultis veſtram dicendi copiam effundere, vt ſex & triginta, eidem inuratis ſcelerum & infamiarum notas: quas ſuperius ex veſtris ſcriptis collegimus, retulimus, confutauimus, Sed quid? Ita placuit animis veſtris, vt manifeſtius vos patefaceretis & comprobaretis ſemen eſſe illius Serpentis, qui cum illa perpetuas gerit inimicitias. Sed gaude Maria virgo, quæ cunctas hæreſes interemiſti in vniuerſo mundo.

Lib. 10. c. 5. 6. & 7. Gen. 3. Apoc. 13.

102\. Quod ſubnectitis, *vt eſſet Deus & homo in vna perſona*, vt veriſsimum eſt aduerſus Neſtorij crapulam: ſic ſtare nunquam poterit cũ illa Bezana aſſertione, quod in eodem Domino Ieſu duæ ſunt vniones hypoſtaticæ, vna inter corpus & animam, altera inter Deũ & hominem: à qua hæreſi plane Neſtoriana nec ſæpe monitus vnquam reſipiſcere voluit. Sed & author veſter Caluinus hãc aperte labem incurrit, cum nõ raro ſecernit perſonam Mediatoris, à Perſona Filij Dei. An non hæc ex diametro opponuntur iis, quæ in hoc loco profiteri videri vultis? Vos quoque conſentiẽtes Apoſtolo Geneuano, quod *Perſona* tantum dicat, *Proprietatem quæ animo noſtro concipienda ſubiicitur*, quot in Chriſto ſunt proprietates & facultates, tot conſtituitis hypoſtaſes ſeu perſonas, non vnicam & ſolam. Denique, ſi Maria virgo Deum nobis protulit & hominem, vereque peperit Emmanuelem, haudquaquam recuſare debetis eam prædicare & celebrare Deiparam, Dei genitricem, & Matrem Dei: non inſtar canũ tingere, cum id à nobis fieri auditis.

L. contra argum. Brẽtii pag. 513. 638. 659. Inſtit. l. 1. c. 13. §. 9. 23. 24.

103\. Venenum quoque abſconditis ſub his verbis veſtris, *Similis nobis*: quandoquidem velitis alibi, eum non eſſe natum ex integra Virgine: ſed illam autumatis læſam, violatã, corruptamque fuiſſe in partu, inſtar vniuerſarum aliarum fæminarum dum à viris corruptæ parturiũt. Nec eximitis ab eo propenſiones ad malas turpeſque cogitationes, motus inordinatos, legem membrorum, ignorantiam ac cæcitatem intellectus, voluntatis prauitatem, memoriæ lapſus, & ſimilia, quæ in nobis ex peccato originis, quod nullatenus ipſe contraxit, relicta ſunt ad virtutis exercitamentum. Præterea, negatis eum à primo conceptionis ſuæ inſtanti fuiſſe animo

Supra, L. 4. c. 2. L. 5. c. 2. 3. 4. &c.

A perfecte beatum, omniſcium, & plenum gratiæ ac veritatis: in iis & aliis plurimum nobis diſsimilis.

104\. Cum additis *Chriſtum patibilem fuiſſe in corpore & anima*. Verum id quidem, quoniam anima eius ſimul cum corpore perpeſſa eſt eas pœnas, & dolores, quæ coram Deo ſatis eſſe potuerunt pro peccatis totius mundi, & diligenter ab Euangeliſtis referuntur. At vero non iram, non maledictionem Dei, non anxietates conſcientiæ, quaſi reipſa eſſet à Deo maledictus, & in æternum reprobatus. Non dubitauit, non deſperatione fractus voces deſperationis plenas emiſit, vt horri- B biliter veſter Caluinus dixit: nos autem ſupra, copioſe ſatis refutauimus, toto lib. 5.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

105\. *Niſi quod purus fuit ab omni macula*, recte iureque omnium optimo ſubnectitis: in hoc etiam veſtrum damnantes Caluinum qui illum & ignauiæ, & mollitiei animi coarguit: quod ſuum Redemptoris munus obire detrectauerit, impoſsibilia ſibi à Patre dari poſtulauerit, vota emiſerit caſtiganda & reuocanda, &c. quæ blaſphemiæ ſunt omnibus Chriſtianis exſecrandæ. Verba hæretici recitauimus & confutauimus toto ſuperiore libro quinto. Sequitur.

In quo deteſtamur omnes hæreſes, quibus anti- C *quitus turbatæ fuerunt Eccleſiæ: & præſertim diabolicas imaginationes Serueti, &c.*

106\. Cur ita contra propriæ Conſcientiæ teſtimonium verba facitis? Nonne aperte inſtauratis Manichæorum & Marcionitarum contra libertatem arbitrij humani delirationes? Aerianorum aduerſus Epiſcoporum præſtantiam, & ſuffragia quæ pro defunctis fiũt, errores? Iouinianorum contra ieiunia, vota monaſtica, Virginitatis præſertim merita, in morem declamatis? Vigilantianos & Berẽgarianos non modo ſequimini vt parentes, verum longe in erroribus ſuperatis. Docui ſatis abunde quomodo cum Arrianis in mul- D tis conuenitis: Tubingenſes vos vere Eutychianos eſſe probant. Et veteres hæreſes vos deteſtari iactatis? Credere ſi fas eſt.

Cum Serueto faſciculis & flammis certaſtis, nec immerito: verum cathenam auream, quæ illi de collo dependebat reformate vobis ſeruaſtis.

ARTI-

ARTICVLVS XV.

Credimus in eadem perſona Chriſti duas eſſe naturas, inſeparabiliter coniunctas & vnitas: manet tamen qualibet in ſua diſtincta proprietate, ſic vt in hac coniunctione natura Diuina retinens proprietatem ſuam manet infinita & replens omnia: & natura humana manet finita, ſuam habens formam, menſuram & proprietatem.

DOCTOR.

107. INtimum valde ac maxime proprium eſt cuique ſingulari naturæ humanæ, vt in proprio ſuo ſubſiſtat. At vero ſingularis ea natura quam ſibi Verbum aſſumpſit, non in proprio ſuppoſito conſiſtit: ſed in Diuino, nimirum, vnici Filij Dei viui. Non omnem ergo in vniuerſum retinet humanam proprietatem ſuam, quam alias habuiſſet, ſi non fuiſſet aſſumpta. Hoc cæci ac imprudentes Miniſtri nec viderunt, nec in hoc loco, aberrantes, obſeruauerunt. Deinde, maxime proprium eſt, imo & naturale cuilibet homini, vt ab homine, ſemineque corrupto, in matre corrupta concipiatur, & cum multis
Sap. 7. ærumnis naſcatur & impuritatibus. *Nemo ex Regibus habuit aliud natiuitatis initium.* At homo aſſumptus, conceptus eſt de Spiritu Sancto, & natus ex Maria virgine. Hoc vel negent Miniſtri cum Iudæis, Ebionitis, & aliis hoſtibus Chriſtiani nominis neceſſe eſt: vel non in vniuerſum omnes naturæ humanæ proprietates in humanitate per Verbum aſſumpta ſeruari atque ſupereſſe confiteantur.

108. *Et humana natura* (inquiunt) *manet finita: ſuam habẽs formam, menſuram, & proprietatem.* Vaferrimi ſacrorum interpretes, mellitis iſtis verbis graues illos ac infandos errores occultant, quibus negant Deum omnipotentia ſua infinita, poſſe aut intelligere, aut velle, vel facere, vt hæc humanitas Chriſti ſuper omnes cœlos ſemel euecta, nobiſcum ſimul ſit in terris, ſub minori forma, quantitate, aut figura, quam propria & naturali: eſſe in loco, ſine repletione loci: ſit nobiſcum certa illa ratione, quæ in ſenſus non cadat: non ſenſibilis: non viſibilis, non mortalis, &c. quæ totidem ſunt in Omnipotentem Deum contumeliæ. Addunt,

Sup. l. 1. c. 14.

A *Et licet Chriſtus reſurgendo corpori ſuo immortalitatem dederit, non abſtulit tamen naturæ ſuæ veritatem. Et ſic eum conſideramus in Diuinitate, vt non exuamus eum humanitate.*

Ad eundem ſcopum his quoque collineantes, ſemel & iterum nihilominus aberrãt. 109
Primo, concedentes hic Chriſtum à ſeipſo reſurrexiſſe, dando corpori ſuo immortalitatem: alibi autem contendentes eundem non potuiſſe corpus ſuum è ſepulcro educere, ideoque opus fuiſſe, vt ad eum excitandum Pater brachium virtutis ſuæ exereret. Quaſi vero non eſſet eadem Patris & Filij virtus, ac omnipotentia; treſue omnipo-
B tentes, & non vnus omnipotens. Aut qui alios à morte ad vitam reuocaret iubendo, *Adoleſcens, ſurge: Puella, ſurge: Lazare, veni foras,* non poſſet proprium corpus rediuiuum facere.

Supra l. 3. c. 12. — Luc. 7. & 8. — Io. 11.

Errant ſecundo, quando cum Authore ſuo prædicant, Naturalem Chriſti ſanguinem non eſſe cum viuifica illius carne coniunctum: vnde ſequeretur eum non perfecte integreque reſuſcitatum eſſe. Inſuper, quando cum Aulachio, Bauaro, Eraſto, ac Oſiandro comminiſtris ſuis, aiunt, Sanguinem Chriſti ante annos quingentos in terram effuſum computruiſſe, nec ſupereſſe
C amplius in rerum natura: quod eſt omnem veritatem, & integritatem humanitatis detrahere. Denique, in omnem peccant & Philoſophiam & Theologiam, ſupponentes accidentia, qualitates, quantitates, locorum repletiones, menſuras, & proprietates externas, de genere eſſe ſubſtantiæ, & res etiam per ſummam Dei omnipotentiam, à ſubſtãtia ſubiecta inſeparabiles. Hæc omnia ſolide refutauimus Libro primo.

110. Cal. in c. 26. Matth.

ARTICVLVS XVI.

D *Credimus quod Deus mittens Filium ſuum voluit patefacere amorem & ineſtimabilem bonitatem ſuam erga nos, tradendo eum in mortem, & à morte ſuſcitando, vt adimpleret omnem iuſtitiam, nobiſque vitam cœleſtem acquireret.*

Hic & alibi frequenter per omiſſionem offenditis, ſolius amoris & bonitatis Diuinæ commemoratione: cui addere ſimulque coniungere deberetis, Deum in Filij ſui aduentu & morte palam mundo demonſtraſſe, quam grauia, quamque infenſa ſint illi peccata noſtra: inſuper, quam ſit etiã acerba 111.

ira ſua: quando non niſi hoc medio ac remedio, tanquam conuenientiori potuerunt aut illa remitti, aut iſta placari. Præterea, demonſtraſſe, quam infinita & mirabilis ſit omnipotentia ſua, qua tam illuſtre & ſpiritale facinus edidit, vt Deus homo factus moreretur, ſatisfaceret, ſepeliretur, & in rem omnium mortalium reſurgeret, & in cœlos conſcenderet. Adhæc; etiam demonſtraſſe infinitam Sapientiam ſuam, qua huiuſmodi rationem tam conuenientem adinuenit, vt ſaluti noſtræ conſuleret. Inſuper, pluſquam paternam Prouidentiam demonſtraſſe, qua Electos ſuos ab æterna damnatione eriperet atque ſaluaret. Item, ſummam patefeciſſe Veritatem, quæ nec falli poteſt, nec fallere, in promiſsis Patribus factis perfecte adimplendis. Oſtendiſſe denique inſuperabilem fortitudinem, quando immanem & ferocem illum hoſtem noſtrum Diabolum ſic perdomuit, infernum ſpoliauit, mortem peruicit, momordit, morteque ſua interfecit. &c. Hæ etenim, & aliæ plurimæ perfectiones æque ſunt Deo intimæ ac eſſentiales, relucentque non minus in aduentu & morte Chriſti, quam ſummus illius amor, ac inæſtimabilis bonitas. MIN. In articulo ſequenti aiunt.

ARTICVLVS XVII.

Credimus quod vnico illo ſacrificio, quod Dominus Ieſus obtulit in cruce, reconciliati ſumus Deo, vt iuſti teneamur & reputemur coram illo.

DOCTOR.

112. HOrrendum plane, quod etiam his paucis verbis, quinquies à vero rectoque aberretis. In primis, cum ſilentio veſtro primum, maximum, & nobiliſsimum illud Sacrificium internum atque ſpirituale ſanctiſſimæ voluntatis Seruatoris noſtri, ex propoſito prætermittitis: de quo Regius Pſaltes, & Doctor gentium: *Hoſtiam & oblationem* (Pſal. 39. Heb. 10.) *noluiſti; corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. In qua voluntate ſanctificati ſumus, &c.* Omnis namque dignitas ac efficientia externi ſacrificii, in cruce peracti, ab huius interni (quod ſilentio veſtro nequiter ſepelire ſtudetis) virtute & præſtantia dependet.

113 Hinc peccatis, prætereuntes ſolennem

A ſanctamque oblationem eius Patri factam, ab ortu eius die quadrageſimo, ſecundum quod ſcriptum eſt in lege Domini. (Luc. 2.) Auderetne aliquis veſtrum dicere, huiuſmodi ſacrificium, aut inutile, aut parum momenti fuiſſe ad impetrandam à Patre noſtram ſanctificationem & ſalutem?

114. Aberratis tertio, de ſacrificio ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, quo ſub ſpeciebus panis & vini proprium corpus & ſanguinem Deo Patri ſuo obtulit in menſa, poſt peractam cum Apoſtolis ſuis cœnam vltimam, non ſine fraude & inſigni perfidia, obmuteſcentes. (Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Io. 6. 1. Cor. 10. & 11.) Tum enim illud Patri ſuo offerebat B ſcilicet corpus & ſanguinem in remiſſionem peccatorum: ſimulque præcipiebat Apoſtolis, hoc idem facere in mortis, & aliorum beneficiorum ſuorum commemorationem; vt ſacerdotium ſuum ſecundum ordinem Melchiſedec compleret: ſimulque huic Prophetiæ ſatisfaceret: *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo, oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum:* (Gen. 14. Pſal. 109. Heb. 7. 8. 9. 10. Malach. 3.) quæ etiam veteres Hebræorum Rabbini, nedum ſancti & veteres patres Chriſtiani de hoc intellexerunt ſacrificio, vt copioſe demōſtrauimus. (L. 4. c. 34.) Annot. in S. Irenæum.

C 115. Quarto, quando aliis in locis æque impie atque aperte ampliſsimos fructus, ac mirabiles plane huius ſacrificii in cruce peracti vtilitates, cum Caluino veſtro extenuatis, parui facitis, blaſphematis. Ait enim ille author veſter: *Chriſtum ſimpliciter & per ſe, oppoſitum iudicio Dei, nihil meruiſſe. In eius crucifixi contemplatione fidem Chriſtianam nihil reperire, quo ſe ſuſtentet. Illic tantum apparere carnis infirmitatem, ac extremæ deſperationis materiam. Nihil ſalutis noſtræ illum egiſſe, ſi corporea tantum morte defunctus fuiſſet. Sua paſsione & morte nihil ſibi meruiſſe. Non eſſe paſſum & mortuum pro peccatis totius mundi. &c.* Hæc ex illius verbis D peruicimus, ſimul & aperte refutauimus, ſupra, *Lib. 4. cap. 17. & lib. 5. cap. 1. 7. 14. 15.* Oportet ſane, vt hæc nobiſcum habeatis deteſtationi & execrationi: vel non ſerio id credatis, quod in hoc Confeſsionis veſtræ articulo palam profitemini.

116. Subnectentes, *vt iuſti teneamur, & reputemur coram illo*, quintum errorem veſtrum exponitis. Ille eſt contra veram Remiſsionem peccatorum, quæ dicitis, non vere per gratiam Dei lauari & deleri: ſed reapſe manere etiam in ſanctioribus viris, eoſdemque re vera contaminare & pollutos ſiſtere corā Deo.

Deo. Remiſsionem autem eorum tãtum in A eo conſtituitis, quod Deus illa non reputet, non iudicet, non puniat, eadem ſe non perſpicere fingat. Contumelioſa ſane verba in Sanctum ſpiritum, qui caritatem effundit in corda noſtra. Contumelioſa in ſanguinem Chriſti, quaſi non poſſet emundare nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Cõtumelioſa in omnes ſanctos ac electos eius, quaſi non lauiſſent atque dealbaſſent ſtolas ſuas in ſanguine Agni, Vobiſcũ etiam mox turpiſsime confligitis, addẽtes: *Chriſtum noſtras ſepelire culpas, noſtrum eſſe lauacrum, noſtrã eamque perfectam & integram emundationem.* Si enim ita eſt, vt ex animo & nos credimus & profitemur, omnino vere, ac reipſa, omnia eluit, mundat, detergit peccata: & non externa ſolum fictaque imputatione. De hoc ſuperius copioſe egimus, *libro octauo, capite tertio.* MINISTER. Adiiciunt tandem.

In morte Chriſti integram ſatisfactionem habemus, vt à peccatis & iniquitatibus liberemur, & non niſi hoc remedio poſſumus liberari.

DOCTOR.

117. Si hoc creditis ex animo, conſequens eſt, vt Caluinum veſtrum ex theatro fidelium exſibiletis & explodatis, eo quod ſcripſerit & vulgauerit, *nihil per illam mortem corpoream pro noſtra ſalute effectum fuiſſe, illam per ſe & ſimpliciter iudicio Dei non poſſe opponi. Nihil in ea reperiri, quo fides noſtra ſuſtentetur. In illa tantum apparere extremæ deſperationis materiam*: quæ ſunt pluſquam Turcicæ ac Iudaicæ blaſphemiæ: quibus vos aut teterrimos hypocritas, aut pernicioſos ſeductores: aut certe de ſummis doctrinæ Chriſtianæ capitibus vobiſcum, Andabatarum more pugnantes patefacitis.

ARTICVLVS XVIII.

Credimus quod omnis iuſtitia noſtra fundata eſt ſuper remiſsione peccatorum, vt etiam ſola noſtra felicitas eſt, vt dicit Dauid. &c.

DOCTOR.

118. CVm alibi doceatis peccata reipſa ſemperque manere in Sanctis, tametſi non imputentur; nonne veram peccatorum remiſsionem pernegatis? Nam ſi reipſa manẽt, ſed externa ſolum imputatione, externo tantũ fauore teguntur ne appareãt: profecto non eluuntur, non delentur, non proprie remittuntur. Sed veram admittamus condonationem atque remiſsionem eorũ, illa certe non eſt aliud quam diſpoſitio & præparatio ad ſequentem gratiam, veramque ac cæleſtem fœlicitatem. Conſtat namque certis Theologorum rationibus & argumẽtis, Remiſsionẽ peccatorũ, Infuſionẽ gratiæ, (quæ præcipuum eſt animæ decus & ornamentum) & conſequutionem gloriæ tres eſſe varias & ſuccedẽtes ſibi motus ſpecies. Erratis ergo id finem ducentes, quod tantum attinet ad media: & totum tribuen- B tes vni tantum diſpoſitioni.

Adſcribentes vocem excluſiuam *Sola* regio Prophetæ, quam ille nũquam adhibuit, 119.
in capita veſtra eas maledictiones accerſitis quas Deus comminatur iis, qui verbis ſuis addiderint. Deinde, nõ agit ille toto Pſalmo *Pſal. 31.*
trigeſimo primo, de fœlicitate æterna, quæ *Rom. 4.*
tantum eſt beatorum videntium Deum fa- *1. Cor. 13.*
cie ad faciem ſicuti eſt: ſed duntaxat Viatorum, qui hîc adhuc cum hoſtibus militant, quæ in vera fide, ſpe, & caritate conſiſtit. De qua diſſerit Chriſtus: *Beati pauperes ſpiritu.* *Matth. 5.*
Beati qui lugent, qui eſuriunt & ſitiunt, qui perſe- *Luc. 6.*
quutionem patiuntur, &c. Hæc autem tantum C diſponit & præparat ad alterius conſequutionem. Si hæc ſola vobis ſufficit, cœleſti ac æternæ nuntium remittitis. Omnis veſtra fœlicitas tantum in terris eſt. Additur.

Quam ob cauſam reſpuimus omnia alia media, quibus poſſemus iuſtificari coram Deo: & ſine vlla præſumptione de virtutibus aut de meritis noſtris, obedientiæ Chriſti adhæremus.

DOCTOR.

Si omnia, ergo reſpuitis Fidem, quam aliis 120.
locis ſuper omnes iactatis Thraſones: Reſpuitis & Spem animarum noſtrarum firmiſsimam anchoram, & ſine qua in æternũ D eſtis perituri. Reſpuitis Caritatem, ſine qua nihil proſunt Fides, Spes, Sapientia, eleemoſinæ, preces, miracula, Martyria. Reſpuitis gratiam infuſam in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. Reſpuitis Baptiſmum lauacrum regenerationis & renouationis. Reſpuitis pœnitentiam, ſine qua omnes peribimus. Reſpuitis & Chriſtum IESVM cum vniuerſis mortis & paſsionis ſuæ meritis, ſola ea contenti imaginaria ac externa imputatione iuſtitiæ. Sic ad quemlibet veſtrum dicit Spiritus: *Euomam te ex ore meo: quia dicis,* *Apoc. 3.*
quod

quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egō: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cacus, & nudus.

121. Ecqui etiam præſumeretis de virtutibus,
Initio Catechiſmi. aut meritis veſtris, cum palam dicatis, affirmetis, & pronuncietis; *Vos omnes, & ſemper, &*
In c.6.Io. v.41.& 42. *vbique in Deum peccare, tranſgredientes mandata illius; Chriſtum nō aſpicitis*, ait Caluinus veſter, *niſi carneis oculis; ideoque fit vt nihil in ipſo magnificum vobis appareat? Vitioſo veſtro ſenſu quidquid in ipſo eſt, eiuſdemque doctrina, peruertitis, Multa falſa arripitis, quæ Euangelij contemptum pariant?* Et aliis in locis. *Nihil minus eſtis, quam*
In c.10.Io. Antidoto. Conſ. in c.5 Reſp. Beza in Confeſſ. fidei. *oues; ſed potius leones, tygres, vrſi, lupi, canes?* Dum existimatis *omnia bona opera peccata eſſe? Fœtere coram Deo, ſicut ſtercora Caluini? Pollutiones gratiæ Dei?* Cum pari odio merita & virtutes perſequamini? Verum ſublato verbo *Præſumendi*, quod eſt vitij, & nos vobiſcum reprobamus: cur tam ſuperbe aſpernamini Fidem, Spem, Caritatem Theologicas virtutes? Num ad iuſtitiam, ſalutemque ſunt pernecessariæ? Quis vnquam iuſtus erit, nō credens, nō ſperans, nō amās Deū? Sine oratione, ſine humilitate; ſine caſtitate; ſine miſericordia; ſine prudentia, ſine fortitudine, ſine iuſtitia, ſine caſtitate ſine ſobrietate? Surgent pro certo, ſurgent Philoſophi ethnici contra vos in iudicio, & prauam generationem Miniſtrorum iudicabunt, &c.

122. Quod ad merita ſpectat, non poteſtis ea negare quin, ſimul expreſſa Diuinis libris verba deleatis, quæ vbique teſtantur Deum redditurum vitæ æternæ mercedem atque retributionem piis Sanctorum operibus.
Io. 5. Matth. 25. Pietatemque habere promiſsionem vitæ
1. Tim. 4. præſentis & futuræ. Nam, etiam Miniſtrali
Pſal. 27. veſtro iudicio, Retributio idem eſt quod
Gallico. Meritum. Vnde & Sapiens ait: Seminanti
Prou. 11. iuſtitiam, merces fidelis. Reddet iuſtis mer-
Sap 10. cedem laborum ſuorum. Eſt merces operi
Ierem. 31. tuo. Merces veſtra copioſa eſt in cœlis. V-
1. Cor. 3. nuſquiſque mercedem propriam recipiet.
2. Io. Mercedem plenam accipietis. &c. Et de re-
Pſal. 18. tributione ſunt etiam aperta teſtimonia. In
118. 141. cuſtodiendis illis (mandatis diuinis) retributio multa. Retribue ſeruo tuo. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. Me expectant iuſti, donec retribuas mihi. Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum. &c. Ergo ampliſsimis vtriuſque Teſtamenti verbis Virtutibus, & virtutum officiis repoſita eſt merces, rependetur retributio, ſicque merita coronantur coram Deo. Et cum Diuinæ munificentiæ ac liberalitati complaceat, ita beare & remunerari Virtutes, quas in nobis, non tamen ſine nobis operatur, vultis vos recuſare? An ocul⁹ veſter nequā debet eſſe quoniam ille bonus & munificus eſt? MINIST. Perſequamur reliqua. Luc. 14.

Obedientia Chriſti nobis imputatur, tam vt cooperiantur peccata noſtra, quam vt gratiam & fauorem inueniamus coram Deo.

DOCTOR.

Relabuntur denuo in barathrum Impu- 123.
tationis ſuæ: & nullam aliam iuſtitiam aut gratiam nouerunt, quam imputatiuam: nō aliam innocentiam vel ſanctitatem, quam fauorem externum: non aliam remiſsionē peccatorum, quam velum, integumentum, atque diſsimulationem eorum: non gratiā efficaciter detergentem, eluentem, abluentem & dealbantem (vt loquitur Scriptura) Apoc. 7.
illorum fœditatem atque turpitudinem. Hanc ob rem minoris faciunt paſsionem, ſanguinem, & mortem Chriſti, vt emundet abſtergatque maculas animarum noſtrarum, quam veteris Adæ peccatum ad polluendum & contaminandum. Denique, ſic diuos omnes qui iam recepti ſunt in ſedes beatorum, habent adhuc vere inquinatos infectoſque omni labe criminum, quæ in terris cōtraxerunt: horrendumque in modum cœlos inferis commiſcerent. De his abundantius ſupra, libro octauo; cap. 3.

Credimus, quod ab hoc fundamento vel tantillum declinantes, nullam alibi poſſumus requiem inuenire: ſed ſemper agimus inquieti, nunquam ſumus tranquilli, nunquam pax nobis eſt cum Deo, donec hoc ratum, firmum, & nobis perſuaſum habeamus, nos Deo gratos & caros eſſe in Chriſto.

DOCTOR.

Prima, ſecundaque Theſis veſtra, in vo- 124.
bis certe apertiſsima & veriſsima ſunt. Quomodo enim ſedati eſſe poſſent animi veſtri, aut tranquilli, cum ſitis ἀνάθεμα κὴ ἀπόῤῥιμμα, extra Eccleſiam? Tot conſcij hæreſeon & blaſphemiarum? Authores tot tantarumque turbarum, cædium, vaſtitatū, ſeditionum? Tot pugnantibus; ſecumq; aduerſis & peruerſis ſententiis implexi & intricati? Contrarij, ac dubii in præcipuis fidei Chri-

Digitized by Google

Chriſtianæ capitibus? Sine vera pœnitentia, A
contritione, confeſsione, ſatisfactione, abſolutioneque peccatorum? Scribit enim
1541. Bucerus Caluino: *Pœnitentia vera inter Euangeliciſſimos ignoratur.* Merito igitur, vos ſemper inquieti, agitati, nunquam tranquilli, nunquam cum Deo pacem habentes: ſecundum id quod ſcribit de vobis Apoſto-
2.Tim.3. lus: *In nouiſſimis diebus erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, tumidi, cæci, voluptatum amatores magiſquam Dei: habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem abnegantes.* Et Prophetæ
Iſa.57.& 58. ſcribunt: Non eſt pax impiis. Cor impiorum quaſi mare feruens. Tertullianus certe
L. adu. Hermogen. c.1. de quodam parente veſtro ſcribit: Natura hæreticus, etiam turbulentus, qui loquacitatem, facundiam æſtimet: impudentiam, cōſtantiam deputet: & maledicere ſingulis officium bonæ conſcientiæ indicet.] Et de alio beatus Cyprianus.
Epiſt.49. Eſt ſemper curioſus, vt prodat: adhoc adulatur, vt fallat: nunquam fidelis, vt diligat: fax & ignis, ad conflanda ſeditionis incendia: turbo & tempeſtas ad fidei facienda naufragia: hoſtis quietis, pacis inimicus.] De Nouato loquitur.

125. Cæterum, perſuaſio illa veſtra, qua vobiſipſis ſpondetis, *Vos eſſe gratos Deo in Chriſto, idque gratuito, & ex fide*, non aliud eſt quam ſuperba præſumptio, temeraria perfidentia, & arrogantia, tot locis diuinæ Scripturæ damnata & reprobata, quot timere Deum, à iudiciis eius trepidare, & cum timore ac tremore ſalutem noſtrā operari iubemur.
L. de perfect. iuſtitia, c.19. Scite & ex Scripturis colligit Auguſtinus. Quantalibet iuſtitia ſit præditus homo, cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipſe nō
Pſal.18. videt, inueniatur eſſe culpandum, de quo
Prou.20. dictum eſt: *Delicta, quis intelligit? Aut quis glo-*
L. de cultu fœminar. cap. 2. *riabitur mundum ſe habere cor.* Et Tertullianus. Diuini & aſsidui timoris has vtilitates adfert: Timor, fundamentum ſalutis eſt: præſumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergo ſi ſperemus nos poſſe delinquere. Sperando enim, nos timebimus: timendo, cauebimus: cauendo, ſalui erimus. Qui ſecurus agit, non eſt ſolicitus, nō poſsidet tutam & firmam ſecuritatem: at, qui ſolicitus eſt, in vero poterit eſſe ſecurus.] Adiicit alio in
L. praſc. c.3. 1. Reg.10. & 13. loco iſta humanæ inconſtantiæ exempla, atque iuſti timoris cauſas. Saul bonus præ cæ-
2. Reg.12. teris, à liuore poſtea euertitur. Dauid vir
3. Reg.3. bonus ſecundum cor Domini, poſtea cædis & ſtupri reus eſt. Salomon omni gratia & ſapientia donatus à Deo, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei Filio ſeruabatur ſine delicto permanere.] Ergo vt pernicioſa eſt iſta hæretica præſumptio, ita vtilis & fructuoſus Chriſtianus Dei timor.

ARTICVLVS XIX.

Credimus, quod hoc medio libertatem & priuilegium habemus inuocandi Deum, cum plena fiducia, quod ſe oſtendet Patrem noſtrum, quoniam alium non habemus ad Patrem acceſſum, niſi per
B *hunc Mediatorem dirigamur. Et vt in nomine eius exaudiamur, vitam noſtram conuenit illi, vt capiti ac duci noſtro, acceptam ferre.*

DOCTOR.

PRima huius articuli parte in eum ſcopū collimatis, vt nullus in neceſsitatib. ſuis 126.
ad aliquem Sanctorum ſe conuertat, nullus nomina Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauidis, Prophetarum, Apoſtolorum, aut Martyrum, inuocet: ſed hanc veſtram hæreſim ſolide & aperte confutauimus Libro 9. cap. 23. & 24. & lib. 10. c. 10. 13. 14. 15. & paulo poſt, Artic. 24. in eandem rem ſumus dicturi.

C Altera pars, qua profitemini Chriſtum 127.
eſſe caput, ducem, & authorem vitæ noſtræ, In Matth.
prorſus non conuenit iſtud cum iis, quibus c.11. v.27.
veſter Caluinus alibi ſcribit: *Vitam noſtram in* In 1. ca. Io.
ſolo Patre ſitam eſſe. Chriſtum vero canalem eſſe, v.16.
per quem ad nos defluit. Patrem illi bona contuliſ- In cap.1. Io.
ſe, vt per ipſum tanquam per canalem ad nos defluant. In c.6. Io.
Abundantiam bonorum datam Chriſto, vt Io.7.
quaſi quodam canali in nos deriuentur. Quaſi vero non eſſet potius fons aquæ ſalientis in vitam æternam: nec de eius fonte omnes haurirent, & de eiuſdem plenitudine omnes Io.3.
acciperent. Viderint Miniſtri ſi Geneuæ
D fonteſſint canales & tubi, aut ipſi tubi fontes.

ARTICVLVS XX.

Credimus nos ſola fide participes fieri huius iuſtitiæ, vt dicitur paſſus vt nobis ſalutem aquireret, adeo, vt quicunque in eum crediderit, non pereat.

DOCTOR.

DEus bone, quoties impingitis, etiam 128.
paucis verbis? Primo enim additis ex-

Digitized by Google

cluſiuam vocem *Sola*, Scripturis: & nuſquã A illic hoc in ſenſu apparuit. Secundo, adſcribitis margini Rom.3.27. Galat.2.16. & 2.24. Io.3.& 16.& de illa οὐδὲ γρῦ. Sic ſine vllo Dei timore toties impoſitis miſeris ſequacibus veſtris, perſuadentes eis eiuſmodi excluſiuam in ſacris libris haberi: nullibi tamen eſt. Tertio, iandudum exoletos Simonis magi, pſeudo apoſtolorum, Gnoſticorum, ac Eunomianorum errores ab orco reuocatis, eorumdemque fœtorib. auditores veſtros conſpurcatis. Quarto, veſtra excluſione *Sola*, gratiam, ſpem, caritatem, orationem, inuocationem, timorem & amorem Dei, omneque bonorũ operum ſtudium reſpuitis. Quinto, Baptiſmum, Euchariſtiam, pœnitentiam, & alia ſacramenta, in iuſtitiam & ſalutem noſtram à Chriſto inſtituta reiicitis. Sexto, cum diuo Apoſtolo Iacobo pugnatis, adfirmante, ſolam fidem mortuam eſſe, & Abrahamum, & Raab, & rel quos iuſtificatos eſſe ex operibus, non ex fide ſola. Demum, nec cum veſtro Caluino conuenitis (ſicut nec ille ſecum) fatente, ſtudium bonorum operum vna cum fide ad iuſtitiam, ſalutemque neceſſarium eſſe. Amabô vos, hîc oculos mentis veſtræ ne obducatis, errores agnoſcite, eiſdemque extremum vale dicite.

Iren.l.1.c. 1.& 20. Auguſt.l. de fide & op.c.14. Epiphan. Theodoret.

In c.25. Matth.v. 34.& in c.5. Ioan.

Dicitur Chriſtus paſſus pro ſalute noſtra, vt quicunque in eum credit, non pereat.

129\. Beatus Paulus diſerte hoc intelligit, exponitque de Fide, per caritatem operante & viuente: aliam namque nec agnoſcit, nec prædicat, nec probat, vt coapoſtolus eius D. Iacobus ediſſerit. Et vt iſtud magis comprobet, aliis in locis idem Paulus adfirmat Factum eſſe cauſam æternæ ſalutis, ſed obtemperantibus ſibi: obedientiam, quæ in bonorum operum exercitio conſpicitur, ſimul cũ Fide connectens. Frequenterq; ac inſtanter prædicat: *Deus reddet vnicuique ſecundum opera eius. Iis qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, quærũt vitam æternam.* Gloriatur denique, quod Deus reddet illi (pro multis exantlatis laboribus) coronam iuſtitiæ. Cõſtat ergo ſpem, caritatem, timorem, amorem Dei & proximi, Sacramentorum vſum, & pia opera ad iuſtitiam & ſalutem eſſe perneceſſaria. Virũ Apoſtolicorum temporum loquentem exaudiamus. Et ſi credunt plerique in Deum, ait, non ſtatim ratione credunt, non habentes Dei pignus, opera Deo digna. &c.] Reliquorum teſtimonia ſuperius laudauimus. Libro octauo, cap.4.5.6.

Gal.5. Iac.2. Heb.5. Rom.2. 2.Tim.4. Matth.16. 25.28. Luc.24. Mar.16. Io.5. Tertull.l.1. adu. Mar.c.12.

Et hoc fit ideo quod promiſſiones vitæ, quæ nobis datæ ſunt, in ipſo, noſtro vſui ſunt accommodatæ, ac effectum fructumque earum percipimus, cum eaſdem acceptamus.

Relicta ſunt ergo adhuc in homine, tametſi peccatore, iudicium, ratio, libertas, & quædam facultas admittendi aut reiiciendi hæc diuina promiſſa: atque ſic liberum quoddam arbitrium: quod aliis in locis poſt Simonem magum, Marcionem, & Manichæum impie negatis. Quid vero, ſi teſtimoniis Authoris etiam illud ipſum confirmauero? Non cum illo manum herbamque Veritati præbebitis? Scribit ergo ille: *Et* B *ſi voluntaria eſt fides, videmus tamen iis mediis* (Principum edictis & ſeueritate) *vtiliter domari eorum peruicaciam, qui nõ niſi coacti parent.* Et poſtea: *Ieiunium & decimæ voluntaria exercitia fuerunt, præter legis præſcriptum.* Et alio in loco: *Videmus non ſimplicem ignorantiam obeſſe hominibus: ſed ſponte accerſere ſibi ſcandala, ne ſequantur quo Deus vocat.* Poſtea dolet, *quod in rebus liberis & voluntariis neceſſitas eſt impoſita.* Vbi ergo abſoluta rerum neceſsitas? Vbi impulſio ad peccandum, omni fato violentior? Vbi neceſſarius lapſus? Vbi ſeruum & omnino captiuum arbitrium? Sic mentitur iniquitas ſibi, & falſitas ſeipſa vincitur & expugnatur. C 130.

In c.14. Luc.v.23. In c.18. Luc.v.12. In cap.13. Matth. v. 54. In cap.15. Matth.v. 2.

Adhæc, Deus præpotens bene viuendi & obediendi leges promiſsis ſuis annectens, gratam non habet noſtram illam acceptationem ſeu aſſenſum, quin ſimul exhibeamus & compleamus operibus promiſſorũ conditionem. Ait enim, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Oportet in nomine meo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. &c.* Hæc tantum ex Cypriano martyre hoc loco attexam. Iuſtitia opus eſt, vt promereri quis D poſsit Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem. Dominus in Euangelio cum ſpei & fidei noſtræ viam compendio breuiante dirigeret, ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Diliges proximum tuum tanquam te.*] Et qui bonis operibus non incumbunt, ſic alibi excitat: Quæ poteſt eſſe excuſatio ceſſanti? Quæ defenſio ſterili? Niſi quod non faciente ſeruo quod præcipitur, faciet Dominus quod minatur?] Nimirum, *Ite maledicti. &c. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. &c.* 131.

Matth.19. Matth.16. Luc.24. L. de vnitate Eccleſ. Matth.22. Ser. d. oper. & eleemoſ. Matth.25.

Mi-

Digitized by Google

Minime dubij quin Diuinis oraculis nixi, adipiſcamur illa, nec fruſtrabimur.

132. In vobis certe æque ac in veteribus falſis prophetis expletur vetus illa querimonia, qua dicebant, *Hæc dicit Dominus*: & Dominus non fuerat locutus ad eos. Nunquam enim in Diuinis voluminibus dixit vobis: Solam fidem ſufficere. Solam acceptationem Diuinarum promiſsionum, fructum ac effectum earum vobis tribuere. Imo contra, iubet nos omnes ſimul ſperare, obſequi, orare, Deum diligere & proximum, fratribus in nos peccantibus condonare, benefacere etiam iis qui oderunt nos, dignos pœnitentiæ fructus facere, & alia præſtare, vt promiſſorum ſuorum effectis gaudeamus. Nõ dubitandum quidem de promiſſorum Diuinorum euẽtu, nec de illius in iis adimplendis veritate aut poteſtate, ſed ſi nos iis dignos præſtiterimus: ſed ſi illorum nos capaces ac idonei ſimus. *Vos amici mei eſtis*, inquit, *ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. Beati eſtis, ſi feceritis ea. Beatus ſeruus, quem cum venerit Dominus, inueniet vigilantem, &c.* Videmus itaque conditiones promiſsionibus adiunctas, quas vt ſeruemus, vt illis gaudeamus, neceſſe eſt.

Ierem.23. Io.15. Io.13. Matth.24.

Atque ſic Iuſtitia, quam per fidem aſſequimur, pendet à promiſſis gratuitis. &c.

133. Mirum vos ſemper obliuiſci Spei & Caritatis, quibus non minus opus eſt ad Diuina promiſſa capeſſenda, quam fide. Hac autem ratione homines auocatis ab amore Dei & proximi, à timore filiali, à continuis & feruentibus precibus, & à cæteris virtutibus. Præterea, ſi diuinas illas promiſsiones aduertitis, pacta ſimul & fœdera acta cum patre fidei noſtræ Abrahamo, non ita gratuita, apparebunt, vt non ſimul pia illius opera interceſsiſſe ac præceſsiſſe comperiantur. *Quia feciſti rem hanc*, ait Dominus, *& non pepercisti filio tuo ingenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, &c.* Et in Iſaia, *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* Denique in Euangelio, *Qui bona fecerunt, ibunt in reſurrectionem vitæ.* MINISTER.

Gen.22. Iſa.1. Io.5.

Sequitur

ARTICVLVS XXI.

Credimus nos illuminari fide per occultam gratiam Spiritus ſancti, ſic vt ea donum ſit gratuitum & ſpirituale, quod Deus quibus vult, impertit: Fideles tamen nihil habere in quo glorientur, ſed in duplo deuinciantur & obligentur, quod aliis prælati fuerint. &c.

DOCTOR.

THeſis eſt de Fide acquiſita, cum nullam eſſe credant infuſam per virtutem Baptiſmatis. At vero, Paulus docet, Fidem iſtã eſſe ex auditu, auditum vero per verbum Dei prædicatum moueri ac erudiri cum Diuina verba ei annuntiantur. Vnde, vt & ex aliis, conſequitur huiuſmodi donum non eſſe tam gratuitum, quin Deus à nobis exigat, vt Spiritui ſuo in nobis operanti, & ipſi quærendo, & conſentiendo cooperemur. Nam cum in Euangelio dicit: *Credite. Si non credideritis. Si potes credere. Si vultis credere. Cur noluiſtis credere, &c.* manifeſtum eſt quod voluntatis noſtræ aſſenſum poſtulat & requirit. Ecquis etiam vnquam inuitus & nolens credidit? Hoc Tertullianus nouit & aſſeruit dicens: Non eſt bonæ & ſolidæ fidei, ſic omnia ad voluntatem Dei referre, dicendo nihil fieri ſine iuſsione eius, vt non intelligamus aliquid eſſe in nobiſipſis. Sed longe copioſius D. Auguſtinus, cuius hæc ſunt verba: Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere ſacramentum poteſt nolens, credere non poteſt niſi volens.] Et hoc ipſum alio in loco ſic ex Scripturis comprobat. Fidem opus Dei eſſe dicit IESVS: & hanc vt operemur iubet. Dixerunt enim ad eum Iudæi. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.] Et rurſum alibi: Apoſtolus dicit Deum operari in omnibus. Nuſquam autem dictum eſt, Deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus, noſtrum eſt: quod autem operamur bonum, illius eſt. &c.

134. Rom.10. Mar.1.9. & 11. Luc.8. Io.4.5.10.11.14. &c. L. de exhort. ad caſtitat. c.2. Tract.26. in Io. L. de Prædeſtin. ſanctor. c.7. Io.6. L.1. Retract. c.23. Ezech.36. 1.Cor.12.

Fideles tamen nihil habere in quo glorientur.

135. Imo vero multum per omnem modum. Præcipitur namque illis vt exultent, glorientur, animiſque lætentur, ſed in Deo ſalutari ſuo: qui dilexit eos, priuſquam ipſi eum dilexerint: donis ſuis ipſos cumulauerit; libero arbitrio donarit: cooperatores gratiæ ſuæ illos reddere voluit: eos à lapſu

Digitized by Google

erigit: vt in fide perſeuerent præſtat: pro eadē vt fortiter dimicent ac occūbant, donat: tandemque vt victores multiplici gloria & honore: ſuper omnes cœlos coronat. Quid hoc præſtantius, glorioſius, illuſtrius? Quæ gloria omnium huius mundi Regum & Imperatorum, ſi cum iſta comparetur? Hinc Vates. *Gloriamini omnes recti corde. Gloriemur in laude tua.* Et Apoſtolus: *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Gloriamur in Chriſto IESV. &c.*

Pſal. 31. Pſal. 105. Rom. 5. 1. Cor. 1. Philip. 3.

Et hæc fides non tantum ſemel, ſeu ad tempus, datur electis, vt in viam rectam illos ducat: ſed ita vt ad extremum vſque perſeuerent. Quoniam vt Dei eſt incipere, ſic & eius perficere atque conſummare.

136. Cum hic tueri vultis Fidem ſemel receptam, nunquam amitti poſſe, palam loquimini contra experientiam tot defectionum, quæ dudum contigere, ac etiamnum hodie adhuc per Europam cernuntur. Inſuper, negatis Adamum & Euam potius adhæſiſſe diabolo mētienti, quam veraci Deo. Magnam poſterorum partem à vera fide, ad idola defeciſſe. Moſen & Aaronem Deum non ſatis glorificaſſe ad aquas contradictionis. Iſraelitas vitulum, hinc ſub Ieroboamo vitulos veri Dei loco coluiſſe. Ionam cogitaſſe fugere à facie Domini. Negatis Petrum abnegaſſe Chriſtum, Thomam ad tempus fuiſſe incredulum, Apoſtolos in Chriſtum aliquando fuiſſe ſcandalizatos. Negatis Simonem magum, Nicolaum Antiochenū, Demam, Alexandrum, Hymenæum, Philetum, & alios plurimos vnquam à fide defeciſſe: quod tamen ſacri codices aperte teſtātur. Nonne ergo vos hallucinati eſtis, vt potius Iouiniano renaſcenti in Caluino veſtro, fidem habeatis; quam Prophetis, Apoſtolis, Euangeliſtis, imo & ipſi Chriſto, ſuperiora teſtificantibus, quæ hic negatis impudentiſſime? An nō quoq; in hominis poteſtate relinquit idem Dominus, credere vel nō credere, à fideq; ſemel recepta ſi velit recedere, dum dicit Apoſtolis, *Si vultis credere. Nunquid & vos vultis abire?* De his Cyprianus martyr ita diſſerit: Ne quiſquā miretur Fratres, de Confeſſoribus quoſdam ad iſta procedere: inde quoque aliquos tam nefanda quam grauia peccare. Neque enim Confeſsio immunem facit ab inſidiis diaboli, aut contra tentationes & pericula, & incurſus, atque impetus ſæculares adhuc in ſæculo poſitum perpetua ſecuritate defendit. Quiſquis ille Confeſſor eſt (qui fraudes & ſtupra committit) Salomone maior aut melior, aut Deo carior non eſt. Qui quamdiu in viis Domini elaborauit, tandiu gratiam retinuit. Et de alio ſcriptum eſt. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Quod non minaretur Dominus, niſi quia recedente iuſtitia, recedat neceſſe eſt corona.]

Matth. 11. 10. 6. L. de vnitate Eccleſ. Apoc. 3.

Quinetiam veſtris in hoc præcipuis authoribus manifeſte repugnatis, in primis Vermilio adfirmanti, Hominem grauiter peccantem, vera & iuſtificanti Fide deſtitui. 137. Mendacii quoque arguitis Aretium dicentem: Thomam Apoſt. Fidem amiſiſſe; moxque cito ex pertinaciter infideli inſignem fidei confeſſorem euaſiſſe. Damnatis & Vvitakerum, defendentem, Fidem deperdi per hæreſin ſuperuenientem. Reprehenditis Bauarum comminiſtrum veſtrum, ſcribentem, Reprobos etiam quandam fidem temporalem poſsidere. Nec cōuenitis cum Bucero & Philippo affirmantibus, excuti Spiritum ſanctum, & gratiam ac fidē amitti, peccatis contra conſcietiam: ſicut Paulus dicit: *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini.* Sed neque concordes eſtis cum Oecolampadio ſcribente: *Subtrahit Deus Spiritum ſuum ſanctum quando vult. Noluitque polliceri perſeuerantiam niſi credentibus, vt credentes ſemper orent pro fide ampliore & perſeuerantia, vt ſtantes in timore, ac ſemper ſolliciti, ne peccent.*] Quam hæc veſtrorum capita, veſtræ huic confeſsioni aduerſa? Itaque ſi fidem vultis, miſeras huiuſmodi abrumpite pugnas.

In Epiſt. ad Rom. Problem. 2. parte. Quaſt. 5. Examine. In actis Ratiſbon. De megor. 11.

ARTICVLVS XXII.

Credimus quod hac fide regeneramur in vitæ nouitate, cum natura ſimus ſerui peccati, &c.

DOCTOR.

CVr ſic detrahitis ſacramento Baptiſmi, cui vt proprius effectus tribuitur illa regeneratio? 138 Subtrahitis ei iſtam efficacitatē? Virtutem denegatis, quam Chriſtus illi contulit? Ait enim: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Oportet vos naſci denuo.* Quod de Baptiſmo B. Petrus ſic apud D. Clementem interpretatur: Etiam ſi omnem pietatem colas, omnemque iuſtitiam, Baptiſmum vero nō accipias, ne ſpem habere putes apud Deum. Deus enim iuſsit omnem colentem ſe Baptiſmo conſignari. Sic & Cyprianus martyr ait: Tum demum plene ſanctificari & eſſe

Io. 3. L. 6. Recognition. Epiſt. 72.

Digitized by Google

eſſe filii Dei poſſumus, ſi Sacramento vtroq; A
Io. 3. naſcimur, cum ſcriptum ſit: *Niſi quis renatus*
L. 3. ad Quirinū, c. 25. *fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei:*] Et alio in loco: Ad regnum Dei niſi baptizatus & renatus quis fuerit, perue-
L. de Baptiſmo, c. 13. nire non poſſe. Secundum Ioannem, *Niſi quis renatus fuerit, &c.* Et ante hunc Tertullianus.
Matth. 28. Lex tingendi impoſita eſt, & forma præſcri-
Io. 3. pta. *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Huic legi collata definitio illa: *Niſi quis baptizatus fuerit, &c.* Obſtrinxit fidem ad Baptiſmi neceſsitatem Paulus vbi credidit, tinctus eſt.] Ergo non ſufficit ſola Fides ad iuſtificationem aut regenerationem, ſed Baptiſmo quoque opus eſt.

Sed recipimus per fidem gratiam, vt ſancte ac in timore Dei viuamus, recipiendo promiſſionem per Euangelium datam, ſcilicet, quod Deus dabit Spiritum ſanctum ſuum.

139. Non ſic, Miniſtri, non ſic: ſed per gratiam, recipimus fidem, ſpem, caritatem, primamque omnium iuſtitiam. Quibus ornamentis anima noſtra decorata, & munita præſidiis, ſeipſam exercet bonis operibus, creſcit de virtute in virtutem, ſanctificatur adhuc, & in dies proficit, donec videat Deum deorum
L. 15. de Trin. c. 18. in Sion. Recte etenim Auguſtinus ait: Fidem non facit vtilem, niſi Caritas. Sine caritate quippe fides poteſt quidem eſſe: ſed non & prodeſſe. Propter quod & Apoſtolus Pau-
Gal. 5. lus. *In Chriſto* (inquit) *Ieſu neque Circuncifio, neque præputium aliquid valet: ſed Fides, quæ per dilectionem operatur.*]

Sic fides non tantum non reuocat affectum bene & ſancte viuendi: ſed neceſſario gignit bona opera in nobis.

140. Imo vero quando poſt Caluinum veſtrū pro concionibus & roſtris, in domibus & vi-
Gal. in c. 6. cis, in terra & mari occinitis perpetuo; *Solam*
Io. *fidem ſufficere, quod hoc tantum à nobis requirat*
Epiſt. ad Clauburgum. 1556. *Deus, vt credamus:* Et rurſum: *Chriſtus ſola fide* D *contentus eſt:* non poteſt non tepeſcere, frigere, ac omnino deleri omnium bonorum operum ſtudium; omnium virtutum, quæ circa difficile verſantur, affectus, ſecum reputantibus veſtris auditoribus, fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Cæterum, quod bene ſancteq; viuendi affectum ſuadere poteſtis, cum Luthero & Caluino
Antidoto cont. Conc. Trid. Seſſ. 6. dicentes: *Iuſtum in omni bono opere peccare? Quælibet bona opera, ſi exacto rigore cenſeantur, æterna potius damnatione, quam vita præmio digna eſſe?* Et nulli omnino Sanctorum parcentes, prædicatis, *Nullum vnquam extitiſſe pij hominis opus, quod ſi ſeuero Dei iudicio examinaretur, non eſſet damnabile?* Et quid ex hac fide ac religio- Inſtit. l. 3. c. 14. §. 9. 11. 16.
ne veſtra, quæſo vos per Deum, aliud colligent auditores & diſcipuli veſtri, quam, ergo melius eſſe bonis huiuſmodi operibus nec dare operam?

Neque verum eſt, *Fidem neceſſario gignere* 141.
bona opera: ſcribente Apoſtolo, Fidem, Spem, 1. Cor. 13.
Caritatem, tria diſtincta Spiritus Dei dona eſſe: quorum Fides poteſt ſine Caritate & bonis operibus exiſtere. Hoc idem & alius Apoſtolus comprobat exemplo eius qui dicit. *Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego* Iac. 2.
B *oſtendam tibi ex operibus fidem meam.* Deinde etiam exemplo dæmonum, qui *credunt & contremiſcunt*: cunctis vero bonis operibus deſtituuntur. Sed num eorum pars Fidem habuit ſine bonis operibus, quibus Dominus eſt dicturus, *Ite maledicti in ignem æternum: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi panem?* Matth. 25.
Hi quoque Fidem habuere, & non opera, quos coarguet Dominus; *Quid vocatis me, Domine, Domine, &* Luc. 6.
non facitis quæ dico? Diſcite ergo Miniſtri, vel hac ratione Fidem veram eſſe poſſe, licet nō viuam, ſine Caritate bonorum operum effectrice, quod Fides ſit intellectus perfectio atq; perſuaſio: Caritas autem ſit in Volun- C tate, licet non viuā, quæ eſt altera facultas: atque ſic vnum ex altero nequaquam oriri neceſſario, ſed contingenter.

Præterea, licet Deus, vt completa ſit ſalus noſtra, nos regeneret, & ad bonum reformet: confitemur tamen bona opera, quæ duce Spiritu eius facimus, non eſſe ventura in rationem iuſtificationis noſtræ; nec mereri vt Deus nos pro filiis habeat, eo quod, &c.

DOCTOR.

Potius miſerabile, quam mirabile, tot in 142.
paucis verbis, eſſe contraria, aduerſa, & peruerſa dogmata. Illa ſic breuiter perſtringo. *Deum nos regenerare ad bonum*, quidem verum Inſtit. l. 3. c. 21. §. 4.
& certum eſt: ſed doctrinæ Caluinianæ prorſus contrarium. Ait enim iſte, Deum In c. 9. ad
maiorem hominum partem eo fine creare, Rom. v. 17.
vt eos reprobet, damnet, perdatque in æternum, impios deſtinato creari à Deo, vt perdantur. & 18.
Quod certe opus eſt non humaniſsimi & clementiſsimi Patris ac Dei: ſed crudeliſsimi potius tyranni; nec generantis aut regenerantis ad bonum, ſed ad extremum, ſummumq; omnium malum.

Confitentes nos duce Spiritu Dei, *bona opera* 143.
facere

Digitized by Google

Catechiſm. *facere poſſe*, vobiſcum ipſi primum pugnatis profitentes initio Catechiſmi, *Vos ſic eſſe ad omne bonum inutiles, & pronos ad omne malum: vt nullo non tempore in Deum delinquatis: qua de re iram & ruinam in capita veſtra acceſſitis.* Deinde confitentes, *neque etiam eodem Spiritu* Conf. ſ.c. 4. art.19. *duce, vos vnquam poſſe præceptis diuinis obaudire, vel eadem ſeruare.* Bezam quoque damnatis, ſcribentem: *Præſtantiſſimum opus, quod à ſanctiſſimo huius mundi viro poſſit prodire, non aliud poſſet inueniri, quam pollutionem gratiæ Dei.* Animaduertite, viri Prædicantes, An bona opera facere poſſe, & præcepta non poſſe implere, & diuinam gratiam polluere, coaleſcere poſſint. Vos enim vtrumque profiteri nec erubeſcitis, nec timetis.

144. Sed *bona* (dicitis) *opera, nequeunt locum ha-* L. de grat. & lib. arb. c.7. *bere in ratione iuſtificationis noſtræ.* Si de operibus fidem & gratiam iuſtificationis præce- 1.Cor.7. dentibus ſermo vobis ſit, & nos confitemur palamque prædicamus. Nouimus ſiquidem cum Auguſtino, Apoſtolum dicere, *Miſericordiam conſequutus ſum, vt fidelis eſſem*: non vero, Miſericordiam conſequutus ſum, quia fidelis eram. Ergo oportere prius gratia iuſtum eſſe: quam iuuante gratia operari iuſta, manifeſtum ac certum eſt. Sin vero de bonis operibus quæ iuſtificationem ſequũtur, & eiuſdem gratiam augeant, quæ etiam & ipſa iuſtificatio ſecunda cenſetur à Theologia, nemini dubium, quin eius cauſa ſit, partemque in huius finitione magnam obtineat. Dicente Apoſtolo: Apoc.22. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc.* Eph.4. 1.Petr.2. Scribente quoque Paulo. *Veritatem facientes, in caritate creſcamus.* Et Petro: Ser.15. de verb. Apoſtoli. *In eo creſcatis in ſalutem.* B. Auguſtini ſaluberrimis conſiliis acquieſcamus; Hanc iuſtificationem & ha- Ser.16. de verb. Apoſtoli. beamus, in quantum habemus & augeamus, & perficiamus.] Qui & rurſus ait: Iuſtificati ſumus: ſed ipſa iuſtitia, cum proficit, creſcit.] Et non multo poſt: Vnuſquiſque veſtrum iam in ipſa iuſtificatione conſtitutus, accepta ſcilicet remiſsione peccatorum, accepto Spiritu ſancto, proficiat de die in diem, videat vbi ſit, accedat, proficiat, & creſcat donec conſummetur.]

145. Negantes denique, *opera bona Spiritu diuino aſpirante facta, mereri vt Deus nos pro filiis ſuis teſcat*, initio placitis illis veſtris aduerſamini, quib. ſtatuiſtis nulla eſſe opera bona, ſed iuſtũ in quouis bono opere peccare. Hinc & Chriſto dicenti: Pacificos vocandos eſſe filios Matth.5. Dei. Quid hi præ cæteris, niſi ob manſuetu- Ibidem. dinem? Et poſtea: *Orate pro perſequentibus &*

A *calumniantibus vos, vt ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt.* Et in alio Euangelio: *Mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, &* Luc.6. *ſitis filii Altiſſimi.* An non bonum opus? Conſequens quoque merces, filium eſſe Altiſsimi? Et tertius Euangeliſta. *Dedit poteſtatem fi-* Io.1 Gal.5. *lios Dei fieri, iis, qui credunt in nomine eius*: ea nimirum fide, quam dicit Paulus per Caritatẽ operari. Ergo cum nos Deus amat, cum opera ſe duce facta ei grata ſunt, ea præmiis tam huius vitæ quam futuræ coronat, & cohæredes Chriſti aſciſcit, in bonorum operum gratiam nos in filios adoptat. Quare ergo nobiſcum non ſuſpicitis iſtam ſummam Dei B patris noſtri φιλανθρωπίαν, & pluſquam paternam liberalitatem; æque ſaltem ac ſeueram iuſtitiam?

ARTICVLVS XXIII.

Credimus omnes figuras legis veteris aduentu Chriſti finem accepiſſe. Et licet cæremoniæ non ſint amplius vſui, tamen ſubſtantia & veritas earum apud nos manſit, in perſona eius in quo conſiſtit omnis conſummatio. Præterea, nobis in adiutorium aſciſcendi ſunt lex & prophetæ, tam vt vitam aga- C *mus, quam vt in promiſſis euangelicis confirmemur.*

DOCTOR.

NON vnus tantum (vt vobis videtur) fuit 146. cæremoniarum veterum vſus ac finis. Nam & Chriſti venturi aduentum, formam & myſteria ſignificabant: & facultates externas hominum, cum internis ad cultum diuinum exercebant & accendebant: denique proximos, quoſque ſimplices & idiotas ad pietatem, mirandamque Diuinam Maieſtatem incitabant. Ac primum quidẽ vſum D Chriſtus compleuit, abſoluit, aboleuit, vti Paulus multis contendit, ſuis præſertim literis ad Galatas & ad Hebræos: alios non ita in vniuerſum. Ille ſiquidem finis cæremoniarum, quo verus Dei cultus ſeruatur & illuſtratur, ad pietatem mentes excitãtur humanæ, interna fides ac deuotio exercetur, proximuſque ad bonum prouocatur, cum ad legis moralia potiuſque cæremonialia pertineat, nequaquam reprobandus aut reiiciendus eſt. Iccirco voluit Spiritus ſanctus perpetuus Eccleſiæ doctor ac Rector, vt in iſta plurimi ex iis ritibus religioſe ſeruentur, quos

Digitized by Google

quos Iſraeliticæ antea præſcripſerat Synagogæ. Huc ſpectant Templa, altaria, ſacra vaſa & veſtimenta, conciones, lectiones diuinorum librorum, impoſitiones manuū, cantica ſacra, pſalmodiæ, cantiones, dedicationes, benedictiones, preces publicæ, ſuffitus, luminaria, lampades, varij gradus ſacerdotum & ſacrorum hominum, genuflectiones, vnctiones Regum & Sacerdotum, & id genus cæremoniarum, quas Chriſtiani non
Clemens. aſpernantur aut exhorrent, quod in veteri
Ignatius. lege vim quandam habuerunt: Sed obſer-
Dionyſius. uant coluntque, ſiquidem Spiritus Dei per
Liturgia. Apoſtolos, primitiuæque Eccleſiæ beatos
Tertull. Proceres, magna vtilitate à veteri populo
Cyprian. Dei, ad nouum regeneratumque tranſtule-
Auguſt. rit. Quid, quod & vos in cætibus veſtris ma-
Ambroſ. gnam earum partem vſurpatis? Ecquæ coitio poteſt Eccleſiæ faciem ſine vllis cæremoniis externis referre?

147. Cæterum, in Spiritum Dei peccatis, qui cum per legem & Prophetas nobis Deū verum patefacit, mirabilia eius in rerum creatione explicat, filium proprium futurum hominem & Redemptorem ſancte pollicetur, veram & amplexandam fidei doctrinam aperit, peccata fugienda, & virtutes amplexandas omni ſtudio reuelat, vitæ ſalutaris præcepta tradit, & cætera quę data opera prętermittitis: vt duo illa duntaxat commemoretis, nimirum, vitæ agendæ, & confirmationis in promiſsis, rationem ac efficientiam.

ARTICVLVS XXIV.

Credimus, quod poſteaquam Ieſus Chriſtus ſolus datus eſt nobis aduocatus, & quod præcipit vt in nomine ſuo ſingulariter ad Patrem ſuum confugiamus, &c. 1. Tom. 2. v. 5. 1. Io. 2. v. 1. 2.

DOCTOR.

CVR ex veſtro adiicitis excluſiuam illam,
148. *ſolus*, quæ nuſquam in locis per vos laudatis exprimitur? Expreſſum Dei verbum nefarie temeratis? Sed ſi ita eſſet, quid inde conſequeremini in omnes Diuos & cœlicolas, qui Caritate accenſi, factique Chriſto capiti ſuo conformes, cum illo, ac poſt eum, orant ac intercedunt pro nobis apud communem Patrem noſtrum ac Dominum?

A Nonne Lutherus, Melancthon, imo & Cal- *Confeſſ.*
uinus veſter, aperte fatentur, Angelos, & *Auguſt. &*
alias mētes beatas intercedere pro commu- *Apologia.*
ni Eccleſiæ proſperitate & ſalute? Et per cōſequens, medium illud interceſsionis & orationis (nunquam vero Redemptionis, de quo locis citatis agunt duo Apoſtoli) commune eſſe Chriſto Ieſu, & ſanctis omnibus
membris eius? An non etiam admittit idem *Cal. in c.*
Author veſter, Sanctos comites fidos eſſe, *10. Matth.*
adhærentes veſtigiis Chriſti? Eiuſdem glo- *v. 38. in c.*
riæ conſortes? Communis gratiæ ſocios? *19. v. 28 in*
Quinetiam ipſum voluiſſe, Sacerdotes legis *c. 16. v. 19.*
ſuo nomine benedixiſſe, tanquam Mediatores? B Non ergo precum interceſsione, ſolus Mediator eſt & Aduocatus: ſed tot ſunt, quot ſecum habet ſanctos & viua corporis membra. Hoc copioſius ſupra comprobatū fuit, libro 9. & 10.

Sed neque nobis licitum eſt orare precariue, niſi iuxta formam ab ipſo Deo præſcriptam, & ſacris expreſſam literis. Matth. 6. v. 9. Luc. 11. verſu 2. 149.

Forma illa precandi à Domino tradita, *Pater noſter, qui es in cœlis, &c.* vt ſanctiſsima atque diuiniſsima eſt, ita tenenda & ſequenda eſt; ſed nuſquam in Scripturis legitur, prohibitas eſſe alias orandi formas. Veſtra igitur eſt hæc prohibitio, imo & peruerſa ad C expreſſum verbum Dei additio. Nam idem
ipſe Seruator, multo plures alios orādi mo- *Io. 11.*
dos & ſeruauit, & tradidit nobis exemplo *Luc. 22.*
ſuo tum viuens tum moriens. Aliter enim *Io. 17.*
orauit ſuſcitaturus Lazarum, & aliter in Cœ- *Matth. 26.*
na, nunc pro Petri conſtantia, mox pro *& 27.*
Apoſtolorum vnione, ſanctificatione, & conſeruatione. In horto etiam oliuarum alia forma orauit pro ſeipſo, & alia in cruce
pro inimicis ſuis: tandemque veriſimile eſt, *Luc. 23.*
nunc eundem in cœlis longe auguſtiori forma Patrem pro nobis interpellare. Præterea Latro pœnitens, Stephanus moriens, Paulus in epiſtolis, & Apoſtoli in actis, cum alia precandi D forma vtantur, perſpicue probant Deum non tam præciſe huic formæ nos alligaſſe, quin & aliis prout ſuggeſſerit Spiritus, & neceſsitas poſtularit, vti liceat. Deniq; nec vos in Catechiſmis, nec in Pſalmis, nec in aliis, (ſi quæ habetis) illam ſemper formam vſurpatis.

Quidquid homines imaginati ſunt de interceſſione Sanctorum, qui exceſſere ex viuis, nihil eſt niſi abuſus, & fallacia Satanæ, vt declinent illi à vera precandi forma.

Si vera diceretis, ſequeretur præcipuos Au- 150.
thores veſtros ac duces, Lutherū, Melācthonem

Digitized by Google

nem, Caluinum, qui Angelos, aliaſque bea-
tas Mentes in cœlis, pro nobis intercedere
fatentur & docent, homines fuiſſe & fanati-
cos & Satanicos: voſque eorum diſcipulos
& ſucceſſores, aut ingratiſsimos blaſphe-
moſque in eos, aut cum eis etiam Satanæ ple-
nos, ac ἐνεργουμένους eſſe. Sequeretur etiam bea-
Gen. 18. 19. tiſsimos patriarchas Abraham, Iacob, Loth,
32. 49. *Tob. 5. 6.* Tobiam, & Raguelem, nõn Dei, ſed Satanæ
&c. cultores fuiſſe, qui ad beatos Angelos vota
Zach. 1. preceſque direxerunt. Sequeretur rurſum,
Dan. 10. Zachariam Prophetam, cum refert preces
& 12. ab Angelo prolatas; Danielem adfirman-
Exod. 32. tem, quod Michael ſtat ante Deum pro
filiis Iſrael; Moſem denique, eo quod in
precibus ſuis ſanctorum interſerit nomina,
non à Spiritu ſancto, ſed potius à tetro dæ-
mone actos fuiſſe: quæ blaſphema ſunt,
& plane diabolica. Quid? Tam nequiter
quoque cenſebitis de Authore libri ſecundi
2. Mach. Machabæorum, quod referat Ieremiam &
15. Oniam orare pro populo, & ſancta ciuita-
Baruch. 3. te? De Baruch, preces defunctorum com-
memorante? Sequeretur item beatos A-
poſtolos Iacobum & Marcum, & Apo-
ſtolicos viros Clementem, Dionyſium,
Baſilium & Chryſoſtomum, illuſos fuiſſe
Liturg. à Satana, quando in Liturgiis ſuis, beatiſ-
ſimam Deiparam ſuppliciter orant, & inuo-
candam exemplo ſuo nobis commonſtrãt.
L. 5. c. 19. Sequeretur beatum Irenæum martyrẽ qui
eandem aſtruit eſſe Aduocatam Euæ; Ori-
Lamento. genem patre martyre natum, & omnes San-
Euſeb. l. 5. ctos inuocantem; Potamienam virginem
hiſt. & martyrem, carnifici ſuo Baſilidi veniam
In Euang. & ſalutem impetrantem; Satanæ potius
de ſanctiſſ. quam Deo ſeruiuiſſe. Sequeretur deni-
Deipara. que, & quod Athanaſius magnus, ſuffra-
Oration. giis Deiparæ vnquam ſeipſum commendãs,
Gregorius Nazianzenus inuocans Athana-
Meditat. c. ſium, Baſilium, & Cyprianum, rurſum,
40. Serm. quod & eximius doctor Auguſtinus S. Ma-
18. de Sact. riæ, Angelorum, Prophetarum, Apoſtolo-
l. 22. de ci- rum, Martyrum, nominatim beati Cypria-
uit. c. 8. ni orationibus & meritis ſeipſum ex animo
L. 5. de Bap. commendans, viri fuiſſent fallaces, & Sata-
c. 17. & l. næ prauis conſiliis illuſi. Contra vero, ſe-
7. c. 1. queretur Euſtathium, Eunomium, Vigi-
lantium, Vvicleffum, & alios inuetera-
tos ac damnatos hæreſiarchas, qui Sancto-
rum interceſsioni ante vos ſeſe oppoſu-
erunt fuiſſe illuſtratos diuino Spiritu: & è
contrario, beatos patres Ambroſium, Hie-
ronymum, Gregorium, qui hos reproba-
uerunt, impia extitiſſe impiiſsimi Satanæ
A mancipia. Inaudita hactenus in orbe Chri-
ſtiano verba, quæ etiam cacodæmones (o-
pinor) effutire pertimeſcerent.

Tandem reiicimus Purgatorium, velut illuſionẽ ex eadem Satanæ officina profectam.

Alibi retulimus vos in contrarias octo 151.
trahi ſententias, de vnius Purgatorij vera *L. 11. c. 2.*
origine: quod pudendæ inſcitiæ veſtræ no-
tiſsimum eſt argumentum. Præterea, & cõ-
probauimus 45. teſtimoniis ex veteri teſta-
mento deſumptis: & 14. ex nouo authorita-
tibus, illud verbo Dei firmiſsimo fundamẽ-
to innixum & fultum. Adhæc, nullis ſæculis
apud Hebræos, Syros, Chaldæos, Æthiopes,
B Græcos, Latinos; eos deniq; qui animarum
immortalitatem perſuaſam habuerunt, ex-
tremum Dei iudicium, & bonis operibus
mercedem repoſitam poſt mortem credi-
derunt, non ratum fuiſſe. Quæ hæc eſt igitur
veſtra cæcitas, quæ rabies aut furor, quo acti
hanc doctrinam ſacro-ſanctam, illutionem
& præſtigias Satanæ vocatis? Quanto iuſtius
ac æquius erit dicere, eos qui inter auctores
veſtros primas obtinent, Caluinum appello,
Zuinglium, Carloſtadium, Lutherum, vt *1. de abro-*
ea quæ hic traditis, perſcribitis impulſos fu- *ganda Miſ-*
iſſe, quod & ipſi de ſe confiteri non dubita- *ſa. Supple-*
uere: *mento Euchar.*

C *Ex qua (Satanæ officina) vota etiam monaſtica extitere.*

Non vos pudeat & pigeat Iacob, Ioſuam, 152.
Annam, Dauidem, & omnem Iſraeliticum
populum, qui & pie nuncupauerunt, & reli-
gioſe Vota Deo reddiderunt, quæ & ab eo
probata & remunerata fuerunt, ita impudẽ-
ter & temere condamnare? Quin & ipſum
Deum opt.max, qui ſuper ea re leges poſuit:
quæ cum ad partem Legis moralem ſpectẽt,
neq, fuerunt ſublatæ neq; reſciſſæ? Porro,
non ſolum Dei mater virgo, verum & Apo-
ſtoli eos ſequuti ſunt & imitati. Diui, Bernar-
dus, Gregorius, Benedictus, Auguſtinus,
D Hieronymus, Baſilius, Efrẽ, Hilarion, Pau-
lus, Antonius, innumeriq; alii, cum vota ſuſ-
cepta reddidere, non Satanici viri fuere? Nõ
autem potius Iouinianus, cui hanc hæreſin
acceptam ferre debetis? Lutherus, Pomera-
nus, Bucerus, Oecolãpadius, Ochinus, Per-
rucellus, Vermilius, Spina, & reliqui collegæ
veſtri, qui quo facilius turpiſsimæ Veneri in-
dulgerent, ſacerdotium, cucullam, & mona-
chatum abiecere? Nonne & Paulus eos, qui
fidem primam irritam faciunt, ad Satanam
recta pergere docet? Nonne & D. Petrus A-
naniam, Saphiramque reos peccati in Spiri-
tum

Digitized by Google

1.Tim.5. tum ſanctum, qui contra ſuum votum feciſ- A
Act.5. ſent iuſta morte mulctauit?

Peregrinationes.

Nonne viſitatio locorum ſacrorum, quo
153. religioſius Deum colamus, eiuſque ſtupenda
Exod.23. facta ſuſpiciamus, præſcribitur & laudatur in
Leuit.23. ſacris literis? Nonne & à Deo ipſo probatur,
Num.9. benedicitur, remuneratur? Eos qui pie & re-
& 15. ligioſe ſunt peregrinati benedictionibus auxit
Deut.10. & cumulauit? Ieſum, Mariam, Ioſeph le-
& 14. gimus ductos pietate ciuitatem ſanctam pe-
Luc.2. tiiſſe? Paſtores Iudæos, & Magos ex oriente
Matth.2. iter in Bethlehem, iuſſu diuino, literis ſacris
conſignatum eſt? Quoties vero D. Paulus
exiuit ex Europa, Græcia, & Aſia, in re-
gionem Ciuitatemque à Chriſto ſanctifica-
tam acceſsit? Nonne etiam Eunuchus ex Æ-
thiopia Ieroſolymam viſens, præmium ſuæ
Act.8. peregrinationis reportauit? Nonne Hege-
Euſeb. ſippus, Polycarpus, Origenes, ex oriente,
vt ſacra loca præſentes viſerent Romam ve-
Niceph. nerunt? Nonne & eadem de cauſa B. Helena
Hieron. Ieroſolymam petiit: Eudoxia, Placilla, Pul-
cheria ſummæ Imperatrices idipſum fece-
runt? Illuc abiit & B. Hieronymus; ſed & bea-
ta Paula, Euſtochium, Marcella, & aliæ
permultæ, cum multa pietate & laude. Mi-
racula porro in gratiam religioſorum pere-
grinantium edita, de quibus ſancti Patres
Serm.90. Ambroſius & Aug. ſatis copioſe teſtifican-
&c. tur, nequaquam poſſunt ad illuſiones Sa-
L.8.ciuitat tanæ referri. Nunquam enim mortuos
c.8. potuit ad vitam reuocare, cæcos illumina-
re, leproſos aut paralyticos curare: aut alia
vera miracula facere: quandoquidem hoc
proprium ſit Diuinæ poteſtati, vel per ſe
immediate, vel per Sanctos velut per organa
ſua.

Prohibitiones matrimonij.

154. Eccleſia Catholica nunquam iis, qui libe-
1.Cor.7. ra eſſent conditione coniugio interdixit:
Eph.5. verum D. Paulo præeunte, eos ad id horta-
Matth.19. ta eſt, niſi continere, ſibique imperare vel-
lent. Præter hæc, etiam Matrimonium in-
ter ſeptem Sacramenta recenſet, quæ Dei fi-
lius ad totius populi ſui vtilitatem ſalutem-
que pertinent, gratiamque diuinam non
ponentibus obicem conferunt. Iſtius quo-
que multiplicem dignitatem atque ratio-
nem, contra veſtras corruptelas conſtanter
tuetur: vt pote, illius nodum nulla ratione
niſi ſola morte diſſolui: denique & Encra-
titas, & Gnoſticos, Montaniſtas, Nicolaitas,
Priſcillianiſtas, Adamiſtas, Ochiniſtas, & Be-
zaniſtas, contra eius dignitatem docentes,
iuſtiſsimis calculis condemnauit. An non
ergo in manifeſta deprehenſi eſtis calumnia
cum imponitis, Eccleſiam prohibere legi-
tima connubia? Nequaquam enim illa pro-
hibet liberis, quando conſulit, monet com-
pellitque eos qui ſe voto ſolenni Deo ſacra-
runt, vota ſua ſeruare, fidemque Deo nun-
cupatam non fallere: ſed ſtare promiſsis. Ait
enim Spiritus Dei per Prophetas: *Vouete, &* Pſ.75.
reddite Domino vota veſtra. Si quis votum Do- Num.30.
mino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non Deut.23.
faciet irritum. Cum votum voueris Domino Deo Eccle.5.
tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Do-
minus tuus. Si quid vouiſti Deo, ne moreris red-
B *dere, &c.* Cum autem hæc non ſpectent ad
figuras legales, ſed ad bonos mores, nequa-
quam abolita ſunt in nouo teſtamento. Hinc
Tertullianus docet: Virgines continentes L.de vel-
ſolius Dei ancillas eſſe, vtpote, cui ſoli ſuam landis vir-
conſecrarunt virginitatem, multumque gin.
probat illud continentiæ votum, quo etiam
ipſa natura Deo conſecratur. Denique his Ibidem.c.
verbis vtitur: Nupſiſti Chriſto; Illi tradidi- 16.
ſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem
tuam; incede ſecundum ſponſi tui volunta-
tem, &c.

Atque vſus carnium.

Sed neque illa omnino & abſolute vetuit 155.
C vſum carniū, cū ſciat & doceat eas à Deo cō- Gen.1.
ditas eſſe, dataſque in vſus hominum. Ve-
rum, decreuit quidem, vt in paucos dies ab
illarum eſu abſtineatur, quo carnem ani-
mo repugnantem doment, naturalem fa-
ſtum deprimant, ſpiritum per orationem
in Deum liberius erigant, præfectis id præ-
cipientibus morem gerant; atque ſanctos
patres, qui delectum eum ſeruarunt, pro vi-
ribus æmulentur. Nun hæc omnia conue- Gen.3.7.
niunt cum voluntate Dei, qui & ipſe primis
parentibus certo fructu interdixit: quique
vſum carnium, non niſi à Diluuio conceſsit
hominibus? Idque adhuc exceptis ſuffo-
D catis animalibus? Et plurimarum iterum e-
ſum in lege prohibuit? Rechabitas, Niniui-
uitas, Danielem, Mardochæum, Eſtherem,
& alios non paucos, quondam ieiunantes & Rom.14.
abſtinentes laudauit? Nun & Præcurſoris
vita, etiam à puero, perpetua fuit abſtinen-
tia? Nun & Paulus, Bonum dixit à vino ab-
ſtinere, & carnem non manducare? Vetus
ergo Eccleſia recte iuſteque Iouinianum da-
mnauit erroris illius, quem nunc vos recu-
ditis. Quæcunque aduerſus hanc doctri-
nam adferre ſoletis, ante mille & ducentos
annos diſſoluunt Hieron. l. adu. Iouinianū,

Digitized by Google

Aug.contra Fauſtum, l.1. de moribus Eccleſiæ,c.33.& l.de fide ad Petrum,c 3.

Cæremonioſa dierum obſeruatio.

156. Vacare & dies aliquot ab operibus ſeruilibus & ſordidis, vt homines in domum Dei conueniant, verbum Dei audiant, adſint publicis precibus, priuatas ſuas coniungant cõmunibus, participent res diuinas, ſacramenta ſuſcipiant, religionem exerceant, & Chriſtianos ſe probent proximis ſuis. Nun hæc diuino præcepto continentur, Memento vt diem Sabbathorum ſanctifices? Rurſum, extra illum ſeruari voluit ſeptem dies Paſchatis, Pentecoſtes, Tabernaculorum, dedicationum, Neomeniarum, & Victoriarum,&c. Ergo præuaricatores & contemptores ſunt diuinarum inſtitutionum, qui ſacros dies nolunt eſſe ſeruandos. Seruator ipſe, Deipara, Ioſeph, Petrus, Ioannes, Paulus & alij Apoſtoli, nun pie feſta illa ſeruarunt? Clemens, Ignatius, Martialis, Dionyſius, Eccleſia Smyrnenſis & Achaiæ, iam inde à ſæculo Apoſtolico, dies martyriis ſacros ſolẽni pompa rituque coluerunt. Cypriauus illico poſt illa tempora Notarios inſtituit, qui Martyrum geſta, morteſque ſignarent, vt has celebres ducerent. Tertullianus horum meminit: Hieronymus aduerſus latratum Vigilantij defendit. Auguſtinus contra calumnias Manichæorum tutatus eſt: vos veteribus illis hæreticis ſuffragamini.

L.de corona l contra Vigilant. L.20.cõtra Fauſtum.

Confeſſio auricularis.

157. Si Adam, Eua, Cain, Saul, & plerique alij, ſummiſſe de ſuis iudicaſſent peccatis, neque diſsimulaſſent, lõge melius illis ceſsiſſet, neque maximam iram Dei in ſua capita accerſiſſent. Dauid, Achab, Manaſſes, locum veniæ repererunt humili culparum agnitione atque confeſsione. Nam hæc confeſsio in Lege ſatis præcipiebatur oblationum varietate, pro delictorum diuerſitate & gradu: atque iudiciis lepræ Sacerdotibus commiſſis. Peccatores & Publicani confitentes peccata ſua Præcurſori, pro certo viam præpararunt ac præmunierunt ſacramentali Cõfeſsioni, quam poſtea Chriſtus inſtituit. Et hoc cum Petro & coapoſtolis conceſsit, ſoluere in terris quæcunque denunciata forẽt eis peccata: dixitque, *Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt*. Tunc ſane authoritatẽ tradens Abſoluendi, conſequenter inſtituit vt Confeſsione detegerentur peccata, à quibus confitentes abſoluerentur. Nonne & Paulo Apoſtolo peccata ſua multi confeſsi ſunt? Quam ob cauſam, niſi vt ab iis ſoluerentur.

Matth.3. Matth. 18. Io.20. Act.19.

Iam ſi patienter ac æquo animo peruolueritis Irenæum martyrem l.1.c.9.& l.3.c.4. & poſt hunc, Tertullianum, l.de pœnitentia: Origenẽ Hom.2.& 3.in Leuiticum: & Hom. 2.in Pſ.37. Cyprianum quoque martyrem l. 3.ep.16.& Serm.5.de lapſis: Lactantium l. 4. c.17. Diuum Baſilium in Regulis breuioribus, reg.228. Ambroſium l.2.de pœnitentia, c.9. denique B.Buguſtinum l.de vera & falſa pœnit.c.10.11.& 14.atque adeo priſcos Eccleſiæ Patres, comperietis hanc priuatæ Confeſsionis doctrinam, haudquaquam eſſe illuſionibus Satanæ tribuendam, vt blaſphematis: ſed Spiritui diuino, qui tam ſapienter tãque potenter vulneribus conſcientiarum noſtrarum mederi voluit.

158. *Confeſſ.c. 4.ar.9.t.2.* Sin vero minus illæ Diuinæ authoritates errorem ex cordibus veſtris euellere potuerunt, cedite ſaltem Bezæ Patriarchæ veſtro ſcribenti: *Abſque confeſſione culpæ, coram quibus oporteat, cum reſtitutione, & ſatiſfactione cui debetur proximo, pœnitentia nequit eſſe niſi ficta.* Et ne putetis imprudẽti hoc exidiſſe, en adhuc eundem aſſerentem, Lib.1.Epiſt. *Confeſſionem oris, & priuatam abſolutionem, ſemper in Eccleſiis bene conſtitutis obſeruatam eſſe, idque tum ipſius Paſtoris Sacramentum Cœnæ adminiſtrantis, tum ouis illud recipientis cauſa.* Ergo vel Eccleſia non eſtis bene conſtituta: vel in hoc fidei articulo turpiter erratis. Cedite Anglis commilitonibus veſtris, in hanc vſque diem, iſtam ad aurem Miniſtri factam Confeſsionem, & impartitam Abſolutionem obſeruantibus. Cedite vni ex præceptoribus veſtris Oecolampadio, dicenti: *Illam Confeſsionem auricularem nemo pius damnet, ſi bono quis Spiritu ductus, & non ſolum propter humanas traditiones faciat.* Aut ſaltem conuenite cum collega veſtro Nicolao Hemmingio, qui in Catechiſmo ſuo recitat multas cauſas, Cur confeſsio & abſolutio priuata in Eccleſia Dei retineri debeat. 159

L.publicar. prec. In cap.1. Epiſt.1. Ioannis.

Fortaſſe maioris ponderis erit apud vos Melancthon de fructibus eius differens, his verbis illos recenſens: *Propter abſolutionem priuatam, quæ in Eccleſiis retinenda eſt, mos etiam petendæ abſolutionis retinendus eſt. Prima cauſa eſt, vt petatur abſolutio. Secunda, vt paſtor interroget ſuos auditores de doctrina. Tertia, certe priuſquam rudes admittantur ad Sacramenta, de doctrina erudiendi ſunt, & hoc colloquium vice Catechiſmi eſt. Quarta, & ſi cogere paſtor non debet, tamen pro ætate, & vitæ genere, quædam de moribus interrogare, & vtiliter monere poteſt.* *In locis cõmunibus.*

Quinta,

Matth 3. *Quinta, ſicut in Nehemia & Matthæo dictum eſt,* A Confitebantur peccata ſua, *ſic in petitione abſolutionis, neceſſe eſt vt fateamur nos reos eſſe, ſubiiciamus nos Deo, & vere doleamus quod offenderimus. Sexta, omnium maxime hæc cauſa prudenter omnes monere poteſt; Mos petendæ abſolutionis teſtimonium eſt huius articuli, quod lapſi emendantes ſe, recipiantur a Deo, & ſint ab Eccleſia recipiendi.* *Nehem 9. Matth. 16. & 18.* *Deinde, cum clare dicat Chriſtus,* Quidquid ſolueritis, erit ſolutũ in cælo, *certe mandatum datur abſoluendi. Poſtremo, ſi mos abſoluẽdi aboleretur, rurſus ſecuturæ eſſent tenebræ, & obſcurior fieret doctrina de recipiendis lapſis. Quare vtile eſt, retinere morem, cum quidem ſemper in Eccleſia fuerit.* *Defenſ. cõtra VVeſtphalum.* Hactenus ille, ad cuius verbulũ pro- B teſtatur Caluinus, à doctrina ſua ſe deſiturũ, ſiquidem ſignificet ſe à mente eius diſcedere. Igitur æquum eſt & vos à præfato errore recedere.

160. *Indulgentiæ,* Cum ſint tantum pœnarum temporalium, in hoc, vel altero ſæculo, aut peccatis venialibus debitarum, aut mortalibus quoad culpas & pœnas æternas remiſſis, relictarum, mitigationes aut condonationes, illas nequaquam inter illuſiones Satanæ referre debuiſtis Sed habita ratione clauiũ, *Matth. 16. & 18. Io. 20.* id eſt, authoritatis, quam Dei Filius iis, conceſsit, quos Eccleſiæ ſuæ adminiſtrandæ præfecit. Enimuero ſi Chriſtus à quibuslibet C peccatis ſoluendis poteſtatem eis fecit: multo magis & pœnas temporarias iis debitas mitigandi & relaxandi tradidit facultatem. *2. Cor. 4. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2.* Nam legatione Chriſti funguntur, tanquam Deo exhortante, relaxante, & condonante per eos. Hinc Paulus cum illi Corinthio fornicatori, ſed iam pœnitenti, pœnas ad Corinthiorum preces relaxaſſet, dixit: *Cui aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti:* quæ Indulgentiarum vſum Apoſtolicum eſſe ſatis ſignificant. *L. ad Martyres: L. de patientia L. 3. epiſt. 17. & 18.* Iam vero Tertullianus & Cyprianus authores ſunt, priſcos Epiſcopos pœnitentibus pœnas relaxaſſe, in Martyrum, qui D pro illis intercedebant & poſtulabant gratiã: quod plane Indulgere fuit. Quid porro Cõcilium Ancyranum ante mille & ducentos annos? *Can. 2. 5. & 21.* Nonne poteſtatem fecit Epiſcopis, temporarias pœnas iis remittendi, & tempora ad pœnitendum deſignata contrahendi, iis quos vere & ex animo de peccatis admiſſis dolere animaduerterent? Magnum quoque concilium Nicænum, Canonibus quinto & vndecimo: inſuper Agdenſe ante mille & centum annos, Can. 60. vſum Indulgẽtiarum comprobarunt. Quare non in homines ſolum, ſed & in Chriſtum, qui dedit talem poteſtatem hominibus; & in Spiritum ſanctum Eccleſiæ perpetuum rectorẽ peccatis, quando poteſtatem illam per ora impiorum traducitis. Cætera quæ additis, meræ ſunt impoſturæ. MIN. Sequitur alius Articulus eorum fidei.

ARTICVLVS XXV.

Ergo quia non fruimur Chriſto, niſi per Euangelium, credimus ordinem Eccleſiæ eius authoritate conſtitutum, ſacrum debere eſſe ac inuiolabilem.

DOCTOR.

ADAM, Abel, Noe, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſes, Dauid, & quotquot fuerunt antiqui Patriarchæ per multa annorum millia, antequam per orbẽ promulgaretur, in Chriſtum crediderunt & ſperauerunt. 161 *Io. 5. & 8. Matth. 8. & 13. Iob. 19.* In eo omnem ſpem collocauit B. Iob, tanquam in vnicum Seruatorem ſuũ. Sed & ipſi alibi confitemini, illos eandẽ nobiſcum carnem Chriſti participaſſe. Ad hæc, cum nullum aliud Euang. teneatis præter illud quod ſcriptum eſt, oportet omnes Chriſtianos, qui antequam ſcriberetur, vita & doctrina floruerunt, cenſura veſtra perditos homines fuiſſe, quod Chriſti nõ fuerint participes, Sed fraudes veſtras capio. His enim fucis, vultis Baptiſmo effectus ſuos adimere, & aliis omnibus Sacramentis ſuos fructus: vt cuncta veſtris concionibus (quas ſolas euangelicas exiſtimatis) adſcribatis. At vero, parcite ſi placet, candori noſtro, ſi potius Filio Dei fidem habemus, qui vſus Sacramentorum præcepit vt fructuoſum ac neceſſariũ, quam vobis hoſtibus illorum infeſtiſsimis. *Io. 3. & 6. Luc. 13. Matth. 28. Mar. 16.* Ait autem in hanc rem Cyprianus: Senſibili argumento edocta eſt fides noſtra, viſibilib. Sacramentis ineſſe vitæ æternæ effectũ. *Ser. de cœna.* Auguſt. quoque de iiſdem ait: Quorum ſacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimũ & ideo contempta ſacrilegos facit. *L. 19. cõtra Fauſtum c. 11.* Impie quippe contemnitur, ſine qua perfici non poteſt pietas.]

162. Præterea, ſi ordinẽ Eccleſiaſticũ à Chriſto conſtitutum, inuiolabilem ex animo creditis, quo impietatis deueniſtis, qui miſere ab omni Eccleſia voſipſos alienaſtis, atque tam nefario ſchiſmate ſeparaſtis? Dicetiſne Deum verum nullam veram Eccleſiam in orbe habuiſſe antequam Caluinus aut Zuinglius emerſerint? Patres, qui ſex primis à

Digitized by Google

Chriſto paſſo ſæculis excelluerunt, extra Eccleſiam, aut ſine Eccleſia vixiſſe? Aut or-
Pſ.108. dinem Eccleſiæ à Chriſto ſtabilitum, nullos
Act.1. Epiſcopos habuiſſe? Sicque & Apoſtolos Pe-
1.Tim.3. trum & Paulum, imo & Spiritum Dei, à vero
Tit.1. aberraſſe, qui hos agnouerunt? *Epiſcopatum*
Act.20. *eius*, ait ex Pſal. B. Petrus, *accipiat alter*. Et Paulus: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, &c. Oportet Epiſcopum doctorem eſſe: Vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam, quam Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo, &c.* Num & temporibus florentis (quam & vos confitemini) Eccleſiæ, fuerunt Pontifices, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Abbates, Presbyteri, Diacones & hypodiacones? Cur eos tot probris & maledictis vexatis, proſcinditis, & de medio tollere verbis & factis nitimini? Cur ſuis Eccleſiis, cathedris, ſedibus, officiiſque extruditis? Aut qua poteſtate veſtri Geneuani, Lauſanēſes, Conſtantienſes, Tigurini, Baſileenſes, & Argentinenſes, auitos Paſtores ſuos ac Antiſtites ſpoliarunt, abdicarunt, expulerunt? Quoniam officiis ſuis, aitis, non reſpōdebāt. Caueāt ergo, caueant ſibi diligēter à Calu. & Bezanis Patres familias, Magiſtratus, Principes, Reges, Imperatores huius ſæculi, ſi horū cenſura & iudicio muneribus ſuis defuerint. MINIST. Illico ſubiiciunt.

Et quoniam Eccleſia conſiſtere nequit, niſi ſint Paſtores, qui eam doceant, cum reuerentia ſunt audiendi & honorandi, quando legitime vocati, officiis ſuis fideliter incumbunt.

DOCTOR.

163. Iſti porro Paſtores homines ſunt viſibiles, munus eorum conſpicuum, ſed neque cōuentus quos erudiunt, ſenſus hominum fugiunt: neceſſe eſt ergo Eccleſiam Chriſti ſemper fuiſſe viſibilem & aſpectabilem, non omnino velatam, abſconſam tenebris, inuiſibilem, denique nec de terris aliquando abolitam & ſublatam eſſe, vt aliis in locis loquimini. Præterea, nunquam probare poteritis ab Apoſtolorum temporibus ad hoc ſæculum noſtrum, tales apud vos fuiſſe paſtores, qui more veſtro, id eſt, Caluiniano, docuerint, ſcripſerint, cantitarint, cœnarint, baptizarint, &c. ergo perſpicuum eſt partem veſtram Sectam eſſe perditionis, à vera & caſta Sponſa Chriſti penitus alienam. Et quoniam inter vos nullus legitimus ordo, ſempiterna manet confuſio. Quod enim quondam de Gnoſticis parentibus veſtris ſcripſit
L. præſc. c. 41. Tertullianus, & vobis Hugnoſticis apprime

A conuenit. Ordinationes hæreticorum (inquit) temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc neophytos collocāt, nūc ſæculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligēt quia veritate non poſſunt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & laicis ſacerdotalia munera iniungunt.

Ideo deteſtamur omnes fanaticos, qui vellent, quantum in ipſis eſt, Prædicationem verbi diuini, & miniſterium Sacramentorum abolitum eſſe.

Deteſtamini miſeros Anabaptiſtas, quos 164.
B tamen peperiſtis, educaſtis, fouiſtis, in ſummam Europæ perniciem. Sed & eadem opera voſipſos exſecrabiles facitis, qui ex Sacramentorum numero, quinque cum incredibilibus contumeliis & probris iam ſuſtuliſtis de medio. Quot vero modis circa duo, quæ tantum recipitis, à vero rectoque aberratis? Nun dicitis, Baptiſmū haudquaquam paruulis ad ſalutem neceſſarium? Signum duntaxat eſſe gratiæ præcedentis? Nō delere peccata, quo ad culpam? Gratiam nō conferre? Characterem nullum imprimere? Aquam ad illum non eſſe neceſſariam? Sufficere lac, vinum, vel alium liquorem? Ver-
C borum præſcriptam formam magicam eſſe? Collatum à viro religioſo, laico, aut fæmina, omnino nullum, atque ſic repetendū. Antiquos omnes ritus eius idololatricos?

Quantum porro ſacramentum Euchariſtiæ deprauatis, qui figuram tantū eſſe vultis corporis tam abſentis, quam diſtat cælum à terra? Qui negatis ſacrificiū eſſe, quo mortem Chriſti annūciemus donec veniat? Qui ſi deficiat panis triticeus, illud ex pane hordeaceo, ſiligineo, auenaceo, & qualibet re quæ comedatur, confici poſſe: & ſi deſit vinum, in aqua, cicera, zytho, aut alio quocunque liquore peragi ac celebrari; formā 165.
D denique murmur magicum eſſe dicitis? Deū furfuraceum appellatis? Adorationem ac cultum illius, execrandam idololatriam reputatis? Miracula per illud facta, diabolicis præſtigiis tribuitis? Quando vobis licet, veneranda ſigna eius pedibus calcatis. Nun ergo iure optimo vos appellant Lutherani, *homines ſacramentiperdas*? MIN. Nun etiam contra ſeipſos ſcribunt poſtea.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS XXVI.

Credimus ergo quod nullus in partem ſecedere debeat, aut ſeipſo contentus manere. Sed omnes ſimul vnitatem eccleſiæ teneant, atque ſeipſos inſtructioni communi, ac iugo Chriſti ſubiiciant: & hoc in quocunque loco vbi Deus verum Eccleſiæ ordinem ſtabiliuerit: tametſi Magiſtratus vel Edicta eis ſint contraria, &c.

DOCTOR.

166. VOs, vos omnium primi hac ætate nefarium iſtud ſchiſma incæpiſtis, propagaſtis, firmaſtis, cum ab antiqua & catholica omnium Chriſtianorum fide & communione impie receſsiſtis: & pluſquam in viginti & centum ſectas iam excreuiſtis. Vos, Vos primi inconſutilem Seruatoris noſtri tunicam in Europa diſcidiſtis & laceraſtis, quando contra Eccleſiam veſtra conuenticula, profanam menſam contra altare, & cathedram peſtilentiæ contra cathedram Apoſtolicam erexiſtis atque conſtituiſtis. Vos, Vos contra omnem Caritatem Eccleſiæ, id eſt, totius populi Chriſtiani pacem & concordiam perturbaſtis, confudiſtis, peſſum dediſtis: & iccirco per hunc Confeſsionis veſtræ articulum, proprio vos iudicio condamnatis.

167. Non male ad ſeruandam & retinendam Eccleſiæ vnitatem alios adhortamini: ſed peſsime & fœdiſsime populum Dei in tot diſſectas ſectas diuellitis, quot fere ſunt in vobis Prædicantes ſiue Miniſtri. Nulla ſiquidem inter vos eſt neque doctrinæ, neque fidei, neque religionis, neque diſciplinæ, neque cæremoniarum vnitas, vti variæ inter vos fidei Confeſsiones manifeſtant. Deinde, pugnantes Scripturarum interpretationes quas adfertis, contrarij in diſceptationibus ſenſus, ac infelices Colloquiorum veſtrorum exitus diſſenſiones veſtras vbique perſonant. Tam variæ rationes inter Heluetios, Germanos, Gallos, Anglos, Scotos, Belgas, Danos, &c. quibus in exſecrandis ſacris veſtris exercendis vtimini, palam teſtantur nullam eſſe inter vos vnitatem, aut animorum conſenſionem. Tot denique probra, tot maledicta, tot anathemata, quibus vos inuicem conficitis vniuerſo declarant orbi, vos nullam habere Eccleſiæ vnitatem. In Eccleſia vero Catholica vnus eſt Deus, vna fides, vnum baptiſma, vnicum fidei fundamentum, vnicum quod ſedulo ſeruamus pietatis depoſitum. Illa eſt ergo vera Dei Eccleſia, cuius vnitas ſtudioſe ſeruanda & amplexanda eſt: vos ſectæ pluſquam monſtroſe diſſectæ, in quibus nulla ſalus.

Vide Miniſtromachiam, & Bellu quinti Euãgelij.

Cum porro aitis, *tametſi Magiſtratus, vel Edicta ſint eis contraria,* videte, ne lateat anguis in herba. 168. Cum enim in Europa, adeoque Chriſtianiſsima ſitis Gallia, non oportet Reges, Principes, aut Magiſtratus noſtros, tanquam infideles, tyrannos, Chriſtique hoſtes traducere. Non ſic oportet claſsicum in eos ſonare. Non ſic ære ciere viros, aut Martem accendere cantu. Mementote Anabaptiſtarum Monaſterienſium: & Ruſticorum Germaniæ. Iam plus ſatis ſanguinis Francorum per vos effuſum eſt. Pacem quærite, non bella, non ſeditiones, non turbas, non perduelliones, &c. MINISTER. En alius articulus.

ARTICVLVS XXVII.

Credimus tamen oportere ſolicite & prudenter diſcernere, quæ ſit vera Eccleſia, eo quod nimis hoc abuſum eſt titulo. Dicimus ergo, veram Eccleſiam eſſe conuentum fidelium, qui conſentiunt & conſpirant ad verbum Dei ſequendum, puramque religionem inde pendentem, &c.

DOCTOR.

PRimum in eo turpiter erratis, quod in dubium reuocatis, quæ, qualiſue ſit vera Chriſti Eccleſia, quaſi aliquãdo in quodam antro delituiſſet: aut velut ideæ Platonicæ, inſtarque Democriti atomorum fuiſſet prorſus incerta, occulta, & inaſpectabilis: aut certiſsimis ac euidentiſsimis Notis ſuis caruiſſet, quibus à cunctis alienis cœtibus diſcerneretur. Contra vero fortiter euincit Auguſtinus, hanc eſſe ciuitatem in monte poſitam, quæ abſcondi non poteſt. Lucernam quæ ſub modio non occultatur, ſed eſt omnibus nota, omnibus manifeſta. Mons eſt magnus, qui apud Danielem, impiere dicitur vniuerſam terram.] Et alio in loco: Filij eius conſtituti ſunt principes ſuper omnem terram. Filij eius conſtituti ſunt pro patribus. Templum ſuum Deus vbique collocauit, fundamenta Prophetarum & Apoſtolorum vbique firmauit. Filios genuit 169.

In Pſ. 47. Matth. 5. Dan. 2. In Pſ. 44. Eph. 2.

nuit Eccleſia, conſtituit eos pro patribus ſuis principes ſuper omnem terram.] Et idem iterum: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Hinc fit, vt Eccleſia vera neminem lateat. Vnde eſt illud quod in Euangelio ipſe dicit: *Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.*] Et concludit alibi: Quid amplius dicturus ſum, quam cæcos, qui tam magnum montem nõ vident? qui contra lucernam in cãdelabro poſitam oculos claudunt?

L. 2. contra lit. Petil. c. 32.
Pſ. 18.
Matth. 5.
Tractatu 2. in Ep. Io.

170. Sed ad veſtram veræ Eccleſiæ finitionem accedo. Hanc oſtendo adeo imperfectam, mancam, & abſonam, vt nullo pacto queat, aut debeat admitti. Etenim propria definitio debet vni, & ſoli, & ſemper definito conuenire: hæc è diuerſo, cunctis hæreticorum ſectis poteſt aptari & conuenire. Siquidem Gnoſtici, Sabelliani, Manichæi, Arriani, Neſtoriani, Pelagiani, Donatiſtæ, iactabunde gloriarentur ſuos cœtus fideles eſſe, cum verbo Dei fidem & doctrinam ſuam cõſpirare, & vſquequaque conſentire, atque puram quæ inde pendet, ſe religionem amplexari: idque non minus publice ac præfracte quam vos facitis. Quod ſi eos ſuam fefelliſſe opinionem dixeritis: protinus ſunt reſponſuri, vos potius cunctis opinationibus & ſententiis falli & fallere alios. Atque ita oportebit illam veſtram præterire definitionem, vt aliud caput controuerſiæ ſuſcipiatur ac examinetur: atque ſic accedet Petitio principij, & proceſſus in infinitum, & nunquam finienda circulatio.

Inſuper, ſectæ Lutheranorum, Vbiquiſtarum, Zuinglianorum, Seruetiſtarum, Puritanorum, nouorum Arrianorum, Tritheiſtarum, Suenkfeldianorum, Anabaptiſtarũ, Caluinianorum, Bezanorum, conſimilia vobis effutiunt, iactant, vociferantur. In medium proferunt Scripturas, verbum Dei purum ſequi ſe profitentur, Eccleſiam ſe omnibus defæcatam ſordibus ſequi ſine modo ac fine factitãt, & excuſis libellis gloriantur: & his quadrare poteſt iſta veræ Eccleſiæ veſtra ratio. Eſt igitur cuilibet conueniens pedi cothurnus.

171. Quid? An non quoque à reprobatis per Deum Iudæorum ſynagogis ſtare poteſt? Autumant enim ſe ſanctorum Patriarcharum & fidelium Prophetarum filios, gentem ſanctam, populum acquiſitionis, primogenitum Dei, conſpirantemque expreſſo Dei verbo per Moſem & Prophetas tradito, puram ſequi religionem, quæ inde

A pendeat. Atque id peruicaciter contra nos contendunt illorum Kimhij, Iarrhij, Salomones, Ioſephi, Abrahami, Eſræ, Albones, &c. An non ergo vos pudebit, ita myſticum Chriſti corpus tradere & prodere in manus impiorum? Iterum Chriſtum illis tradere ad illudendum, flagellandum, conſpuendum, & crucifigendum?

Sed permirum mihi videtur, quod notas illas ſtudio prætermittitis, quas Spiritus Dei veræ Eccleſiæ fronti tam luculenter inſcripſit, vt veſtro arbitratu nouas cudatis ac excogitetis. Nimirum, vt noua Eccleſia, nouis ſignis deprehendatur, quandoquidem vetera illi prorſus non conueniunt. 172.

B Erratis ergo deſerentes Vnitatem, cum membrorum inter ſe, tum ſummo cum Paſtore, duce, atque capite ſuo viſibili, quem in terris Chriſtus vt Vicarius ſuus ſupereſſe voluit. Perſcrutamini quam contentioſe & diligenter volueritis Patrum orthodoxorum interpretationes & ſenſa animi in Scripturarum interpretationes, perquirite Conciliorum definitiones, decreta Pontificum, traditiones Patrum, totius Eccleſiæ præcepta, vbique mirabilem & vnanimem in Fidei capitibus conſenſionem membrorum ſecum, & cum præfato capite comperietis. Hinc vir

C Apoſtolicorum temporum: Vna nobis & illis (Eccleſiis Apoſtolicis) fides, vnus Deus, idem Chriſtus, eadem ſpes, eadem lauachri ſacramenta. Semel dixerim, vna Eccleſia ſumus. Ita noſtrum eſt quodcunque noſtrorum eſt.] De veſtris porro, ac veſtrorum parentum Gnoſticorum contradictionibus idem ſcribit; Ipſa hæreticorum doctrina cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate & contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici.] Et iam ante hunc, Irenæus martyr in hanc rem ſcripſerat. Eccleſia per vniuer-

Tertull. l. de virgin. velland. c. 1.
L. præſcr. c. 31.
L. 1. adu. hær. c. 2. & 3.

D ſum orbem per omnes fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis, & à diſcipulis eorum accepit eam fidem, qui eſt in vnum Deum Patrem omnipotentem, &c.] Hanc prædicationem diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, quaſi vnam animam habens, & vnum cor, conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi vnum poſſidens os, &c.] De vobis autem vt & de veſtris authoribus Gnoſticis, ſubiicit: Videamus nunc & inconſtantem eorum ſententiam. Cum ſint duo vel tres, de eiſdem non eadem dicunt: ſed & nominibus, & rebus contraria reſpondent.] Sed & Iuſtinus martyr

L. 1. c. 5.

Digitized by Google

Quæſt. 4. ad orthodox. tyr vtroque adhuc ætate ſuperior dixerat: Cum damnent hæretici alij alios, perſpicuũ eſt omnes eorum hæreſes occaſionem habuiſſe ex ambitione, & mutua hæreſiarcharum inuidia, &c.] Amabo, Viri Prædicantes, legite pugnantia Lutheri, quæ in Sceptiscipite collegit Coclæus: contradicentia in cunctis Locorum communium editionibus ſcripſit Melancthon? Confeſsionis Auguſtanæ permutationes & corruptiones collectas per Fabricum Leodienſem: Caluini & Bezæ fœdiſsimas contradictiones in iis noſtris libris citatas: Miniſtromachiam, & Bellũ quinti Euangelij, fuſe aperteq́; vobis conſtabit, quod hîc paucis perſtringo.

173. Hæc rurſum vnitas eſt omnium ouium cum ſummo Paſtore viſibili, membrorum cum Capite vicario nimirum Petri ſucceſſore in Eccleſia Romana. Oportet, inquit B. Irenæus martyr, & vir Apoſtolicus, ad hanc *L. 3. c. 3.* Eccleſiam (Romanam) propter potentiorem principalitatem, omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles.] Tertullianus quoque ait: Si Italiæ ad- *Præſcript.* iaces, habes Romanam Eccleſiam, vnde *Lib. 1. ep. 3. & lib. 4. epiſt. 8.* nobis authoritas præſto eſt ſtatuta, &c.] ad quam (addit Cyprianus) perfidia non poteſt habere acceſſum. Ad hanc Polycarpus ex Aſia, Origenes ab Alexandria, Paulinus ab Antiochia, Epiphanius ex Cypro, Hieronymus ab oppido Bethlehem acceſſerunt, vt hanc de rebus fidei ſuæ conſulerent. Ad hanc B. Athanaſius ab Arrianis infeſtatus perfugit: à qua Baſilius magnus auctoritatem petiit contra tumultus orientis. Huius cenſuræ ſcripta ſua ſubmittit ex Africa ſua beatus Auguſtinus: quam omnes ex Europa Chriſtiani, vt vere matrem agnouere & coluere. Perpendite quæſo, quomodo nunc adhuc illa firma perſiſtat, triumphet, glorietur, cæteris eheu! quas per orbem fundarunt alij Apoſtoli, miſere collapſis atque iacentibus.

174. Neque minus peccatis cum egregiam illam notam *Sanctitatis* aſpernamini, qua Dei Filius Sponſam ſuam ornari & deſignari voluit, & à ſectis infidelium, Saracenorum, Turcarum, Philoſophorum, Iudæorum, Hæreticorum dignoſci voluit. Nunquam enim hæc Catholica Eccleſia quidquam credidit, docuitue, quod non ſit ſanctiſsimum: nunquam præcepit, quod non ſit iuſtum, laudabile, & ſalutare. Idcirco vere ſancta eſt, cum doctrina tum moribus: maioremque ſui partem iam in cælis pure glorioſeque agentem agnoſcit. Aliæ vero ſectæ impia docent, impure viuunt, & cum nefariis ſceleribus ſuis ad inferna deſcendunt. Hæc probant Philoſophorum aduerſus fidem noſtram non pauca principia, impurus Turcarum Alchoranus, Iudæorum Talmud & Cabala. Nemo iam probat (opinor) iſta Lutheri dogmata, *Non eſt pugnandum aduerſus Turcas: Si nolit vxor, veniat ancilla.* Anabaptiſtarum impietates pii quique procul reiiciunt. Caluinianorum pars magna Bezæ Poemata flammis tradit: & quam Caluinus Chriſto tribuit, Mollitiem animi, Memoriæ lapſum, & deſperationem, animis exſecratur atque reprobat: tantum hæc ab omni pietate & ſanctitate abhorrent.

Mirum quoque eſt, quod nota Catholicæ, ſeu vniuerſitatis, ita vos torqueat, vt 175. hanc ſilentio veſtro, quantum in vobis eſt, ſepeliatis. Hanc autem conſequuta eſt Eccleſia antiquiſsimis Dei per Prophetas pro- *Gen. 15. & 22. Pſ. 2. 21. 71.* miſsionibus, quibus Chriſto ſponſo eius promiſit *Omnes fines terræ.*

Et vt habet Apollinarius in ſua metaphraſi
—— πείρατα πάνθ' ὑπὸ μήνῃ
Id eſt, terminos omnes ſub lunam. Et alibi:
καί μιν γουνάσονται ἐναντίον ἔθνεα πάντα.
Et eum adorabunt palam gentes omnes. Poſtremo.
ἐξ ἑτέρης ἑτέρηνδε κρατήσει πουλυθαλάσσης,
ἐκ δ' ἱερῶν ποταμῶν μετὰ πείρατα μυρία γαίης.
Ab altero mari ad alterum dominationem extendat.
Et à ſacris fluminibus poſt multos terræ terminos.

Hæ per ſummos Apoſtolorum, Diſcipulorum, Martyrum, Doctorumque labores ſunt adimpletæ in oculis noſtris, in tanta Gentium conuerſione ad Chriſtum. Quod ſæculum, quam ætatem, quamue Gentem, à Chriſti Aſcenſione in cælos ſignare poteritis, vbi hæc doctrina non perſonuerit? Erant enim Ieroſolymis cum Apoſtolis datus eſt Spiritus ſanctus, ex omni natione quę ſub cælo eſt. In omnem terram exiuit ſonus diuinorũ Legatorum. Pauli ſæculo, fides Romanæ Eccleſiæ annunciabatur in vniuerſo mũdo. Voluit Chriſtus illos teſtificari in Iudæa, Samaria, & vſq; ad vltimũ terræ. Veſtra vero, id eſt, Lutheranorum, Zuinglianorũ, Caluinianorum, Anabaptiſtarum ſecta, ne partem quidem Europæ potuit adhuc occupare, nedum cæteras orbis terrarum partes: quin & ipſa in dies vel ad Catholicam reuertitur, vel in Turcas & Atheos degenerat. *Act. 2. Pſ. 18. Rom 1. Match. 8. 24. Act. 1.*

Quan-

Quantum vero iam deperiit de Miniſtrali ſplendore, gratia, exiſtimatione veſtra ab hinc annis triginta? Eccleſia vero Catholica quotidie incrementa capit apud Indos Orientis, Occidentis, Meridiei, ac Septẽtrionis.

176. Eadem improbitate & nequitia permoti præclaram illam notã prætermittitis, quod ſit *Apoſtolica*. Et reipſa, cum nulli Apoſtolorũ ſucceſſeritis, nec vlla ratione poſsitis aliquod Veſtigium ſucceſsionis perpetuæ demonſtrare, vt nos legitimam, conſtantemque in Romana Eccleſia oſtendimus: nos vere in Apoſtolica Eccleſia permanemus, vos damnabiliter excidiſtis. Primæ notæ viri Irenęus, Tertullianus, Origenes, Optatus, Auguſtinus, tanti hanc ſucceſsionis perpetuæ Notam fecerunt, vt inde conſtantiſsime omnes hæreticorum ſectas proſcribãt, oppugnent, expugnent. Quod ſi duodecim, viginti, aut triginta Epiſcoporum infracta ſucceſsio, tam firmum ac valens argumentum eſt, quanto magis ducentorum? Oſtendite inter iſtos vel vnũ Lutheranum, Zuinglianum, Anabaptiſtam, vel Caluinianũ. Id cum nequeatis, nonne nos in vera certaque Eccleſia Apoſtolica permanebimus, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Vnde & B. Auguſtinus adfirmat Cæcilium Carthaginenſem Epiſcopum, potuiſſe non curare conſpirantem multitudinem inimicorum (Donatiſtarum:) cum ſe videret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris per cõmunicatorias literas eſſe coniunctũ.] Idem grauiter ſuccẽdens Petiliano hæretico Donatiſtæ, eo quod Cathedram Apoſtolicam, id eſt, Romanam, in qua tunc ſedebat Anaſtaſius, cathedram peſtilentiæ vocaret ſatis patefacit quam acriter reprehendiſſet nouiſsimos hæreticos, qui eam nunquam non clamitant, *Sedem eſſe Antichriſti*. Demum, Patres Nicæni & Conſtantinopolitani, pro certiſsima & clariſsima nota illam deſignarunt, quod ſit Apoſtolica, taliſque continuo agnoſcetur & prædicabitur, quantumuis frematis.

L. 3. c. 3. L. præſcript. L. 2. contra Parmen. L. contra fundam. c. 4. Epiſt. 162. L. 2. contra literas Petiliani. c. 51. Symbolo.

177. Erratis denique, cum in veſtra definitione vultis, fideles illos, quos dicitis Eccleſiã, *conſentire & conſpirare vt ſequantur verbum Dei, de die in diem proficere tota vita ſua, creſcere, & cõfirmari ſemper in timore Dei, &c.* quandoquidem inter eos qui veram fidem ſequantur, veramque confitentur Eccleſiam, multi in vita & moribus admittant ſcelera, cum verbo Dei pugnantia, qui tamen inter Eccleſiæ membra cenſentur. Hoc & Dominus ipſe docuit & explicauit parabolis Frumenti & zizaniorum, grani cum paleis in area, bonorum & malorum piſcium in eadem ſagena, proborum & improborum ſeruorum, virginum prudentum & ſtultarum, ouium & hædorum in paſcuis. Quinetiam Paulus agnoſcit in Eccleſia Corinthiaca fuiſſe fornicatores, adulteros, auaros, detractores, comedones, inhumanos, ebrioſos, tametſi prauis moribus ſuis verbum Dei non ſequerentur. Hac ratione Tertullianus Eccleſiam vocat Confuſum aceruum fidelium, qui perſecutione velut pala, euentilatur, & diſcernitur frumentum Martyrum, à paleis negatorum. Et Cyprianus animaduertit eam ab Apoſtolo comparatam eſſe cum magna domo, in qua ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & fictilia, & lignea, quædam quidem honorata, quædam vero inhonorata.] Quin & vos à priori confeſsione recedentes, ſcribitis, *inter fideles veſtros eſſe hypocritas & reprobatos, quorum malitia non poteſt delere titulum Eccleſiæ.* Legite Auguſtinum l. 18. de ciuit. c. 4. & nono libro de vnitate Eccleſiæ, c. 13. Breuiculo collationum contra Donatiſtas: & lib. 2. Retract. c. 18. & meliores euadetis. MINISTER. Accipe quod ſequitur.

Matth. 13. 24. & 25. L. de fuga in perſecut. Matth. 3. Epiſt. 51. 2. Tim. 2.

ARTICVLVS XXVIII.

Secundum hanc fidem proteſtamur, quod vbi verbum Dei non recipitur, & nullus eſt vſus Sacramentorum, vt proprie loquamur, iudicari non poteſt aliquam eſſe Eccleſiam.

DOCTOR.

SVpra modum igitur improprie loquuti eſtis & iudicaſtis, quando ſuperiori articulo Eccleſiam definiuiſtis, nulla habita ratione vel mentione Sacramentorum quaſi illa ſine iis omnino eſſe poſſet. Præterea, cum demonſtrare nequeatis quemquam à temporibus Apoſtolorum miniſtraſſe, docuiſſe, baptizaſſe, cœnaſſe; aut de aliorum Sacramentorum materia, forma, effectis, aut ritibus Caluinico more ſenſiſſe: perſpicuum & certiſsimum eſt, nullam vos ab eo tempore, id eſt, mille & quingentis habuiſſe in terris Eccleſiam. Ad illam ergo non pertinetis, cui dictum eſt: *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Poteſtas eius poteſtas æterna, & regnum quod non corrumpetur.* Et

Matth. 16. Dan. 7. Luc. 1. Epiſt. 48.

Digitized by Google

Et regni eius non erit finis, &c. Ipſa eſt, inquit A
Auguſtinus, quæ aliquando obſcuratur, &
tanquam obnubilatur multitudine ſcanda-
lorum, quando peccatores (hæretici) inten-
dunt arcum vt ſagittent in obſcuro rectos
corde. Sed etiam tunc in ſuis firmiſsimis e-
minet. MIN. Magno ſupercilio addunt.

Ideo condemnamus omnes cœtus Pontificiorum, eo quod pura Dei veritas exulet inde.

DOCTOR.

179. Qua vos auctoritate miſeri Miniſterculi, laici, excucullati, apoſtatæ, tot ſacros Sacerdotes, venerandos Antiſtites, tot Doctores & Patres eximios, tot ſanctos Epiſcopos & Paſtores, tot Martyres fortiſsimos, tot popu- B los Chriſtianos, tot illuſtriſsimos Principes, tot Reges, tot Imperatores à Deo conſtitutos & probatos, qui in Eccleſia Catholica (quam per contemptum & odiũ Papatum nominatis) virtute & laude floruerũt homines innocentiſsimos capitis condemnatis? Qua inquam poteſtate, vt immanes parricidæ, matricidæ, fratricidæ, patres, matres, fratres, auos, abauos veſtros, & omnes retro generationes Chriſtianorum hominũ qui in fidei Cathol. Apoſtolicæ, Romanæq; profeſsione præcelſerunt, damnatis, reprobatis, morte æterna, quantum in vobis eſt, conficitis? Quo vos iure tot Chriſti Confeſ- C ſores, tot caſtiſsimas virgines, tot pias matronas, tot pœnitentes, quos iam Deus excepit regno ſuo cœleſti, eodem extruditis, longéq; pro veſtra libidine extorres facitis? Nõ illud eſt os putidum, hians, & execrans aperire in cœlũ? Tabernaculum Dei, & eos qui inhabitant in eo blaſphemare? Omnem nationem filiorum Dei reprobare? Si negatis omnes hos à mille & quingentis annis Eccleſiæ Romanæ poteſtatem & authoritatem agnouiſſe, eidemq; obtemperaſſe: id ita contra vos probaui, vt nondũ reſpondere quiſquam veſtrum potuerit. *Annot in lib. 3. Irenai, c. 3.* MIN. Has reddunt rationes. D

Apoc. 13. Pſal. 72.

Eo quod pura Dei veritas inde exulat, & Sacramenta corrupta, adulterata, falſificata, vel omnino annihilata ſint, & in quibus ſuperſtitionum, & idololatriarum omne genus regnat. Tenemus itaq; omnes qui iis ſeipſos commiſcent & communicant, abſciſſos & ſeparatos à corpore Chriſti.

DOCTOR.

180. Plurima & grauiſsima dicitis, quorum nihil probatis, nec probabitis vnquam: ego ad ſingula reſpondeo. Vos in primis cum Nouatianis & Donatiſtis commune habere, vt ſchiſmata veſtra defendatis, *totum ante vos orbem aberraſſe, Eccleſiam à fide vera defeciſſe, & omnem veritatem exulaſſe*, vt eius authores & inſtauratores habeamini? Sed quis vaniſſimam gloriam iſtã æquo animo feret? Credet tam putido mendacio? Donatiſtę (inquit Auguſtinus) imperite vel fallaciter agentes, colligunt de Scripturis talia, quæ vel in malos bonis permixtos, vel de vaſtatione populi Iudæorum dicta reperiuntur; & volunt ea detorquere in Eccleſiam Dei, vt tanquam defeciſſe ac periiſſe de toto orbe videatur. Et de Gnoſticis Tertullianus ait: Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent. Ita fit vt ruinas facilius operentur ſtantiũ ædificiorum, quam exſtructiones iacentium ruinarum. Dicitis itaque more patrum veſtrorum, Veritatem ex Papatu exulare, vt Caluiniſmũ veſtrum ædificetis. Contra vero, Lutherus veſter ait: *In Papatu eſt omne bonum. Sunt ſacra Biblia, eſt Baptiſmus, eſt Euchariſtia vera.* Et alibi: *Sub Papa manſit nomen Chriſti: ſed noſtra ingratitudo meretur, vt Chriſtus non nominetur, & implebitur dictum eius. Cum venerit, putas inueniet fidem ſuper terram.* Et nos itaque, quos Papiſtas appellatis, ex toto corde, ex tota anima confitemur, ex omnibus viribus profitemur, omnes nos ſacros Bibliorum libros, (in quibus & vos puram Dei veritatem contineri iudicatis) recipere, exoſculari, probare, credere, & prius, & melius, quam vos ipſi probetis & credatis. Præterea, nos admittimus, credimus, palam prædicamus ſanctorum Apoſtolorum traditiones, Conciliorum ſanctiones, ſummorum Pontificum noſtrorum decreta, dogmata Seniorum, Patrum conſentientes Scripturarum interpretationes. Nonne ergo & plenius & perfectius in Pontificiorum cœtibus, quam in veſtris conuenticulis, Veritas regnat atq; triumphat?

L. de vnit. Eccl. ca. 12. 13.

Præſcript. c. 42.

To. 1. Collo. f. 49.

Subnectitis: *Sacramenta* (in Papatu) *corrupta, adultera, falſificata, vel omnino annihilata eſſe*, tam fœcundi, quam (vt video) facundi ad mentiendum, maledicendum, calumniandum. Nos ſeptem nouæ legis eſſe Sacramenta, à Chriſto inſtituta omni conſtantia credimus, & prædicamus: vos tantum duo vix admittitis. Apud quos ergo potius ſunt annihilata Sacraměta? Sed ſi inter nos annihilata ſunt, apud quos, inter quos, à quibus baptizati ſunt Lutherus, Zvvinglius, Caluinus, & alij authores veſtri? Vel nullo modo baptizati, Turcæ, Iudæi, Ethnici vixerunt? Sed bene habet, quod, paulo poſt, Baptiſmi ſubſtantiam in Papatu manſiſſe confitemi- 181.

ni:

Digitized by Google

ni: videlicet, quod aquam in baptizandum effundentes, ſimul verba Dei coniungamus, *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* At, eodem modo in Euchariſtia vtimur pane & vino; inſuper, & verbis Chriſti, *Hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis, &c.* itaque nihil in eius ratione corruptum, nihil adulteratum, falſificatum, vel annihilatum eſt: quandoquidem tantundem ſaltem in ijs ſeruemus, doceamus, admittamus quam vos. Imo vero, Catholica & vera fide omnem infidelitatem veſtram toto cœlo ſuperamus, quando credimus, atque prædicamus, & hęc duo & alia quinque Sacraměta, Chriſtum filium Dei inſtituiſſe, vt horum miniſterio nobis paſsionis & mortis ſuæ merita, fructuſque applicaret, gratiam conferret, peccata deter geret, & ad vitam perduceret æternā. Cum
L.19. cont. Fauſt. c.16 Auguſtino credimus & prædicamus: Sacramenta viſibilia ſonant & tranſeunt, virtus tamen, quæ per ipſa operatur, iugiter manet: & donum ſpiritale, quod per iſta inſi-
Ibid. c.11. nuatur, æternum eſt. Iterumque: Sacramen-
L. de reſur. carn. c.8. torum vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideo contempta ſacrilegos facit. Sed & poſt Tertullianum docemus, Carnem baptiſmo ablui, vt anima emaculetur: carnem vngi, vt anima conſecretur: carnem (in Cōfirmatione) ſignari, vt anima muniatur; carnem (in pœnitentia) manus impoſitione adumbrari, vt anima ſpiritu illuminetur: carnem corpore & ſanguine Chriſti veſci, vt anima de Deo ſaginetur, &c. Atque hæc nos de Sacramentorum dignitate ac efficacitate: vos è contrario, eorum materiam tranſmutatis, formam certam negatis, effectus impugnatis, & ritus omnes tollitis è medio. An non ergo voſipſi Sacramenta corrumpitis, adulteratis, falſificatis, & omnino annihilatis?

In iis (dicitis) *ſuperſtitionum & idololatriarum omne genus regnat.*

182. Attendite quæſo, quemadmodum in his
Aug. l.20. cont. Fauſt. tetris calumnijs imitatores vos præſtetis inprimis Manichæorum, qui idololatriæ Catholicos inſimulabant, quod ſanctiſsimam Euchariſtiam ſupplices venerarentur. Hinc Arrianos ſequimini, vt de illorum impoſturis referunt Hieronymus, Hilarius, Athanaſius. Inde Neſtorianos, vt ex actis Concilij Epheſini colligitur. Denique, excæcatos Iudæos, Turcas, Ethnicos; qui aliquot fictis de cauſis ſibi perſuadent plurima inter Cathol. eſſe idololatrica. An non vos tot modis reformatos, defæcatos, euangelicos, tam infa-
A mium & perditorum parentum & præceptorum vnquam pudebit? Contra vero, docemus omnes, Vnicum verum & viuum Deum ſummo cultu adorandum, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, &c.* MIN. Conſilia vultu tegunt, ac meliorem ſpem fronte ſerenant, ſubijcientes:

Tamen quia reſtat aliquod in Papatu Eccleſiæ exiguum veſtigium, & ſubſtantia Baptiſmi illic manſit, eo dato quod virtus Baptiſmi non dependet ab eo à quo miniſtratur: Fatemur eos, qui ibi baptizati ſunt, non egere ſecundo baptiſmo. Nihilominus propter corruptiones quæ in eo fiunt, ſine ſorde non poſſunt ibi infantes offerri.

B

DOCTOR.

Attende quanta ſit vis Veritatis, quæ vel 183.
ab infeſtis hoſtibus ſui confeſsionem poſsit extorquere! Ad hanc porro Miniſtralem confeſsionem ſic ratiocinor. Cuicunq; aut pars præcipua, aut tota definitio conuenit, huic & definitum quadrat. At vero, veræ Eccleſiæ veſtigia, & in ijs Baptiſmi ſubſtantia & virtus, cum verbo Dei in Biblijs con- Ep. ad Farellū
tento, conueniunt Papatui: ergo vera eſt Ec- 1538.
cleſia. His addo quæ Caluinus vltro fatetur: *Tantam miniſterii ac Sacramentorum reuerentiam eſſe oportere, vt vbicunque hæc ſtare cernant, Eccleſiam eſſe cenſeant.* Sed in Papatu eſt vera
C Scriptura, eſt verum Baptiſma: ergo Eccle- Ad eundem.
ſia. Idem quoque poſtea: *Sic Papiſtis detrahi-*
mus Eccleſiæ nomen, vt tamen illic quaſdam mane- 1549.
re reliquias Eccleſiæ non negemus. Iterum epiſtola ad Zozimū Italum ait: *Rationibus ſolidis me probaſſe puto, Eccleſiam licet ſemiruptam imo ſi lubet diruptam, ac deformem, aliquam tamen manere in Papatu.* At vero, eccleſia vnica, impartibilis & indiuiſibilis eſt, vt Chriſti tunica inconſutilis: ergo tota & integra in Papatu. Vos a. ab ea omnino p̄ciſi & alieni eſtis: igitur, &c.

Veram ſubſtantiam baptiſmi ibi manere 184.
confitemini, idque ægre quidem, ne Anabaptiſtæ exiſtimemini. Si enim id iretis inficias,
D protinus obiectum vobis fuiſſet, Sacerdotes noſtri, qui Papæ ſubijciuntur, & obſequium debitum ei præſtant, Zvvinglium, Bullingerum, Caluinum, Bezam, & reliquos vere baptizarunt, neque denuo rebaptizari ſe curarunt: ſequitur ergo verum, efficacemque Baptiſmum apud nos eſſe. Liceat mihi iterū ſic in vos ratiocinari: Subſtantia Baptiſmi remanſit in Papatu. Illa ſubſtantia comprehēdit materiam, formam, intentionem, ipſoſque Baptiſmi præcipuos effectus. Hæc igitur omnia ſunt in Papatu. At vero, vt vnus eſt Deus, vnaque fides ſic & vnum Baptiſma: in

ſolo

Digitized by Google

ſolo igitur Papatu eſt verum Baptiſma eum effectibus ſuis, non in Hugnoſticorum cœtu. Eſt efficax & verum inter nos, quod nõ niſi in vera & Catholica eccleſia eſſe poteſt, vt copioſe diſſerit Auguſtinus: ij ergo quos Põtificios appellatis, veræ eccleſiæ filij ſunt & oues, ad quos vos redire oportet, ſi ſalui eſſe cupitis. *Tom.7.*

185. Quas denique, conſueta modeſtia veſtra, vocatis *corruptiones*, ſacri ſunt ritus & religioſæ ceremoniæ, ab Apoſtolis per orbem ſeruatæ & traditæ, vt locupletiſsime teſtificantur, & piiſsime declarant illorum diſcipuli Clemens & Dionyſius. Huic dogmati ſubſcribunt Tertullianus, Cyprianus, Origenes, qui primo ab eis ſæculo in Eccleſiis floruerunt. Et poſt iſtos, Baſilius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & alii; qui illis ſæculis vixerunt, in quibus Caluinus fatetur nullam adhuc in doctrina Apoſtolica factam fuiſſe mutationem. Libri quarti, Inſtitutionum, cap.2.§.3. MINISTER. De Eccleſia rurſum ſic iudicant. *L. de Bapt. de Coron. de præſcr. Epiſt.70. Li. de bapt. L. de ſacram. &c.*

ARTICVLVS XXIX.

Quod ad veram Eccleſiam ſpectat, credimus, quod regi debeat iuxta πολιτείαν, quam Chriſtus inſtituit.

DOCTOR.

186. BEza vel ſeipſo prudentior, vel paulo ſapientior vobis, addi vult, *Iudicium Antiquorum, qui nobis Canones ſuos reliquerunt, in teſtimonium adminiſtrationis eius, quam ſuis temporibus ſeruarunt.* Adijcit illico omnium veſtrum nomine. *Hoc nos ſemper poſtulauimus, adhucque poſtulamus: tantum abeſt vt confuſionem velimus aut legitima Concilia, Canoneſve Maiorum contemnamus.* Sed politia illa quam ordinauit Chriſtus, ſequutaque ſunt Concilia, & Patrum canones, probant in primis Diuo Petro & ſucceſſoribus collatam in omnes oues Chriſti authoritatem, atque iuris dicendi poteſtatem. Deinde, audiendos eſſe volunt primarum ſedium Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, id eſt, venerãdam in Eccleſia hierarchiam, graduumq; eorum ſacrorum hominum, qui verbum Dei nuntiant, Sacramenta miniſtrant, & neceſſariam tuentur diſciplinam. Vult enim Chriſtus, vt in domo ſua fiant ordine. *Ideo*, vt Paulus ait, *dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autem Paſtores, &* *Conf. puncto.5.art.6* *1.Cor.14. Eph.4.*

A *Doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii in ædificationem corporis Chriſti, &c.* Huius ordinis memor Auguſtinus ſcribit: Quam multos Epiſcopos, optimos viros, ſanctiſsimoſq; cognoui: quam multos Preſbyteros, quam multos Diaconos, & huiuſmodi Miniſtros diuinorum Sacramentorũ? Quorum virtus eo mihi mirabilior, & maiore prædicatione dignior videtur, quod difficilius eam multiplici hominum genere, & in iſta vita turbulentiore ſeruare. Sed & Cõcilium Carthag. quartum copioſe ſatis exponit ritus ordinandorum Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolythorum, Exorciſtarum, Lectorum, ac Oſtiariorum. Ante hos autem Cyprianus martyr, & Tertullianus & iſtorum ordinum frequenter meminerunt. Ignatius martyr, cum honore ſalutat Subdiaconos, Lectores, Cãtores, Oſtiarios, Laborantes, Exorciſtas, atque Confeſſores. Clemens & Dionyſius eorundem ordinandorum ritus, ab Apoſtolis acceptos ferunt. *L.1. de moribus eccl. Cath.c.31.* *Cap.2.3.4 5.6.7.8.9* *Ep. ad Antiochen.*

Politia vero Caluinicæ ſynagogæ prorſus mimica & deridenda eſt. Cum enim vel Laici, vel excucullati ſint Monachi, vel ſacerdotes fidefragi omnes præfecti eorum, certe nullũ omnino ordinare poſſunt, nullique legitime manus imponere. Atque ita ſine vllo ſacro ordine, ſine recto gradu, ſine vllo ſancto manent principatu. Ridiculum plane, quod Miniſtrum, alium cenſeant à Diacono: illi primum gradum in cœtibus ſuis tribuant, huic autem vix ſecundum Antiquos conſtituant viginti-quinque vel triginta annorum: & Superuigiles ſtatuant, Epiſcopos autem auerſentur. Lectores audiant, Exorciſtas nullos admittãt: nimirum vt maligni ſpiritus & ſupra, & infra ſe liberius dominentur. Quin & mulierculas ſuas Oſtiarias, & Cantatrices, & Pſaltrices eſſe probant. Quid mirum ſi Hugnoſtici præſtent iſtud, cum & illud Gnoſtici pridem præſtiterint? De iis enim ait Tertullianus: Ipſæ mulieres hæreticæ, quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, forſitan & tinguere? MIN. De rectoribus eius ſic loquitur. 187. *L. præſ.c. 41.*

Digitized by Google

ARTICVLVS XXX.

*Credimus omnes veros Paſtores, in quocunque
conſtituti ſint loco, eandem habere authoritatem,
ac æqualem poteſtatem ſub eodem ſolo capite, ſolo
ſupremo, & ſolo vniuerſali Epiſcopo Ieſu Chriſto.
Ideoque nullam Eccleſiam poſſe vllam dominatio-
nem ſuper aliam prætendere.*

DOCTOR.

188. O Si Regum iras, Principum gladios, Ma-
giſtratuumque tribunalia ſeueritateſq;
non metueretis! Eandem proculdubio &
de illis proferretis ſententiam, eoſdem in
officio veſtræ cogerent Miniſtricæ Synodi:
atque ſic eãdem inueheretis in regna & reſ-
publicas confuſionem, quam nitimini in
Eccleſiam Dei importare. Id iam fecere ex
vobis nati Anabaptiſtæ, quos & Zelandi, &
Hollandi, & Bataui, & Friſij fratres & con-
diſcipuli veſtri, quam poſſunt æmulantur.
Quid vero Heluetici ſacramentarij? Quem
in Regem agnoſcunt? Cuius imperio ſub-
ſunt? An non iſtam ἀναρχίαν amplexi, ęquales
ſe omnes profitẽtur? Quanta Lutherus ſcri-
pſit aduerſus Imperatorẽ, Principes Impe-
rij, Nobilitatem Germaniæ? Quanta Calui-
nus aduerſus Henric. Regem Angliæ? Quã-
ta deſignarunt Beza & commilitones eius, C
aduerſus Chriſtianiſsimos Reges, Principes,
Officiarios, & Magiſtratus ab ijs conſtitu-
tos? Caueant ergo ſibi à vobis, ſi ſapuerint.

189. Verum, ſiquidem Eccleſia Chriſti corpus
eſt myſticum, q; & membris myſticis con-
ſtare oportet, nonne oportet iſtorum ſitus,
officia, munera varia eſſe? Diuerſis fungi of-
ficijs? Alia alijs eſſe præſtantiora & ſuperio-
ra, alia vero ſubſeruire? Regnum quoque
non raro cenſetur: ergo neceſſe eſt in ea di-
ſtinctas eſſe dignitates, & ſubordinatas po-
teſtates, quæ diſparatis fungantur officijs.
Non ergo ipſi Deo reluctamini, qui in omni
lege diuerſos duces & paſtores inſtituit? Qui- D
libet Leuitarum Sacerdotem æquabat? O-
mnis Sacerdos ſummo Pontifici dignitate
par? Dathan, Core, Abiron, eiuſdem fuerũt
cum Moſe & Aarone dignitatis? Sane ſi æ-
qualia eſſent omnia, non eſſent omnia. His
conuictus Beza, & ſeipſum, & vos omnes
Conf. pag. 5. art. 6. huius impietatis coarguit, dicens: *Abſit, vt cre-
damus omnia Eccleſiæ membra paribus fungi mu-
neribus & officiis.* Ergo Magiſtratus Eccleſiæ,
id eſt, legitimi Paſtores & præfecti inæqua-
lis ſunt authoritatis & ordinis: vos autem
huius turbatores iniquiſsimi.

A *Sub eodem ſolo capite, ſolo ſupremo, ſolo vniuer-
ſali Epiſcopo Ieſu Chriſto.*

Idem quoq; ſolus dicitur pater, ſolus Pa- 190.
ſtor, ſolus doctor, ſolus Rex Regum, ſolus Matt. 23.
dominus dominãtium, ſolus ſupremus Im-
perator & Monarcha. Vt autem id non eſt
impedimento, quo minus in quaque familia
ſit pater, quæque Eccleſia ſuum habeat pa-
ſtorem, quodque regnum ſuum Regem,
quodq; Imperium ſuum Imperatorem, qui
inaugurentur nomine illius & fungantur
ſuis ſecundum eum officijs ac muneribus:
ſic neque id eſſe poteſt obſtaculo, quo
minus ſummus aliquis Paſtor & Pontifex
B toti Eccleſiæ præſit. Nunquam in lege natu-
ræ defuit Patriarcha, ſed neque in lege Mo-
ſis ſummus Sacerdos, qui curam eius tem-
poris Eccleſiæ gereret, eiuſdemque rebus
ſacris inuigilaret. Quid? Nonne & Diu. Pe-
trum cunctis ouibus ſuis præeſſe voluit, prę-
cipiens ei, *Rege & paſce oues meas? Confirma fra-* Ioan. 21.
tres tuos? Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam Luc. 22.
meam? Mirum certe, quod & hoc ipſum vi- Matt. 16.
dit, cognouit, & adfirmauit aduerſus ſemet- In c. 10.
ipſum, & voſmetipſos Caluin. veſter. Siqui- Matt. v. 2.
dem ſcriptis conſignauit: *Primum inter Apo-
ſtolos fuiſſe Petrum libenter fatemur.* Id autem
ad tempus referri nequit, ergo ad authori-
C tatem pertinet, Et iterum: *Nobis notandum eſt* In c. 1. Io.
*Deum voluiſſe, vt Petrus, qui longe excellentior de-
bebat eſſe, quam Andreas, tamen per ipſum addu-
ceretur ad Ieſu Chriſti notitiam.* Qua in re ex-
cellentior, niſi in authoritate ſummi Eccle-
ſiæ paſtoris? Iterum: *Petro conſenſu omnium* In c. Cor. c.
datus eſt primus locus. Iterumque: *Fatemur qui-* 9. v. 5.
dem Petrum agnitum fuiſſe Principem inter alios Et in Act.
Apoſtolos, vt neceſſe eſt in omni cœtu aliquem eſſe Apoſt. c. 1.
qui præcedat; & alios dirigat: & reipſa Apoſtoli v. 16.
*primas partes Petro detulerunt, propter eas quæ in
ipſo erant, excellentes gratias, &c.*

Itaque ſub ſupremo capite & paſtore ani-
marum noſtrarum Ieſu Chriſto, Petrus &
ſucceſſor eius nobis datus eſt, cum omni po-
teſtatis plenitudine caput vicarium, paſtorq;
viſibilis, qui rebus ſacris totus inuigilet, nec
eſt, aut fuit, aut erit vnquam in Eccleſia
Chriſti omnium Paſtorum eius æqua pote-
ſtas: vt fingentes ſtabilire authoritatem eius,
expreſsis verbis illius, & authori ſuo contra-
dicunt Hugnoſtici.

Cum dicitis, *nullam Eccleſiam dominationem* 191.
prætendere poſſe ſuper aliam, non ſolam Rom.
impetitis: ſed & Conſtantinopolitanam,
Antiochenam, Ieroſolymitanam, Alexan-
drinam, Patriarchas & Primates oẽs; vt or-
dine

Digitized by Google

dine ſublato, cuncta ſuſq; deque ferantur: A
atq; ſic quatuor prioribus Conciliis generalibus (quæ vos admittere fingitis, & in quorũ decretis Patriarcharum ſedes comprobantur) contra fidei veſtræ profeſsionẽ vos opponitis. Hinc viam paratis cunctis hæreticorum Sectis, quæ in Eccleſiam irruent, tanquã lupi rapaces in gregem ſuis paſtoribus deſtitutum. Tum quoque vnuſquiſq; plus quam oportet, ſibi ſapiens, parem ſibi cunctis aliis poteſtatem arrogabit, nihil deferet ſenioribus, nihil doctioribus, ſed æqualem ſe cuiuis putabit. Exempla tam diuerſarum quam aduerſarum, & peruerſarum ſectarum veſtrarum idipſum meridiana luce clarius manife- B
Epiſt.55. ſtant. Quod animaduertens D. Cyprian. ſcribit: Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundũ magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum Sacerdotum col-
Epiſt.65. legium quidquam moueret. Idemq; poſtea: Hæc ſunt initia hæreticorum, & ortus atque conatus ſchiſmaticorum, vt ſibi placeant, vt Præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare profanũ collocatur, ſic contra pacem Chriſti, & or- C
dinationem, atque vnitatem Dei rebellatur.

192. Quantum vero ad Romanam ſedem pertinet ac eius in omnes alias principatum ſpectat, nos paulo ante illum probauimus: & iamdudum tot rationibus & authoritatibus confirmauimus, Annotationibus in librum tertium B. Irenæi martyris, ca 3. vt cuiuis etiam curioſiſsimo ingenio ſatis eſſe debeat. MIN. Quid cenſes de proximo Articulo.

ARTICVLVS XXXI.

Credimus neminem ſe debere propria authoritate in munia Eccleſiaſtica intrudere: ſed hoc faciendum eſſe per electionem inquantum fieri poterit, & Deus permiſerit. Hanc exceptionem addimus, quoniam aliquoties oportuit, & hoc præſertim tempore noſtro, in quo ſtatus Eccleſiæ erat interruptus, vt Deus modo extraordinario homines excitaret, qui de nouo Eccleſiam erigerent.

DOCTOR.

193. PRimum, his verbis Lutherum parentem veſtrum condemnatis, qui cum Epiſcopus non eſſet, propria authoritate, vel potius temeritate Eccleſias Germaniæ inuaſit, lacerauit, deformauit. Eadem quoque cenſura notatis Farellum, Viretum, Caluinum, qui cum Sacerdotes non eſſent, ſed Laici, Epiſcoporum Geneuæ & Lauſanæ, ſine vlla ordinatione Eccleſiaſtica, manus ſibi inuicem (vt muli mulos ſcabunt) manus imponentes, Epiſcoporum cathedras vi occuparunt, & cuncta Eccleſiaſtica munia ſuo priuilegio, imo ſacrilegio, vſurparunt. Qua tandem authoritate Zvinglius ac Oecolampadius Tigurinorum & Baſilienſium ſeſe Paſtores crearunt? Nonne & voſipſos per Eccleſias Galliarum, ſine vlla vocatione legitima intruſiſtis, à nullis miſsi quam à vobiſipſis?

Sed hoc (inquitis) *per electionem fieri debet, in quantum Deus permiſerit.* In duobus à vobis diſsidetis, & in tertio voſmetipſos damnatis. Primo cum electionem exoptatis, fatemini delectum, ſicque liberum arbitrium in homine, etiam poſt lapſum, relictum eſſe: quod aliis omnibus locis pernegatis. Vbi namq; electio, ibi libertas ſit neceſſe eſt. Secundo, ſimplicem Dei agnoſcentes permiſſionem. Caluinum veſtrum eam negantem, impietatis coarguitis. Tertio, nec vos, nec authores veſtros vnquam electos fuiſſe in *Ioan.10.* Paſtores Gallicarum Eccleſiarum probare poteſtis. Ergo nõ intraſtis per oſtium in ouile ouium: ſed aſcendiſtis aliunde. Quis namque Farellum elegit, ordinauit, aut vocauit initio Geneuam? Nonne propria authoritate & arrogantia ſeipſum ingeſſit, ſicut & vos? A quibus Epiſcopis impoſitionem manuum accepiſtis? Itaque de quolibet veſtrum vere dici poteſt, quod de Nouatiano ſcribit Cy- *Epiſt.76.* prianus. Nouatianus in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt, qui Euangelica & Apoſtolica traditione contempta, nemini ſuccedens à ſeipſo ortus eſt. Habere namq; aut tenere Eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non eſt.

Verum, *hoc tempore noſtro* (dicitis) *ſtatus Eccleſiæ erat interruptus.* Dicitis (inquam) audacter, ne dicam amplius: ſed nec probatis, nec probabitis vnquam. Nos longe aliter, perpetuam ſucceſsionem, non interruptam Epiſcoporum & Doctorum oſtendimus per omnes primarias Europæ Eccleſias; ab Apoſtolis inde & Apoſtolicis viris ad hæc vſque tempora. Præterea, ſi ſtatus Eccleſiæ omnino interruptus fuit, vbi vos reperiſtis Eccleſiam, quam reformaretis? Repurgaretis? Recuderetis? Ecquando, quomodo, quot ſæculis interruptus fuit? Solum-ne in Europa, aut etiam in Aſia, in Africa, in toto terrarum orbe?

Margin (right column): 194. beside "Sed hoc (inquitis)"; 195. beside "Verum, hoc tempore noſtro"; D beside "cleſia erat interruptus".

Digitized by Google

Pſal. 21. 44. 71. orbe? Quæ hiſtoriæ iſtud teſtantur? Qui au- A thores memoriæ prodidere? Ad hæc, ſi interruptus fuit Eccleſiæ ſtatus, ſane Chriſtus Dei filius acceptam à Patre ſuo hæreditatem amiſit. Regnum eius è terris ſublatum eſt. Portæ inferi prævaluerunt aduerſus eius Eccleſiam. Spiritus veritatis non manſit cum ea in æternum. *Matth.* 28. Illuſtriſsimum hoc promiſſum, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, vanum & irritum eſt. Regni eius fuit finis, &c. quæ omnia palam impia ſunt, nedum abſurda. MIN. Subiiciunt.

Dan. 7. Matt. 16. Ioan. 4. Luc. 1.

196. *Oportuiſſe Deum iis noſtris temporibus, homines* B *excitare extraordinarie, vt Eccleſiam de nouo erigerent & inſtaurarent.* Quandoquidem de nouo inſtaurata eſt quam vobis arrogatis, Eccleſia non eſt illa profecto, quam Chriſtus ante mille & quingentos annos acquiſiuit ſanguine ſuo: quamque Apoſtoli & ſucceſſores eorum toto mundo propagarũt, Martyres ſuo ſanguine purpurarunt, nec illam quam priſci Doctores docuerunt, nec quam Maiores noſtri pridem per tot ſæcula, aduerſus hæreticorum, infidelium & hoſtium omne genus defenderunt, ſeruauerunt, coluerunt. Atque ita hæc de nouo excitata Eccleſia veſtra, non eſt vna, ſancta, Catholi- C ca, Apoſtolica, ſed neq; Chriſtiana. Ad hæc, ſi noſtro tempore, id eſt, 1534. & 1535. Zuinglius Tiguri, Farellus & Caluinus Geneuæ, cœperunt veterem & Catholicam Eccleſiam abolere, & nouam veſtram erigere & inſtaurare: certe Hus, de Praga, Vuiffclef, Valdenſes, Bohemi, Albigenſes, & alii veteres parentes veſtri, nec veræ Eccleſiæ aſſertores, nec inſtauratores, nec veritatis euangelicæ vindices fuerunt, vt alibi prædicatis. Demum, turpiter imponitis, cum vos à Deo ſuſcitatos animis hominum inſinuare nitimini: neque enim expreſsis ſacrorum libro- D rum teſtimoniis id comprobatis, vt beatus fecit præcurſor: neq; miraculis in eam rem editis, vti fecerunt Moyſes, Elias, Eliſæus, & Apoſtoli. Vos itaque de vobis teſtimonium perhibetis, ergo teſtimonium veſtrum non eſt verum. Quapropter eorum vos conſortes eſtis, quos Dominus reprobat, & exauthorat dicens: *Non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos, &c.* Probat autem Tertullianus, non ſatis eſſe, vt quis ſe iactet à Deo vocatum eſſe, niſi hoc ipſum euidenter probet: vt & Auguſtinus, in nouo Teſtamento, Sacerdotes & Paſtores Eccleſiæ eos eſſe, non qui baptiſmum, doctrinam, zelum, vel ſanctitatem obtendunt: ſed qui legitima ordinatione fiunt. *Quæſt. 11. & 46. ex veteri teſtamento: lib. 20. de ciuit. cap. 21. & lib. 2. contra lit. Petiliani, cap. 107.*

Lib. Martyrum.

I. præſcrip.

Præterea, ſi veſtra hæc vocatio ſeu excitatio extraordinaria eſt, certe nobilis ille veſter Pleſſæus longe ab omni veritatis aberrat tramite, qui eam tueri nititur ordinariam per Lutherum & Buccerum, qui ab Epiſcopis legitimis Sacerdotes aliquando fuerunt ordinati. Ecquando vobiſcum conuenietis? Inſuper in errorem prolabitur Aerianorum, dicentium, Sacerdotes ſimplices æquales eſſe Epiſcopis, atque ius cum eis æquale tenere ordinandi atque mittendi. Hæccine merces tantorum ab ipſo pro vobis ſuſceptorum laborũ? Quid ergo de Melanchthone, de Farello, de Caluino, de vobis iudicandum, qui mere profani ſacrum miniſterium arripitis? Tandem, ſi extraordinarie veniſtis, pro certo non intraſtis per oſtium in ouile, ſed aſcendiſtis aliunde, &c. 197.

Aug. l. de hæreſ.

Quidquid ſit, ſcribitis, credimus oportere ſemper huic regulæ inſiſtendum, vt omnes Paſtores, Superuigiles, & Diaconi, officii ſui teſtimonium habeant.

Cur veſtros *Antiquos ſeu Seniores veſtros*, in hac enumeratione prætermittitis? Ita ne eos teſtibus carere vultis? Aut cur ſacra, priſcaq; nomina Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Presbyterorum diſplicent magis quam Diaconorum? Ea certe collegæ veſtri in Anglia retinent, & quidem ambitioſiſsime. Non & Vvigandus inter Germanos, ac Oecolampadius apud Helueticos, id ſibi vendicant nominis? Eadem profecto ex ſacris litteris proferuntur. Ita ne decet vniuerſam aſpernari vetuſtatem? Omnem contemnitis, per Catholicorum odium, ſcripturam? Omnem Apoſtolicam traditionem reſpuitis? Quod comminiſtris tantopere placet, tanto contemptu reprobatis? At vero Gnoſticos parentes veſtros ſic propius imitari vobis libuit: quorum ordinationes (ait Tertullianus) fuerunt temerariæ, leues, inconſtantes. Hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie presbyter, qui cras Laicus. &c. MIN. 198.

I. præſcrip.

Diſciplinam iſtam inſtituunt.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS XXXII.

Credimus quoque bonum eſſe ac vtile, vt electi Superintendentes prouideant inter ſe, quam inire debeant rationem pro totius corporis regimine: & tamen nullo modo recedent ab iis, quæ Chriſtus inſtituit atque præcepit.

DOCTOR.

199. SEd quid vos impellit ad repudiandas iam ab omni antiquitate inſtitutas rationes, vt alias requiratis? Tot Apoſtolorum Diſcipuli & Succeſſores, tot Martyres, Confeſſores, Paſtores, Doctores vniuerſæ Eccleſiæ, minus ſapuere ac prouidere, aut minus ſtuduere, quam nunc vos, vt gregem domini, optima diſciplina moderarentur, ac regerent? An quod videbitur vobis, verbum Dei erit: & quod ſanctiſsimis viris illis probatum eſt, à dæmone profectum? Quod videbitur vobis, non erit inuentum humanum, quod vos omnino reſpuendum dicitis? Sed mirum valde, quod à quinquaginta annis, nondum potuerit conuenire quâ viam iniretis concordiæ inter vos, & Lutheranos, Vbiquiſtas, Anglos, Scotos, Batauos, Anabaptiſtas, & alios Sectarios. Iure quoque in vos conuenit, quod Gnoſticis tribuit Tertullianus:
Præſc.c.41. Nihil intereſt illis, licet diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpicerent.

Et tamen nullo modo recedant ab iis, quæ Chriſtus inſtituit.

200. Quid igitur noui reperient, aut veteris reſtituent? Si Chriſtus & Apoſtoli adminiſtrationi totius corporis Eccleſiaſtici ſat proſpexere, certe nihil omiſero, de quo veſtri Superuigiles inter ſe conſulcent. Etſi nullo modo deflectere licet ab eorum inſtitutis & præceptis, quid præter inuenta veſtra poteritis addere? Non vos melius ac prudentius rebus eccleſiaſticis proſpicere iudicabitis? Nonne potius videre vos oportet pugnantia & abſurda, in quæ prolapſi eſtis.

Quod tamen non excludit peculiares conſtitutiones locorum, vt commodum videbitur.

201. Id à vobis fuit adiunctum vt turpiſsima veſtra diſsidia tegeretis: verum eiuſmodi folia ficulnea tantæ turpitudini celandæ nequaquam ſufficiunt. Interim enim diſſonāt Puritani ab Anglis, Angli à Francis, hi ab Heluetiis, iſti à Germanis, & Germani à Hollandis, & vniuerſi ab Anabaptiſtis diſcrepāt ritibus, diſciplina, præcipuiſq; doctrinæ atq;
A fidei Chriſtianæ capitibus. Præterea, ſi veſtræ peculiares iſtæ conſtitutiones aut nixæ ſint, aut conformes expreſſo Dei verbo, debent profecto paſsim & omnibus eſſe communes ſicque deſinent eſſe peculiares: ſin minus, hominum erunt inuenta & inſtituta, quæ procul repellitis à cultu diuino, velut fermentum Phariſaicum, & plantam quàm non plantauit pater ille noſter cœleſtis.

ARTICVLVS XXXIII.

Interim excludimus omnes hominum inuentiones: cunctaſque leges, quas vellent introducere ſub
B *diuini cultus prætextu, quibus vellent conſcientias alligare: ſed hoc tantum admittimus quod ſit, propriumque eſt alendæ concordiæ, ac omnes in officio & obedientia retinendi.*

AT vero, peculiares ſuperuigilum veſtrorum conſtitutiones, de quibus paulo ante agebatis, hominum inuentiones ſunt, non Dei, aut Angelorum eius: eas ergo vos oportet excludere. Verbi gratia. Cœnam peragere in azymis, vt Geneuæ; aut in fermentato pane, quemadmodum vbique alibi; eam percipere flexis genibus, vt in Anglia, aut ſedendo, quod Batauis moris eſt, aut ſeriatim ambulando, vt Gallis conſuetum eſt: eandem ſumere ter aut quater in anno, vt ſit Geneuæ; aut crebrius, ex more Germanico & Palatino: Sacramentalia verba proferre, quod apud Germanos & Anglos vſurpatur; aut illa ſubticere, vt aſſolent Geneuani: aut ſuperpelliceo, vt Angli faciunt; aut venatoriis vti palliis vt Galli: deferre ægris, vt volunt Hemmingius, Oecolampadius, Curæus, & Vermilius, aut iis omnino negare, ſecundum Muſculum, Aretium, Bezam & Caluinum: aut illud cum Zuinglianis adiaphorum reputare: nonne hæc (inquam) ſunt inuenta, ſcita, & decreta veſtra, adeoque inter ſe contraria atque pugnantia? Si hæc excluditis, nonne prorſum nudati, & omni deſtituti cœtu remanetis? 202.

C

D

Quantum ad leges pertinet, quas vniuerſas excluditis, viderint Reges Principatus, Magiſtratus ab eis conſtituti, qui ſceptris ſuis aduerſus hunc errorem veſtrum diſputent, ſeipſoſque communiant. Certe omnē vim auctoritatemque etiam legum humanarum minuitis, perfringitis, ſubuertitis, cum eas in conſcientiis animiſque obſtringere negatis: in hoc contradicentes Apoſtolo adfirmanti, Rom.13. Omnem poteſtatem eſſe à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, ordinationi diuinæ reſiſtere, & damna- 203.

Digitized by Google

damnationē ſibi acquirere: quod Patres ſancti de interminata æternaque perditione cōſtanter interpretantur. Addit præterea: *Ideo ſubditi eſtote, non tantum propter iram: ſed etiam propter conſcientiam.* Ad hæc, cum leges eorū obligent ad pœnas, certe obſtringunt etiam ad culpas: cum ex D. Auguſtino, Omnis iuſta pœna, ſit pœna peccati. Num ergo videtis vos, cum leges Eccleſiaſticas ſoluere nitimini, ſimul quoque politicas, ſeu Ciuiles euertere, & fœdiſsimam rerū humanarum perturbationem, ſimulque ἀναρχίαν inuehere? Hæccine libertas eſt, quam plenis buccis concrepare ſoletis?

Admittimus Excommunicationem, aitis, *& fatemur neceſſariam eſſe cum ſuis adiunctis.*

204. Nuperrime cunctas leges, quibus alligaretur conſcientia, excludebatis: nunc vero quaſi mutato repente conſilio, excommunicationes leges & ritus probatis, quibus homines à Deo ſeparantur & abſcinduntur: & animo ſimul & corpore Satanæ poſsidendi, & torquendi traduntur. *Publice probatis.* Quæ hæc contradictio? Verum, quādo poteſtatem excommunicandi admittitis, nonne reipſa vos abſtentos, excommunicatos, & à viuis Eccleſiæ mēbris præciſos agnoſcitis, vna cum Vigilantio, Aerio, Iouiniano, Berengario, & ſimilibus: qui à ſanctis patribus iamdudū cunctis anathematibus ſunt percuſsi? Quid, quod etiam per Ieremiam Conſtantinopolitanum Patriarcham, & Orientales vna cum Auguſtana Confeſsione, Vvitebergenſibus & Tubingenſibus, ſacris omnibus moti fuiſtis? Nec dubitandum eſt quin etiam vos proſcripſerint Antiochenus, Ieroſolymitanus, Marcionita, Alexandrinuſque Patriarchæ, qui iam cum Romano bene conueniunt. Et ne obiiciatis, eos viciſsim extra communionem à vobis eiectos; attendite vos tantum laicos, & ſine vlla legitima ordinatione profanos viuere: ac proinde nulla excommunicandi poteſtate inſtructos eſſe.

ARTICVLVS XXXIV.

Credimus Sacramenta verbo Dei adiuncta ad eius ampliorem confirmationem, vt ſint nobis velut arrhæ & teſſeræ gratiæ Dei, & hoc medio fidem noſtram iuuari ob infirmitatem & ruditatem noſtram, &c.

205. QVi fieri poteſt, vt verbum ſacro Dei ore prolatum, egeat confirmatione horum ſignorum, quæ vos tantum elementa nuda, A terrena, caduca, & corruptibilia cenſetis? Quo tandem diuinam certiſsimamque Veritatem demittitis? Interna illa Spiritus inſpiratio, de qua tantopere gloriamini, vobis nō ſufficit? Quomodo nunc verbum Dei egere ſignorum externorum confirmatione vultis: qui hoc ipſum vniuerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ detrahitis?

Sacramenta, dicitis, *ſunt nobis pignora & ſyngrapha diuinæ gratiæ.* Cum illis ſolam pignorū & ſignorum rationem tribuitis, omnē profecto vim ac efficacitatem adimitis: & miſere quidem confunditis cum figuris & vmbris veteris teſtamenti. B Euangeliū cum Lege, veritatem cum figura, granum cum palea, Eccleſiam cum Synagoga, ipſum deniq; Dei filium cum Moſe ſeruo ſuo. Quid? Nonne iſtud eſt derogare, imo & pernegare Chriſtum Meſsiam aduenisse, & vniuerſa beneficia per eū allata reiicere? Petro & Paulo contradicere affirmantibus quædam Sacramēta nos à peccatis mundare, abluere, vitam & ſalutem conferre. Ait enim B. Petrus: *Pœnitentiam agite peccatorū, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in remiſsionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus S.* *Act. 2.* Et Ananias ad Paulum: *Surge, & baptizare, & ablue peccata tua.* *Act. 22.* Idem reperitur, 1. Cor. 6. Epheſ. 6. Rom. 6. Gal. 3. 1. Pet. 3. C Ioan. 3. & alibi.

207. Nec diſsimulandum, quod etiam à Luthero & vniuerſa eius ſchola hac in parte deficiatis, vt his verbis ſuis teſtatur generalis Saxoniæ inſpector Schluſſelburgius: *L. 1. Theologia Calu. c. 1. fol. 8.* Vtilitatē & efficaciam Euchariſtiæ ipſe Chriſtus explicat dicens: Accipite, comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. Bibite, hic eſt ſanguis meus, qui effunditur in remiſsionem peccatorum veſtrorum. Hic ipſe Chriſtus docet applicationem certam remiſsionem peccatorum, ac totius meriti Chriſti fieri in legitimo vſu Euchariſtiæ. Imo Chriſtus cuilibet in ſpecie, ſeipſum cum D vniuerſo merito ſuo, & remiſsionem peccatorum donat & applicat. Hanc doctrinam de efficacia ſacramentorum diligenter in noſtris Eccleſiis vrgemus. Qua de cauſa merito Cinglianorum ἑτεροδιδασκαλίαν, quæ Epicureo contemptui verbi & Sacramentorum viam ſternit, explodimus ac reiicimus. Hactenus ille ex quibus perſpicitis hunc perfidiæ veſtræ articulum Scripturis aperte repugnantem, etiam à parentibus & ſymmiſtis, velut Epicureiſmum explodi & reprobari.

208. Multo magis à ſanctis Patribus ac veteris Eccleſiæ paſtoribus, hunc quoq; errorē veſtrum

L.de reſurrect.carnis, c.8. ſtrum coargui ſupra docuimus, ex hac Tertulliani ſententia: Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.] Iſtis enim multorum Sacramentorum multiplicem docet eſſe virtutem ac efficacitatem. Subſcribit præceptore adhuc maior B. Cyprianus martyr hac graui ſententia: *Ser. de Baptiſ.Chriſti.* Conſecrationibus viſibilibus inuiſibiliter manum totius bonitatis Author apponit, & plenitudinem gratiæ vnctionis Diuinæ pinguedo ſanctificationibus officialib. infundit, & rem Sacramenti conſummat & perficit.] Breuitati ſtudens locos tantum vobis ſignabo, in quibus & hic error veſter damnatur à B. Auguſt. L.19 *contra fauſtum, ca.16. tract.88. in Io. lib.1. De peccatorum meritis & remiſſ.cap.19. Quæſt.84. in Leuiticum. Epiſt.118. ad Ianuarum, cap.1. &c.* Ad confeſſionem veſtram redeo.

Et hoc medio fidem noſtram iuuari.

209. *L.1.de vera & falſa relig.folio 100. L. de verb. Domini.* Miſerum, quod vbique vobiſcum eſtis pugnantes. Nam Zvvinglio contradicitis ſcribenti: *Si fides ſigno cæremoniali ad confirmationẽ egeat, non eſt fides.* Rurſus Oeclampadio vos opponitis, dicenti: *Fides noſtra non eget vlla re externa.* Henricus Bullingerus, com. in c.4. ad Romanos, idem ſentit. Vbinam igitur Conſenſus ille fidei Tigurinorum & Geneuanorum, quem falſo iactatis & per orbem vulgatis? Siccine decet Miniſtros verbi Caluiniani ſimplicibus imponere? Sed vt quodam fuco turpitudinem veſtram operiatis, illico ſubnectitis.

Ita ſunt ſigna externa, vt Deus virtute Spiritus ſui per ipſa operetur, vt nihil in iis in vanũ ſignificet. Tenemus tamen omnem ſubſtantiam & veritatem eorum eſſe in Chriſto Ieſu; à quo ſi ſeparentur, nihil amplius ſunt quam vmbra & fumus.

210. Dicentes Deum per Sacramenta ſic virtute Spiritus ſui operari, vt nihil vanum per illa ſignificet, rurſum ab authoribus veſtris diſſentitis, ac in primis Beza à ſemetipſo alibi ſcribente: *Deum nullam virtutem communicare Sacramentis.* *Confeſſ.p.4.art.4. & 34.* Bucerus etiam iudicat Sophiſtarum, non autem Chriſtianorum doctrinam eſſe, *Com.in Io.p.119.* Sacramenta eſſe cauſas gratiæ inſtrumentales, *quoniam in S.ſcriptura* (inquit) *nihil tale habetur, vt de verbo, ita multo minus de Sacramentis.* *Pag.190.* Idem rurſum dicit, errorem eſſe intollerabilem auribus Chriſtianorum dicere, *Spiritum ſanctum, & fidem dari à Deo per*

miniſterium verbi & Sacramentorum. Et in diſputatione Bernenſi, 1527. Zvinglius ac Oecolampadius palam defenderunt, *Verba & Sacramenta, tantum figuras & ſignificationes habere.* *Acta.* Manifeſtum eſt igitur Sacramentariorũ primipilos Sacramentis omnem ἐνέργειαν & virtutem ademiſſe: atque cum aliquam eis tribuere videntur, aut non ex animo id eos facere, aut à ſeipſis (vt aſſolent) diſſentire. Eligant vtrum voluerint.

ARTICVLVS XXXV.

Nos confitemur duo tantum Sacramenta toti Eccleſiæ communia, &c.

Plerique ſectatores & auditores veſtri, veſtram non aduertentes reſtrictionem, pertinaciter ſibi perſuadent duo duntaxat, & non plura omnino, aut in vniuerſum eſſe Sacramenta: quod & Caluinus tradit in Catechiſmo, & Beza non alia à duobus agnoſcens, cum excluſione ſcribit: *Eſſe ſolum in Eccleſia Chriſtiana duo Sacramenta. Hac ſignificatione reperimus duo duntaxat Sacramenta à Deo inſtituta in vſum perpetuum totius Eccleſiæ: vt ipſe Auguſtinus, & Ambroſius non plura numerant, ea quæ ſunt Baptiſmus & Cœna.* Rerum itaque imperiti atque ſimplices inter vos, duo tantum eſſe in vniuerſum arbitrantur, proque veſtra iſta ſententia tuenda digladiantur, certant, aliquoties occumbunt: atque ſic fraudibus veſtris circumuenti & illuſi in æternum pereunt. 211. *Confeſſ.p.15.art.36.*

Cæterum, quanta eſt impudentia veſtra, qui audetis affirmare, D. Auguſtinum duo tantum agnouiſſe, credidiſſe, prædicaſſe: Nam iſte libro primo de Nuptiis & concupiſcentia ſexies aſſeuerat Matrimonium inter Chriſtianos eſſe Sacramentũ: idẽ quoq; repetit & adfirmat decies, libro de bono cõiugali, Alio in libro, Confirmationem, cum Chriſmate ſancto collatam, præſtantiſsimum Sacramentum appellat. Id ipſum corroborat Tract.3. & 6. in Epiſtolam D. Ioannis. Hoc ipſum etiam quatuor in locis, Com. in Pſalmum vigeſimum ſextum, Pœnitentiam quoque inter Sacramenta connumerat, Epiſtola centeſima octogeſima. Vnctionis Sacramentum agnoſcit, & religioſe ſumendum prædicat, libro ſecundo de Viſitatione infirmorum, cap.4. Licet ergo lib.3. de Doctrina non niſi duorum meminerit, idq; obiter: non excludit propterea, quæ ſunt alia, vt nunc ex ſcriptis eius probauimus. Et vos non pudet tantæ impoſturæ? 212. *L.2.contra lit.Petil. c.104.*

Digitized by Google

213. D.quoque Ambroſius aſſerit Confirma- A
L.6.de ſacerd c 2. nem eſſe Sacramentum, diſtinctum à baptiſ-
mate: eandemque ſignum ſacrum, & ſpirita-
L.de iis qui miſt. initiā tur,c.7. le vocitat. Idem facit iudicium de Pœniten-
tia, libro primo de eadem, cap.7. De Matri-
monio clarius aſſerit & prædicat, in cap.8.
Lucæ: & Com. in quintum caput ad Ephe-
ſios,&c. Nonne ergo deteſtanda fraude ſim-
plicibus ac idiotis imponitis, perſuadentes
illis ſanctiſſimos & antiquiſſimos duos illos
Eccleſiæ Latinæ Doctores, non niſi duo Sa-
cramenta cenſuiſſe, atque recenſuiſſe?

214. Et quia ad eandem fraudē pertinet, quod
Centuriatores, Chemnitius, & alii ſcribunt
neque Tertullianum, virum Apoſtolicorum B
temporum, *plura duobus Sacramenta probaſſe*,
& hoc ipſum, de quinque à vobis contem-
ptis ac exploſis: idque verbis religioſiſſimi &
Confeſſ. Tertull. l.3.c.3. ſtudioſiſſimi Patris Theodori Petrei, Colo-
nienſis Carthuſiæ alumni, qui ſumma fide,
diligentia, & bonorum omnium vtilitate,
Catholicam fidei Confeſſionē ex eo & Cy-
L.de reſurrect. carnis cap.8. priano diſcipulo eius collegit & publicauit.
Iſte ergo ſcribit: Confirmationem pro ſacra-
Cap.8. mento haberi ex iis apparet, quod quem ef-
fectum habeat, iis verbis indicat Tertullia-
nus: Caro ſignatur, vt anima muniatur, Caro
impoſitione manus adumbratur, vt & ani-
ma ſpiritu illuminetur. Et lib. de baptiſmo: C
L.hier. Ecc.c.2. & 4. Dehinc manus imponitur per benedictionē
aduocans & inuitans Spiritum S.] Quæ om-
nia in hoc ſacramento vſitata iam fuiſſe à
tempore Apoſtolorum locuples teſtis eſt
Dionyſius Areopagita. Item Cyprianus Ep.
72. Eſt vero hic viſibile ſignum Conſignatio
in fronte inuiſibilis gratiæ Spiritus ſancti ſe-
ptiformis, qua confirmantur in fide per ba-
ptiſmum accepta fideles.

215. De pœnitentia Confeſſio, inquit, & ſi non
niſi ſemel aut iterum ſacramentum à Ter-
L.de opere & eleemoſ. tull. vocetur, tamen eodem pertinent hæc
Synonima, Exhomologeſis, ſalubre reme-
dium, ſecunda poſt naufragium tabula. Et à D
B.Cypriano, ſalutaris medela.

216. Ordinationem vero eccleſiaſticam ſacra-
mentum à Tertulliano vocari conſtat ex li-
bro Præſcriptionum cap.40. item libro de
Monogamia cap. decimo primo. Necnon &
libro de exhortatione ad caſtitatem, cap.7. I-
temque ex Cypriano, Sermone de vnctione
Chriſmatis,&c.

217. Matrimonium Tertullianus lib.5. aduer-
ſus Marcionem, cap.18. ad minus quinquies
Sacramentum nuncupat. Et locum Pauli,
Eph.5. *Sacramentum hoc magnum eſt*, de vero
& proprio Matrimonii ſacramento grauiter
interpretatur. Neque vero ſolus Tertullia-
nus, hic & alibi ita hunc Pauli locum inter-
pretatur, ſed & Ambroſius, & Chryſoſto-
mus. Item Auguſtin. lib. de bono coniugali,
cap.7. lib. de nuptiis & concup. c.10. Denique
B.Ieronymus in Epitaphio Fabiolæ.

Nec dubium, quin ad Vnctionis extremæ 218.
ſacramentum etiam alluſerit Tertullianus, L. ad Scapulam.
cum ſcripſit. Quendam Chriſtianum oleo
curaſſe infirmum. Cum item coarguit Fœ- Præſcript. c.41.
minas hæreticas, quod auderent, Curatio- Iacob.5.
nes repromittere, videlicet, per hanc extre-
mam vnctionem, cuius effectus iſtiuſmodi
deſignatur ab Apoſtolo dicente, *Oratio fidei
ſaluabit infirmum,&c.* Æque ergo manifeſtum
atque certum eſt, Tertullianum non dunta-
xat duo ſacramenta probaſſe, vt calumnian-
tur Nouatores: ſed vna cum Catholicis ſe-
ptem, velut totidem præſtantiſſima pharma-
ca, contra ſeptem genera peccatorum letha-
lium, à prudentiſſimo & ſapientiſſimo ani-
marum noſtrarum medico Chriſto Ieſu no-
bis conceſſa.

Ad veſtræ Confeſſionis textum redeo. Il- 219.
lico additis: eadem fraude: *Communia toti ec-
cleſiæ.* Ex quibus non inepte ſequitur, Vos et-
iam alia à duobus agnoſcere & fateri Sacra-
menta, tametſi non communia omnibus,
ſed quibuſdam peculiaria: de quibus vafre
& aſtu ſiletis. Aliud eſt Ordinis ſeu Ordina- Inſtit. l.4.
tionis Eccleſiaſticæ, quam vel inuitus Calui-
nus veſter agnoſcit eſſe Sacramentum, cum 1.Tim.4.
cæremoniæ externæ, id eſt, impoſitioni ma- 2.Tim.1.
nuum, coniuncta ſit diuina Diuinæ gratiæ Tit.
promiſsio non infrequens apud Paulum. Al-
terum eſt vnctio extrema, quam idem ille
confitetur, primis Eccleſiæ temporibus a-
gnitam habitamque pro vero Sacramento.
At, quis hominum abrogare potuit, quod
Chriſtus, quod Apoſtoli, quod Eccleſia pri-
ma, tam ſacro habuerunt loco?

Rurſum, autumantes *duo tantum eſſe Sacra- 220.
menta*, nō tantum Melanchthoni & Brentio,
ſed & Auguſtanæ prioris Confeſsionis pro-
feſſoribus, omnino repugnantis; quando-
quidem credunt docentque Abſolutionem,
(quæ datur, in Pœnitentia) tertium eſſe Sa-
cramentum. Caluino quoque (vt nunc dice-
bamus) & toti miniſterio Geneuano, Impo-
ſitio manuum Sacramentum eſt quartum.
Zvinglius Matrimonium pro Sacramento
habuit, quod quintum eſt. Caluinus in Epiſt.
ad Valentinum Pacæum, teſtis eſt, Luthera- 1550.
nos confirmationem, ac extremam vnctio-
nem,

Digitized by Google

nem, non reclamante Philippo Melanchth. admiſiſſe. Conſtat ergo non ſolum ex ſacris litteris, Patrum doctrina, totiuſque Eccleſiæ Chriſtianæ vſu, conſenſuque ſeptem eſſe vera ſacramenta, per Chriſtum in ſalutem noſtram inſtituta: verum & multis aduerſariorum conceſſionibus. Reliqua perſequamur.

Sacramentorum primum, videlicet Baptiſma, datum eſt in teſtimonium adoptionis noſtræ, quia ibi inſerimur corpori Chriſti, vt lauemur & purgemur per ſanguinem eius, poſtea renouemur in ſanctitate vitæ per Spiritum ſanctum.

221. EAm adoptionem intelligitis, quę baptiſmum præcedat, alioquin nihil ſignaret aut teſtaretur ſi non antecederet: eandemq; innixam eſſe vultis promiſſioni quondam Abrahamo factæ: *Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* Verum, toto cœlo erratis, ſiquidem nec Iſmael, nec Eſau, Datan, Core, Abiron nec alii innumeri, qui ſuum genus & ſanguinem ad Abrahamum referebant, idcirco adoptati fuerunt à Deo, vel ſanctificati cum illo ſuo parente. *Non enim omnes qui ex circunciſione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij, &c.* quandoquidem multis eorum vere dicitur: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. Semen Chanaam, & non Iudæ. Vos ex patre Diabolo eſtis, &c.*

Gen.17. Rom.9. Ezech.16. Dan.13. Io.8.

222. Adhæc, hoc tantum tribuentes baptiſmo, quod teſtimonium perhibeat, ſignet, atque ſignificet adoptionem hominum; & nullam aliam habeat virtutem ac efficaciam, illum ſane Iudaicis ablutionibus ſimilem facitis. & ſuperſtitioſis Phariſæorum lotionibus ęquatis. Inſuper, minus ei tribuitis, Idem quod aquis diluuii, quę Noe cum familia ſeruarunt: quod mari rubro, in quo impii ſunt demerſi: quod aquis Iordanis, quæ locum dederunt Hebræis: & quod aquis Piſcinæ probaticæ, aut fonti Siloe, quorum miniſterio mira facta eſſe narrantur. Præterea, negatis hominem per baptiſmum regenerari, ius ad regnum Dei ſumere, lauari, renouari, & ſaluari: quod tamen & Chriſtus ipſe adſerit, & ſummi Apoſtoli eius prędicant. *Ioan.3.art.22. Rom.6.1.Cor.6.Gal.3.1.Petr.3.*

Mar.7. Gen.7. Exod.15. Ioſ.2. Io.5.& 9.

223. Præterea ſi ante baptiſmi ſuſceptionem, paruulus iam adoptionis gratiam conſequutus eſt à Deo & ſanctus effectus; abſque dubio in regnum Dei diſcedens, ſine vlla regeneratione euolat: quod iis verbis Chriſti, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, palam aduerſatur. Inſuper, vetus eſt Pelagianorum & Donatiſtarum error, iam pridē ab Auguſtino, Hieronymo, & priſca Eccleſia Chriſti damnatus. Beati Auguſtini iſta ſunt verba: Nos dicimus paruulos aliter ſalutem & vitam æternam nō habituros, niſi baptizentur in Chriſto.] Et iterum. Quiſquis dixerit, quod in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine Sacramenti perceptione de vita exeunt; hic profecto & contra Apoſtoli prædicationem venit, & totam condamnat Eccleſiam.] Concludit denique. Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequam baptizentur, morte præuentos, peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe Catholicus.] Addo & hæc paucula ex Tertulliano: Præſcribitur nemini ſine baptiſmo competere ſalutem, ex illa maxime pronunciatione Domini: *Niſi natus ex aqua quis erit, non habet vitam.*] Idem tradit & Cyprianus martyr, libro tertio ad Quirinum, cap.25. indeque patet, hanc fuiſſe perpetuam totius Eccleſiæ doctrinam & fidem. Sequitur in confeſſione veſtra.

Io.3. Ser.14. de verb. Apoſt. Ep.28. L.3. de origine animæ c.9. L.1. de bapt. c.2. Io.3.

Ibi inſerimur corpori Chriſti, vt lauemur & purgemur per ſanguinem eius, &c. Aegre profecto, & admodum grauatim, huic Sacramento aliquam vim tribuitis: idque non citra plurimas fœdaſque contradictiones. Nam alibi dicentes, paruulos fidelium ab ipſo matris vtero, ita ſanctificari & adoptari, vt nullo pacto baptiſmus ſit eis vel ad iuſtitiam vel ad ſalutem neceſſarius, illos profecto ante baptiſmum corpori Chriſti inſeritis. Quod ſi in baptiſmo & per baptiſmum tum primum huic inſeruntur: antea nec erant inſerti, nec adoptati; & ita ſine baptiſmo exeuntes, pereunt. Quod ſi Chriſti ſanguine lauamur & purgamur in baptiſmo, antea certe peccatis coinquinati, & maculati ſumus: non autem ex vtero matris ſanctificati, velut alibi affirmatis. Denique, ſi virtute huius ſanguinis in dies lauamur & purgamur: non eſt profecto, non eſt ille ante mille & quingentos annos in terra corruptus, putrefactus, ac inutilis, quemadmodum blaſphemant veſtri comminiſtri, &c. Sequitur in eodem articulo. 224.

Tenemus etiam, quantumuis ſemel tantum baptizemur, vtilitatem tamen illic ſignificatam, ad vitam mortemque extendi, vt ſignaculum habeamus perpetuum, quod Chriſtus nobis erit iuſtitia & ſanctificatio.

Non leuis eſt hic error veſter, quo vultis 225.
vtilitatem fructumque baptiſmo, nō ſolum ſignificatam ſed etiam collatam (vti docet fides Catholica) ad vniuerſum vitę curricu-

lum ſic extendi, vt nunquam amittatur vel deperdatur. Etenim Iudas, Simon, Nicolaus, Ebion, Arrius, ac innumerabiles alii Chriſtianiſmi deſertores, acceptam in Baptiſmo fidem, gratiam, characterem, adoptionem, & alias huius Sacramenti vtilitates ad mortem vſque nequaquam ſeruarunt, ſed turpiter amiſerunt. Hoc ante annos mille & quadringentos agnouit, & ex ſacris aſſeruit Tertullianus ſcribens: Proſpexerat Deus & alias imbecillitates conditionis humanæ, aduerſarii inſidias, rerum fallacias, ſæculi retia, etiam poſt lauacrum periclitaturam fidem, perituros pleroſque rurſum poſt ſalutem, qui veſtitum obſoletaſſent nuptialem, qui faculis oleum non præparaſſent, qui requirendi per montes & ſaltus, & humeris eſſent reportandi.] Idem firmat Cyprianus martyr verbis & ſcripturis iſtis: Baptizatum gratiam perdere, quam conſecutus ſit, niſi innocentiam ſeruet, tradit Paulus, dicens: *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, &c.* Auguſtinus per omnia ſubſcribit illis, *Libro 2. de bono perſeuerantiæ, cap. 13. & libro de correptione & gratia, cap. 6. & 7.* Sic articulum illum clauditis.

Lib. Adu. Gnoſt. c. 7.
Matth. 22. Matth. 25. Luc. 15. Lib. 3. ad Quirinum c. 27. 1. Cor. 5.

Ceterum, licet ſit nobis Sacramentum fidei & pœnitentiæ, tamen quia Deus in Eccleſia recipit paruulos cum parentibus, Dicimus, quod authoritate Chriſti, paruuli ex fidelibus geniti debent baptizari.

226. Multipharium erratis commiſcentes iſta duo Sacramenta Baptiſmi ac Pœnitentiæ: quæ tamen diuerſa ſunt & inſtitutione, & ritu, & effectu. Ieſus enim exemplo Baptiſmum inſtituit, cum Præcurſoris ſui miniſterio baptizari voluit: verbo, quando Nicodemo dixit: *Niſi quis renatus fuerit, &c.* denique, præcepto, dicens Apoſtolis, *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: Pœnitentiam autem per ſeipſum prædicans, *Pœnitentiam agite. Niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul peribitis.* Denique cum Apoſtolis dixit, *Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt*: Materia porro Baptiſmi eſt Aqua elementaris & benedicta: Pœnitentiæ vero, actus ipſius pœnitẽtis. Baptiſmi forma in iis verbis conſiſtit, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: forma pœnitẽtiæ in iis, *Ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis.* Baptiſmi primi primus effectus eſt remiſsio peccati originalis: Pœnitentia præſertim inſtituta eſt aduerſus peccatum mortale atque lethale. Baptiſmus etiam paruulis conuenit: pœnitentia ſolum adultis, &c. Ergo non niſi imperite ſimul & impie confundi poſſunt.

Io. 3. & 4. Mar. 16. Matth. 28. Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. 13. Io. 20.

227. Quod ad baptiſmum paruulorum ſpectat, Beza quidem aut à ſeipſo diſſentit, aut vos aliud ab eo arbitramini. Ait enim, *Sola fides eſt medium participandi Sacramentis, & fructibus eorum: ideo ea neceſſario adferenda eſt,* At vero paruuli ante baptiſmum nulla fide ſunt inſtructi, Ergo cum eam adferre nequeant, aut iudicio eius non ſunt baptizandi, aut inutiliter baptizantur. Quomodo namque fidem haberent, nondum Chriſto inſerti? Qui nullo rationis vſu ſunt præditi? Qui nullum adhuc percipiunt verbum Dei? Idem author rurſum dicens: *Vbi nulla cognitio eſt, nulla etiam fides eſt. Certum quidem hoc eſſe indigne baptiſmum aut petere, aut ſuſcipere, niſi fides adſit,* ſuis cogitandum & credendum relinquit, Paruulos aut non debere baptizari, aut hoc fieri indigne ac ſine vllo fructu. Nam ætas illa nondum audiendi vel intelligendi capax eſt: & per conſequens illam fidem capere non poteſt, de qua Paulus loquitur, *Fides eſt ex auditu, &c.* Beza rurſum ſcribens: *Illos qui fidem non adferunt, non recipere niſi ſigna, non fructus Sacramentorum,* iterum atque iterum paruulis baptiſmum facit vanum & inutilem, aut certe iiſdem non vult eſſe adhibendum: atq; ſic hunc fidei veſtræ ſubuertit articulum, & vos impuros reddit Anabaptiſtas.

Confeſſ. puncto 4. §. 34. 35.
Puncto 7. art. 11.
Rom. 10.
Breui confeſſ. art. 17.

228. Sin vero reſponderitis, ineſſe in illis Paruulis aliquam fidem, ac motus internos rationis: ſubiungam id expreſsis Dei verbis probari non poſſe, imo iſtis palam aduerſari, *Paruuli veſtri boni ac mali ignorant differentiam. Neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtrã ſuam.* Præterea, ſi quædam in illis rerum cognitio, non aduerſarentur, flerent, eiularent, geſtibus corporis baptizantibus obſiſterent, vt & D. Auguſtinus quondam obſeruauit: ſed placide Sacramentum ſuſciperent. Nam imbecillitas naturalis, quam in eorum ſenſibus perſpicimus, & experientia communis omnibus vt non recordemur ſuſcepti aliquando Baptiſmi, ſatis aperte demonſtrant, illo tempore nullam in nobis fuiſſe vel fidem, vel cognitionem, vel rationem.

Deut. 1. Ion. 4.
Auguſt. Epiſt. 57. Tract. 80. in Io. lib. 4. de Baptiſ. c. 24.

MIN. De cœna conſtituunt.

* * *

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS XXXVI.

Confitemur ſacram Cœnam (quæ ſecundum eſt Sacramentum) nobis teſtimonium eſſe vnitatis cum Chriſto, inquantum non tantum ſemel pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit: ſed etiam vere nos paſcit & nutrit carne & ſanguine ſuo, vt ſimus vnum cum illo, vitaque eius nobis ſit communis. Ioan.6.v. 56.& 57.& 17.v.21.

DOCTOR.

229. MIſerum, quam vbique hallucinemini! Nam Ieſus Dominus noſter aut pure Hebraice aut Syriace loquens myſterium iſtud aut vocauit מִסַּת בִּרְבַּת Miſſa Nidba, i. oblationem ſpontaneam: aut vſus eſt vocabulo Syriaco עֲבַד *Auad*, quod ſignificat, ſeruire, colere, & ſacrificare: vnde quando dicicit, *Hoc facite, &c.* Iuxta ethymon vocabuli עֲבַד i. ſacrificate. Nunquam vero dixit: *Cœnam, Cœnare, faire la Cene*, quod vos à Latinis ſtolide & praue mutuati eſtis. Apoſt. præterea, vel Hebraice vel Græce ſcribentes ad id ſignandum & exprimendum vſi ſunt. Deinde vero, diligentiſsime notant Euangeliſtæ Sacramentum hoc inſtitutum fuiſſe poſt cœnam Moſaicam, & communem. *Luc.22. Ioan.13. 1.Cor.11.* Et ob id beatus Ambroſius Sapientiſsime iudicat, id non eſſe Cœnare, ſed diuinum myſterium celebrare. Quod autem vetus Pauli interpres Latinus vertit, *1.Cor.11. 1.Cor.10.* *Iam non eſt cœnam Dominicam manducare, Vnuſquiſque cœnam ſuam præſumit ad manducandum. Si quis infidelis vocat vos ad cœnam, &c.* non de ipſo Euchariſtiæ Sacramento intelligit: ſed de quodam conuiuio communi loquitur, quo pauperes ſimul & diuites poſt ſuſceptam ſacram Synaxin epulabantur: *Clem. Tertul.* illud à priſcis dicitur ἀγάπη, id eſt Charitas.

230. Hoc autem myſterium Antiqui retento ab Hebræis, id eſt, prioribus religionis Chriſtianæ cultoribus, nomine, Miſſam proprie appellarunt, vt & Vermilius veſter vltro confitetur. *Com. in li. Iudicum.* Quapropter & Rheuclinus literis Hebræis excultiſsimus & eruditiſsimus, *L.2. rudi. Hebr. In lexico Heb.* quiq; illum Catholicū virum ſequuti ſunt, licet non Catholici, Münſterus & Bibliander, *L.3. myſt. paſſion.* agnoſcunt ac ingenue profitentur, illud vocabulum expreſſum eſſe in ſacris literis, Deuter.c.16.verſ.10. מִסַּת בִּרְבַּת *Miſſah nidbat*, ad illam ſpontaneam & manu factam oblationem ſignificandam, idq; valde commode & appoſite. Idem myſterium ſuis linguis vocant Aethiopes *Corbon*: Cophtitæ Curbo- A no: Maronitæ & alij Syri, *Curbo*: Arabes, *Alcorban*: Græci *Liturgiam, Synaxin, &c.* Latini porro Miſſæ nomine vſi ſunt ante plurimos annos, Caſsiodorus in hiſt. tripart: Iſidorus Ethymolog. ca. 19. Caſsianus lib.3. ordinat. antiq. Victor Vticenſis libro ſecundo Perſit. Patres Agathenſes, cap.1. Carthaginenſes Concil.2.c.3.& Concilij 4.cap.48. Leo Magnus Epiſt 79. Seuerus Sulpitius lib.4. de vita B. Martini: Auguſtinus ſerm.91.237. & 251. de tempore. Ambroſius prima orat. præparat. Epiſtola 33. Damaſus Epiſt. 4. Fabianus, Sother, Zepherinus, Higinus, Theleſphorus, Sixtus, & Alexãder beati Petri ſucceſſo- B res ac Martyres: adeo vt Caluinus hoſtis ferus & immanis confiteatur nomen Miſſæ, ante mille & trecentos annos in vſu fuiſſe Eccleſiæ Chriſtianæ. Quid à nobis vltra requiritis? *Inſt. li.3 c. 17.§.39.* Miſſa ſacrificium verum eſt: ſic vocatur myſteriū corporis & ſanguinis Chriſti: nomen in ſacris Biblijs continetur: primorum Chriſtianorum traditione acceptum eſt; ſanctiſsimi patres ab Apoſtolis ad nos vſque illud ipſum ſeruauerunt: & nos Deo duce, idipſum religioſe perpetuoq; ſeruabimus, mimicas cœnulas veſtras longum valere iubentes.

C Erratis inſuper in ordine, numeroque recenſendo Sacramentorum. 231. Hoc enim tertium eſſe debet, & Confirmatio ſecundum à baptiſmo locum tenet atque præire debet. Huius autem externus ritus ſiue Cęrimonia eſt, impoſitio manuum Epiſcopi, & Chriſmatis in fronte cōſignatio: cum verborum forma, qua effectus illius comprehenditur: quæ omnia in ſacris fundamentum habent. Nam manuum impoſitionis frequentior & *1.Ioan.2. Act.8.9.19.* apertior eſt vſus, quam vt probationibus indigeat: vnctionis ſacri olei Ioannes ſemel & iterum meminit: Apoſtoli denique, primi D Eccleſiæ Epiſcopi manus imponentes dabant Spiritum ſanctum.

Si veteris Eccleſiæ ſuffragia poſcitis, en 232. Clementis cooperatoris Pauli, Petri autem *L. 7. conſt. c.23.* ſucceſſoris verba: Signabis (hominem baptizatum) vnguento Chriſmatis, vt ſit participatio Spiritus ſancti. Aqua ſit Symbolum mortis, vnguentum Chriſmatis ſigillum pactionum. Et Dionyſij Areopag. *Eccl. hier. c.2.* Albis indutum baptizatum ad Pontificem ducunt: ille diuino vnguento virum ſignans, ſacratiſsimæ communionis participem facit. *Strom. 6.* Et vt breuius agam, Clemens Alex. hoc Sacramētum vocat beatum ſignaculum. *Hom 8. in Leuit.* Origenes, Donum gratiæ Spiritus, per olei imaginem *Li.3. hiſt c. 17.* *Can.55. ex Arabico.*

Digitized by Google

deſignatum. Euſebius Cæſarienſis, Sigillum Domini, quo tanquam perfecta animi cuſtodia obſignamur. Patres Nicæni iubent Chorepiſcopum creditorum ſibi populorũ filios & filias ſignare ſigno crucis, orare ſuper eos, & imponere manus, ac benedicere. Cyrillus Ieroſolymitanus, appellat, Chriſma Chriſti, per Spiritus ſancti energiam habens, qua frons quidem vngitur, anima vero viuifico Spiritu ſanctificatur. *Catec. 3. myſtagogica.* *In vita S. Baſilii.* Amphilochius ſcribit, Maximum Epiſcopum baptizaſſe Baſilium ac Eubulũ, eos veſtiuiſſe albis, vnxiſſe ſacro Chriſmate, atque ſacram communionem tradidiſſe. *Orat. in S. Baptiſma.* De hoc Sacramento Nazianzenus ait: Si pulcherrimo & firmiſſimo auxilio tibi in futurum caueris, animum ſcilicet ac corpus vnctione ac Spiritu conſignans, quemadmodum olim Iſrael nocturno illo cruore, quid tibi accidet? *In c. 1. Cãt.* Et Theodoretus: Sacri Baptiſmatis myſterium recordare, in quo qui initiantur, poſt Satanæ abnegationem, & Dei confeſsionem, veluti ſigno & nota quadam regia ſpiritalis vnguenti Chriſmate inuncti, ſub ea viſibili vnguenti ſpecie, inuiſibilem ſanctiſsimi Spiritus gratiam ſuſcipiunt, &c.]

Cent. 4. ca. 6. f. 422. Atque hæc pro confirmationis loco nunc ſufficiant ad retundendum bene magnum & impudens Centuriatorum mendacium, quo non veriti ſunt ſcribere; *De confirmatione Baptiſmum conſecuta, in aliarum prӕterquam in Occidentalium hiſtoriis, nihil legitur.* Illi enim decem laudati authores, vniuerſi Orientales fuerunt: & horum nouiſsimus ante mille & ducentos in Oriente floruit: omneſque mira conſtantia confirmationis Sacramentum, eiuſque materiam, formam, & diuinos effectus deſcribunt, prædicant, adſeuerant. Caluini quoque vel craſſam ignorantiam, vel malitiam patefaciunt & refellunt, dicentis: *l. 4. Inſtit. c. 19. §. 5.* *Poſteriorem ætatem fictitiam confirmationem pro Dei ſacramento poſuiſſe, &c.* quandoquidem nulli ſuperiorum ad poſteriorem ætatem pertineant: ſed omnes ad priorem, in qua etiam fatetur hæreſiarcha, nullam adhuc corruptionem, in doctrinam Apoſtolicam inuectam fuiſſe.

Chriſtus nos paſcit & nutrit carne & ſanguine ſuo. Ioan. 6.

233\. Nunquam ſatis mirari quis poſſet veſtram inconſtantiam. Etenim Zuinglius veſter *Libro de vera & falſa religione*, Oecolampadius, *Com. in Ioan.* Henricus Bullingerus *libro 3. in Ioan. & Decade 5.* Petrus Vermilius, *Diſputat. Oxonienſi*, Beza *in Creophagia*, Hemmingius A *in Syntagmate*, Rodolph. Gualtherus *Hom. in Marcum*, Lambert. *in antioſiandro*, authoritate ſui præceptoris Caluini fretus, incredibili quadam conſpiratione tradunt caput illud ſextum Ioannis nullo modo ad præſentem de Euchariſtia diſputationem pertinere. Videte igitur, qui ad probationem fidei veſtræ de illa, nunc citetis. Sin illi dicunt quod res eſt, vos longe aberratis. Sin vos cauſam obtinetis, illi turpiſsime cadunt. Et quando inter vos conuenietis? Prudenter itaq; monet Auguſtinus. Contradicunt linguæ multæ, diuerſæ hæreſes, diuerſa ſchiſmata perſonant, linguæ multæ contradicunt veraci doB ctrinæ. Tu curre ad tabernaculum Dei, Eccleſiam Catholicam tene, à regula veritatis noli diſcedere, & protegeris à contradictione linguarum.] *Com 3. in Pſ. 30.*

At vero, Chriſtus nequaquam vos reficit ſua carne, in cœna, ſi ab illa tam procul abeſt (vt alibi garritis) quantum ſummum cœlorum ab ima terra diſcedit. 234. Si panis (vt interpretamini) eſt tantum corporis abſentis ſignum & figura. Maxime, ſi Deo penitus impoſsibile ſit intelligere, cogitare, velle, & facere (velut totidem exſecrandis verbis de ſpina & Roſarius cõmilitones veſtri aſſeruerunt in Colloquio Pariſienſi) hanc carnem C reipſa ſimul præſentem in cœlo & in terra. Itane animalia veſtra ſola cogitatione, imaginatione, ac Heliogabalico more, rerum tam remotarum fictione paſcitis?

235\. His accedit vt in miſeras ineptias & abſurdos errores incidatis, qui plura eaque diuerſa corpora Chriſti Ieſu nequiſsime tribuunt. *Li. de vera & falſ. rel.* Zuinglius namq; illum tricorporem effingit. Primum natum de Maria Virgine. Alterum exſuſcitatum, & iam immortale. Tertium ſpiritale ac myſticum. Denique ait: Alia eſt caro Chriſti crucifixa & alia quam manducamus. Zanchius ſcriptum reliquit: *L. 2. de natura Dei.* Verum corpus Domini tantum eſt in cœlo, D corpus mortuum nobis offertur in cœna: & corpus nouum Paulo in via apparuit. *Problem. par 3.* Aretius in ea eſt hæreſi q̃ credat aliud verũ, aliud vero ſymbolicum corpus eſſe. *Li. de vero intell.* Neuerius exiſtimat corp⁹ habere temporarium ac mortale: alterum æternum, glorioſum, immortale. *Com. in 1. Cor. c. 11.* Bullinger⁹ imaginatur vnum naturale, aliud ſpirituale, & tertium ſacramentale. Author Diallacti Chriſtum hominem multiplicat in corpus proprium & organicum, quod tantum ſit in vno loco: in typicum & ſymbolicum: in carnem ſumptam de Virgine, & carnem ſpiritalem, quæ nec oſsibus, *Pag. 14. 15. 17. 18. 19.*

nec

Digitized by Google

nec vllis neruis conſtet. Dicit vlterius, carnē eleuatam in cœlos plurimum differre à carne ſpirituali, quæ nobis per Sacramentum porrigitur, &c. Non perhorreſcitis, ſic vnici Seruatoris & Iudicis totius mundi, corpus in varium Gerionem, Protea, & triformem Hecatem transformare? Aut non aduertitis in quos anfractus, & labyrinthos errorum præcipites vos agunt Miniſtrorum Caluinicorum tam peruerſæ quam aduerſæ ſententiæ? faxit Deus vt vel tandem aduertatis, & reſipiſcatis. MIN. ad ſequentia me conuerto.

Licet ergo ſit in cœlo donec veniat ad vniuerſum mundum iudicandum, tamen credimus quod ſecreta & incomprehenſibili virtute Spiritus ſui, nos B *nutrit & viuificat ſubſtantia corporis ſui.*

DOCTOR.

236. Credimus, confitemur, palamque mundo prædicamus & nos, Chriſtum hominem vere aſcendiſſe in cęlos, vere ſedere ad dexteram Patris, vẽturum inde ad iudicandum viuos & mortuos; id tamen non impedit, quo minus immenſa poteſtate ſua, nobiſcum etiam vere ſit, cum vera humanitate quā aſſumpſit, & obtulit in cruce, quotquot in locis vera conficitur, offertur, & ſumitur Euchariſtia. Sunt enim nobis apertiſsima & conſtantiſsima eius promiſſa: *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.* C *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* (Ioh.) Quis impedire potuit eum, quo minus his promiſsis ſtaret? Angeli? Dæmones? Homines infirmi? Vniuerſus orbis? Sed Deus omnipotens eſt, faciens quæcunque vult in cœlo, *& in terra, & in mari, & in omnibus abyſsis. Quis reſiſtit ei, & pacem habuit? Non eſt qui poſſit reſiſtere eius voluntati, &c.* (Iob. 9. Heſth. 13.)

237. Adhæc, habemus clariſsima & certiſsima eius verba, quibus hoc Sacramentum inſtituit, dicens: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis* D *tradetur: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.* (Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Matt. 28.) Et viſibilem naturalemque pręſentiam ſuam è mundo ſubtrahens, realem vero ſub Sacramento repromittens, ait *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi:* quibus verbis nihil lucidius, nihil certius, nihil ſanctius excogitari poteſt, ideoque illis omnino acquieſcendum, omiſsis Zuinglij ſomnijs, & incertis obſcuriſq; Caluinianis metonymijs.

238. Præterea ex ſacris literis ac hiſtorijs Ec- A cleſiaſticis, nobis cōſtat, licet modo ſuo naturali in cœlo ſit humanitas Chriſti, perſtat tamen apparuiſſe in eadem Paulo in via, Petro Romæ, Ioanni Epheſi, & multo pluribus alijs, vt ſupra retulimus: atq; ſic illum ſimul in terris exſtitiſſe & in terris cum ſelectis hominibus. Hinc ad hos diuinæ omnipotentiæ effectus mirabundi Patres, exclamant: O miraculum! ô diuinam bonitatem! Qui ſedet ſurſum ad dexterā Patris, eodem tempore tangitur & palpatur manibus humanis.] Et alius: ſicut diuinitas replet mundum & tamen non niſi vnica eſt; ita corpus Chriſti cum vnicum ſit, in locis tamen innumeris conſecratur.] Baſilius ille magnus ſic orat, ô tu, qui ſurſum in cœlis cum Patre ſedes & imperas, veni, & ſanctifica nos, vt ſis nobiſcum modo inuiſibili & da nobis ſanctiſſimum corpus & ſanguinem tuū.] Sed quid Bezæ vos reſponſuri eſtis, qui Candidam ſuam (i. ſcortum ſuum) aſſerit diuerſis eſſe poſſe locis? Illoſq; ſophiſtas eſſe procul ablegandos, qui negāt hominem poſſe multis in locis ſimul viuere: Idem poſtea quoque ſcribit: *Abſit vt exiſtimemus corpus & ſanguinem Chriſti abeſſe à ſacra Cœna. Item reſpondeo, corpus & ſanguinem Chriſti non magis abeſſe à ſacra cœna, quam ipſa ſymbola, &c.* Quid ergo ſupereſt, niſi vt cōfiteamini, vos & auctoritate ſacrarū literarum, & à priſcis Patribus, & à vobiſipſis conuictos & damnatos eſſe?

(Act. 9. 22. & 23. 1. Cor. 15. Egeſippus. Ambr. Gregor. Chryſ. lib. 1. de ſacerdotio. Greg. Nyſſ. ſer. de Paſc. Liturg. Poemat. Elegia 7. Dial. cont. Heshuſ. pa. 27. & 97.)

Secreta & incomprehenſibili virtute Spiritus ſui, Chriſtus nos vere nutrit & viuificat ſubſtantia corporis ſui.

Si populis Chriſtianis exhibuiſtis vnquam Miniſtrale certamen, illud plane hoc loco, hoc theatro & arena, præbetis vbi regnare vultis in hac materia, & his verbis, *vere*, &, *ſubſtantia.* Si enim ea quam maxime potuit ſtabiliuit Beza, cum Rupellanis ſynodicis copijs, veſtroque conſenſu & auxilio, illa Bullingerus, Gualterus, & Simlerus vniuerſis Heluetiorum Sacramentariorum turmis confiſi, inſtantius adorti, expugnauerunt. Et ſi Caluinus aduocatis auxiliaribus copijs Miconij, Hardembergij, Diallacti qui ſub Beza militat, Palatinatus Rheni, ac Vuebergæ legionibus, vt aciem perruptam & inclinatam reſtituere conatus ſit: magna tamen impreſſione fractus, fuſus, fugatus eſt à Vermilio ſtipato Italicis cohortibus. Cui & auxilio venerunt à Germania Kleivvitius, Muſculus, Pincierius, & Bauarus, multas turmas tam hæreticas quam Rheticas in veſtros conatus ductantes, &c. Quid ergo miſeri, tot 239. (Schluſſ. lib. 2. ar. 5.)

veſtris

Digitized by Google

veſtris diſsidijs, pugnantibuſque Sacramentarijs ſententijs, quam plurimos Libertinos, parturitis & Atheos, qui omnem derideant religionem.

240. Verum iam Miniſtromachiam veſtram, circa nomen illud *Subſtantia*, miſſam faciamus, & placidioribus verbis agamus. Siquidem incomprehẽſa quadam & ſecreta virtute Spir. ſancti, vere nutrimur & viuificamur ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti, profecto vere & realiter eſt in hoc Euchariſtiæ ſacramento idem corpus Chriſti: & non ſolum in cœlo: & per conſequens in cunctis locis vbi celebratur, miniſtratur, & ſumitur. Atque ita panis & vinum non ſunt ſigna, ſymbola, & figuræ rerum abſentium & tam remotarum, quam vos credendum proponere nitimini. Atqui, hoc verum & ſubſtantiale corpus Chriſti, non eſt abſque anima & vita ſua, non abſque hypoſtaſi filij Dei cui perſonaliter iuncta eſt. Ergo Ieſus Chriſtus, Deus & homo, verus Emmanuel, realiter & ſubſtantialiter præſens eſt in hoc diuino myſterio. Quid igitur eundem illum non colitis, non adoratis nobiſcum, ſequuti Scripturas, exempla euangelica, moremq; vniuerſæ Eccleſiæ? Cur idolum, cur Deum farinaceum per ſummam contumeliam appellatis: Cur calcatis pedibus? Certe ſupra omnem modum vos ingratos, eoſdemque blaſphemos Deo, & nobis contumelioſos proditis, qui filium Dei benedicti idolum cenſeatis, noſque quod illi diuinum præſtemus cultum, idololatras, nominetis. MIN. Quod vna manu porrexiſſe videntur: nunc altera ſic eripiunt:

Exod.20. Deut.5. Pſ.2.21. 44.71. Matt.2.8. 15.20 28. Dionyſ. Tertul. Cyprian. Ambroſ. Baſil. Aug.

Tenemus quidem hoc fieri ſpiritualiter, non vt loco effectus & veritatis conſtituatur imaginatio vel cogitatio, &c.

DOCTOR.

241. Hoc inuentum & commentum eſt veſtrũ Miniſtricum, & non verbum diuinum expreſsis Scripturis conſignatum, quod tam ſeuere à nobis exigitis. Seruator enim noſter nuſquam dixit: Panis quem ego dabo, ſpiritus meus eſt. Nuſquam, Spiritus meus vere eſt cibus. Nuſquam, niſi manducaueritis & biberitis ſpiritum filij hominis, non habebitis vitam in vobis, &c. Et cum hoc Sacramentum inſtituit, non dixit, Hoc eſt ſpiritus meus. Hic eſt enim calix ſpiritus mei, Sed diſerte, aperte, conſtanterque, *Hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis meus*, Nuſquam addidit, accipite ſpiritualiter, Manducate ſpiritualiter, Bibite ſpiritualiter, &c. Cur ergo commẽta & inuenta veſtra pro verbo Dei ſubſtituitis? Quis huius ſacrilegij vos purget? Quis vir bonus veſtrum *fieri ſpiritualiter*, admittet, vt tollat præſentiam veram, eſum verum, receptionem realem & ſubſtantialem corporis Domini? Obnixe ab omnibus huius loci Lectoribus peto, eoſq; obſecro & obteſtor, vt accurate hæc perpendant. Indeque perpendant quæ & quales eſſe potuerunt veſtri Bezæ meditationes, cum de hoc mirabili myſterio tam impure ſcriberet, hoc quod obijcit, illi Schluſſelburgius miniſter Lutheranus: *Scribit impurus hic porcus ſacramentarius Beza, Candidæ ſuæ quondam concubinæ, Culum (horreſco referens incarnati huius diaboli blaſphemias) imo partem diuerſam, adhuc magis pudendam, mundiorem eſſe, quam illorum ora, qui ſimpliciter verbis Chriſti inhærentes, credunt ſe præſens Chriſti corpus in Cœna ore ſuo accipere.* Non auſim niſi alterius verbis, tam nefaria vulgare. His denique verbis hunc articulum Confeſsionis veſtræ clauditis:

Lib.1. de Theolog. Caluin. f. 92. p. 1.

Eo quod hoc myſterium altitudine ſua ſuperat menſuram ſenſus, & omnem ordinem naturæ, & cæleſte ſit, non poteſt apprehendi, quam ſola fide.

Quis ergo bona fide non crederet, vos in hoc Sacramento ingens miraculum corde credere; mente agnoſcere, & voce confiteri? Accedit & Caluinus veſter apertius dicẽs: *In ſacra cœna miraculum agnoſcimus, quod & naturæ fines, & ſenſus noſtri modum exſuperat, dum Chriſti vita nobis fit communis, & eius caro nobis in alimentum datur.* Beza quoque profitetur, *Modum præſentiæ corporis Chriſti in cœna eſſe ſpiritualem, cœleſtem, diuinum, prorſus incomprehenſibilem, adeo vt illum explicare nequeat.* Author Dialecti apud eundem aſſerit, *aliquot Patres Sacramentum altaris ingens miraculum nominare.* En ergo cõfeſsione veſtra myſterium ſua altitudine omnem ſenſus & naturæ ordinẽ ſuperans, & vnicæ Spiritus S. virtuti & poteſtati peruium: en miraculum, en plane diuinum & incomprehenſibilem exſiſtẽdi modum: en miraculum ingens: quod & nos corde credimus oreque confitemur. 242.

L. de optima concord. ratione, f. 97. Creophagia, f. 66. 67. pag. 82

Verum contradictiones, inſidias, & proditiones veſtras, vt omnis mundus attẽdat, iam oro & obſecro. Oecolampadius qui facile primas inter veſtros præceptores obtinet, ijs verbis negat vllo miraculo Chriſti corpus adeſſe: *Non eſt in hoc Sacramento, quod miraculum ſit, vel captum hominis excedat.* Eandem blaſphemiam Germanus Bauarus in Examine ſuo contra Selneccerum repetit, *pag. 1. & 2.* Ludouicus Lauatherus idem rurſum

L. de verb. Dom. 1525.

Exegeſi. ſum mendacium probat, in hiſtoria Sacram. *Pagina quarta*, Acriores pugnas expoſcitis? En rurſum Zuinglius Corypheus veſter dicens: *Chriſtus nuſpiam fecit miraculum, quod nemo ſentiret: ſingula ſunt ſenſibus humanis expoſita.* Ibidem. *Nullum miraculum vnquam fecit Chriſtus, quo nemo ſenſerit, nemo tradiderit.* Quaſi vero nulla eſſent miracula in creatione, diſpoſitione, glorificationeq́; Angelorũ: nulla in conditione, infuſione, iuſtificationeque animarum, &c. Aretius Bernenſis concludit, *Negotium Cœnæ eſſe ſimpliciſsimum, & ſine miraculo inſtitutum, celebratum, & Eccleſiæ commendatum, &c.* (*Serm. 3. de Cœna.*) Si non agnoſcitis hic pugnas, fœdaſq́; contradictiones veſtras, quæ teſtantur vos omni ſpiritu veritatis & vnitatis deſtitutos eſſe, profecto ſenſu communi caretis: atque ſic ſpiritui vertiginis vos relinquam, vt conteſter ſectatores veſtros quatenus perpendant ſerio verſutias, mendacia, & fraudes, quibus modo vnum docetis, modo alterum, inconſtantes in omnibus viis veſtris, & ignari eorum, quæ docetis & affirmatis. MINISTER. Rurſum de Cœna ſtatuunt:

ARTICVLVS XXXVII.

Credimus tam in Cœna quam in Baptiſmo, Deum nobis reipſa dare, quod iis ſignificat.

DOCTOR.

244. QVomodo ergo alibi dicitis, verum, reale, & ſubſtantiale corpus Chriſti tantum diſtare à veſtro pane typico, quantum diſtat cælum à terra, quam pedibus calcamus? Aut Caluin. recte dicit, *pronomina demonſtratiua, hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis, res procul abſentes ſignificare?* (*Beza. Vltima demonſt. ad VVeſtph.*) Chriſtum hominem ſic aſcendiſſe in cælum, vt nullo amplius modo ſit in terra? Reipſa dari & ſumi: reipſa tamen abeſſe, & tam longe abeſſe, an non turpis contradictio eſt ac illuſio? Sin Deus Filij ſui humanitatem, ſubſtantiamque corporis ſui reuera nobis exhibet, eadem nos nutrit atque viuificat, vt traditis, plane ingrati eſtis, qui rem tam Diuinam nullo honore dignamini, tãque cæleſtem nullo cultu religioſo afficitis, qui nos denique præſentem realiter & ſubſtantialiter Chriſtum adorantes innumeris probris afficitis. Hoc etiam miſerandum, quod nondum hactenus vobis conſtare potuit, (vt etiam Caluinus & Vermilius vltro fatentur) quod genus tropi aut figuræ in hoc myſterio conſtituatis: adeo ſuſpenſos ſequacium veſtrorum animos retinetis ſu- (*Admonit. ad VVeſtphalum,*)

A ſpenſaque fide torquetis & diſcruciatis. MINIST. Cramben ſuam ſic recoquunt. (*Tractat. de Cœna.*)

Quotquot ad ſacram menſam Chriſti veram ac puram fidem adferunt, ea quaſi vaſculo vere recipiunt, quod ibi ſigna teſtantur.

DOCTOR.

At vero, Lambertus Danæus de ſe, & omnibus vobis ſcribit: *In nobis fides eſt imperfecta, manca, polluta, infidelitate conſpurcata & commixta, vt ne virtutis quidem nomine vere digna ſit.* 245. (*In Enchir. Auguſt. c. 31. f. 200.*) Vnde perſpicuum eſt, vos nihilo plus recipere in cœnis veſtris, quam in ientaculis, prandiis, & profanis conuiuiis. Beza non B aliud iudicat, cum inquit, *Non requiritur, vt participes ſimus Chriſti, vt fidem habeamus perfectam.* (*Confeſſ. puncto. 4. Art. 20. & 50.*) Et paulo poſt rationem redditurus, de huius fidei veſtræ imperfectione, aut potius infidelitate, profitetur *ſuam, atque veſtram, fidem, eſſe valde exiguam, debilem, atque adeo ſane vanam vt nonnunquam omnino obruta atque ſepulta iaceat.* Cum igitur veſtra illa fides adeo imperfecta ſit, non eſt apud vos ſacrum Chriſti conuiuium, non ſacra menſa, non ſubſtantia corporis Chriſti, nullus animarum cibus: ſed omnia prophana ſunt & communia, velut in viliſsima caupona vel C diuerſorio.

246. Præterea, ex veſtra ſententia ſequeretur, eos qui veram & puram fidem non adferrent ad Cœnas veſtras, nihil more aliorum cœnaturos, nihil præter nuda ſigna ſumpturos, nihil magis quam in ganeo vel popina accepturos: quod etiam Bucerus, Muſculus, Myconius, Camerarius ingenue confitentur. Hoc autem aperte cum beato Paulo pugnat ſcribente: *Qui manducat & bibit indigne, reus eſt corporis & ſanguinis Domini*: nõ tantum ſignorum. (*1. Cor. 11.*) Id exemplo probat nonnullorum Corinthiorum, qui ob id peccatum languoribus percellebantur ac conficie- D bantur, alii vero repentina morte peribant. Euangelium quoque affirmat Iudam, omnium qui vnquam poſt hominum memoriam exſtitere, perditiſsimum nebulonem, eodem ipſo corpore Chriſti cum reliquis Apoſtolis paſtum fuiſſe. Diſcubuit enim Chriſtus cum duodecim: atque huic æque vt Petro, dixit, Accipe & manduca, hoc eſt corpus meum. (*Luc. 22. Matt. 26.*) Hoc non ſolus defendit in multis locis Auguſtinus; ſed & Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Euthymius, & alii Patres Orientis. (*Aug. l. 5. de baptiſ. c. 8. Tract. 6. in Io. Ep. 163.*) Quis igitur non perhorreſcat, audiens ſpur-

Digitized by Google

Serm.11.de ver.Dom. Creophag. fol.73. ſpurcas Bezæ veſtri blaſphemias, qui hanc A indignorum communionem vocat. *Hexametrum aſini crepitum?* Atque hoc eſt, quod vobis ad cœnandum, poſt concionem ſuam, potum ac edulium parant Miniſtri.

247. Sed neque leuiter prætereundum eſt hoc loco, quanta ſit inter veſtros authores, An Iudas Cœnæ adfuerit, nec-ne, digladiatio, quantæ rixæ, quantæq; contradicentes ſententiæ: vt hinc diſcatis, eos nunquam in rebus diuinis inter ſe conueniſſe, ſed vertiginis ſpiritu fuiſſe ſemper agitatos. *Decade.5.* Bullingerus equidem ait: Hiſtoria Euangelica diſerte commemorat Dominum accubuiſſe cum duodecim. Sed & Lucas narrationem ſuam B ſic contexit, vt dubitare non poſſimus, Iudã myſteriis communicaſſe cum cæteris Apoſtolis: id quod & Auguſtinus contendit lib.3. de conſenſu Euang. cap.1. Tract. 62. in Io. in Pſal.10. & Epiſt.163.] Conſentit Rodolphus Gualth. & tota cohors Tigurina, contra Teſtamentum Brentii pag.13. Caluinus eis ſubſcribit, *In Catechiſmo.* adfirmans, Iudam actioni Cœnæ Dominicæ interfuiſſe, cum adhuc occulta foret eius impietas.] Atque hunc ſubſequuntur omnes Puritanorum, Anglicorum, Scotorum, Gallorum, Palatinorum & Polonicorum ſacramentariorum turmæ.

248. *Loc.com.* His autem aperto marte ſeipſum in primis C obiicit Muſculus dicens: Mihi dubium non eſt, egreſſum ad perficiendũ traditionis ſcelus fuiſſe Iudam, priuſquam Sacramentum hoc à Domino diſcipulis traderetur. *Elencho hæreticorũ pag.113. In cap.26. Matth.* Accedit Danæus, in dubium vocans, An Iudas cũ reliquis Apoſtolis comederit panem Cœnæ Domini: qua de re tamen præceptor eius Caluinus (vt nuper audiuimus) nequaquam dubitauit. Ioachimus Camerarius ſuccinẽs, ſuſpicatur eum iam tum abfuiſſe. Cleinvvitzius contra Heshuſium, aperte negat Iudam interfuiſſe actioni Cœnæ Domini, idq; euincere conatur ex Hilario, Ruperto, & Thoma Aquinate, ſed perperam tortis, & D male intellectis. Quid iis magis diſſonum? magis contrarium atque ſecum repugnans? Magis à Spiritu veritatis & vnitatis diſtans eſſe poteſt? Ad Confeſsionem veſtram redeo.

MIN. *Corpus & ſanguis Ieſu Chriſti non minus ſunt in eſcam & potum animæ, quam panis & vinum in vſum corporis.*

249. DOCTOR. Hic fucus eſt & fumus Miniſtralis, abſque vllo expreſſo Dei verbo in Scripturis. Imo, contra illarum loquendi formam contraq; omnem rationem, ac experientiam, vt animæ rationales, ora, dentes, fauces, vel ſtomachum habeant ad edendum atque bibendum. Simile commentum illi, quo imaginatur Caluinus ſpiritibus cæleſtibus prælongarum aurium opus eſſe, vt noſtras de terris preces intelligant. Chriſtus ergo cum præcepit corpus ſuum accipi & manducari, Sanguinemque bibi, intendebat illud fieri propria oris corporei actione: non ea conficta & imaginaria fidei aut ſpiritus, quam vos commenti eſtis. Enimvero ſi præceptum illud, *Accipite*, ad manus corporeas pertinet, vt Beza fatetur: & illud ſequens *Manducate hoc eſt corpus meum. Bibite ſanguinem meum*, ad realem oris actionem & miniſterium verum neceſſe eſt pertineat. *Ep. ad Tilium.* Accedit, quod cum corpora noſtra mortalia ſint, & morti corruptioniq; obnoxia; ea ſunt profecto quæ immortali & viuifico præſertim indigent corpore, vt per eius communicationem realem, immortalis vitæ pignora & iura recipiant, vti Iuſtinus martyr, Irenæus martyr, viri Apoſtolici, aduerſus hoſtes reſurrectionis carnis copioſe ac elegãter quõdam aſſeruerunt. *Ep.3.ad reſpetit Sanctæſu c.7.* Quis ergo toto pectore nõ abhorreat, ab infandis & impiis blaſphemiis Bezę, qui literis conſignauit, veram & realẽ huius Corporis perceptionem, *eſſe Cyclopicã, ac Satanæ excrementum?* Os diaboli, non hominis. *Epiſt.70.* MINIST. Aiunt rurſum.

ARTICVLVS XXXVIII.

Ita credimus Aquam cum ſit caducum elementum, nihilominus lauationem internam vere teſtari animæ noſtræ in ſanguine Chriſti per efficaciam Spiritus ſui, &c.

DOCTOR.

250. Grauiſsime erratis, qui aquam illam vere elementarem comparatis cum eo cæleſti & viuifico pane, de quo Chriſtus tam aſſeueranter quam aperte dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur: nunquam vero de Aqua per quam abluimur. Atque ita quod panis eſt ante conſecrationem, aiunt Ambroſius & Auguſtinus; poſt eam, iam nõ amplius panis eſt, ſed quod præpotens aſſerit Filius Dei, nimirum, idipſum corpus, quod pro nobis morti traditum eſt: Aqua vero baptiſmi ex aduerſo, & antequam adhibeatur, & poſtea ſemper Aqua manet naturalis.

Panis & vinum nobis in Cœna data, nobis ſunt nutrimentum ſpirituale, inquantum nobis vt ad oculum oſtendunt, carnem Chriſti verum nobis eſſe cibum, & ſanguinem potum noſtrum.

Sic

Digitized by Google

251. Sic ergo in Cœna veſtra panis duntaxat, & vinum ſolummodo datur vobis ad ſignificandum, figurandum, & indicandum: & quod ſuperius profeſsi eſtis de ſubſtãtia corporis & ſanguinis Chriſti, meræ ſunt nugæ, tricæ, fictioneſque, ad fallendos Lutheranos, & ſectatores veſtros faſcinandos: vt & Beza aliquando confeſſus eſt, Zvvingliani ſubſannant, dolent Germani, voſque idcirco appellant homines fraudulentos, nequã, veteratores, & proditores. Sed quis vnquam legit, quis audiuit, animas quæ carnem & oſſa non habent, veſci ac nutriri corporibus? Subſtãtiam corpoream & materialem mutari in ſpiritum? Accidentia corporea recipi in ſubiecto ſpirituali? Nunquid hæc tanto noua Theologia eſt, quanto hic veſter Miniſteriatus inſolẽs eſt? Cęterũ, ſola noſtra corpora illa ſunt, quæ ius beatæ reſurrectionis ſibi dari exigunt, per veram iam immortalis corporis Chriſti communionem, quemadmodum & ipſe Dominus inſinuat & repromittit dicẽs, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo: & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.* (Ioan. 6.) Reſurrectio autem tantum corporum eſt, quæ morte ceciderunt: non animorum natura immortalium. Legite Iuſtinum, Irenæum, Tertullianum, &c.

Illos autem fanaticos, & ſacramentarios reiicimus, qui huiuſmodi ſigna & notas nolunt recipere.

252. Quæ rogo & obſecro, eſt hæc hypocriſis veſtra & ſimulatio? Qui nam præter vos, ſunt iſti reijciendi Sacramentarij? Quippe qui illorum quinque reijcitis, & duo duntaxat recipitis, eademque ſic mutila, manca, & corrupta, vt vix ſpeciem vllam præ ſe ferant Sacramentorum. Nam materiam illorum pro libito tranſmutatis: formas verborum conceptas pro ſuſurris magorum reputatis: pios ritus idololatricas geſticulationes dicitis: efficaciam nullam eis conceditis: & inſtitutionem illorum neceſſariam eſſe negatis: eo quod vos ſola fides iuſtificet atque ſaluet. Itaque voš, vos inquam, eſtis illi fanatici & Sacramentarij procul à Chriſtiano populo reijciendi. Adhæc, veſtrum dogma eſt, ſi ad menſam Domini homines fidem attulerint, ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti nutriuntur, & viuificãtur: ſin minus, nihil præter ſigna recipiunt. Adeſt ergo illic Chriſti ſubſtantia, ſiquidem vobis placet: non eſt autem, ſi diſplicet. Subſtãtia corporis & ſanguinis illic vobis exhibetur cum ſignis: & tamen nulla ibi ſubſtantia eſt, præter panis & vini. Subſtantia illic vobis offertur: & tamen inde tantum abeſt, quantum cœlorum culmen diſtat à terra. Nõne iſtud eſt pluſquàm nugari, & in re omnium maxima ludere, & illudere? Sed cur fanaticos & Sacramentarios ſigna veſtra recuſantes, tam procul ablegandos eſſe ducitis?

Quia Chriſtus ore ſuo pronunciauit, Hoc eſt corpus meum, & Calix ſanguis meus eſt.

Id reipſa pronunciauit, atque ita ſe res habet, vt proprio ore ſuo pronunciauit. Vos idcirco pudere deberet, impio ore veſtro illi tam manifeſte contradicere. Nam in faciem ei contradicitis, palam prædicantes, Non eſt corpus & ſanguis, ſed panis & vinũ ad ſignificandum. Non eſt corpus, ſed figura corporis abſentis. Non eſt Dominus, *ſed Deus farinaceus.* (Epiſt. 70.) Non eſt Deus, ſed idolum. Non eſt Chriſtus, ſed Bezæ iudicio, *hexameter aſini crepitus*, Non eſt Chriſtus, *ſed excrementum ſatanæ, &c.* Adeſto tandem, ô Ieſu fili Dei viui, adeſto, vt blaſphemos iſtiuſmodi percellas; Diuinam vocem tuam vlſciſcere, confunde Satanam, qui tam ſpurca & impia in os iſtorum miſerabilium hominum immittit, atque ſuggerit animis. MIN. Vt Regibus & Principibus blandiantur, addunt. 253.

ARTICVLVS XXXIX.

Credimus Deum velle mundum politia & legibus regi, vt habenæ ſint, quibus deſideria mala reprimentur. Ideoque conſtituerit regna, reſpublicas, cæteraſque principatuum formas, ſiue hæreditarias, ſeu alias: & id omne quod ad iuſtitiæ ſtatum pertinet, cuius vult author haberi.

DOCTOR.

SI hæc ſerio creditis, cur contraria veſtris ſectatoribus perſuaſiſtis, ſcripſiſtis, in cœtibus tot annos cantitaſtis, Deum nulla ſollicitudine, nullaq́; cura tangi hominum male viuentium? *Il n'a ne ſoin ne cure des mal viuans.* 254. (Pſ. 1. v. vlt. 1. Ioh. 5. 1. Tim. 1.) Totum autem mundum, ait Apoſtolus, in maligno poſitum eſſe: Quid ergo ex hoc veſtro axiomate ſequitur, niſi Deum minime velle vt legibus recte adminiſtretur? Ait quoque alius Apoſtolus, legem iuſto non eſſe poſitam, ſed iniuſtis, impijs, ſceleratis, & contaminatis, & patricidis, & matricidis, &c. Itaque ſi Deus hos nihil curet vt cantaſtis, non vult his fræna, non habenas inijci, vt reprimantur, quemadmodum hic profitemini.

Adhæc, vos alibi docetis, Præſcientiam diuinam tantam rebus neceſsitatem adferre, vt 255.

re, vt nulla in iis contingentia relicta ſit: nulla A libertate prædita maneat hominum voluntas. Non vero ex iis euidenter conſequitur, vanas & inutiles eſſe cunctas leges fruſtraneas omnes conſultationes: quandoquidem certa ſtent omnia lege? Nec aliud, nec aliter,
L.2.adu. Marc.c.5. quidpiam fieri poſsit, quam ab æterno præſcitum & ſtatutum fuerit? Non enim poneretur lex, inquit Tertullianus, ei, qui non haberet obſequium debitum legi in ſua poteſtate: nec rurſus comminatio mortis transgreſsioni aſcriberetur, ſi non & contemptus legis in arbitrii libertatem homini deputare-
Cap.6. tur, &c.] Et poſtea: Nec boni nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus aut ma- B
L.contra Fortunatū Manich. lus neceſsitate fuiſſet inuentus, non voluntate.] Cæterum, vt poſt Tertullianum Augu-
L.3.Recognitionum. ſtinus, ſic & antea Iuſtinus martyr in Apologet. & Clemens Romanus, Imo apud Clementem D. Petrus, hanc cauſam aduerſus Simonem magum perorauerat.

256. Rurſum, ſupra damnaſtis & excluſiſtis omnes hominum inuentiones, vniuerſaſque Leges, quas vellent introducere, & quibus conſcientias hominum alligare, art. trigeſimo-tertio. Damnaſtis inſuper omnes Pontificiorum cœtus (§. 179.) *eo quod* inſano iudicio veſtro *pura Dei veritas exulet inde; & pro vero veri Dei cultu, ibidem regnet omne idololatriarum* C *genus.* At vero, ante aduentum veſtrum, per vniuerſam Europam, per Regna Polonorum, Hungarorum, Germanorum, Suedorum, Danorum, Scotorum, Anglorum, Gallorum, Hiſpanorum, Luſitanorum, Siculorum, Cypriorum, per totum imperium Romanorum, Reſpublicas, Ducatus, atq; Principatus, Religio Catholica illorum omnium legibus, inſtitutis, & ſanctionibus probata vigebat atque florebat. Ergo vel eam teneatis & ſeruetis neceſſe eſt: vel huic Confeſsionis veſtræ articulo palam abrenuncietis.

257. Nec vos latere debet, quantis maledictis probriſque regem Angliæ Henricum Octa- D uum Lutherus proſequutus ſit: & indigniſſime Caluinus de eodem loquatur & ſcri-
Com.in Ose. bat: quinetiam frequenter de Regibus & ſupremis iuſtitiæ ſedibus Gallicis; deque etiam Syndicis, conſulibus, & Magiſtratibus ſuis Geneuanis petulanter detrahat, *Epiſtola ad Miniſtros Tigurinos: Epiſt. ad Bullingerum: Epiſtola ad Petrum Martyrem: ac eodem volumine Epiſtolarum, pag. decima-quinta, quadrageſigeſima-quarta, 218. 381. &c.* Quam furioſe debacchatur in Reges noſtros, in Matrem, in fratres, in ſorores, in officiarios eorum, veſter ille comminiſter, qui Excitatorium matutinum Francorum ſcripſit, & vulgauit? Quos non ad illos inuadendos, peſſundandos, & perdendos excitat? Quid non moliuntur commilitones veſtri in Belgio aduerſus hæreditarios ac legitimos Principes ſuos? Quid in Scotia non patrarunt in Reginam ſuam ſanctiſsimam fœminam? Quæ fuerunt conſilia Caluini, quæque Bezæ dira facinora, in tumultibus ac ciuilib. bellis Gallicis? Aut ergo non ſerio creditis quæ hoc articulo profitemini, aut certe operibus ipſis ſubuertitis. Reliqua videamus.

Ideo commiſit gladium Magiſtratibus, vt coercerent non ſolum peccata admiſſa in poſteriorem præceptorum Dei tabulam verum & in priorem.

Quid audio? Etiam-ne peccata ſpiritualia, 258.
quæ aduerſus primam tabulam committuntur, vt ſunt hæreſes, gladiis, furcis, ignibus, aliiſque tormentis & armis carnalibus reges terræ coercebunt? An non ſuperiorib. annis contrarium vociferabamini dicentes, Hoc genus morbi ſpiritalis, & ſpiritibus inhærens, nec deberi, nec poſſe ſanari huiuſmodi violentis & corporalibus remediis? Tam cito, tamque leuiter à veſtra, veſtrorumque Fautorum priore ſententia deficitis? Leges figitis, & refigitis pro libidine?

Sed & in hoc deficitis, à veſtro Melanch- 259.
thone, ciuilibus Magiſtratibus tantummodo concedente, vt in tranſgreſſores ſecundæ ta- Loc.com.
bulæ, cuiuſmodi ſunt parricidæ, homicidæ, fures, mœchi, &c. animaduertant, cætera Tom.4.
Deo committăt. Quin etiam Lutherum pa- Germ.fol.
rentem veſtrum aperte damnatis ſcriben- 155.
tem: *Magiſtratus impedire non debet, quominus quilibet doceat & credat quidquid lubet, ſiue Eu-* Tom.4.
angelium, ſiue mendacium. Et alibi declarans Germ.fol.
quam ægro & iniquo animo ferret Anaba- 319.
ptiſtis plagas inferri, ſcripto tradidit: *Debebat cuilibet hoc permitti, vt crederet quidquid vult.* Et ſi Magiſtratus ſceptro ferreo coerceat ſeductores, pſeudoprophetas, hæreticos, (prout certe tenetur pro officio) quonam faceſsit illa Conſcientiarum libertas, pro qua non ſecus ac pro focis & aris, acerrime dimicaſtis, quamque vultis permitti paſsim impune: adeo vt Iudæi, Mahometani, Athei, Sabelliani, Arriani, hoc clypeo tecti, audacter prodeant, dicentes hanc eſſe conſcientiarum ſuarum libertatem, nec debeant iccirco à Magiſtratu vexari aut prohiberi? Atque ſic vobiſipſis vbique contradicentes, o-

tes, omnia miſcetis & confunditis. MIN. Et ne illos exacerbent ſubijciunt.

Quare neceſſe eſt propter Deum, patiamur non ſolum Superiorum dominatum, verumetiam eos in pretio habeamus: eoſdemque omni obſeruantia proſequamur oportet, ſicut Dei vicarios, ac officiarios quos admiſit, vt onus legitimum & ſanctum exerceant.

DOCTOR.

260. Vox quidem vox Iacob (ait B. Patriarcha,) ſed manus ſunt Eſau. Nam vt hic præclare dicitis: ſic turpiſsime & nequiſsime alibi operamini: Si propter Deum ferenda eſt Superiorum dominatio, cur archiminiſter veſter Beza, & huius Confeſsionis ex Calui- B
Epiſt. 40. no conſarcinator, militum delectum, vrbiũ inuaſiones, caſtrorum expugnationes, ciuitatum obſidiones, locorũ munitiones, proditioneſque aduerſus legitimos Reges & Principes noſtros à perduellibus ſubditis factas, etiam ſcriptis ſuis approbat? Deinde, etiam clades, ſtrages, incendia, vaſtitates, quas ſui & veſtri, id eſt, Hugnoſtici, in agro Tho-
Ibidem. loſano & Lugdunenſi non ita pridem edidere, laudat: & vt eadem fiant in Ducatu Burgundico, percupit? Celebrat repentinas Regiorum præſidiorum expugnationes, ſuadetque, vt contra vires & leges Regias, ſatellites ſectæ ſuæ quanta potuerint loca C
munita capiant, ſeruẽt, & pro viribus tueantur? Adhæc, Laſichius, Gilbius, Goodmanus, & Knoxus, totidem miniſtri Caluiniani; aduerſus hanc profeſsionem veſtram ſcribunt: Omnibus ſubditis licere, in ſuos Dominos & Principes inſurgere, ſi Papiſtæ fuerint: progreſſumque Caluini Euangelij præpedire perrexerint: quod & actibus publicis in Gallia, & prædicto Excitatorio Frãcorum matutino nimium eheu! comprobaſtis. Quid ergo verborum quorundam ſplendore, nitimini hoc loco mundum ludificare?

261. An non aperte Ioannem Huſſum velut D
bonum virum, & ſanæ doctrinæ Miniſtrum laudatis, dicentem: *Nullum eſſe Dominum ciui-*
Inſt. li. 4. *c.* *lem, cum eſt in peccato mortali?* Caluino quoq;
10. §. 5. ſubſcribitis, ſtatuenti: *Leges ciuiles Dominorũ, haudquaquam ſibi conſcientias ſubditorum aſtringere!* Superius etiam proteſtati eſtis, *Paſtores omnes æqualis poteſtatis eſſe?* Omnia hominũ inuenta, & leges conſcientiam obligantes, procul abijciendas? Summa, Principes & Magiſtratus omni obſeruantia colere fingitis, vbi viribus eſtis inferiores: at, ſi ſuperiores euaſeritis, tum vobis ſunt tyranni, perfidi, ido-

A lolatræ, pellendi, aut è medio tollendi Hoc duplici exemplo, intra paucos annos comprobaſtis. Priore, Sigiſmundi Poloniæ regis *An[illegible]*
Chriſtianiſsimi, ac Sueciæ, Noruegiæq; hæ- *[illegible]*
redis legitimi, quem armis parricidalibus, regnis paternis excedere coegiſtis, duce Carolo eius patruo, viro in primis hæretico: Poſteriore, Iacobi Scotorum, nunc etiam Anglorum Regis ſapientiſsimi, quem Ale- 1600.
xander Riuer[9]. Comitis Gauriæ frater germanus, vir è veſtra, Caluiniana nimirum, *Mercurius*
diſciplina, ſplendido mendacio in tales inſi- *Gal. Bel-*
dias, & præſentia mortis pericula coniecit, *gicus Tom.*
vt non niſi manifeſta & ſingulari ope Dei *4. l. 3. 4.*
inde euadere potuerit. Atque hæc, ſi placuerit inferis, fides & profeſsio veſtra: hæc in Dominos reuerentia: hæc in Reges obſeruantia: hæc denique in Dei vicarios & officiarios obtemperatio, &c. MIN. Et bonorum ſeruorum officia promittentes aiunt:

ARTICVLVS XL.

Tenemus ergo obtemperandum eſſe horum legibus atque ſtatutis, tributa & vectigalia ſoluenda, & bona, ſpontaneaque voluntate ſubiectionis iugum ferendum, etiamſi eſſent infideles: modo ſummum Dei imperium integrum ſaluumq; maneat.

DOCTOR.

Et hoc ipſum eſt quod paulo ante dicebam, vos Magiſtratum verbis colere, cũ 262.
inferiores eſtis, vbi vero ſuperiores euaſiſtis, eũ proſcindere, calcare, loco pellere: quod publicis actis ac exemplis demõſtraui. Quæ enim tributa aut vectigalia pendunt, aut quã bonam & ſpontaneam ſubiectionem legitimis Principibus ſuis ſoluunt veſtræ factionis Hollandi, Zelandi, Bataui, Friſij, alijque per Belgium cõmilitones? Certe Iuſtinus martyr, Tertul. Cyprian. martyr ſcriptis ſuis docebunt vos procul abeſſe à primorum Chriſtianorum moribus, quibus non ſolum verbis, infideles Magiſtratus ac Principes colebant: ſed tributa prompte eis ſoluebant, & magna fide pro republica ſeruãda militabãt.

Quocirca eos deteſtamur, qui Poteſtates & Magiſtratus vellent reijcere, aut bonorum omnium communionem, ſeu potius confuſionem inuehere, ordine omnis iuſtitiæ ſubuerſo.

Non ſolos Anabaptiſtas hoc telo configi- 263.
tis; ſed & alios omnes, qui veſtra Caluinique placita ſectantur. Quo enim iure Tigurini, Geneuani, Baſileenſes, Bernenſes, Lauſanenſes, Argentinenſes, Heluetij ſacra-

mentarij, viribus & armis imperatoriæ domus Auſtriacæ iugum excuſſerunt? Epiſcopos ſibi præfectos expulerunt? Bona eorum temporalia ſibi ipſis diuiſerũt? &c. Ecquando tandem vobiſcum conuenietis? Mea ſententia nunquam, niſi ſuperioribus erroribus extremum vale dixeritis: quod vtinam, iterum vtinam cito fiat, fiat.

Vos igitur obſecro atque obteſtor Dei præpotentis, atque omnium noſtrum parentis, nomine, veſtræ ſaluti conſulite, veritatem agnoſcite, abijcite errores, tandemque definite miſeros illos, qui cæcos duces vos ſequuntur illudere & perdere, ne coram diuino tribunali in vos inſurgant, diramque repoſcant vltionem. Ne ita iuretis in verba Caluini, agnoſcite hominem fuiſſe erroribus & peccatis obnoxium, ſibique multis in locis ac rebus repugnãtem, vt nos apertiſsime oſtendimus. Si diligenter mores & vitam Bezę inſpexeritis, futurum non dubito, vt longe vobis ſit ſuſpectiſsimus & inuiſiſsimus. Contra vero, remotis & diſcuſsis cunctis animi perturbationibus, diligenter ſcrutamini Scripturas, ſanctorum Patrum & Martyrum, qui vel cum Apoſtolis, vel cum eorum primis ſucceſſoribus vixerunt, interpretationes adhibete. Propius & attentius faciem illam prioris Eccleſiæ A Catholicæ contemplamini: tandemque agnoſcetis eam, quæ nunc viget ac floret, nihil aut in fide, aut in moribus docere, quod non ab illa ante mille trecentos & quadringentos annos deſumpſerit. Aduertite ſedulo quot quantæque ſint authorum veſtrorum, de ſummis fidei Chriſtianæ capitibus pugnæ, & diſsidentes de Scripturæ ſenſibus interpretationes, quam inconſtantes ſententiæ. Illa animi flagella expendite, quę vos diu noctuque contorquent: conſcientias ſuperioribus peccatis grauatas per pœnitentiam expiatas, Deum opt. maximum ſupplices exorate, vt illuminet tenebras veſtras, B radio ſuæ claritatis illuſtret, & in verum rectumque veritatis & ſalutis tramitem reducat. Quod vt contingat, & ego pro vobis libenter preces ad eum effundam, bona ſpe nixus, quod votis noſtris fauebit piiſsimus & miſericordiſsimus Dominus: cui laus omnis & honor. MIN. Amen.

Rogatum te volo, vt & de Catechiſmo Caluiniano diſſeramus, quam breuiter fieri poterit. DOCT. Plurima quæ in eo ſunt errata iam diſcuſsimus: verum, vt piis deſiderijs tuis ſatis fiat, vltimum colloquium noſtrum in ea re concludamus.

Explicit Liber Quintus Decimus.

LIBER

Digitized by Google

LIBER DECIMVS-SEXTVS,

QVO CATECHISMVS CALVINIANVS DVCENTORVM QVINQVAginta quatuor mendaciorum, contradictionum, & blaſphemiarum ſtrictim conuincitur & refellitur.

DE PRECIBVS, QVAS ECCLESIASTIcas appellant.

CAPVT PRIMVM.

MINISTER.

1. Libellus ille precarius quem ad paginas inſequor, ſic ordi tur. *Forma precum Eccleſiaſticarum, cum ratione adminiſtrandi Sacramenta.* A

DOCT. Expendite quæſo, an ſi æquum, hanc nouellam precum formam, & adminiſtrationem à quinquaginta annis per Farellum, Viretum, Caluinum excogitatam amplecti aut ſequi: & priſcum illum ritum ab Apoſtolis acceptum, à Diſcipulis obſeruatum, & Succeſſoribus toto paſsim orbe Chriſtiano, à ſexcentis & mille annis ſeruatum, nūc primum in gratiam veſtram omittere, prætcrire, violare? Deinde, conſiderate, an eiuſmodi preces vere poſsint dici ac eſſe Eccleſiaſticæ, cum fiant in ſchiſmate, & extra verum cœtum Eccleſiæ vnius, ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ, à qua deſciuiſtis, non iſta à vobis. Attendite demum, illam veſtram Sacramentariorum turmam, cui vos ſic conſcripti milites recens nomen dediſtis, cum veris veræ Eccleſiæ Chriſti notis, (quæ ſunt vnitas, ſanctitas, vniuerſalitas, & Apoſtolica ſucceſsio) pœnitus careat nunquam fuiſſe, aut poſſe eſſe veram Chriſti fidelium congregationem. MIN. Caluinus ſubdit.

I. Tim. 2. Clem. l. 8. conſtit. Dionyſ. l. de Eccl. hier. Aug. Ep. 19. 118.

Conc. Nicæn. & Conſtant.

2. *Diebus profeſtis, quamlibet Miniſter ad precandum exhortationem adhibet.* Igitur eo redacti eſtis, & adacti ad libidinem voluntatemque, Miniſtro quę arriſerit, obnoxij inuentis eius & conſilij, quibuſque, non puro Dei verbo, vel ſanctorum Patrum ſcitis ſacroſanctis & firmis. Et cum Miniſter ille nullam niſi extraordinariam miſsionem aut vocationem habeat, ex Bezæ veſtri ore: non ordinariam ex Luthero, vt Pleſſæus veſter aſtruit, ille preces publicas, Liturgiaſve, vel alias res ſacras adminiſtrare facereve non poterit: Lutherus enim cum Epiſcopus nunquam fuerit, ſed ſolum ſacrificulus, mendiculus, monachulus, excucullatus, ac ſordidæ monialis maritulus, quique Sacramentarios ſemper oderit, damnauerit, exploſerit, ſacerdotes veros inſtituere nequiuit.

Die Dominica mane, hac fere vtimur forma, Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c. 3.

B DOCT. In ponte verſamini verſatili, qui nutat ſatis ſæpe: ſtatamque formam nullam habētes. vos ſemper informes ac deformes manere neceſſe eſt. Etiam ſimiarum more, Eccleſiæ noſtræ preces imitari conamini: vel potius, vt fures, hanc formam noſtram ad vos rapere vultis. Adeo miſelli eſtis, inopeſq; & verborum & rerū pietatis. Sed non præſtaret longe audiri hæc verba clara voce magno in templo, & conſpicuo, quā in horreo, harave, non in ara? Cum legitimis Paſtoribus multo melius, quam cum nouellis iſtis homuncionibus, propria authoritate aduectis & inuectis? C Verum, vnde vobis translatio mutatioque Sabbathi Iudaici in Dominicam diem Chriſtianam, niſi ex traditione Apoſtolorum, & dogmatis Seniorum? MIN. Quales porro ſint Caluiniani, ex ijs diſce omnes.

Conſite-

Digitized by Google

4. *Confitemur & agnoſcimus ingenue, nos eſſe miſeros peccatores, conceptos & natos in iniquitate, atque corruptione, &c.* Nequaquam ergo iuſtificati eſtis ab vtero matris, vt paulo infra iactatis: atque vt tales ſane peribitis, niſi fonte Baptiſmatis abluti renaſcamini. Quo igitur priuilegium ſeminis fidelium parentum abſque hoc Sacramento?

Quales.

5. *Inſuper pronos ad malum, inutiles ad omne bonum.* Audacter adijcite, quod Caluin. tam de ſe, quam de omnibus vobis ait: *Nihil minus nos ſumus, quam oues: ſed potius naſcimur oẽs leones, tigrides, vrſi, lupi, &c. Tanquã bruta animalia efferimur omnibus ſenſibus ad quodcunq; commodũ carnis noſtræ: & ideo ſequimur potius quod præſens eſt, eidemq; adhæreſcimus, &c.* Si inficiarer hæc, omnia quæ patratis vbique, & vbicũq; præualetis exequimini, me damnarẽt repugnãtem & teſtarentur veriſsima eſſe quæcunq; vos de vobiſipſis confitemini. Nam & Galli, & Angli, & Scoti, & Belgæ, experiuntur vos leones, vrſos, tigrides, lupos: imo & ijs lõge ſæuiores & inhumaniores. Iure ergo cõtendit Auguſtinus, non modo feris, ſed & barbaris imo & diabolis ipſis crudeliores eſſe hæreticos, quãdo, & vbi Cath. ꝑualuerint.

In c. 10. Io. In c. 1. art.

Collat cũ Donatiſtis, die 3. c. 4. ep. 122. 163 & in Pſ. 10.

6. Sed ad vos redeo. Cum ergo reapſe tales ſitis, quales vos palam agnoſcitis & fatemini, an idonei & apti eſtis ad vniuerſam Eccleſiam reformandam? Ad docendos bonos mores? Ad inſerendam rurſus & innouandam pietatem Apoſtolicam? Nonne meliores vobis tantum opus exigit? Ab immũdo, quis mundabitur? Quod ſi *ad omne bonũ prorſus inutiles eſtis*, nonne pares damnatis atque dæmonibus? Nonne natura mali: ſicque vos Manichæorum errore conſpurcati?

7. *Aſsidue, & ſine vlla intermiſsione, tua Domine, tranſgredimur præcepta.* Non igitur melius reformati, defæcati, fideles, aut ꝑ cæteris ſanctificati eſtis. Sed & diuina præcepta etiam aperte & dãnabiliter tranſgredimini: cũ itis ad Prædicantum conciunculas, Pſalmorum cantitationes, precatiunculas, cœnulas. Atq; ideo ab iis omnibus deberetis abſtinere, ne vlteri⁹ eſſetis corã Deo trãſgreſſores atq; rei.

8. *Quod dum facimus iuſto tuo iudicio perniciem nobis creamus, atque interitum.* Vt dicitis, vere ita eſt: ideoq; deſerenda foret atq; deteſtanda illa vitæ veſtræ ratio: redeundum in gratiam cum ſpõſa Chriſti Eccleſ. Cath. in qua remiſsio peccatorum eſt, per contritionem, confeſsionem, abſolutionem, & ſatisfactionem. animæq; peccatorum ab orci faucib⁹, ad æternæ ſalutis, vitæq; beatæ rectum tra-

A mitem reducuntur. 9. *Velis igitur noſtri miſereſcere, Deus Pater benigniſsime, &c.* Mens præcentoris veſtri Caluini eſt hic, vt ſolum Deum Patrem inuocetis, non Filij, aut Spiritus S. perſonam, vt poſtea patebit. Nam poſt Iudæos, Sabellianos, & Mahometanos, ſanctiſſimæ Trinitatis cultum, inuocationemq;, vt ſupra peruicimus, ſceleratiſsime reprobat. Beza etiam Chriſtum, quatenus Deũ, in numero ſupplicantium reponit. Danę⁹ ſcribit: Illum proprio Dei ore maledictum eſſe, qui preces ſuas ad Chriſtum hominem dirigit. Denique, Petrus Richerus, è ſinu Caluini in Franciam Antarcticam delatus & traiectus, B idem Villagagnano equiti Melitenſi, cuius anima pace fruatur, ſcripto à ſe ſignato tradidit & adfirmauit.

10. At vero, beati in cœlo Angeli ac ſpiritus, adorantes & inuocantes beatiſſ. Trinitatem concinunt Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & Apoſtoli in terra cum Deum Patrem orant, Chriſtum Ieſum, & mutuum vtriuſq; amorem Spiritum S. coniungunt. Denique, forma Baptiſmi tres perſonas nominatim exprimens, ſatis oſtendit ſimul adorandam & inuocandam eſſe, in vnica Deitate & ſubſtãtia perſonarum Trinitatem: vt & in omniũ canticorũ, hymnorumq; finem ſuppliciter C inuocat vniuerſa Chriſtianorum Eccleſia.

11. *Delens peccata noſtra, maculaſque eruens ó De⁹, largire nobis, &c.* Caluinus alibi vos irridens atque ſubſannans, aſſerit homines ſola imputatione externa à peccatis iuſtificari: non quod reipſa deleantur, abſtergantur, aut remittantur: ſed quod diſsimulentur. Atque ſic nullas ſordes eluit criminum, nullas maculas abſtergit: ſed actu ipſo rei iniuſti, & immundi ſancti omnes perpetuo remaneant. Ergo Deum hoc modo ſic precamini. Ergo, contra Apoſtoli doctrinam, plus potuit Adamus ſuo crimine vt vniuerſos inficeret & macularet, quam Chriſtus paſsione & morte ſua, vt nos ſanctificaret. Ergo ſancti ac electi non lauerunt & dealbauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Ergo non ambulant cum eo in albis, ſed indigni ſunt. Nec ſunt ſine macula ante thronum Dei.

In c. 5. ad Rom.

Rom. 5. Heb. 9.

D *Apoc. 4. 7. 22.*

12. *Producentes fructus iuſtitiæ & innocentiæ, &c.* Non ergo prorſus inutiles eſtis ad omne bonum, nec ſemper & vbique tranſgredimini præcepta diuina, vt paulo ante profitebamini. Sed neque iuſtus in bono opere peccat, vt poſt Lutherum, blatit Caluinus: aut præſtantiſsimæ quæq; virtutes, ſunt gratiæ Dei pollutiones, velut cenſet Beza. Atq; ſic vobis

bis

Digitized by Google

bis nūnquam conſtatis, vt non raro demō-
ſtrauimus. MIN. Aiunt rurſum.

13. *Cum promiſſione, quod tu ſemper eris in medio noſtrum, &c.* DOCT. Ita ſane fiet: ſed vt offē-
ſus ſemper à vobis, vos plectat & vlciſcatur,
Num. 16. vt quondam in Dathan, Core, Abiron viros
ſchiſmaticos iudicium exercuit: & in Baali-
3. Reg. 18. tas hæreticos. Siquidem non fit aliter in cœ-
Miniſtromachia; Bellum quinti Euangelij. tibus impiorum, qui nullam ſeruant vnita-
tem fidei ac doctrinæ, quales ſunt Miniſter-
culi veſtri, quorum pugnantia dicta dogma-
taque, vt vnus eorum fatetur, nunquam po-
terunt conciliari.

14. *Sola voluntas tua æqua & rationabilis eſt.* Ex
ſe, & per ſe, ita res habet: ſed eiuſdem bene-
ficio atque participatione bonorum Ange-
lorum & hominum, item æqua eſt, & ratio-
ne prædita, eadem in conſiliis & operibus
vtitur. Alioquin vos Hugnoſtici aut nihil
differtis à canibus, porcis, equis, & mulis,
quibus non eſt intellectus. Imo, quod Cate-
chiſtes veſter ait, cuncti eſſetis leones, vrſi,
lupi, & immanes feræ. MINIST. Vide quan-
tam fingant pietatem.

15. *Ipſum oramus pro cunctis Principibus atque Dynaſtis, &c.* DOCT. Nimirum, quos errori-
bus veſtris, & lingua mala faſcinaſtis, quoſ-
que factionum veſtrarum noſtis eſſe fauto-
res & propagatores. Scitis enim, neque
etiam nos latet, quo impetu eloquentiæ,
qua maledicendi arte, dicteriis, ſcomma-
tibus, diris demum imprecationibus, alios,
id eſt, Catholicos proſcinditis, laceratis, de-
Com. in Oſe. Epiſtolarum pag. 15. 44. 218. 381. formatis. Noſtis quibus votis Miniſtri Ex-
citatorij matutini Francorum authores, ex-
optant, vt culeo inſuti demergantur in pro-
fundum maris. Noſtis quantum Caluinus
debacchatur in Regem Angliæ Henricum
octauum: & in illuſtriſsimum Regem Na-
uarræ, qui ante Rothomagum plumbo ve-
ſtrorum occubuit. Diximus alio in loco
quanta maledicta Lutherus euomuerit in
Ducem Leipſenſem, Brunſvvicenſem, &
Maguntinum. Supra quoque vniuerſos Pō-
tificios, anathematibus confoſſos, diabolo
(quantum in vobis fuit) tradidiſtis. Hæccine
vota, vel preces ſunt, quas pro illis effundi-
tis?

16. *Ita vt agnoſcentes vera fide Ieſum Chriſtum filium tuum, &c.* Quaſi vero, in Eccleſia Ca-
tholica non annunciaretur, non legeretur,
non agnoſceretur, non prædicaretur, non
crederetur, non adoraretur, non inuocare-
tur. Tantam calumniam quis æquo animo
ferret? Quod autem vera fide agnoſcendum
volunt Ieſum Chriſtum Filiū Dei, ἀσπασμὸς
eſt Iudæ proditoris. Aue Rabbi inclamabat,
cum nefarie proderet. Sic Miniſtri iſto loco *Danæus Richerus.*
de agnoſcendo vera fide Chriſtum loquun-
tur: alijs autem permultis vociferantur, *Eos
eſſe maledictos, qui ſpem ſuam in illum poſuerint,
adorauerint, inuocauerint*, quæ tamen veræ
fidei ſunt officia iniquiſsime in nos oblatrāt
velut *idololatras*, quod vera fide, diuinis ver-
bis innixa, illum in ſacra Euchariſtia ſuppli-
ces adoremus & inuocemus.

17. *Ieſus Chriſtus præcipuus Paſtor, & Princeps Epiſcoporum.* Eſt igitur in Eccleſia legitimus or-
do, & ſucceſsio Epiſcoporum ſub Chriſto
ſtabilita, quam agnoſcere oportet atque ve-
nerari. Quapropter cum hunc ordinem &
tetris calumniis petitis, & pœnitus tollere &
abolere nitimini, & Chriſto eſtis aduerſi, & *Act. 1. 6. 11. 14. 20.*
doctrinæ Apoſtolicæ (quæ iſtiuſmodi hierar- *2. Cor. 3. 4. 8.*
chiam ſanciuit & probauit) reclamatis. Hu-
ius vero diuinæ ordinationis loco, vos inſul- *1. Tim. 3. 4.*
ſam Antiquorum, Superuigilium, Miniſter- *1. Pet. 2. 5.*
culorum, Diaconorum, Cantorum, Canta-
tricum, & ſimilium ταγματαρχίαν introduxi-
ſtis.

18. *Illi ſeruimus in omni ſanctitate & honeſtate, &c.* Aduertite leuitatem & ἀντιλογίαν veſtrā.
Scribit enim Caluinus alio loco, *Omnia opera* *Inc. 5. Ioan.*
*ſanctorum quantumuis bona & pia videantur, im-
perfecta, corrupta, & peccata eſſe.* Beza diſcipu-
lus non parcens ſanctitati Prophetarum, nō
Apoſtolorum, non Præcurſoris, non Deipa- *Conf. pag. 4. art. 18.*
ræ, non ipſi æterno Dei filio, iſta crudeli cē-
ſura omnes iſtos perſtringit: *Meliora opera,
quæ ab optimo omnium viro proficiſci queant, nihil
erunt, niſi ſordes & pollutiones Dei gratiæ.* An nō
hæc ſuperioribus contradicunt? Vniuerſum
chorum virtutum blaſphemant? ſanctitas, &
honeſtas, aliquando poterunt cum peccatis,
corruptionibus, & gratiæ Dei pollutionibus
conuenire? Quouſque tandem abutemini
Francorum leuitate & facilitate?

19. *Tu vis agnoſci & coli Seruator totius mundi in redemptione illa, quam filius tuus Ieſus Chriſtus pro nobis ſoluit ac exhibuit.* Beza ſecus omnino ſic *Colloquio Monbelgart.*
differit: *Deum Patrem noluiſſe mortem & paſſio-
nem filii ſui prodeſſe cunctis hominibus, ſed electis
tantummodo. Chriſtum non eſſe mortuum pro v-
niuerſis, ſed duntaxat pro prædeſtinatis.* Quæ o-
mnia infinitæ Dei noſtri bonitati & miſeri-
cordiæ, Euangelicis, & Apoſtolicis ſcripturis
repugnant, quemadmodum obiecerunt Be-
zæ etiam ipſi Lutherani. De hoc, ſingulari
opere aduerſus Geneuanos, Baſileenſes, Hei-
delbergenſes, & Tigurinos conſtanter & fœ-

liciter

Digitized by Google

Controuerſ. de mortis Christi efficacia, M.D.C.III.

liciter decertauit nuper Io. Paulus Vvin-
deck, ſanctæ Theologiæ doctor: & ante hūc
Conradus Schluſſelburgius Lutheranus,
libro 1. de Theologia Caluiniſtica, artic. 6. I-
tem, Iacobus Andreas, Tubingenſes: & nos
ſupra, lib 5. c. 15.

20. *Pater ſolus verus Deus.* Non videtis, quā va-
fre & proditorie perſuadent vobis Autho-
res veſtri, vt æternam Deitatem Chriſti de-
negetis? Quam perfide & impie efficiamini
Ebionitæ, Arriani, Mahometani? Et quod a-
liis in locis id apertius declarent, quod hic
adhuc quodam fuco nituntur occultare?
Nimirum, *hunc tantum eſſe rerum ſecundā cauſ-
ſam: Vicarium patris, Secretarium ſubditum illi:*
*non niſi improprie dici poſſe Creatorem mundi: ni-
hil ei deeſſe niſi Deitatem, &c.* quæ omnia plane
ſunt Arriana & Turcica. Equidē Alchoranus
tantum ei ſaltem tribuit, quantum Miniſtri
veſtri. Cernite igitur errorum gurgitē, quo
præcipites ruitis, & cauete & exhorrete.

21. *Te Deum patrem adoremus vno corde, vno ore:*
honorem vero laudemq; Chriſto tuo impertiamur.
An non hîc clarius adhuc filium patre fingi-
tis minorem? Minore reuerentia & honore
hunc colitis? Apertum Arianiſmum ex or-
co reuocatis? Denuo inuehitis? Quid vero
Dei filio hic tribuitis, quod non Regibus &
Principibus huius ſæculi deferatis, laudem
nimirum & honorem? Ecquid erit de his di-
Ioan. 1. uinis oraculis: *In principio erat verbum? Deus e-*
Ioan. 10. *rat Verbum? Omnia per ipſum facta ſunt? Ego &*
1. Ioan. 5. *Pater vnum ſumus? Hi tres vnum ſunt? Qui non*
Ioan. 5. *honorificat filium, non honorificat patrem qui mi-
ſit illum?* Neuſerus & Siluanus Miniſtri Hei-
delbergenſes, his & ſupradictis errorib. Cal-
uinianis inſiſtentes, nonne abnegata Chriſti
Deitate, palam Muſulmani ſunt facti? Non
& poſtea ſcripſerunt, illi omnino cauendum
eſſe Caluiniſmum, qui nollet amplecti Ma-
hometiſmum? MIN. Obſerua horum cha-
ritatem.

22. *Precamur pro fratribus diſperſis ſub tyrannide
Antichriſti.* DOCT. Vos hac moderatione,
ſcilicet, orare docent Prædicantes, vt per-
peram cogitetis, obloquamini, & maledica-
tis ſucceſſori diui Petri, & cathedram Apo-
ſtolicam infeſtis odiis impugnetis. Quaſi
non tantundem, ſed fruſtra & in caſſum, fe-
cerint Simon ac Elimas magi, Nouatiani,
Petiliani, Vigilantiani, Berengariani hære-
ſiarchæ: quorum vos pudere deberet eſſe
ſucceſſores & imitatores.

23. Interim autem vos aduerſamini ſcriptu-
ris docentibus Antichriſtum, hominem fu-

A turum eſſe ſingularem, fraudibus Satanæ Dan. 7. 12.
deditum, æternæ Deitatis Chriſti hoſtē ma- Ioan. 5.
nifeſtum, cuius tyrannica poteſtas tribus tā- 2. Theſſ. 2.
tum annis & ſex menſibus ſit duratura: vt 1. Io. 1. 4.
detrahatis ſummis à Chriſto Eccleſiæ paſto- Apoc. 11.
ribus, quos Spiritus ſanctus poſuit regere 13.
Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine Act. 20.
ſuo. Græci nunquam tam nefarie de iis lo-
quuti, ſæua Turcarum tyrannide plexi ſunt.

Agnoſcimus in qua perditione ſumus à natura, 24.
*& quam damnationem meremur, & cumulamus
in dies in perniciem infœlicis vitæ & prauitatis no-
ſtræ.* Atque vtinam, iterum autem vtinam,
reliqua huius libelli veſtri pronunciata tam
B vera eſſent, quam ſunt iſta. Vere infœlix
vita dicenda eſt, omnia Dei templa expilaſ-
ſe, ſacra altaria ſuffodiſſe, ſigna ſacramen-
torum pedibus calcaſſe, monaſteria ſpoli-
aſſe, ſacra profanaque diripuiſſe, nulla ſatiſ-
factione. Illa infœlix prauitas, & nefarius
exceſſus, vt in ſolis diœceſibus agri noſtri
Baiocenſis & Conſtantienſis (vt quiſpiam N. Fromenteau. L. ſacri ærarii,
veſtrum recenſuit, ſubduxit, ſcriptis edidit,) pag. 91. 292
vos ſine belli tumultu, triginta quinque Sa- 292. 308.
cerdotes trucidaſſe, Monachos octodecim
obtruncaſſe, ducentos triginta & nouē no-
biles neci dediſſe, decem millia & ſeptingē-
C tos milites iugulaſſe, totque honeſtas matro-
nas & puellas conſtupraſſe, vt numerus illū
fugerit. Hæc plane oſtendunt vos matris ab
vtero minime ſanctificatos: ac huiuſmodi
fidelibus, quales haberi vultis, peccata haud-
quaquam venialia aut leuia eſſe: ſed extremā
damnationem mereri.

Cum in perſona filij tui orbem iudicaturus ap- 25.
parueris. Nulla vnquam ſcriptura dixit patris
perſonam in ea quæ eſt filij apparituram in
iudicio. Contra vero dicitur: *Pater non iu-*
dicat quemquam: ſed omne iudicium dedit filio: Ioan. 5.
ergo filium gloria & honore ſuo ſpoliant, Matth. 25.
qui aliter ſentiunt. Pater *poteſtatem dedit filio* 26.
D *iudicium facere, quia filius hominis eſt. Conſti-* Act. 1. 10.
tuit eum iudicem viuorum & mortuorum. Et in
Symbolo profitemur, eundem venturum
(non patrem) ad iudicandum viuos & mor-
tuos. Non hic aduertitis, Viri Caluiniani,
fœdiſſimum Miniſtrorum veſtrorum er-
rorem? An adhuc cæcutientes palpatis in
meridie?

Angeli tui cœleſtes nihil aliud exoptant, quam 26.
vt diuina mandata tua exerceant & exequantur. Concione
Longe aliter loquitur veſter Catechiſta de 16. in Iob.
ijs beatiſſimis ſpiritibus, ingentem maledi- Gallica.
cendi copiam in eos effundens, his verbis: Supra, l. 9.
Angeli nequeunt ſatiſfacere diuinæ iuſtitiæ. Nulla c. 19.
eſt in

Digitized by Google

eſt in eis firmitas. Creaturæ ſunt vanæ, ac debiles. Deus veritatem in eis non reperit: ſed vanitatem, ſtultitiam, inconſtantiam. Deus in eis inuenit, quod diſpliceat. Obſequium quod Deo exhibent, non eſt integrum, aut quod non indigeat venia, &c. Quæ magis inter ſe contradicentia & pugnantia? Quæ leuitas mentis, atque verborum? Si vera ſunt iſta poſtrema, prima certe perſpicue falſa ſunt & impia. Quæ mentis ſecuritas, aut conſcientiarum tranquillitas fixa erit in his Protheis, Morpheis, Chameleontibus?

27. *Tu nos ſoluis & liberas à morte æterna, in qua ſumus.* Si vera dicitis in hac parte, nequaquam fide tuti, certi, ac ſecuri eſtis de veſtra æterna
Supra, l. 7. c.16 20. electione, prædeſtinatione, & ſalute, vt aliis in locis Miniſtri veſtri perſuadere vobis nituntur. Neque ab vteris matrum ſanctificati vt cum Pelagianis impudenter gloriamini. MIN. De Chriſto loquuntur.

28. *Ieſus Chriſtus ſemel in cruce corpus obtulit ac ſanguinem, in remiſſionem peccatorum noſtrorum.* DOCT. Si id non ficte dicitis, ſed ex animo, neceſſe eſt vt damnetis ac execremini hæc
Supra, l. 5. c.1.7. plurimum contraria auctoris veſtri verba: *Quid in hoc* (Chriſti de cruce pendentis) *ſpectaculo occurrit, niſi extremæ deſperationis materia? Tanta carnis infirmitas apparet in cruce Chriſti, vt fides noſtra non inueniat quo ſe erigat, vel ſuſtentet. In morte Chriſti ſpectaculũ eſt deſperatione plenum. Nihil ſalutis noſtræ factum erat, ſi Chriſtus ſolam mortem corpoream obiiſſet, &c.* Hæc enim ſi vera ſint, nulla illic deprehenditur peccatorum remiſsio, nulla venia, nulla pro peccatis ſatisfactio: quod tam impium & nefarium

29. eſt, vt dici nequeat. *Chriſtus vult nobis communicare ſuum corpus & ſanguinem in cibum vitæ æternæ.* Reipſa ergo ſub Sacramenti ſpeciebus nobis adſunt, offeruntur, exhibentur: quapropter ſummo cultu venerari & adorari debent, tanquam æterno filio Dei perſonali-
Cõtra Heſhuſſium. Supra, l.1. pag. 34. 35. ter coniuncta: & vos ingratiſsimi, qui id pernegatis, prohibetis, exſecramini. At vero, quomodo illud cum Beza conueniet communionem iſtam vocante *Capernaiticam, Cyclopicam, Antropophagicam?* Imo, cum veſtri ſcribunt, id omnino & intellectu, & facto eſſe Deo impoſsibile?

30. *Quod pro nobis morti tradidit corpus, & nobis dedit in cibum, ac vitæ æternæ alimoniam.* Igitur idem numero corpus Chriſti, quod cruci affixum eſt, præſens datur in Euchariſtia. Nõ eſt ergo panis ſignum corporis abſentis, nec figura rei tam diſtantis, quam cœlum abeſt à terra, vt alijs in locis garriunt, quinimo bla-

A ſphemant Miniſtri. *Creſcimus in fide, quæ in omnibus bonis operibus operatur.* Sunt ergo quædã bona opera: atq; ſic non omnia ſunt coram Deo peccata lethalia, aut gratiæ illius pollutiones, vt Prædicantes vociferantur. Et ſola fides ad iuſtitiam & ſalutem non ſufficit: ſed efficax eſſe debet, & iuncta bonis operibus. Quantæ ergo, quamq; pudendæ contradictiones veſtræ? 31. *Supra, l. 8. cap. 4. 5.*

Benedictio quæ fit in diſceſſu populi. Dominus benedicat vobis, &c. Cum formulam benedicendi ex lege Moſaica vſurpetis, nõ poteſtis nos ſane κακοζηλίας redarguere, ſi quoſdã ex ea ritus ſeruamus, & diuinas illas inſtitutio- 32.
B nes decenter imitamur. Vos autem erratis turpiter, cum aſpernamini eos, quos Spiritus S. per Apoſtolos tradidit, ac Eccleſiæ ſuæ reliquit, vt ſunt hi: *Dominus vobiſcum: Pax vobis: Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto*: quorum vſus nobis ſacroſanctus & communis eſt. *Liturg. Iac. Marc. Baſ. Chryſoſt.*

Non ſumus digni vt in cælos leuemus oculos, quiq; nos ſiſtamus tibi: nec præſidere debemus noſtras apud te preces exaudiendas, &c. Vbi nã ergo veſtra illa præſumpta electio, & ſanctificatio ex vtero? Vbi fides illa, quæ vos certos reddit quod eſtis filij Dei? Nulla vobis peccata imputari aut tribui credentibus in Chriſtũ? Co- 33.
C gitate quæſo, iſthæc aperte pugnantia & oppoſita eſſe. MIN. Iterum de ſeipſis aiunt:

Quia conſcientiæ noſtræ nos accuſant, & peccata noſtra in nos teſtimonium ferunt. DOCT. Ita plane, & nunquam deſinent vos lacerare, lancinare, diu noctuque torquere mentes veſtras reas ἀποστασίας, hæreſeos, ſchiſmatis, excommunicationis, & ingentium aliorum criminum, quibus conſpurcati eſtis, in quibus obdureſcitis; donec ſincera integraque pœnitentia ducti, ſectam infœlicem deſeratis, & ad verum ouile Eccleſiæ Catholicæ redieritis: vbi tantum remiſsio peccatorum, & vera animorum viget tranquillitas, 34.

D *Nos ſcimus te iuſtum iudicem, qui non iuſtificas peccatores & iniquos.* Ecquos-nam igitur? Iuſtos, qui nõ indigẽt pœnitẽtia? Sed filius hominis nõ venit vocare iuſtos, ait ipſe, ſed peccatores ad pœnitentiã. Si non iuſtificat peccatores, certe nec Petrum, nec Thomã, nec Matthæum, nec Zachæum, nec Latronẽ, nec Magdalenam, nec Samaritanam, nec innumeros alios vnquã iuſtificauit. Quę vos in abrupta præcipites agunt, & adigunt Miniſtri? 35. *Matth. 9. Luc. 5.*

Nihil aliud poſſumus niſi abiicere nos, atq; deſperare, ac ſi iam in abyſſum mortis detruſi eſſemus. Nõ ergo tantam ſecuritatẽ aut æternæ, immuta- 36.

biliſque electionis veſtræ certitudinem habetis, quantam ſibi vobiſque repromittunt Prædicantes veſtri. Quod ſi omnino nihil aliud poteſtis, aut vobis reliquum eſt, quam vt fracti animis deſperetis, nunquid non iam facti eſtis Caino, Achitopheli, Iudæ, & cæteris damnatis, ſocij & ſimiles? Non eiuratis omnia Chriſti merita, omnes miſericordias & miſerationes diuinas? MIN. Sibi ſic gratulantur.

37. *Complacuit tibi nos ab impia idololatria, & ſuperſtitionibus, quibus tenebamur immerſi, clementer eruere.* DOCT. O piam ſobolem, quę cũctos patres & maiores ſuos tam nequiter quam crudeliter damnat? Nec hos tantummodo, ſed & vniuerſos Martyres, Confeſſores, Virgines, Anachoretas, cœlites (inquam) omnes damnat ſuperſtitionis, & ſpurciſsimæ idololatriæ. Euincimus enim ex eorum ſcriptis & veris, & antiquis, non ſuppoſititiis aut nouis, hanc nos fidem atque religionem ab illis ſartam tectam tenere, quã & ipſi à maioribus acceperunt. Paruerunt illi ſemper ſedi Apoſtolicæ: Chriſtum Deum hominem in Euchariſtia ſummo adorarunt affectu: ſacras ſanctorũ imagines & reliquias in pretio habuerunt: venerabile crucis ſignum coluerunt: pro ſpiritibus fideliũ defunctorum orauerunt & obtulerunt, &c. Eſt itaque eadem prorſus eorum, & noſtra fides atque religio.

38. *Quamuis tu nos ſemper verbo tuo monueris, &c.* Et falſum & vanum, & fictum eſt, quod Deus vos Fareliſtas, Caluinianos, & Bezanos verbo ſuo ſemper monuerit homines nuperos & nouitios. Nunquam enim oſtendere potetitis Maiores noſtros aut crediddiſſe, aut docuiſſe, Chriſtum animo fractum in voces deſperationis plenas erupiſſe. Nũquam, communi lege natum, aut ignorantem, improprie loquutum eſſe. Nunquam, ab Euchariſtia æque abſentem, atque cœlum à terra: ac iccirco illic non eſſe adorandum. Nunquam cætera nouæ religionis veſtræ capita, in quibus à nobis diſsidetis, probare poteritis, à Chriſto nato, ad vos vſque, à ſanctis Patribus admiſſa fuiſſe. Non ſemper igitur, non cunctis ætatibus aut ſæculis, Deus, quæ impie nunc traditis, vos verbo ſuo (prout fingitis) edocuit aut monuit. Nonne propterea ſimulare cogemini & dicere illã veſtrã defœcatam Eccleſiã tot ſæculis inuiſibilem fuiſſe?

39. *Non te laudabunt mortui, qui ſunt in inferis.* Si ex animo creditis vera eſſe inferorum loca

A & tormenta, veſtros damnatis Caluinos, Bezas, Marloratos, atque Marotos, qui nulla credunt, docent, fatentur, eſſe niſi metaphorica: vel ſaltem tumulos, foſſaſque in quibus corpora fidelium dormiunt in ſomno pacis velut ſupra retulimus, & confutauimus. *Lib.14.*

Tu nobis fœdus ſtatuiſti, & ſanxiſti per Chriſtũ Ieſum, quod eius ſanguine ſcribi voluiſti. Id tũ factum eſt, cum dixit, *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effunditur*: Verus itaque ſanguis habetur in Euchariſtia, non vinũ ad figurandum, vt Miniſtri comminiſcuntur. 40. *Luc.22.* *1.Cor.10.11.* *In c.19.Io*

B Hinc Chryſoſtomus: Quoties ad mirandum calicem accedis, tanquam ex latere domini hauriens accedas. Optatus: Calices ſanguinis Chriſti portitores. *Lib. contra Parmen.*

41. *Chriſtus offerens corpus ſuum in ſacrificiũ, nos ſibi reconciliauit.* Nonne ergo Caluinus veſter nequam, qui ſcribit: *Nihil actum pro noſtra ſalute, ſi corporea tantum morte obiiſſet Chriſtus*? Et ſi opponatur iudicio Dei, illum neque meruiſſe, neque ſatisfeciſſe pro nobis? In eius mortis contemplatione, nihil niſi extremæ deſperationis materiam occurrere? Nihil inueniri, quo fides Chriſtiana ſubſtentetur? *Supra, li.5.*

42. *Ne permittas Turcas, Ethnicos, Papiſtas, & alios infideles gloriari, dum te blaſphemant.* Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer. Infelices iſti auitæ pietatis deſertores, eodem numero cenſent Apoſtolos, Diſcipulos, Martyres, ſanctos Patres, Diuos omnes (quorum fidem amplectimur, & veſtigiis pro virili inhæremus) cum Turcis, Ethnicis, & aliis infidelibus. *Ierem.2.*

C (section marker beside "alios infideles")

43. *Oramus te pro iis omnibus, quos tu fidelibus tuis paſtores conſtituiſti, &c.* Veſtros Prædicantes, Caluini emiſſarios hic intelligitis. Verum, hos Deus non conſtituit, non miſit, ſed potius exſecratur, dicens: *Non miſi eos, non præcepi eis, neque locutus ſum eis.* Et B. Iudas Apoſtolus tradit, hos clanculum & furtim ſubintroiſſe. Quin & ipſi ſponte fatentur, ſe miſſos non eſſe ordinarie. Id eſt, non introiſſe per oſtium in ouile ouium, &c. MINIST. Sequuntur ritus adminiſtrandorum Sacramentorum, à Caluino præſcripti. *Ierem.14.23.29.* *Verſic.* *Beza.*

D (section marker beside "lus tradit")

DE RATIONE ADMINISTRANDI Baptiſmum.

CAPVT II.

44. *AFferendi ſunt pueri die Dominica, ad horam Catechiſmi: aliis diebus hebdomadæ, finita concione. Miniſter petit: Offertis vos hunc puerum,* vt

Digitized by Google

vt baptizetur? Reſpondetur, Ita. DOCT. Vbi horum rituum in expreſſo Dei verbo inſtitutio? Dominica de iis præcepta? Vbi ſanctæ antiquitatis conſenſus & approbatio? Nonne à nouis magiſtris veſtris inuenti & inuecti? Idque nulla auctoritate: ſed eo tantum
L. præſcrip. priuilegio, aut vt melius cum Tertulliano loquamur, ſacrilegio, quo priſcos & Catholicos nituntur abolere.

45. *Ioan. 3. Com. in c. 3 Io.* *Dominus oſtendit nobis in qua paupertate & miſeria naſcimur omnes, dicens, oportere nos renaſci.* Quando Caluinus aſſerit non illic agi de aqua Baptiſmi: nonne hic ſibimetipſi contrarius eſt? Sed quanã in miſeria & paupertate naſci poteſtis, ſi ſancti ex vteris matrũ? Si fide certi de veſtra prædeſtinatione & ſalute? Si peccare non poteſtis mortaliter?

46. *Mors & paſsio Ieſu Chriſti eius virtutis eſt, vt eius participatione, quaſi ſepulti ſimus peccato.* Nõ eſt igitur materia extremæ deſperationis. Non ſpectaculum deſperatione plenum, vt aliis in ſcriptis ſuis iſte Catechiſtes veſter
Supra, li. 5. ſuggillat impie. Denique, corporea morte ſua Chriſtus plurimum pro nobis effecit: quod idẽ ille alibi pernegat impudẽtiſsime.

47. *Com. in 5. c. ad Rom.* *Spiritus Chriſti nos dirigit, vt opera illi grata faciamus.* Non igitur omnia in conſpectu eius æque fœda ſunt, vt Caluini veſtri ſtercora, ſicut hic idem loquitur. Nec omnia peccata ſunt, quæ mortem ſempiternam mereantur, vt alii huius furfuris volunt. Iterum, ſi ſpiritus nos dirigit ad opera bona, euidens eſt quod voluntas humana oblatæ ſibi gratiæ Dei cooperatur. MIN. Baptiſmi effectus iſtos referunt.

48. *Placet Chriſto nos inſerere in Eccleſia ſua per Baptiſmum.* DOCT. Non ſunt ergo ſanctificati paruuli fidelium, nec in numero filiorum Dei aſcripti priuſquã baptizentur, quia nec de corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia. Proinde, nec ſalui, ſi moriantur ante baptiſmũ, vt alibi garriunt Miniſtri veſtri, vt paruulos veſtros vobiſcum deperdant.

49. *In hoc ſacramento Baptiſmi nobis teſtatur Deus remiſsionem peccatorum.* Baptiſmus nullibi in expreſsis ſacris literis Sacramentum appellatur: ergo ex traditione Apoſtolica hoc illi nomen inditum eſt. Traditionibus illis igitur inhærendum eſt. Deinde, ſi duntaxat teſtatur remiſsionem peccatorum, nihil amplius eſt, ſuper aquas diluuij, maris Erithræi, nec denique ſuper lymphas è rupe eductas per Moyſem in deſerto. Nihil ſuper aquas Iordanis, natatoria Siloe, & nihil ſuper aquas Piſcinæ probaticæ; quæ appoſita ſym-

A bola fuerunt baptiſmi, indulgentiæ, ac remiſsionis peccatorum. Itaq; ſub lege adhuc ſeruitutis degeremus, non ſub gratia.

Inſtituit ſignum aquæ, vt figuraret nobis, &c. 50.
Vbique meræ nugæ, meræ ineptiæ. Aqua enim materia ſacramenti eſt, nõ ipſum ſignũ aut Sacramentũ. Actio vero baptizantis, ſeu externa illa actualiſq; ablutio ſacramẽtũ eſt efficax per Chriſtũ interioris ablutionis ſeu expiationis. Inſuper, hic videtis quomodo Hæreſiarcha nos ad priſcas legis vmbras & figuras conetur reducere: vt à lucida claraque Euangelij colluſtratione ſubducat. Demum, ſi baptiſmus tantum figuret, nec in eo *Gal. 3.*
B Chriſtum induimus: nec abluimur à peccatis: nec mundamur lauacro aquæ in verbo vitæ: nec ſaluos nos facit baptiſma, &c. quæ omnia expreſsis Dei verbis aduerſantur. *Eph. 5. 1. Petr. 3.*

Ille vult animas noſtras lauare & purificare, vt nulla in illis amplius appareat macula. 51.
Ergo baptiſmus non ſolum ſignificat aut teſtatur: ſed reipſa Chriſtus per ipſum lauat, mundat, purificat, & ſaluat. Quod ſi nulla in ſanctis remanet labes, nulla ſupereſt macula, vere, & per gratiam inhærentem atque ſuperuenientem delentur peccata, & non per externam imputationem tantum diſsimulantur. Ac ſic vbique Miniſtri Hugnoſtici ſeipſos
C expugnant.

Geminam recipimus à Deo in Baptiſmo gratiã, & ſalutis beneficium, dummodo non amittamus aut deperdamus virtutem Sacramenti, ingratitudinis noſtræ vitio. 52.
Quot dictiones, tot contradictiones. Nam ſi in Baptiſmo gratiam recipimus à Deo, Baptiſmum non tantum ſignificat vel figurat. Si ſalutis beneficium: ſine baptiſmo paruulis non eſt ſalus. Si virtus Sacramenti deperdi poteſt: & Sacramenta quandam virtutem ac efficacitatem habent: & qui in gratiam ſemel recepti fuerunt, ab eadem poſſunt excidere. An non in his omnibus vobiſcum pugnatis, viri Prædi-
D cantes & Miniſtri?

Sicut nobis communicat diuitias & benedictiones per verbum ſuum, ſic nobis eas diſtribuit per Sacramenta. 53.
Iterum mutuæ pugnæ, iterum penitus aduerſantia propoſita. Beza namque ſcriptore, *Deus nullam virtutẽ communicat aut verbo ſuo, aut Sacramentis:* hic vero Caluino auctore, vobiſque confeſſoribus, Deus nobis per illa eadem nobis impertit diuinas diuitias & benedictiones ſuas. Et ſi nobis per ſacramenta largitur dona ſua, nonne in his quædam ſpiritalis energia eſt? *Cõfeſſ. pag. 4. art. 4.*

Liberi fidelium ſunt ex Adami ſtirpe corrupta. 54.
Sunt

Digitized by Google

Sunt ergo concepti in iniquitatibus, & in peccatis nati ex matre ſua: non iuſtificati ex vtero. Si enim radix corrupta, & rami. Si fons & ſcaturigo infecta, & riuuli. *Rom. 3.* Omnes ſiquidem in Adam peccauerunt, & agent gratia Dei.

55. *Paulus dicit, Deum ſanctificare pueros ab vtero matrum.* Qui Paulus? Non ſane Apoſtolus ille Ieſu & Chriſti: qui hoc ipſum nunquam ſcripſit, nunquam prædicauit, nunquam credidit, quantum ex Epiſtolis eius deprehenditur. Imo ait contra, *Eph. 2. Rom. 3. 5. Apoc. 22.* Nos omnes naſci filios iræ Dei; quæ non niſi propter peccatū in nos effunditur. Illa igitur impoſtura Caluini & miniſtrorum eius eſt, digna plagis, quas Ioannes diuinæ ſcripturæ corruptoribus comminatur.

56. *Remittēs Deus (puero) peccatum originale, quo vniuerſa ſtirps Adami rea tenetur.* Vbinam ergo veſtra illa iuſtificatio & ſāctificatio ex vtero matris? Nonne adulterina & fictitia? Ecquæ fœdior & turpior antilogia? Putidior impoſtura?

57. *Vt baptiſmus quem illi miniſtramus, fructum ſuum & virtutem ſuam producat.* Ita-ne Bezæ veſtri confeſsionem fidei, aduerſa illi confeſsione veſtra falſitatis coarguitis atque damnatis? At ille Deum nullam virtutem communicare ſacramentis: vos huic virtutem & fructum adſcribitis. Quibus adhærendum? Super puerum oratis.

58. *Pater noſter qui es in cœlis, &c. Credo in Deum patrem omnipotentem, &c.* Quo diuino præcepto, quibus expreſsis ſcripturis nixi, hoc loco, hacque de re preces iſtas concipitis? Pueris quoque eſtis barbari, incognita voce loquentes. Non poſſunt dicere Amen ſuper iſtam veſtram benedictionem, &c. MIN. Sic poſtea obſtringunt parentes paruuli.

59. *Promittitis hunc paruulum inſtituere in omnibus, quæ tum veteris tum noui Teſtamenti ſcripturis continentur.* DOCT. Vbi nam hoc præceptum eſt in diuinis libris? Quomodo agricola, viticola, pauperculus operarius, mercator, nauta, pellio, faber, qui anxie ex operibus continuis vitam trahunt, id præſtare poterunt? Imo quis Miniſtrorum, Superuigilum, Diaconorum, aut Antiquorum veſtrorum, aut tam ſtrenuus inter vos, qui adhuc vel vnus hoc expleuerit? *Colloq. Mēſal. tom. 1. pag. 94.* Certe Lutherus auus veſter de ſuis auditoribus cōqueritur: *Nonne dedecus eſt magnum in tota parochia Vvitembergenſi, tantum vnum haberi ruſticum, qui ex tot pagis ſyncere ſuam familiam ad verbum Dei, & Catechiſmum hortetur? Cæteri omnes recte ad diabolum irepergūt.* Quod ſi initio ſectæ, quo feruebant omnia, tam in hac re tepidi fuerūt; quid in hac ſeneſcente & frigeſcente, de ruſticis vos expectare oportet? MIN. Ait poſtea Caluinus.

Pollicitatione facta, nomen imponitur puello. 60. Vbi de hac re expreſſum in diuinis ſcripturis præceptum? An non veterum rituum, atque paternarum traditionum imitatio? Cur has ergo in aliis rebus non imitamini & ſequimini? Imo, cur tam exoſas habetis? Cur tantopere deteſtamini? Cur fermentum Phariſæorum appellatis? MIN. Præcipit vt baptizans dicat:

Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus S. 61. Si hæc verborum forma neceſſaria eſt, *Beza cōfeſſ. p. 4. art. 44 Com. in c. 3 Luc.* ſolum verbum concionis ad ſacramentorū adminiſtrationem non ſufficit. Impij quoq; atque blaſphemi ſunt authores veſtri has conceptas verborum formas magiæ deputantes: & cum Caluino, eaſdem *magicos ſuſurros* appellantes. Quod parum abeſt à ſputis illis, quib. faciem Chriſti milites Iudæorum deformauerunt. MIN. Veteres ritus his verbis coarguit:

Scimus alibi multos ritus adhiberi, quos minime negamus vetuſtiſſimos eſſe. 62. DOCT. Adeo certe vetuſti ſunt, vt Spiritum S. & Apoſtolos authores habeant, quemadmodū locupletiſsimi teſtes ſunt horum diſcipuli Clemens & Dionyſius. Hoſq; religioſiſsime ſuis temporib. ſeruatos teſtētur Iuſtinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſ. Hieron. Auguſtin. Ergo, vos qui exploditis, eſtis deſertores Eccleſiæ Apoſtolicæ & Cath. ſicut & venerandæ hoſtes antiquitatis. Inſuper, nec Eccleſiam ad priſtinum ſplendorem reuocatis, aut reformatis: ſed nouam confingitis.

Quod non eſt præceptum à Deo, nobis liberū eſt. 63. Qua ergo frōte, quoue ore alias dicitis, Nullam homini poſt lapſum relictam eſſe arbitrij libertatem, aut electionem, ſi libera vobis ſunt quæcunque diſertis verbis nō præcepit Deus? Sed cum iuſsit ille, vt Eccleſiæ *Mat. 18. 23* Præfectis atque Paſtoribus pareamus: & A- *Luc. 10.* poſtolis dixit, *Qui vos audit, me audit, &c.* non *Heb. 13.* omnia præcepta ſua explicat, ſed quædā ab *Act. 15. 19.* illis manifeſtanda & inſtituenda relinquit: quæ ſine peccato non poſſumus aſpernari.

Quod nihil ad ædificationem facit, admitti non debet in Eccleſia. 64. Ceremoniæ baptiſmi viſibiles gratias Spiritus S. inuiſibiles adumbrant, & animo contemplandas obiiciunt: ſenſus hominum ad fidem & reuerentiam excitāt: innatā nobis ſuperbiā ſub ſignis demittunt: Chri-

Ioan. 9. *Marc.7.* Chriſtum denique multis ritibus Cæcum à natiuitate curantem, & dæmoniacum liberantẽ exprimunt & imitantur. Hæc & ſi ſubuerſos perditoſque homines non ædificant: non deſinunt tamen iis prodeſſe, qui veræ pietati ſunt addicti. Sicut enim omnia munda mundis, ſic contaminatis, & immundis, nihil eſt mundum. *Titum 1.*

65. *Quod non eſt vſui, niſi in ſcandalum, & inſtrumentũ idololatriæ aboleri debet ac reiici.* Spiritus baptiſmi Catholici ſunt huiuſmodi, Diſcipuli Apoſtolorum omnes, Martyres omnes, Patres omnes, Doctores Eccleſiæ omnes, quorum ſcripta ad nos vſque peruenerunt, idolorũ cultores fuiſſent: quod nimis atrox iniuria eſt. Si vobis Hugnoſticis iidem ritus ſunt ſcandalo, phariſaicũ eſt ſcandalũ & acceptũ, nõ datũ. Sic odor vitis grauis eſt buffonibus, ſed gratiſsimus homini. Chriſtus ipſe datus in ruinã, & reſurrectionem multorum. Verbum crucis Iudæis ſcandalum, credentibus ſalus & iuſtitia. Apoſtoli, aliis odor vitæ in vitã, aliis odor mortis in mortem fuerunt. *Luc.2.* *1. Cor.1.* *2.Cor.2.*

66. *Chriſma & luminaria non ſunt diuinæ inſtitutionis, &c.* Cum Apoſtolus Ioan. dicit: *Vnctionẽ habetis à ſancto. Vnctio docet nos, &c.* has quatuor Miniſtri Centuriatores interpretantur de vnctionib. quę dantur in Baptiſmi adminiſtratione. Ergo Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, earum vſum à piiſsimo ſeruatore didicit, ac Eccleſiæ tradidit. Accedunt Clemens martyr, & Dionyſius martyr de iiſdem ſtatuentes, velut ab Apoſtolis præceptoribus ſuis acceptis. Iuſtinus martyr, Irenæus martyr, Cyprianus martyr iiſdem religioſiſsime atteſtantur. Quantum ſacrilegium huiuſmodi martyrum doctrinã idololatricam reputare? Sanguinem pro Chriſto effuſum pedibus calcare? Reliqui patres ad vnum omnes illos ritus comprobant: ſola nouiſsima hæc ſecta eos damnat, criminatur, reprobat. MIN. Suam inuentionem ſic iactat: *1.Iohan. 2.* *Cent.1.l.2.* *Clem. lib.7 conſt. c. 42. 43.45.*

67. *Nos talem habemus Baptiſmi formam, qualem Chriſtus præſcripſit, Apoſtoli ſeruauerunt, Eccleſia vſurpauit.* DOCT. Chriſtus anno ætatis 30. ineunte in Iordanis flumine, & à Ioanne præcurſore ſuo tantum baptizari voluit: vos nihil horum ſeruatis. Apoſtoli aliquando baptizarunt tantũ in nomine domini Ieſu: vos formam iſtam minime ſequimini. Chriſtus ordinauit baptiſmum prælertim aduerſus peccatũ originis: vos per ſanctificationem prętenſam ex vtero, illud ipſum pernegatis, *Luc.3.* *Io.1.* *Act.8.* *Ioan.1.*

A Chriſtus per baptiſmũ vult nos renaſci: vos ſolummodo ſignum vultis eſſe præcedentis adoptionis. Chriſtus ſacro iureiurando cõfirmauit nemini ſine illo patere regnum Dei: vos cum veteribus Pelagianis, ſine hoc decedentes paruulos ſaluos dicitis. Chriſtus verba certa & deſignata præſcripſit, quibus adminiſtretur: vos *magicos eſſe ſuſurros* blaſphematis. Chriſtus pronunciauit aquã ad id ſacramentum eſſe neceſſariam: id cum Caluino veſtro negatis. Nullam ætatem, nullum Eccleſiæ Catholicæ ſæculum proferre valebitis vnquam, quo non illi ritus ſoliti ſint adhiberi. Nunquid ergo longe B abeſtis à rationibus veſtris? Imo ab omni ratione & veritate? De baptiſmo ſic ad Cœnam accedit: *Ioan.3.* *Matth.28.* *Ioan.3.*

DE RATIONE CELEBRANDÆ Cœnæ.

CAPVT III.

DOCTOR.

68. ERratis iam primo in limine, putãtes verbum Gallicum, *De la Cene*, Euangelicum & Apoſtolicum eſſe, cum Chriſtus Hebraice aut Syriace loquens, & Apoſtoli Græce ſcri- C bentes, nunquam vocem illam vſurparunt. Vos inepte eam è Latino ſermone in Gallicum detorquetis, vt ſuperius docuimus. Hoc ipſum nomen in terroris ac erroris omen, efferunt Caluiniani Heluetij, Angli, Flandri, atque Germani, ſuo idiomate Cœnam ſuam, & veſtram appellantes: *Ein Abentmal, Nachtmal, &c.*

69. *Dominica præcedenti quam Cœna celebretur, denuntietur populo.* Vbi hoc præceptum in diuinis voluminibus? Nonne inuentum ac inſtitutum Caluini, & Miniſtrorum verbi eius? Qui primi Chriſtiani quotidie communicantes, formam denunciationis iſtius vobis D reliquerunt? *Act.1.2.*

70. *Vt quiſque præparet ſe ac diſponat ad dignare cipiendum, & cum qua decet reuerentia.* Iſtæ veſtræ præparationes, diſpoſitiones, & reuerentiæ, ſiue cultus, quædã ſunt ſpecies adorationis religioſæ: & tamen vt vultis, nihil eſt in Cœna veſtra, quã panis & vinũ, ſigna rerũ longiſsime diſtantiũ; quã elementa (vt paulo poſt dicitis) corruptibilia: manifeſtũ eſt igitur, vos & mente & corpore idololatras eſſe. Quæ etiam præparatio inter vos poteſt fieri, vbi nulla peccatorum contritio, nulla confeſsio, nulla abſolutio, nulla ſatiſfactio? *§.80.*

Digitized by Google

factio? Aut quid tam anxie denunciandum, præparandum, & diſponendum, vt fruſtulum profani panis, & vini communis poculum, vt in caupona mos eſt, de manu viliſsimi apoſtatæ recipias? An non iccirco etiam deambulando, quaſi in foro tam ſumptuoſam & opiparam cœnam matutino licet tẽpore, cœnatis: vbi Angli fraterculi veſtri genua ſua flectunt in terram?

71. *Non offerantur pueri, niſi prius confeſsionem fidei ediderint.* Quæ ſcripturæ diuinæ iſtud præcipiunt? An non plantatio, quam non

Matth.19. plantauit pater cœleſtis? Nonne ſeruator ſic effatur: *Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos?* Cur illos potius ad Baptiſmum admittitis? An non vetus Eccleſia, etiam Cypriani, & Auguſtini tempore, innocentiſsimam illam ætatem, ad communicandum Chriſto recepit? Palam interea legitur ex Caluinica inſtitutione.

72. *Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c.* Vbi præceptum in expreſſo Dei verbo, vt legantur illa Paulinæ Epiſtolæ verba? Non hoc eſt humanum inuentum, & conſtitutio Miniſtraria. An non ſatius foret ac decen-

Auguſt. Tract. 80. in Io. tius, textum Euangelicum prælegere eorũ, qui præſentes adfuere huius Sacramenti inſtitutioni? Tandem cum aliud cœnando verbum non habeatis, quam in communi lectum vel prædicatum: nullum autem accedens ad elementum, nullam prorſus cõſecrationem, nullam eulogiam, nullum denique ſacramentum habetis, &c. Tum veſtri Salmonei, diuinos honores petulantius querentes, fulmina ſua iaciunt:

73. *Excommunico omnes idololatras, blaſphemos, &c.* Recte iureque patres ſcripſerunt, hæreticos Simias eſſe Catholicorum, quod hoc

Lactan. Chryſoſt. loco de vobis patefacitis. Sed quanam authoritate homo profanus, & plebeius, id facit? Aut quomodo idololatras extra communionem veſtram eiicit, qui in eam nunquam intrauerunt? Aut hoc eſt, cuique liberam ſuam permittere conſcientiam, tanta fulmina vibrare, atq; anathemata indicere?

74. *Excommunico hæreticos, & omnes eos qui ſectas habent ſeparatas, &c.* Quomodo num erubeſcitis pudore ſuffuſi ac confuſi, qui non exhorreſcitis, dum eiuſmodi fulmina, veſtro capiti imminere auditis atque intonare? An non agnoſcitis vos hæreſibus Simonianorum, Gnoſticorum, Marcionitarum, Manichæorum, Aerianorum, Pelagianorum, Vigilantianorum, Iouiniſtarum, &c. commaculatos eſſe? Voſipſos ſeiunxiſtis à priſca &

A vniuerſali Eccleſia: atque ita vos Miniſtri veſtri & Prædicantes excommunicant, & diris deuouent:

Ne polluant & contaminent ſacros cibos, quos 75.
Chriſtus, &c. Sanctiſsima Chriſti caro tam procul à cœna veſtra diſtat, ait Beza, quam 5.80.
ſupremum cœlorum à terra infima. Nihil ergo præter panem & vinum ad ſignificandum, nihil (vt paulo poſt cum Caluino dicetis) præter elementa corruptibilia, illic vobis offertur: nulli igitur ſunt ibi ſacri cibi, nullæ niſi communes dapes, quas tot auguſtis titulis ornare, tãto proſequi honore minime debeatis. Vniuerſi creditis, profitemi-
B ni, proclamatis, nihil illic eſſe religioſo cultu adorandum, nihil inuocãdum, nihil præter ſigna rerum infinita propemodum diſtantia ſeiunctarum: nihil præter figuram, quam neſcire ſe Caluinus ſcribit, vtrũ metaphora, metonymia, Ironia ſit, nec ne. Non *Admonit.*
ſunt ergo pretioſi vel ſacri cibi, ſed commu- *ad Vveſtp.*
nes.

Hoc ſacramentum medela eſt miſellis ægris ſpiri- 76.
talibus. Quot errores paucis verbis? Nullum ibi ſacramẽtum: quia nulla expreſſa ſcriptura hoc vocatur nomine. Deinde, nullam diuinam verborum formam applicatis ele-
C mento panis, vt fiat ſacramentum. Ad hæc, nihil ſuppetit præter panem & vinũ, ad corporum alimoniam, nihil pro medicina animorum. Nam ſpiritalis medicus Chriſtus abeſt tam procul à cœna veſtra, quam eſt cœlum à terra. Expendite igitur, quomodo derideant vos Miniſtri, vobiſque imponant, vt ſola opinione, & famelico cogitatu veſtras curent infirmitates.

Chriſtus proprio ore protulit, nos participes fa- 77.
cturos proprii corporis & ſanguinis ſui. Vere, ac ſic omnes Catholici credunt, profitentur, colunt. Veſtri autem authores ore ſuo palam contradicunt, ſcilicet, *illum nec poſſe intelligere,*
D *nec velle, nec facere, vt ita ſit.* Nunquid non eſt hoc illum mendacii arguere in faciem? Ser- *Gen.3.*
pentem imitari, contra eius verbum pronũciantem, *Nequaquam moriemini?* Quod ſi vos pertinaciter tuemini, vos illic vere & ſubſtantialiter (verba ſunt Calu. Bezæ, & Synodi Rupellanæ) participes fieri corporis Chriſti, cum hoc ὑποστατικῶς coniunctum ſit æternæ illius Deitati, cur vos non adoratis?

Chriſtus omnes diuitias, & bona ſua nobis in hac 78.
menſa explicat & offert. Næ Chriſtus iudicio veſtro, pauperrimus ac egentiſsimus, qui ſola ſigna rerum abſentiſsimarum, ſola corruptibilia elementa, nihil præter panem & vinum,

Digitized by Google

vinum, explicat & offert. Longe igitur inferior eſt Moſe, qui panem de cœlo, omne delectamentum in ſe habentem, & delicatiſsimi Agni tenerrimas carnes ſuis Hebræis tribuit. Imo & quouis Caupone deteriorē illū fingitis, qui vos cibis lautioribus ad faſtidiū ingurgitat: Chriſtus tantum figuris vos paſcat & metonymiis: quippe qui nullas pretioſiores aut ampliores opes habeat.

79. *Virtus mortis & paſsionis eius nobis imputatur ad iuſtitiam, ac ſi nos in propriis perſonis ſubiuiſſemus.* Panis & vinum ſigna, corruptibiliaque & terrena elementa veſtra, aliam vobis impertiri nequeunt iuſtitiam, cum ſint corruptioni obnoxia, & vos ſolis illis, ſolaque fide contenti ſitis. Veſtraque illa imputatio, cum ſit tantum fauor externus, non vere expiat interna crimina. MIN. Mirum quam contēptim de ſacramentis ſuis ſic loquātur.

80. *Non ſiſtamus in hiſce terrenis & corruptibilibus elemētis, quæ cernimus oculis.* DOCT. Hic omni fictione ac hypocriſi depoſita, cœnæ veſtræ magnam vanitatem & inanitatem explicatis. Nihil videlicet in ea eſſe, præter corruptionem, præter terrenum elemētum. Ergo nulla ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti, nullus cibus animarum, nulla ſpiritalis medicina, nullum denique ſacramentum. An non igitur ludicro Miniſtrali σαρκοφαγῶν. vos corpori & ſanguini Dominico dicitis cōmunicare? Chriſtū illic omnes opes ſuas vobis explicare, oſtentare, offerre, largiri?

81. *Contenti ergo ſimus pane & vino, pro ſignis & teſtimoniis, &c.* En ergo vos in hoc ſacro epulo ſine vlla carne, ſine vllo corpore aut ſanguine Chriſti, ſine vlla ſubſtantia corporis eius, ſine ſacramento, & ſine vlla reali communicatione cum Chriſto. En vos ſola aura contenti, ſub figuris, vmbris, & tenebris veteris legis. En ſine fide diuinorum verborū in hac re: *Caro mea eſt, quam dabo. Accipite & manducate, Hoc, quod ipſum eſt corpus meum:* ſic enim vertere licet Hebræa Chriſti verba, apud Munſterum. Contenti ergo pane & vino Cauponario, panem qui de cœlo deſcendit, recuſatis, & vitæ æternæ indignos iudicatis. Donet Deus meliorem mentem.

Io. 6. Matth. 26. Marc. 14. Luca 22. 1. Cor. 10. 11.

82. *Quærentes ſpecialiter veritatem, vbi verbū Dei ſpondet nos reperturos eſſe.* Totum illud *ſpiritaliter*, miniſtricum eſt, quod adhibent, non alium ob finem, niſi vt à vera realique communione Ieſu Chriſti vos auertant. Diuinū autem verbum eſt: *Accipite, manducate corpus meum. Accipite, bibite ſanguinem meum.* Accipere autem manuum corporearum eſt, ſicut manducare & bibere oris corporei. Igitur non ſpiritu aut fide tantum: ſed & corporis ore capiendum, manducandum, & bibendū eſſe corpus & ſanguinem Chriſti: illudque ſpiritaliter, ſpectrum inane.

Quod vt euidentius fiat, quædam veterū & teſtimonia de reali & orali (vt ita dicam*) manducatione & receptione carnis Chriſti referemus. 83. Com. in 1. Cor. 11. Theodoretus ait: Ignominia & dedecore Chriſtum afficiunt, qui ſanctiſsimum corpus eius in os pollutum immittūt. Hō. 29. in 2. Cor. Hom. 6. in 1. Tim. Chryſ. Non vulgarem honorem conſecutū eſt os noſtrum, accipiens corpus dominicū. Audiant qui fœda loquuntur, & horreant quod tale os polluāt. Idem: Nihil ex illo ore prodeat, quod dominico corpore ſępius ſaginatur. Idē: Abſurdum, vt os illud ſermonis fœditate coinquinetur, quod Chriſtum ſuſcipit. In 3. cap. ad Coloſſ. Idem: Sanguis Chriſti non ſolū ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. Hō. 22. in Luc. Idē: Quæ venia mihi dabitur, imo vero quæ ſupplicia non perpendemus, quando linguam noſtram, qua dominicam deguſtamus carnem diaboli ſpōte linguam efficimus: Hom. 59. in Mat. Ambroſ. his verbis coarguit Theodoſium Imperatorem: Quomodo manibus ſuſcipies ſanctū domini corpus? Qua temeritate ore tuo poculū ſanguinis pretioſi percipies, quia furore verborum tuorum tantus iniuſte effuſus eſt ſanguis? Leo magn*: Sic ſacrę mēſę cōmunicare debetis, vt nihil prorſus de veritate corporis domini & ſanguinis ambigatis. Ser. 6. de ieiunio. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur. Cyprian. Sanctificata ora cœleſtibus cibis, poſt corpus & ſanguinem domini, profana contagia, & idolorum reliquias reſpuerunt. Serm. de lapſis. Tertul. & Iren. reſurrectionem corporum inde aſtruentes, quod corpore Chriſti iam immortali, veſcantur, alantur, viuificētur; L. de reſur. L. 4. 5. non ſola cogitatione aut fide, quæ animi opus eſt: ſed & reali communicatione eiuſdem cibata & munita fuiſſe docent, &c.

Ad maiorem Caluinianorum refutationē & confuſionē, duo adiicio argumenta, quib. Benedictus Vvogenſtern Lutheranus Prædicans Regiomontanus, Capri Caluiniſtici ita impudentiſsimum os obſtruxit, vt quod reſponderet contra non habuerit. 84. Schluſſelburgius. l. 2. art. 21. f. 95. Argumēta fuerunt iſta: Fractio panis eſt participatio corporis. Os, & non fides, percipit fractionem panis. Igitur os, nō fides participat corpus & ſanguinem Chriſti. Item, κοινωνία Sacramentariorum tantum eſt credentium, quæ fide ſola fit. 1. Cor. 10. 11. Sed hanc κοινωνίαν, de qua Paulus loquitur, etiā indigni & impii habēt:

Digitized by Google

alias eos non dehortaretur. Ergo non eſt *κοινωνία* Sacramentariorum, quæ ſola fide fit. MIN. Scandalis à ſe datis, ſic mederi ſtudet.

85. *Scimus quam occaſionem plerique arripuerunt ex mutatione, quã in hac parte fecimus.* DOCT. Ita plane mutaſtis, corrupiſtis, peruertiſtis, quod præpotens Deus longe aliter edixerat, ediderat, ſanxiuerat: & Apoſtoli ab eo acceperunt & tradiderunt. Quin & ipſos Lutheranos offendiſtis adeo vt vos *Corruptores teſtamenti Dominici, porcos ſacramentarios, & ſacramentiperdas* verbis & ſcriptis appellent. Dan. 9. Inſuper, vos cõprobaſtis in hac re filij per- Matth. 18. ditionis præcurſores, qui iuge Dei ſacrificiũ è medio tollere conabitur. Væ autem illis, per quos ſcandalum venit.

86. *Miſſa diu tanto in pretio fuit, vt miſero hominũ* Deut. 16. *generi præcipuum fidei caput videretur.* Oſtendi- Gen. 14. mus ſupra, nomen Miſſæ Hebræum, à Scripturis & Apoſtolicis viris deſumptũ, voluntarium deſignare nimirum corporis & ſanguinis Chriſti. Atque hoc quondam præſignatum fuiſſe per ſacerdotium & ſacrificiũ Melchiſedec, conſummatum & completũ Luc. 22. à Chriſto, quem pater ſacrificum conſtituit Pſ. 109. ſecundum ordinem eiuſdem Melchiſedec. Heb. 7. Hoc autem præcepit fieri in perpetuam paſ- Matth. 26. ſionis & mortis ſuæ memoriam, in qua to- Luc. 22. tius generis humani præcipuum fidei caput, imo & tota ſalutis ratio conſiſtit. Vere ergo futuri propediem magni illius Antichriſti prodromi ac anteambulones eſtis, cum illud abolere ſtudetis. Sed dicite ſi valetis, Dan. 9. quis alius à Chriſto Miſſam primum inſtituerit, aut celebrarit primus omnium?

87. *Qui nõ apte ſatis edocti ſunt, exiſtimant nos hoc ſacramentum euertiſſe.* Lutherum & congreges eius probe informatos tenetis, quoniam B. Icon. Beza *illum totum diuinitus afflatum* fuiſſe ſcribit: Hi tamen vos Teſtamenti Chriſti corruptores, viros diabolicos, & Sacramentiperdas exiſtimant & palam prædicant. Ad hæc, verba ſacramentalia ſuper elementa non profertis, imo magicos appellatis ſuſurros: nullum in Euchariſtia agnoſcitis miraculum: nullam realem corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam: nullum cultum ei defertis: nonne ſic omnino aboletis iſtud Beza Epiſt. 25. ſacramentum? Cumque Caluinus & Beza permittunt, vt ſine pane triticeo, & naturali vino veſtra cœna fiat, nonne veram Euchariſtiæ rationem funditus tollunt?

88. *Videntes ſacramentum tot vitiis corruptum, & tanto abuſu horrende deprauatum, &c.* Vel hic agnoſcite Miniſtrorum cæcitatem ac im-

A pudentiſsimam impudentiam. Vitia & abuſus appellant pios & ſacros ritus, quos Dei Spiritus afflauit Apoſtolis, atque per eos, & ſucceſſores, inſtituit, vt decentius religioſiuſque hoc ſanctiſsimum myſterium tractaretur. Paulus quoſdam eorum tradidit: & de reliquiis pollicetur: *Cætera cum venero diſponam.* Iacobus Apoſtolus, Marcus Euan- 1. Cor. 11. geliſta per D. Petrum edoctus, hinc Cle- Liturg. mens & Dionyſius Apoſtolorum auditores, L. Conſtit. cum longe plurimis ritibus atque cæremo- L. eccl. hier. niis Liturgiam, id eſt, Miſſæ ſacrum fecerũt. Quæ frons obniti velle? Quod ſacrilegium conuellere? Quæ blaſphemia Apoſtolos, & B Apoſtolicos viros cenſere Sacramentorum corruptores, vitiatores, abuſores? MIN. Ad matrimonium cito, & alacriter conuolant.

DE RATIONE CELEBRANDI *Matrimonij.*

CAPVT IV.

NOtandum, *priuſquam celebretur Matrimonium, tribus Dominicis diebus in Eccleſia pronuntiari.* DOCT. Hic ritus non eſt alibi in 89. Scripturis præceptus, nihil autem niſi ſcri- C ptũ ſit, vultis docendum aut ſuſcipiendum: ergo vobiſcum pro more pugnatis. Verum, pia, & honeſta in Eccleſia Catholica conſtitutio, ad arcenda clandeſtina matrimonia, inceſtus, & ſimiles illegitimas nuptias: quã cum vſurpatis, & reliquas reprobare oporteret.

90. *Siſtũt ſe ſponſus & ſponſa initio concionis.* Rurſus, cæremoniam Eccleſiæ Cath. non ſcriptam, ſed à patribus traditam imitamini. Quod ſi matrimoniũ tantũ ciuilis & profanus contractus eſt, vt alibi vultis, cur potius fit coram ſacrorum veſtrorum Miniſtro, D quam coram Notario & iudice ciuili? Miniſtri quando cum Ancillis ſuis iam grauidas nupturiunt, an ritum illum ſeruant?

91. *Et hocce ſanctum matrimonium à Deo inſtitutum eſt.* Miniſtri turba luxurioſa, dicere non Cabala reformatorũ. audet ſacramentum, quod primus, vetuſtiſſimuſque Latinus interpres beati Pauli cõ- Eph. 5. ſtanter dixit: *Hoc ſacramentum magnum eſt in Chriſto & Eccleſia.* Ecquomodo vere honorabile eſſet connubium, & thorus ſine macula, ſi non ſpiritali gratia ſacramentali ſanctificaretur? Nec ab hoc multum recedere videtur Calu. ſcribens: *Tam eſt ſacrum coniu-* Ep. ad Pro- *gium, imaginem illam viuam ſanctiſsimæ noſtræ cũ* tectorem.

Dei

Anglia. 1546. Epiſt. ad Viretum. 1547. *Dei filio coniunctionis*. Et alia rurſum Epiſtola: A *Fateor ſane coniugium rem eſſe magis ſacram, quã vt nutu, vel ambiguis promiſſis contrahatur*. Habes externam ceremoniam ſponſi & ſponſæ conuenientium coram Miniſtro: habes eam eſſe ſacram, imo ſacratiſsimam: habes eam præ ſe ferre viuam imaginem coniunctionis noſtræ cum filio Dei. Concluſio manifeſte ſequitur, ex præmiſsis aduerſarij, matrimonium eſſe ſacræ rei ſignũ & ſacramentũ.

92. Sed eſt quod mecum mireris, ſimulque deteſteris hæreſiarchæ iſtius turpiſsimam incõſtantiam. Hic namque negans hoc eſſe inter Sacramenta numerandum, ſcribit: Inſtit. L. 4.c.19.§.24. *Pro ſacramento datum, nemo vſque ad Gregorii tem-* B *pora viderat*. Illico comparat illud cum agricultura, architectura, ſutrina, tonſtrina, &c. At vero, longe ante Gregorium, B. Auguſt. ſedecies duobus in libris, & vidit, & docuit & ſcripſit Matrimonium proprie eſſe Sacramentum. Ambroſ. hoc vetuſtior ſemel, iterum & tertio, pro legitimo videt, agnoſcit, profitetur, Sacramento. *Lib. de Abraham, c.7. lib.6. in Luc. c.8. & Com. in c.5. ad Eph.* Ante Ambroſ. Lactantius *in Epitome, c.8.* Imo & vir Apoſtolicorum temporum Tertul. 5. etiam vnius lib. 2. adu. Marcionem, locis, adfirmat nuptias Chriſtianas Sacramentũ eſſe. MIN. Hæc ſatis ſunt ad retundendã Caluini fœdã C inconſtantiam & impudentiã. Subdit porro.

93. *Quicunque donum continentiæ non habent, obſtringuntur præcepto diuino ad ineundas nuptias*. DOCT. Vbi hoc ab ipſo Deo præceptum? Dicit quidem Apoſtolus: *Melius eſt nubere, quã vri*, id eſt mœchari: ſed de iis qui liberi ſunt, loquitur. Non nuptis autem & viduis ait: *Bonum eſt ſi ſic permanſerint, ſicut & ego*. Qui ſe 1.Cor.7. voto aut ſacris ordinibus Deo conſtrinxerunt, orent aſsidue, abſtineant & ieiunent perſepe, caſtigent corpus ſuum, impudica conſortia & colloquia diligenter fugiant, donum continentiæ feruenter & humiliter petant à Domino, non patientur repulſam. D Omni petenti dabitur.

94. *Vos ergo (ſponſum & ſponſam alloquentes) promittitis, &c.* Proferte purum, expreſſumque Dei verbum, in quo ritus iſte conſtitutus ſit? An non ergo humana traditio & ordinatio, quam ſeueriter alibi damnatis? Ad has ergo perſepe redire cogimini, & vobis ipſis ſemper contrarios eſſe.

95. Ordinat. Geneu. *Matrimonium eſt firmũ & indiſſolubile, iuxta illud, quod ſcriptum eſt Mat. 19.* Grauiter ergo peccatis in Deum, & in Euang. eius, qui huius vinculum ſoluitis propter alterutrius diuturnam abſentiam: moleſtam cohabitationem: ſterilitatem: adulteriũ: & aliquot alias cauſas. Hinc orta turpis illa Polygamia Hẽrici 8. in Anglia: Auraici principis in Belgio. Quin etiam his confiſi Io. Bocholdius Leidenſis, 12. ſimul vxores habuit. Hetzerus 13. Quid ergo vobis ſupereſt, niſi Turcica illa licentia, vt quiſque tot fœminas, & pellices habeat, quot alere poteſt?

Miniſter erat. Deus omnipotens, &c. Turpiſsimum eſt, quod ſolius amplexus, & mutuæ 96. corporum copulæ meminit, quæ etiam belluis communis eſt. Omittit vero præcipuos fines atque fructus coniugij, qui ſunt fides, proles, ſacramentum. MIN. Inuitus licet, de morituris fratribus ſuis decernit Caluinus.

DE VISITATIONE INFIRMORVM.

CAPVT V.

Æger in hora mortis ſe vehemẽtius ſẽtit oppreſſum in conſciẽtia, quam tota in vita, tum iudicii diuini, cui ſe ſiſtendum iam tunc videt, &c. 97. DOCT. Non eſt igitur vobis tanta ſecuritas, & præfidentia animi, de veſtra æterna Cal. in c.20 Mat. electione, prædeſtinatione, iuſtificatione, & ſalute, quantam aliis in locis authores & buccinatores veſtri nituntur vobis ſuadere, vt de iis nullo modo, nullaque ratione dubitare poſsitis. Deinde, Beza vobis imponit, Cõfeſſ. pũcto.4.Ar.21 qui nunquam peccata veſtra apud Deum ſubducenda, aut excutienda, diiudicandaque vobis repromittit.

Miniſtri munus eſt, agros viſitare & conſolari verbo diuino. 98. Nihil iactatis quam ſemper verbum Dei: ſed in eum finem (adeo vafri eſtis) vt omnem bonorum operum, ac veræ pœnitentiæ obliuionem obducatis. Siquidem nihil omnino de contritione admiſſorum peccatorum, nihil de confeſsione, nihil de abſolutione, nihil de reconciliatione cum proximis, nihil de ſacro & ſalutari viatico, nihil de vnctione extrema meminiſtis: atq; hoc artificio veſtro, fraude autem diaboli, miſeras animas, omni Sacramentorum ope deſtitutas, Satanæ & inferis exponitis: & in vltimo periculoſiſsimoque conflictu relinquitis in æternæ perditionis diſcrimine.

Si viderit infirmos attonitos, & horrore mortis perculſos, &c. 99. Tum maxime oportet illos à peccatis abſolutos, Chriſto Ieſu, viuifica carnis eius communione connectere ac incorporare; vt ex hac mortali vita, in immor-

Digitized by Google

mortalem beatioremque vitam alacrius commigrarent, velut ſanctiſsimi patres ſibi prouiderunt. Enimuero B. Auguſt. infirmos hortatur, ne renuant ſuſcipere viuificum Sacramētum, ſed potius illud enixiſsime quærant: viaticum enim ſaluberrimum adfirmat eſſe. Euſebius refert ex Dionyſio Alexandrino, Serapionem domi ægrotantem, miſſo puero ſuo, petiuiſſe à Presbytero, ſibi priuatim dari Euchariſtiam: quam vt accepit, feliciter ab hoc ſæculo migrauit.

L. de viſit. infirm.

L. 6. hiſt. c. 34.

100\. Sed miſerum, quantum hac in re ſecum diſsideant Caluiniani, dum interea in extremis periculis verſantur horū ſectatores infirmi. Differens enim de hoc Caluinus, concludit: *Ex natura quidem, fine, & vſu myſterij, probe mihi colligere videtur, non eſſe tanto bono priuandos, qui vel diuturno morbo laborant, vel de vita periclitantur.* Oecolampadius ſequentibus verbis Caluino ſubſcribit: *Hoc pane & potu dum vegetamur, in itinere deficere non poſſumus. In morte denique ſecuri fide horum myſteriorum tutari nos poterimus.* Accedit Hemmingius, aſſerens, cœnam Domini recte vocari viaticum, propterea quod ante mortem eam ſumentib. Chriſtus ſit via ad perpetuam fruitionem Dei. Addit hanc ſignificationem, morituris potiſsimum inculcandam eſſe, quod virtute corporis Chriſti reſuſcitemur à mortuis: & quod corpora quoque noſtra debeant reſurgere ad vitam æternam. Cureus hanc conſuetudinem laudat, *in Exegeſi:* Vermilius eandem admittit, in cap. 10. prioris ad Corinthios, &c.

Ep. ad Gaſparum Olenian.

In 1. epiſt. 10. fol. 86.

In ep. Apoſt. f. 119.

101\. DOCT. Accipe nunc eorundem antilogias, & aduerte quam ſpiritu vertiginis agitentur: adeo vt nihil certum nihilque veritatis aut ſalutis inter eos ſit. Caluinus Lutheranos damnat, quod hoc Sacramentum ægrotis domi dari permittant. Beza totam actionem baptiſmi & cœnæ, inanē eſſe ſcribit, ſi à priuatis perſonis in caſu neceſsitatis adminiſtretur. Muſculus in locis com. docet Morituris, ægrotis, & captiuis, qui propter flagitia ſua morti adiudicantur, non eſſe dādum corporis & ſanguinis Chriſti ſacramētum, addens *ſuperſtitionem eſſe Papiſticam:* ſimulque eos deridens, qui hoc appellāt viaticum. Aretius negat deferendum eſſe ſacramentum ad infirmos, tanquam morituris viaticum. Denique, Rodolphus Gualtherus, Com. in Epiſt. ad Romanos, defendere nititur, vſum cœnæ Dominicæ quidquam ad corporū ex mortuis reſurrectionem prodeſſe, &c. Et profecto quantum ad cœnam Zuinglianam & Caluinianam pertinet, iſtud extra dubium eſt, quandoquidem in ea nihil Chriſti eſt: ſed tantum, vt iidem adfirmant, *ſola ſigna, elementaque corruptibilia, quibus non eſt immorandum.* Ad contextum veſtrum reuertor. §. 80.

Admonit. ad Vveſtp.

L. 2. ad reſponſionē.

Problem. parte 2.

102\. *In morte nihil ſubeſt deſolationis fidelibus, qui Chriſtum ducem habent & protectorem.* Veſtros nefario ſchiſmate ſeiunxiſtis ab Eccleſia Cath. ergo Chriſtum caput & ſponſum eius non habēt ducem & protectorem, ſed acerrimum vindicem. Nullum habent ſacramentum pœnitentiæ, quoniam iudice etiam Bucero, *Pœnitentia vera etiam inter Euangeliciſsimos, ignoratur.* Ergo nullam peccatorum remiſsionem. Nullo viatico muniūtur, nulloque vnctionis auxilio iuuantur. Contra vero, verſantur in tetro ſchiſmate, communione eiecti ſunt omnium ſanctorum, nullarum Eccleſiæ orationum ſunt participes: hinc ergo decedunt cumulati vitiis & criminibus, ſine vlla ſpe veniæ & miſericordiæ. Itaque Hugnoſticum mori, eſt emori inſtar belluæ atque reprobum. MIN. Iam ſatis de confeſsionibus, precibus, & Sacramentorum adminiſtratione, ad ipſum catechiſmum accedamus.

Ep. ad Caluin. 1542.

DE CATECHISMO, ET ARTICVLIS FIDEI.

CAPVT VI.

DOCTOR. Sic primum illos ſine me illos conuenire.

103\. CVm priore huius libri parte, viri Caluiniani, errores qui veſtris confeſsionibus, precibus, benedictionibus, baptiſmis, cœnis, matrimoniis, viſitationibus continētur, hactenus patefecerim, idipſum in Catechiſmum, quem vobis Caluinus tradidit, idque quāta maxima ſinceritate (neque enim imponere meum eſt) & breuitate, tentandū cenſui. Eos autem ex vobis, quibus volentibus & ſcientibus non cordi eſt perditio, & exitiū ſempiternum, inibi reperturos ſpero, quod in ſuū cōmodum vertant. Primū, quā miſere veſtra vos decipit credulitas, qui legatis, admittatis, exoſculemini, & fidei veſtræ baſim & fundamentū conſtituatis nouū illū, à Caluino compilatū catechiſmū; vt interim antiquiſsimū, grauiſsimū, & ſanctiſſimū, qui ad hoc vſque tempus in Eccleſia vna, ſancta, Cath. Apoſt. & Romana propoſitus eſt & expoſitus, & ab omnib. bonis prædeceſſoribus receptus, repudietis. Breue illud doctri-

Digitized by Google

doctrinæ & fidei Chriſtianæ compendium dico, quod ab ipſis incunabulis, quaſi cum ipſo lacte à ſuis parentibus & nutricibus infantes imbibunt, præceptores catholicis pueris ſtatim in ipſo ſcholæ ingreſſu, cum ipſis literis in abaco exaratis proponunt, & memoriæ tradendum præcipiunt. In eo Dominica oratio, angelica ſalutatio, Symbolum Apoſtolorum, Benedicendi ratio, confitendi de peccatis formula, Decalogus, ſeptenarius Sacramentorum habendarum Deo gratiarũ modus, comprehenduntur, ille ipſe eſt Catechiſmus, quem dominus noſter Chriſtus tradidit, Apoſtoli ſuſceptum ſeruarunt, & in ipſo naſcentis Eccleſiæ primordio priſci patres & Catechiſtæ explicuerunt. Inter Græcos quidem Pantenus, Heraclas, Clemens, Origenes, Cyrillus, Nyſſenus, Chryſoſt. &c. apud Latinos vero Cyprianus, Ambroſ. Chryſologus, Auguſtinus, &c.

104. Quod ſi nouitatis ſtudio ducimini, vobis comparare & habere licet Catechiſmũ, qui Concilij Tridentini decreto in lucem editus eſt. Aut qui à piiſsimis & doctiſsimis ſocietatis Ieſu patribus Caniſio, Augerio, & Bellarmino, Græce, Latine, Germanice, & Gallice compoſiti ſunt: aut quos Granatenſis, Gallenus, Heſſelius, & Belzanius emiſerunt. Hi etenim omnes authores ſunt Catholici, quibus fides ſecure habeatur, & inoffenſo (vt ait de B. Hilario Hieronymus,) decurratis pede. Caluinianus autem erroribus, contradictionibus & blaſphemiis ſcatet innumeris, quod arguere impræſentiarũ nobis eſt propoſitum. Præterea, & Catechiſmis Lutheri, Brentij, Vermilij, Heidelbergici, Molinæi, aduerſatur: & quod ſummum omnium malum, cum ipſo Dei verbo tam ſcripto quam tradito, & orthodoxæ Catholicæque Eccleſię Chriſti doctrina repugnat. MIN. Ad ipſũ iam accingamur, & per Dominicas ſectiones præeuntem Authorem inſequamur. DOCT. Placet.

DOMINICA PRIMA.

105. *Præcipuus hominis finis eſt agnoſcere Deum.* Definitio iſta manca eſt & imperfecta valde. Nã ita nihil haberet homo ſupra dæmones, qui Deum agnoſcunt, credunt, verentur, & ad eius numen nomenque contremiſcunt, & præcipienti obtemperant. Adhæc, ſolus hominis intellectus beandus foret; non etiam voluntas, memoria, totus homo. Addẽdum igitur fuit, Amare, credere, inuocare, ſeruire, tandemque illo perfrui. Nam Lactantius hac gradatione verum finem hominis de-

Philip.2. Iacob.2. Luc 4. Mat.8. L.7.c.6.

A ſcribit. Sed vero Caluinus cum Simone mago, Valentino, & aliis Gnoſticis, ſolam fidem ſtatuere & iactare ſtuduit: reclament licet Petrus, Ioannes & Iacobus Apoſtoli.

Deus eſt ſummum bonum hominis, quoniam abſque illius cognitione deterior eſſet & miſerior noſtra conditio, quam brutorum. Non eſt hæc ratio. Sed quoniam Deus bonum infinitum eſt, in quo ſunt omnia bona: quiſque ſolus explere poteſt omne animorum noſtrorum deſiderium, & omnium hominis facultatũ appetitiones. Hac de re ait ad Abrahamum: *Ego merces tua magna nimis.* Et Seruator promittit: *Qui diligit me, pater meus diligit eum, &* B *oſtendam ei meipſum.* Iſta copioſe & eleganter exponit Auguſt. lib.1. Confeſ. c.1. lib.10. c. 22. l.13. c.8. l. Soliloquiorum, c.30. li. Manualis, c. 3.34. 106.

Gen.15. Ioan.14.

Seruiamus illi in obſequio diuinæ voluntatis eius. Quo pacto hanc ſeruitutem, iſtudq; obſequium voluntatis diuinæ manifeſtabit homo, niſi ex effectis ac bonorum operũ fructibus? *Quid mihi dicitis,* inquit, *Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Beati eritis, ſi feceritis ea.* Magnus ergo impoſtor Calu. ſcribens, Deũ à nobis tantum exigere, vt credamus. MIN. Sequitur 107.

Matth.7. In c.6.Io.

DOMINICA II. 108.

C *Hoc eſt illum agnoſcere omnipotentem, omnium bonum.* DOC. Vos ergo turpiter fallit Caluinus, ſimulque blaſphemat alibi, qui illius abſolutam potentiam abnegat: plurima more ſuo inepte obiicit ei velut penitus impoſsibilia. Inſuper, infinitæ bonitati illius obtrectat, dum auctorem eum confingit eſſe omnium ſcelerum, quæ prædones, homicidæ perpetrant, dæmones etiam in Iobum admiſerũt. *Deus,* inquit, *præcipuus author eſt, Satan tantum miniſter.* Quæ igitur conſtantia mentis, in tanta varietate conſiſtet?

In c.23.Iſa. Inſtit.l.3. c.23.§.2. Lib.1.c.18. §1.2.

109. *Oportet nos ſecuros & certos eſſe, quod ei cari ſumus, & quod vult nobis eſſe pater & ſeruator.* Ita D quidem ſi nos in gratia, & ſine crimine fuerimus: quoniam ſunt odio illi impius, & impietas eius. Odit oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſsimas, &c. Odio habet omnes, qui operãtur iniquitatem. Ecquis vero gloriabitur mundum ſe habere cor? Neſcit igitur homo an odio, an amore dignus ſit. Ideo Deus per Apoſtolos iubet, cum timore & tremore ſalutem noſtram operari: & cum qui ſtat, timere debere ne cadat. Quid, quod ex Caluini placitis, etiam Chriſtus de propria ſalute

Sap.14. Prou.6. Pſal.5. Eccl.9.

Digitized by Google

dubius aliquando fuerit? Portenta impia. A

110. *Symbolum Apoſtolorum eſt ſumma veræ fidei quam ſemper Chriſtiani profeſſi ſunt.* Galuinus in ſynodo Lauſanenſi, noluit vnquam admittere illud authores habuiſſe Apoſtolos. Spineus & Sureus miniſtri eius in Galliis, in Diſputatione publica, præceptoris errorem amplexi ſunt. Oportet ergo vos illis extremo vale dicto, ex traditione patrum id nũc ſuſcipere & confiteri: ſicque ab authorum veſtrorum diſcedere thematibus.

111. Addendum, Catholicos non ſolum ex
Ep.1.lib.7. Clementis, Irenæi, Tertulliani, Ambroſii,
conſtit.c.41 & Auguſtini ſcriptis adfirmare, Apoſtolos
L.1.c.2.9. illud ipſum edidiſſe; verum, vt & in Litur-
Lib. praſcr. giis publicis Chriſtianorum palam cantaretur, diligenter curauiſſe, quemadmodum ex Liturgia B. Iacobi, & Dionyſij Areopagitę cuiuis facile eſt colligere. Impii ergo ſunt, qui vel diſsimulant, vel negant iſtud vere diuinum & apoſtolicum eſſe. MIN. Accedat

DOMINICA III.

112. Diſcipulum interrogatis: *Cum non niſi vnus Deus ſit, quis te mouet, vt referas patrem, filium, & ſpiritum S.* Barthaſius poeta veſter,
Ebdomada.2. accinit tres ibi ſpiritus; Beza eſſentiam diui-
Confeſſ.p.1. nam diſtinguit realiter in tres perſonas: Cal-
Adu. Gentilem, & Seruet. uinus ſcribit tres eſſe cauſſas, & honorum gradus, quin & ſubſtantiam filij aliam eſſe à
Contra Cochleum. ſubſtantia patris: deitatem filii ſubiectam fore patri: Muſculus ait, tres eſſe formas, gradus, atque ſpecies, &c. An non eſt hoc tres deos conſtituere, vt qui vnus vere & ſolus eſt, tandem aliquando relinquatur?

113. *Patrem conſiderare debemus, vt primam cauſam rerum omnium. Deinde filium eius.* Furens impietas. Vt enim nonniſi vnus ſunt Deus verus & ſolus, ita non niſi vnicam voluntatem & omnipotentiam habent: ſicque vnica ſunt cauſa, & vnicus Creator vniuerſorum, vt nihil prius aut poſterius in iis ſit imagi- D
nandum vel dicendum.

114. Itaque Caluinus ad ſuperiorem errorem
Supra, l.3. adiiciens, *Chriſtum non niſi improprie dici Crea-*
cap.15. *torem cæli & terræ: nec habere niſi ſecundum à pa-*
In Pſ 130. *tre honoris gradum: eſſe vicarium & ſecretarium*
l.1. & 5. *patris, &c.* Samoſateni & Arij blaſphemias
de Fide. reparat: vt ex ſcriptis Auguſtini, Ambroſii,
Orat. adu. Athanaſii facile eſt colligere. Atque ſic vos
Arian. imprudentes reddit Arianos.

115. *Spiritus ſanctus eſt virtus illius atque potentia.* Virtus & potentia in Deo non eſt perſona producta, ſed perfectio tribus communis: non reipſa diſtincta à patre & filio. Sed Spi- *Supra. l.3.*
ritus ſanctus eſt perſona, realiter diſtincta, & *c.2.*
producta ab vtroque. Ergo non eſt eorum virtus aut potentia. Non ergo contrarium ſentientes in Sabellianiſmum ruitis?

Filius ſapientia æterna patris eſt. Sapientia il- 116
la tribus perſonis communis, non eſt genita à patre, filius autem genitus eſt. Sapientia patris non re diſtinguitur ab illo, filius autem diſtinctus eſt. Sapientia communis tribus, nequaquam vero filius. Non ergo in erroribus multis & magnis duce Caluino, hæretis.

Nullum incommodum eſt, vt in vna eademque 117.
Diuinitate, diſtincte comprehendamus has tres per-
B *ſonas.* Cum eiuſmodi ſit doctrina Euangeliſtarum, Symbolo Apoſtolorum comprehenſa, totiuſque orbis Chriſtiani vna & ve- *Inſtit. lib.1.*
ra Fides, nonne Caluinus veſter horum o- *c.13. §. 5.*
mnium bonorum conſenſionis, communiſque fidei truculentus hoſtis eſt, & ſummo Deo iniurius, qui cupiat Trinitatis, & conſubſtantialium perſonarum nomina ſepulta eſſe? Et quoniam iſtud ad fidei ſubſtantiam pertinet, nec tamen expreſsis Scripturis continetur: nonne in multis ad Apoſtolorum traditiones confugiendum, eiſdemque acquieſcendum eſt?

Habet in poteſtate & iure ſuo omnes creaturas. 118.
C Authores ergo veſtri non parum impii ſunt, qui audent docere & ſcribere, multa eſſe
quæ Deus nec intelligere, nec velle, nec fa- *Diſputat.*
cere queat: vt in ſuperioribus non ſemel illis *Pariſ.*
obiectum fuit. Et Caluinus veſter in Deum
contumelioſus, dicens, Deum fore tyran- *In c.23. Iſa.*
num, ſi vel faceret, vel tentaret aliquid potentia ſua abſoluta?

Diſponit ac moderatur omnia prouidentia ſua. 119.
Quid igitur hactenus in vniuerſis cœtibus
veſtris Gallicis cantitaſtis, *Eum nullam ſolici-* *Pſal. 1.*
tudinem aut curam habere eorum qui nequiter viuunt? Quod ſi hunc Epicureiſmum nuper
emendaſtis, quid interim factum eſt illis, *Aug. l.5.*
D qui in blaſphema opinione illa deceſſerunt? *de ciuit.*
Denique, conſtituentes in rebus fatalem & immutabilem neceſſitatem, nonne prouidentiam ſimul tollitis?

Operi ſemper manum admouet, nihilque fit niſi 120.
per illum. Caluinus & Beza peccata omnia *Inſt. lib.1.*
quamtumuis atrocia, hoc quoque gyro cõ- *c.15.*
plectuntur, quæ à Deo fieri non timent aſ- *L. adu. Caſtal.*
ſerere. Quod eſt repugnantem, ſibique ipſi contrariam voluntatem conſtituere: videlicet, quod Deus id agat & perficiat,
quod interim mandatis & legibus expreſ- *Ioan. 8.*
ſis prohibeat. Denique Deum omnis boni
fontem,

Digitized by Google

fontem, cum diabolo mendaciorum & omnium ſcelerum parente, confundere.

121. Supra, l. 2. c. 8. Addentes, *vel eius venia & conceſſione:* videtur in Deo ſimplicem quandam eſſe ſcelerũ permiſsionem, non impulſionem aut operationem: quam alibi peruicaciſsime negãt, velut ſecundo libro demonſtrauimus & cõfutauimus, quantis poteſt contumeliis eos vexans & lacerans, qui huic ſententiæ ſeipſos opponunt. Nihilominus ſecum pugnãs, eandem concedit ſcribens in Matth. c. 4. v. 8. & 9. in cap. 26. v. 27. & in caput 10. Ioan. v. 14 ſic aduerſa & peruerſa inter eos ſunt omnia. MIN. Accedo ad aliam Dominicam. Caluinus dicit.

DOMINICA IV.

122. *Mundus nobis vt ſpeculum eſt, in quo Deum cõtemplari poſſumus, quantum eum cognoſcere expedit.* DOCT. Expedit autem eum agnoſcere Vnum in eſſentia, trinum in perſonis: quod ſpeculum mundi non demonſtrat. Expedit noſſe eum eſſe ab æterno patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: quod caro & ſanguis non reuelat. Expedit profiteri Spiritum S. Patri & filio conſubſtantialem, ab vtroque procedentem: hoc mundus non docet. Expedit credere ex nihilo facta omnia: Virginem intactam Emmanuelem peperiſſe: vniuerſæ carnis futurã reſurrectionem, &c. quæ carnis ratio & ſapientia huius ſæculi prorſus ignorat.

123. *Omnes creaturæ vel cœleſtes ſunt, vel terrenæ.* Nihil ſunt ergo tria elementa, nihil ignis, nihil aer, nihil mare, nihil ſol & luna, nihil ſtellæ & lumen. Nihil grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Nihil piſces & omnes dracones abyſsi, &c. Quod ſi cœleſtium nomine, Angelos ſolum intelligit, nihil eſſent animæ rationales, nihil maligni ſpiritus, &c. Itaque multa ſunt nec cœleſtia nec terrena, ſed media.

124. *Dæmones & improbi moueri non poſſunt, niſi quantum Deus permittit.* O proditionem? O
Lib. 1. c. 18. pugnantem ſententiam Miniſtrorum? Nam
Lib. 2. c. 4. Caluinus ipſe in Inſtitutione negat, Vllam in
§. 3. 4. 5. Deo permiſsionem eſſe ſimplicem. Beza cęcus hunc cæcum ducem ſequitur, cæteri Miniſtelli in verba eorum iurarunt: hic autem agnoſcunt & prædicant. Vide ſupra, l. 2. c. 8. MIN. Ad aliam pergamus.

DOMINICA V.

125. *Quid ſignificat nomen Ieſus? id eſt, Seruator, &* A *impoſitum eſt ei ab angelo, præcepto Dei.* DOCT. Quia tam cæleſte, diuinum, & ſalutare nomen eſt, nunquam certe occurrere debet hominibus, abſque ingenti honore atque reuerentia: quod & Paulus plane confirmat dicens: *In nomine Ieſu omne genu flectatur* Philip. 2. Inſanit ergo Caluinus, eos probris onerãs, qui nomen illud venerantur, vt ſuperius probatum fuit. Lib. 3. cap. 11.

Sacerdotii officium & authoritas eſt, ſe Deo ſiſtere & placare eum, obtinereque gratiam & fauorem offerendo ſacrificium, quod ei gratum ſit, 126. Semel quidem ſeipſum cruento modo Chriſtus obtulit in cruce: ſed non ſemel tantum Pſ. 37. B incruento. Nam cum primum homo Hebr. 7. factus eſt, obtulit ſeipſum patri, d. *Quoniam* Luc. 2. *holocauſta pro peccato tibi, non placuerunt, ecce* Pſalm. 119. *venio.* Obtulit ſeipſum in templo 40. die à natiuitate. Obtulit in menſa ſecundum ordinem Melchiſedech, &c.

DOMINICA VI.

MINIST. Caluinus ſic perſequitur.

127. *Chriſtus Spiritum ſanctum recepit cum vniuerſis gratiis eius atque plenitudine.* C DOCTOR. Non fuit ergo ignorans, non literas ſub præceptoris ferula didicit, non impropriè loquutus eſt, non arborum ſpecies ignorauit, non male ad rem dixit, non abſurde ratiocinatus eſt, non dies iudicij eum latuit, &c. quæ vniuerſa, & multo plura Caluinus impiiſsime commentus eſt, & nos ſupra coarguimus. L. 4. c. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

128. *Ab illo tanquam à fonte, omne id haurimus quidquid in nobis eſt boni ſpiritualis.* Veſter hic In cap. 11. author nunquid ergo infidus, aut ſibi ipſi Mat. v. 27. repugnans, dum prædicat aliis in locis: Vi- & in c. 1. & 6. Ioan. tam noſtram reſidere in Deo, fluere autem D ad nos per Chriſtum, tanquam per canalem? Si fons eſt, vt reuera eſt: non eſt profecto tantum canalis: quod ſi canalis, fons certe non erit. Supra, Lib. 4. c. 3.

129. MIN Catechiſta. *Ad quid nobis regnum Chriſti?* Reſpondet puer: *Per illud aſſerimur in libertatem conſcientiæ.*

DOCT. Quis non putaret hic Caluinianos aſſerere, Hominem iuſtificatum, libero arbitrio ſuo gaudere? Sed aliis in locis idipſum pernegant, maluntque ſentire cum Simone Mago, Marcione, Manichæo, atq; Priſcilliano, id quoq; inficiantibus: quam cum B. Cle-

Digitized by Google

B. Clemente, Irenæo martyre, Tertul. Auguſtino, & Hieron. illud valentiſsimis argumentis comprobantibus.

130. *In c.14. 18. Luc. in c.15 16. Matth. in c. 7. ad Rom.* At, vi veritatis impulſus hæreſiarcha aliis in ſcriptis ſeipſum coarguens & damnãs adfirmat, fidem eſſe voluntariam: Ieiunia exercitia eſſe ſpontanea. Conqueritur, rebus liberis & voluntariis neceſsitatem impoſitam eſſe. Vult tolerantiam crucis eſſe voluntariam. Solum voluntarium obſequium Deo gratum. Peccatum non eſſe, niſi voluntarium, &c. Quæ omnia totidem decreta ſunt in ipſum, & in eius ſectatores pro libertate arbitrij pronunciata.

131. *Et in hoc ſocij ſumus Sacerdotii Chriſti.* Si quiſpiam Catholicorum ſic loquutus eſſet, quanta vociferatione Caluiniana turba clamaret, *Hic blaſphemat? Audiſtis ipſi blaſphemiam? Crucifigatur?* Interea, miſer iſte non veretur, ſe, ſuoſque ſocios facere ſocios ſacerdotij Chriſti: cum tamen pernegent vllum Sacerdotium, vllumque ſacrificium externum Chriſtianis relictum eſſe, ſic deſtruit, ædificat, mutat quadrata rotundis Omnia miſcet, MINISTER. Proſequitur tamen. *Infra. ſ. 189.*

DOMINICA VII.

132. *Dominus Ieſus Chriſtus genitus eſt de ſubſtantia patris ſui.* DOCTOR. Cur tu igitur, plena Synodo Lauſanenſi, hocipſum palam negaſti, cachinnoque verba iſta de Symbolo reſtitiſti, contempſiſti, repuliſti, *Deum de Deo: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero?* Quamobrem in inſtitutione ais: *Filium Dei eſſe Deum à ſeipſo?* Qua ratione, in Confeſsione tua de Trinitate, propter calumnias (ais) Petri Caroli, aperte ſcribis: *A ſeipſo ſemper habuit vt eſſet & aliis ſubſiſtendi virtutem inſpirauit?* Quo iure in Epiſtolis ad fratres Polonos, & libellis aduerſus Valentinum Gentilem, eundem propagas errorem? Anſam ſubminiſtras miſerrimis Tritheis, Antitrinitariis, Arrianis: & Samoſatenianis, vt ſacratiſsimum caput iſtud fidei noſtræ ſubſannent, conculcent, blaſphement? *Petrus Caroli. Epiſt. pag. 287. 288. Valentinus Simlerus.*

133. *Sup. pag. 16 17. 18.* *Et eſt eiuſdem Eſſentiæ.* Beza ergo infeliciſsimus hominum, qui hanc eſſentiam realiter in tres perſonas diſtinguit. Barthaſius poeta fanaticus, tres ſpiritus canens. Caluinus maligno ſpiritu afflatus, qui ſcribat, Filium habere diſtinctam ſubſtantiam à patre. Quis neget tam pugnantia, in præcipuis fidei capitibus, à patre mendacij ortũ habere?

Quoniam ſemen humanum ex ſe corruptum erat, oportuit virtutem diuini ſpiritus intercedere in hac (Chriſti) conceptione. Si non credatis immaculatam Virginis conceptionem, ratio omnino falſa eſt, quoniam ſanctiſsimam humanitatem domini ex virginis ſubſtantia factam & natam eſſe conſtat. Deinde, peccatum non eſt proprie in carne, ſed in ſpiritu. Oportuit itaque Spiritum interuenire in hac Conceptione, quia Deus prænunciauerat per Angelum ſuum. Deinde, myſterium erat ſingularis gratiæ, vt nouus homo, noua conceptione, noua natiuitate, noua vnitione cum Dei filio perſonaliter copularetur, vt verus Immanuel nobiſcum foret. 134. *Cal. 4. Luc. 1. Iſa. 7.*

DOMINICA VIII.

MINISTER. Interrogat poſtea: *Cur à natiuitate Chriſti, illico ad eius mortem accedis, totius vitæ eius miſſa hiſtoria?* Sibiipſi reſpondet: *Quia hic non eſt ſermo, niſi de eo, quod proprie ſpectat ad ſubſtantiam noſtræ redemptionis.* 135.

DOCTOR, Reſponſum falſum & impium. Exiſtimat enim totam Chriſti per triginta annos in terris conuerſationem, omnes eius vigilias, omnes labores, omnes orationes, omnes lachrymas, omnes conciones, omnia ieiunia, omnia beneficia, omnia opera, omnia miracula, omnem patientiam, omnem humilitatem, &c. ad ſubſtantiam redemptionis humanæ non pertinuiſſe: ſed fuiſſe veluti inutilia & vana. Quanta quæſo, in clementiſsimum Dominum, & ampliſsimum Redemptorem ingratitudo? Supra, l. 4. c. 19.

DOMINICA IX.

MINISTER. Rogat item Catechiſtes: *Nonne eſt Chriſtum dedecore afficere, dicere quod ſubiectus fuit maledictioni, etiam coram Deo?* Reſpondet. *Nequaquam.* DOCT. Imo vero, omnium maxime & flagitioſiſsime. Iſtud quippe penitus aduerſatur infinito amori & beneuolentiæ, qua Pater cœleſtis filium etiã in carne conſtitutum, & Deum benedictum in ſæcula, complectebatur. Ad hæc, maledictio lata in eum, qui penderet in ligno, pœnam & ſupplicium peccatis debitum tantum deſignabat, non ipſum peccatum à quo Chriſtus agnus Dei innocentiſsimus & mitiſsimus ſemper immunis fuit, Caluin. autẽ eũ non ſolũ reum peragit, tanquam latrones 136. *Supra, l. 5. c. 8. 9. 10. 11 Deut. 21. Galat. 3.*

qui

Digitized by Google

qui cum eo pependerunt, ſed & maledictum A
à Deo. Licet autem crucis ſupplicium quod
pertulit, coram mundo probroſum fuerit:
coram Deo tamen precioſiſsimum & glo-
rioſiſsimum, nobis autem ſaluberrimum
extitit.

DOMINICA X.

MIN. Rurſum quærit:

137. *Quid ſignificat quod additur, de deſcenſu eius ad inferos? R. Non ſolum mortem paſſum naturalem, ſed, &c.* DOCT. Cernite infœlices, quo pacto Authores veſtri, alios inferos non agnoſcunt, quam vel mortem corpoream, vel tumulos & ſepulchra, vel ſaltem anguſtias animarum ſpirituales, B etiam cum adhuc ergaſtulis corporum detinentur. In cuius rei fidē maiorem Caluinus non ſemel ſcribit, quidquid de inferorum locis aut ſuppliciis ſcriptura refert, plane Metaphoricum eſſe. Beza, Marotus, & Danæus nihil aliud canunt. Nunquid hoc non eſt aliud, quam atheiſmū meditari: velleque eo proficiſci atque pergere, vbi experiantur vera eſſe in inferis tormenta?

Sup. l. 14.

138. *Sed & anima eius mirabili anguſtia conſtricta eſt, quam Petrus vocat dolores mortis.* Alibi ſeipſum interpretatur, dicens, Chriſtū exiſti- C maſſe Deo & Patri ſe exoſum, qui percuteret eum in ira ſua: quin etiam filium derelinqueret, reprobaret, damnaret: quæ tot ſunt impie dicta, blaſphema, exſecranda: quorum vos omnes reos facit coram Deo, & cunctis Angelis eius. Quo ergo cæcitas vos rapit? Sed hæc ſupra, copioſe refutauimus. Lib. 5. cap. 10. 11. 12. 13.

139. MIN. Huius rei, rationem iſtam reddere conatur: *Coram Deo ſiſtebat ſe, vt pro peccatorib. ſatis faceret.* DOCT. Viuus ſatisfecit copioſiſsime & abundantiſsime aſsiduis laborib. & vigiliis: & moriens, ſanguine, quem ex cunctis corporis ſui partibus vulneratis emi- D ſit, non autem ſuppliciis, quæ anima eius à corpore diuulſa luerit, non conſcientia quaſi à Deo derelictæ anguſtiis, vt Caluinus comminiſcitur.

Iſa. 53.
1. Pet. 2.

140. *Oportebat illum pati ac ſentire horribilem illum dolorem, & in conſcientia triſtitiam, vt ſi deſertus eſſet à Deo.* Conſcientia illius cum ſemper innocua eſſet, atque ſanctiſsima illud pati nec potuit, nec decuit. Nec animus ille puriſsimus, ſicque Deo coniunctiſsimus in eum errorem cadere nequiuit, vt ſe à Deo deſertum iudicaret: cum aſsidue clara perſpicuaque viſione Dei ſemper frueretur. Semper enim, etiam in ſummis corporis doloribus ille erat vnigenitus à Patre, plenus gratia & veritate. Semper Filius dilectus, in quo Pater bene ſibi complacebat. Vide ſupra totum librum quintum.

Ioan 1.
Matt. 3. 17.

141. *Et quidem ac ſi Deus iratus eſſet in eum.* Falſum de amantiſsimo Patre ſuo iudicaſſet, eidem que iniuriam intuliſſet, quod nullatenus erat ei attribuens. Adhæc, in ſummo verſatus eſſet errore, falſa exiſtimans hęc oracula, *Pater diligit Filium. Ego & Pater vnum ſumus.* Atque ſic Catechiſtes veſter Caluinus paucis verbis blaſphemat ſimul in Patrem & Filium.

Matth. 5.
Io. 10.

142. *Deus ne contra illum iratus erat? R. Non,* Attamen, Caluino cenſore, id Chriſtus exiſtimans, ſibi verum eſſe perſuadebat: atque ideo horribilem in modum triſtabatur, angebatur, in conſcientia torquebatur: ergo perperam de Patre ſuo iudicabat, errore deceptus. An non hoc eſt vere Patrem ſimul & Filium impetere.

143. Putans impietatem ſuam eleuare, ipſam multo magis adauget, dicens: *Oportebat vt eū ſic affligeret, vt verum foret, quod dixit per Iſaiam, Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Attritus eſt propter ſcelera noſtra, &c.* Audimus Iſaiam differentem de pœnis ac ærumnis, quas Chriſtus in vita & morte pro peccatis noſtris debebat *in corpore ſuo ſuper lignum crucis perferre*, vt Petrus interpretatur: nihil autem de ira Dei, de maledictione, de anxietate conſcientiæ, aut de aliis ſuppliciis ſpiritalibus, quæ impie commentus eſt Caluinus.

Iſa. 53.
1. Pet. 2.

144. *Intelligendum, quod ſecundum humanam naturam in illus fuit anguſtiis.* Ecquis vnquam pius putauit Diuinam naturam pœnis, aut doloribus, obnoxiam, & ſubiectam eſſe, vt opus fuerit huius obſeruationis tuæ? At vero, tu omnia iſta Chriſto adſcribis poſt commemoratam eius mortem & ſepulturam. Moriturus autem clamauit: *Conſummatum eſt.* Ergo non oportuit eum quidquam poſtea pati, tantum abeſt, vt horribilibus illis (quas fingis) conſcientiæ anguſtiis conſtringeretur. Corpus etiam poſt animæ illius exitum, iam expers omnium dolorum, & prorſus impatibile fuit, ſed quieuit in ſepulchro. Mox autem vt anima corpus deſeruit perfecta beatitudine fruebatur, & Paradiſo, quantum ad gloriam ſpectat, cum pio Latrone, & ſanctis Patribus gaudebat. Falſum eſt ergo quod ais, Chriſtum à morte ſua ſecundum humanam naturam aliquibus anguſtiis fuiſſe coarctatum & afflictum.

Io. 19.
Luc. 23.

145. Caluinus quærit. *Quonam modo fieri poteſt, vt*

Chriſtus in ea damnatione fuerit? R. *Non fuit vt remaneret.* En Redemptorem mundi, Authorem ſalutis noſtræ, in vita ſua reprobatum à Iudæis, flagellatum à miniſtris, accuſatum à Pontificibus, irriſum ab Herode, morti adiudicatum à Pilato, crucifixum & occiſum à militibus: idque ſecundum corpus. Et quod omnium deterius eſt, poſt mortem ſuam, ſecundum animam: damnatum & demerſum ad inferorum crudeliſsima tormenta, per Caluinum & Miniſtros eius Horrenda dictu. Nam ſi poſt mortem aliquid patiendum adhuc fuiſſet, nunquam Io. 19. antea clamaſſet, *Conſummatum eſt.*

146. *Differentia tormentorum quæ paſſus eſt Chriſtus, & eorum quæ reprobi, (quos Deus punit in ira ſua, luunt) eſt, quod in illo temporarium fuit, in aliis eſt perpetuum.* Audite cœli, quæ loquitur alter iſte Rabſaces, audiat terra, horreſcat & lugeat tam conſcelerata & impia aduerſus Creatorem & Dominum ſuum, Prætenſi reformatores iſti Eccleſiæ, Chriſtum ſponſum & ſeruatorem eius vniuerſis tormentis gehennæ quantum in ipſis eſt, (ſola perpetuitate excepta) ſubiiciunt. Ergo tenebris exterioribus & interioribus, fletui & ſtridori dentiū, vermi qui non moritur & igni qui non extinguitur, ſuperbiæ, iræ, inuidiæ, blaſphemiæ, (horreſco referens) extremæ deſperationi, cunctiſque aliis pœnis & corporeis & ſpiritualibus: ſolam enim perpetuitatem demunt. Atque ita Miniſtrorum iudicio, Chriſtus rex gloriæ, nihil tum differebat à Caino, Sodomitis, Ægyptiis, Iuda proditore, nec ab ipſo Satana principe tenebrarum, nec aliis omnibus reprobatis & damnatis, excepta ſola perpetuitate. Niſi infernales has voces exſecremini; nihil animi Chriſtiani in vobis eſt.

147. Impietatem ſuam Caluinus conatur hoc fuco emollire: *Non tamen ceſſauit vbique Spem in Domino fixam habere in medio omnium iſtarum anguſtiarum.* Alii damnati quos Deus plectit in ira ſua, nihil ſperant amplius: aliud ergo diſcrimen inter Chriſtum & alios damnatos ſtatuendum eſt, præter perpetuitatem. Iſti enim fractis animis omnem Spem abiiciunt: hic vero (ait aduerſarius) Spem inconcuſſam retinuit.

148. Adhæc, & iſtud quoque erroneum eſt, quod ſpem retineret Chriſtus. Enimuero anima eius ſemper beatiſsima fuit, proindeq; Diuina claraque viſione fruebatur: Ergo nihil ſupererat ei, ſummi boni quod expectaret. Quod enim videt quis, quid ſperat? Rom. 8. Quod non videmus, ſperamus. Spes habet ſemper adiunctam rei ſperatæ abſentiam & latentiam: cum itaque animam Chriſti Deus non lateret, nec ab ea abſens eſſet, non illum ſperabat, ſed poſsidebat, ſupra, l. 4. c. 5. MIN. Addit tamen.

DOMINICA XI.

Videmus mortem eius fuiſſe Sacrificium, quo pro nobis iudicio Dei ſatiſfecit. 149. Nihil igitur poſt mortem & ſepulturam vlterius paſſus eſt, nihil pœnarum tulit in inferis, nullis anguſtiis oppreſſus fuit, quapropter nec in numero damnatorum reputandus: quoniam iudicio Dei iam factum fuerat ſatis. Inſuper, cum eius morte iudicio Dei ſatisfactum eſt, contemplatio illius, eximiæ pietatis nobis eſt argumentum, non extremæ deſperationis materia, vt blaſphemat Hæreſiarcha:

Sanguis eius eſt lauacrum, quo purgantur animæ noſtræ. 150. ergo pretioſiſsimus ſanguis ille nec ſignum tantum eſt externum ſanctificationis noſtræ. Nec ante mille & quingentos annos in terra computruit. Nec ſola fides hominem purgat & iuſtificat. Sup. l. 5. c. 1. Nec remiſsio peccatorum ſola fit externa imputatione, vt aliis in locis Miniſtri garriunt.

MINIST. Rogat. *Quot modis prodeſt nobis reſurrectio Chriſti?* 151. *R. Primo, quia in ipſa nobis plane reſtituta eſt iuſtitia.* DOCTOR. Permiſcet inepte fructus paſsionis & mortis Chriſti cum fructibus reſurrectionis: & cauſam meritoriam iuſtitiæ noſtræ, cum cauſa exemplari. Nam paſsione & morte ſua gratiā, remiſsionem, & gloriam æternam meruit nobis: & non reſurrectione, ex qua non fuit amplius viator nec ſibi nec nobis de nouo tunc meruit. Sed omnem gloriam quam ſibi meruerat, aſſumpſit: nobis autem exemplar contulit, imo & arrham eius, quæ nos manet in cœlis dereliquit. Legatur Auguſtinus libro Meditationum, c. 15.

Si vere communicamus illi Reſurrectioni, iam nunc reſurgimus in nouitate vitæ, vt ſeruiamus Deo, & iuxta eius voluntatem pie viuamus. 152. Nullus ergo Hugnoſticorum eſt, qui eidem vere communicet: quandoquidem fatentur vniuerſi, ſe ad omne bonum inutiles eſſe: inſuper ſe vbiq; & ſemper diuina mandata transgredi. Nec poſſe ſe aliter facere, quod nullo ſint præditi libero arbitrio. Deniq; omnem abolentes realem carnis immortalis Chriſti communicationem cum carne noſtra mortali, omnem Beatæ Reſurrectionis fiduciam, quantum in ipſis eſt, nobis amputant atque præcidunt. MINISTER. Diſcipulum interrogat.

DO.

DOMINICA. XII. A

Sic ne in cælum aſcendit, vt amplius non ſit in
153. *terra? R. Ita.* DOCT. Nequaquam igitur eſt
cum ſignis viſibilibus Euchariſtiæ, vt Calui-
nus aſſerit: ſed ipſa ſigna omni veritati rei
vacua ſunt & inania. vt idē pernegat, vt Lu-
theranos ludificet. Neque ſubſtantia corpo-
ris & ſanguinis ſui in Cœna paſcit animas ve-
ſtras, vt vobis ſuadet: ſed pane ſolo ſtoma-
chum & ventrem veſtrum ſaginat, quod in-
ficiatur. Cauete ſultis, impoſtorem. Adhæc,
nec vere apparuiſſet Paulo in via, qua venie-
Act.9.22. bat Damaſcum: nec vere dixiſſet, *Accipite, &*
1.Cor.15. *manducate, hoc quod eſt ipſum corpus meum*; nec,
Matth.26. & 28. *Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſum-* B
mationem ſæculi.

154. *Patet nobis deinceps aditus cœlorum per aſcen-
ſionem Christi, qui nobis interclusus erat propter
peccata.* Tu igitur vaniſsimus auſpex, & pla-
nus improbiſsimus, qui tuis perſuaſiſti om-
nes veteris legis naturæ & Moſis Patriarchas,
ante Chriſti mortem, reſurrectionem, & a-
ſcenſionem vita functos, recte cœlum peti-
uiſſe & penetraſſe, rurſum, cum doctrinam
de Sinu Abrahæ, ſeu Limbo patrum ſignato
in inferis loco, inter fabulas impudenter re-
iicis.

155. Interrogat: *Quomodo intelligis, quod ſedeat ad
dexteram Dei Patris ſui? R. Quia recepit imperium* C
Matth.28. *cœli & terræ, vt omnia regat atque diſponat.* Imo
idem ipſe antequam cœlos conſcenderet,
dixit: *Data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra.*
Cap.8. Non eſt igitur illa germana ſeſsionis huius
ratio: ſed ea quam lib. 6 & ſanctis Patribus
ſignauimus. Sed voluit Hæreſiarcha hanc
gloriam Chriſti imminuere, vt ei ſecundum
tantum locum honoris ac imperij relinque-
ret: qui manifeſtus eſt Arianiſmus. MIN. De
futuro iudicio ſtatuit Caluin.

DOMINICA XIII.

156. *Apparebit ſemel de cœlo in iudicio, vt viſus eſt a-
ſcendiſſe.* DOC. Aduertite quæſo, tam aduerſa
quam peruerſa Miniſtrorum iudicia. Riche- D
rus ex ſinu Caluini in Franciam Antarcticā
In cap.8. Ioan. profectus, prædicauit, ſcripſit, ſignauit, Pa-
trem iudicaturum orbem in perſona Filii.
Caluinus abſolute ait: *Chriſtus non iudicabit.*
Nunc vero: *Apparebit in iudicio, vt aſcendit.*
Non in alterutro alteruter eſt mendax?

157. *Hæc mutatio erit eis ſicut mors, eo quod abolebit
primam eorum naturam.* Sola corruptio &
mortalitas auſferetur à corporibus electorū
Iob.19. non vero abolebitur natura prior; eo quod
Pſ.33. cum iiſdem numero corporibus, oſsibus,
ſanguinibus, imo & capillis capitis reſur-
gent iuſti, & ibunt in vitā æternam. *Nolumus* Matth.12.
expoliari, ſed ſuperueſtiri, inquit Apoſt. *vt abſor-* 2.Cor.5.
beatur quod mortale eſt, à vita. In mortuis enim
ab Elia, Eliſæo, Chriſto, & Apoſtolis reſuſci-
tatis (i. in quibus vt in ſpeculo reſurrectio-
nem noſtram contemplamur) non fuit abo-
lita prior natura: ſed à morte ad vitam repa-
rata. Vide infra §. 173.

Non debemus timere extremam iudicij diem, vt 158.
horrori nobis ſit? R. Nō. Docet ſcriptura Chriſtū
in iudicio redditurum vnicuiq; ſecundum
opera ſua: ſed hæc opera (Caluini iudicio)
ſunt peccata lethalia, quæ damnationē me-
rentur æternam: hanc igitur ne ſubeat, in illa Matt.3.12.
die quiſque formidare debet: *Timete eum,* in Sophon.2.
quit Dominus, *qui poteſt mittere corpus & ani-* Sap.6.
mam in Gehennam. In hunc plane finem Pro- Heb.10.
phetæ appellant diem illum, terribilem, Apoc.6.
horribilem, & formidabilem valde. Apo-
ſtolus prædicat, Horrendum eſſe incidere
in manus Dei viuentis. Multi tunc præ nimio
horrore clamabunt montibus, *Cadite ſuper
nos, &c.* Tum videbitis quam miſere impo-
ſuerit vobis Caluinus. Sed eheu! ſero nimis.

Certi ſumus, quod non niſi in ſalutem noſtram 159.
apparebit. Nullis veſtrū data eſt hac de re ſin-
gularis de cœlo reuelatio: eſt ergo veſtra hu-
iuſmodi temeritas & arrogantia. Præterea,
ſuperius dixiſtis, Vos in conſcientiis premi Cap.4.
iudicio Dei, cui mox ſiſtendi eſtis, horroreq;
mortis commoueri, dū agitur de viſitatione
infirmorum: quæ hanc certitudinem veſtrā
refellunt. Præterea, non eſtis Dauide, Eze-
chia, vel Iobo ſanctiores vel Deo cariores:
qui à iudicio iſto toti contremuerunt. Quid
ergo vobis fiet ad omne bonum inutilibus,
& omni hora Dei mandata tranſgredienti-
bus? MIN. De remiſsione peccatorum ait.

DOMINICA XIV.

Sicut ſanguis Ieſu Chriſti noſtra ablutio eſt, ita 160.
*oportet Spiritum ſanctum noſtras conſcientias eo
irrigare vt mundæ ſint & puræ.* DOCT. Turpis
vbique contradictio & oppoſitio. Nam ſi
ſanguis Chriſti noſtra ablutio eſt, vt eſſe nō
ambigimus: adhuc ſupereſt in rerum natu-
ra, adeoque etiam nunc efficax vt primum
effuſus eſt: & nequaquam computruit. Ve-
re, & non externa imputatione ſolum, pec-
cata noſtra detergit & abluit. Vere & reli-
gioſe à nobis inuocandus eſt, non ſolus Pa-
ter per Filium. Idque præſtat per verbum
Dei & Sacramenta; non ſola fide. MIN. Ad
Eccleſiæ rationem ſic accedit:

DOMINICA XV.

Eccleſia Catholica eſt cœtus fidelium, quos Deus 161.

Matth. 13. 25. *conſtituit, & elegit ad vitam æternam.* D O C T. A Continet illa bonos & malos, velut ager frumentum & zizania, horreum triticum & paleas, Sagena bonos & malos piſces, paſcua agnos & hircos, congregatio virgines prudentes & fatuas, magna domus vaſa aurea & fictilia, ad honorem & contumeliam.
2. Tim. 2. Quapropter illa non eſt tantum electorum ad vitam æternam.

162. *Neceſſe eſt hunc articulum credere, ſi non otioſam facere velimus mortem Chriſti.* Sed Caluiniani nullam exiſtimant vel eſſe, vel vnquam fuiſſe Eccleſiam, præter ſuam ſacramentariam coitionem: ergo & otioſam & infru- B ctuoſam faciunt per mille & quingentos annos, (quibus de ea nihil in orbe auditũ fuit,) paſsionem & mortem Chriſti, qui nullam habuerit in terris Eccleſiam. Vel nobis teſtibus fide dignis oſtendant, in quibus regnis, quibus linguis, vel prædicatum, vel creditum, vel cantatum ſit more Caluiniano & Bezano; nec confingant eccleſiam imaginariam & inuiſibilem in Vtopia, vltra Indos & Garamantas, ſi audiri velint.

163. *Eccleſia dicitur Sancta, quoniam quos Deus elegit, hos iuſtificat, & purificat ad ſanctitatem.* Ratio nimis manca & imperfecta, quoniam hypocritæ & reprobi ad tempus ſunt de Eccle- C ſia. Iudas namque de numero Apoſtolicorum fuit: ſicut Dathan, Core, Abyron, Nadab, & Abiu de Synagoga. Vnde vero exirent apoſtatæ, aut extra communionem pellerentur excommunicati, niſi antea de communione Eccleſiæ fuiſſent? Verum illa ſancta dicitur, quod Chriſtus eã lauit, & in dies lauat in ſanguine ſuo lauacro aquæ & verbo vitæ: nunquam errare eam ſinit in definitione fidei ac morum: potior pars eius deniq; ſancta vere & beata cum ſuo capite Chriſto in cœleſtibus regnat atque triumphat.

164. *Verbum illud* Catholicum *eſt ad ſignifican-* D *dum, quod vt vnum eſt tantum caput fidelium, ſic debent eſſe vnum corpus.* falſum eſt. Nam id ſignificat Eccleſiam cum eadem doctrina ſua diffuſam eſſe per totum orbem non angulo vnius regni, aut vnius linguæ terminis concluſam, quemadmodum Synagoga, aut hæreſeon ſectæ. Iſtud copioſe tibi explicabit magnus Auguſtinus lib. 3. contra Gaudentium cap. 2. Ep. 161. & 170. Cyprianus lib. de vnit. Eccleſ.

165. Ad hæc, ſi nullum prorſus aliud caput à Chriſto eſſe poteſt fidelium, vt Hæreſiarcha hoc loco non obſcure contendit, nec Imperatores ſub eo capita ſunt Monarchiarum: nec Reges ſuorum regnorum; nec Patres ſuarum familiarum: nec Antiſtites ſuarum diœceſium, &c. Ecquæ confuſio & turbatio in genere humano?

Communio Sanctorum addita eſt ad ſignificandum, & apertius exprimendum vnitatem, quæ eſt inter membra Eccleſiæ. Ratio valde imperfecta: 166.
Significat enim Chriſtianos omnes membra eſſe vnius eiuſdemque corporis, cuius caput Chriſtus eſt. Horum autem omnium vnam eſſe fidem, ſpem, caritatem: bona denique opera aliorum, aliis etiam prodeſſe, vt Paulus 1. Cor. 12. eiuſdem corporis membrorum ſignificat Rom. 12. ſympathia. Tertull. lib. præſcript. c. 20.

DOMINICA XVI.

MINISTER. *Rurſum ait de Eccleſia.*

Eccleſia quidem viſibilis eſt. D O C T. Nunquam fuit, eſt, vel erit, niſi vnica: ergo perpetuo fuit, eſt, & erit, viſibilis. At, hæc veſtra, quam prætenditis reformatam, recens orta eſt, nec per quatuordecim aut quindecim ſuperiora ſæcula orbi apparuit. Non eſt igitur vera Eccleſia Dei: ſed ſchiſmaticorum atque hæreticorum cœtus. Tertull. l. præſcript. c. 26. Cypr. Ep. 73. 167.

Eccleſia vero Electorum non poteſt plane cerni oculo? Duas ergo aduerſus Scripturam fingitis Eccleſias: atque ſic Chriſtum vnicum veræ Eccleſiæ ſponſum nota Bigamiæ prægrauatis. Iam vero ſi quædam ſit Eccleſia inuiſibilis, illa profecto non eſt hominum & fœminarum, natura ipſa viſibilium. Nec baptiſmo ex aqua, & forma verborum ſignata conſtante, abluta & renata. Nec Scriptis Apoſtolorum ac Prophetarum, quæ obtutum hominum fugere nequeunt, munita: nec publica eorundem lectione & prædicatione erudita. Nec cura paſtorum & doctorum recta & adminiſtrata fuit. Hæc enim omnia ſunt ſemper aſpectabilia, nec alia eſſe poſſunt. Quid ergo iſtud poteſt aliud eſſe, quam vel idea Platonica, vel atomus Democriticus? 168. Cypr. & Aug. l. de vnit. Eccleſiæ.

Quid intelligis per illud verbum, Credo remiſſionem peccatorum? R. Deum ſua gratuita bonitate remittere, & relaxare culpas fidelibus ſuis, Condonat reipſa infundendo gratiam & caritatẽ. nobiliſsima animorum ornamenta: & non ſola imputatione fauoris externi, vt garritis. Condonat, inquam, non tam gratuita bonitate, quàm ampliſsimorum meritorum, & ſatisfactionum Chriſti magnam rationem habeat. Nam & corpus eius traditum eſt, & ſanguis effuſus, in remiſsionem peccatorũ, 169. Supra l. 8. c. 3.

lauit

Matt. 26. lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Apoc. 1. Habemus redemptionem per ſanguinem e-
Eph. 1. ius remiſsionem peccatorum.

170. *Non meremur per ſatisfactionem, vt Deus nobis parcat.* Satisfactio Chriſti capitis noſtri, omnino noſtra eſt: nobis enim ſatisfecit, non ſibi. Per hanc autem fuſiſsime meremur, vt Deus nobis Pater ſit propitius. Adhæc vniuerſæ ſatisfactiones noſtræ, non poſſunt eſſe niſi pœnarum temporalium: non culparum mortalium, aut ſuppliciorum æternorum. At vero Tertul. lib. de pœnit. Cyprian. lib. de lapſis: Auguſt. in Enchir. c. 69. & 70. firmiſsimis Scripturis & rationibus comprobant nos multis & operoſis laboribus de illis Deo facere ſatis.

171. *Extra Eccleſiam nihil eſt, præter damnationem & mortem.* At vos extra Eccleſiam illâ eſtis, in qua ſacro Baptiſmate loti, & Chriſmate ſignati & Chriſtiani facti eſtis: ergo actum de vobis, niſi ad eam redieritis. Veſtri cœtus nequeunt Eccleſiæ rationem habere, quoniam in eis non eſt vnitas doctrinæ atque rituũ, nec perpetua doctorum ſucceſsio: nec ſanctitas, nec antiquitas, nec vniuerſalitas, &c. Ruitis ergo lubrico mortis calle. Deus miſereatur veſtri.

172. *Quicunque ſeparant ſe à communione fidelium, vt partes agant ſectarias, nullam ſperent ſalutem, quandiu in illa diuiſione permanſerint.* Non eſtis pudore ſuffuſi, animoque perculſi, dum hęc auditis vel legitis? Maiores ac parentes veſtri à quadringentis ſupra mille annis, non fuere ex illa, & in illa communione fideliũ? Non vos nuper diuulſi eſtis ab illa communione? Quæ igitur vobis in iſto ſchiſmate permanentibus, ſalutis ſpes ſupereſſe poteſt? Conſulite quæſo, Cyprianum & Aug. lib. de vnitate Eccleſiæ, Tertul. l. de carne Chr. c. 2. l. præſcript. cap. 37. MIN. De reſurrectione ſcribit:

DOMINICA XVII.

173. *Mortui reſument corpora ſua (in reſurrectione) tametſi in alia qualitate, videlicet, vt non ſint amplius ſubiecta mortalitati & corruptioni, tametſi eadem ſit ſubſtantia.* DOCT. Reſumptio corporum communis erit Electis & Reprobis. Et quamuis Reprobi vltra mori aut extingui nequeant, plurimis tamen & grauiſsimis ſupplicijs, mutationibus, & corruptionibus, quæ varietatem & grauitatem pœnarum ſequuntur, erunt obnoxij. Erit namque fletus & ſtridor dentium: eiulatus & vlulatus horribilis: tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium; vermis qui non moritur, &

Vide ſup. li. 10. c. vlt. pag. 420.

A ignis qui non extinguitur: ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum, &cæt. Præterea, cum vtrorumque corpora in propria ſubſtantia ſint permanſura, prior eorum natura non abolebitur, quod tamen ſuperius ſcripſit Hæreſiarcha. 5. 157.

Nulla eſt mentio de iniquis (in reſurrectione) qui excluſi ſunt à regno ſuo. Multi docti & ſancti interpretes de Electis & Reprobis interpretati ſunt, quod dicitur, *Venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Ergo aperta ſit mentio iniquorum. Inſuper, cum Symbolum ſit velut Compendium Scripturarum: in ijs autem apertiſsime denuntietur Reprobos adfuturos eſſe iudicio, *Procedent qui mala egerunt in reſurrectione iudicii, &c.* de hac re nihil dubitandum. Quibus porro dicturus eſt Iudex, *Ite maledicti in ignem æternum*, niſi iniquis ac reprobis? MINIST. Fidei rationem aſsignat iſtam. 174. Ioan. 5. B Matt. 25.

DOMINICA XVIII.

Fides eſt certa & firma cognitio dilectionis Dei erga nos. DOCT. Quam inepta & impia definitio. Fides enim eſt tam bonorum quam malorum. Credendum ſiquidem, magnam iram Dei eſſe aduerſus impios: Inferos eſſe atque dæmones: tormenta æterna, corporea & ſpiritalia iniquis eſſe repoſita, &c. Ergo fides eſt etiam longe aliarum rerum cognitio, quam ſolius dilectionis Dei erga nos. Deinde, ad fidem pertinent quæcunque expreſſo verbo Dei continentur. At non tantum continetur dilectio Dei in ſacris literis. Poſtremo, longe alia eſt Pauli Apoſtoli Ieſu Chriſti definitio fidei, ab hac quam inuehere conatur Geneuanorum Pſeudoapoſtol9. 175. C Hebr. 11.

Fides iuſtificat nos, vt obtineamus vitam æternam. Solam fidem intelligunt, vt alijs exponunt locis, idque ſine vllo expreſſo Dei verbo. Imo aduerſus ea omnia, quibus Spes, Caritas, Obedientia, Oratio, Patientia, & aliæ virtutes diſerte commendantur atque præcipiuntur. Et Apoſtolus Iacob, docet. Fidem ſine operibus eſſe mortuam, inanem, diabolicam. Hoc exemplis Abrahæ & Raab, oſtendit, quos vult non ſola fide, ſed & operibus fuiſſe iuſtificatos, &c. 176. D Iac. 2.

Si quis perfectus reperiretur. Scriptura palam dicit, Noe iudicio Dei perfectum repertum eſſe: Abraham virum perfectum. Dauid ait: Et ero perfectus cum eo. Aſa Rex perfectum cor habuit coram Deo Ezechias ambulauit in veritate, & corde perfecto. Tot quippe ſunt teſtimonia diuina in falſam Caluini hypotheſim. Chriſtus dum præcepit, *Eſtote perfecti,* 177. Gen. 6. 17. 2 Reg. 12. 4. Reg. 20. 3. Reg. 15. Matt. 6.

Matt. 6. *fecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt*, an his A
verbis ad id nos obligat, quod per gratiam
ſuam præſtare nequeamus? Aut Deum con-
demnabis, vt teipſum iuſtifices aut excuſes?
MIN. De ſe, & ſuis ſubdit:

DOMINICA XIX.

178. *Priuſquam Deus nos gratia ſua donarit, non
poſſumus niſi peccare.* DOCT. Si vir Ethnicus,
Turca, Iudæus, & quilibet actu in peccato
exiſtens ex naturali pietate honoret Patrem
& Matrem, nudum induat, conſoletur affli-
ctum, ſepeliat mortuum, pauperem reficiat
iuuetque, rem Deo inuiſam facit? Contra
mandata eius pergit? Virtutes morales pec-
Exod. 1. cata ſunt lethalia! Obſtetrices Aegyptiæ in- B
fantulos Hebræorum à nece ſeruantes, cri-
Ioſu. 2. men admiſerunt? Raab exploratores Ioſue
in pace emittens, crimen incurrit? Non au-
deretis, opinor, verbis aſſerere. Quid Zuin-
glio & Tigurinis obijcietis, Ethnicos virtu-
tibus moralibus præditos, cœlo donantib⁹?
Conuenite prius comminiſtris & fratribus
veſtris, quam ſuperiorem Theſim propo-
natis.

MIN. *Iam de bonis operibus diſſerit:*

DOMINICA XX.

179. *Nonne opera noſtra merentur eſſe accepta Deo,
cum proficiſcantur à Spiritu S. R. Nequaquam.*
Ioan. 3. Imo vero cum ipſemet Dei filius ſancte re- C
Mat. 5. 12. promittat ſe redditurum pro eis mercedem
25. vitæ æternæ: vt mortem cōminatur ſempi-
1. Cor. 3. 5. ternā, iis qui mala fecerint. Apoſtolus quo-
2. Cor. 9. que ait: *Vnuſquiſque mercedem accipiet ſecundum
proprium laborem. Qui ſeminat in benedictioni-
bus, de benedictionibus & metet. Qui ſeminat in
ſpiritu, metet vitam æternam.* Et de Sanctis ſuis
iterum dicit Chriſtus: *Ambulabunt mecum in*
Apoc. 22. *albis, quia digni ſunt.* Supr. l. 8. c. 6.

180. Seipſum iugulans Hæreſiarcha, illico ſub-
iicit. *Deus pollicetur remuneraturum ſe cumulate*
Antidot. in *opera fidelium hac in vita, vt & in cœlis.* Ergo
c. 5. ad Ro. ſunt illi grata & accepta: non peccata ei in-
v. 19. uiſa, vt alias clamitat. Quin & impudentior D
ac obſcœnior eſt, adeo vt pace veſtra, dicat,
Deum non pluris bona opera facere, quam
fœtida ſtercora. Sup. l. 8. c. 5.

DOMINICA XXI.

MIN. *Inueſtigat:*

181. *Quid eſt pœnitentia? R. Diſplicentia mali, & a-*
[illegible] 4. c. *mor boni. procedens ex dilectione Dei.* DOCT.
[illegible] Alibi aſſerit, eam nihil aliud eſſe, quam *recor-*
[illegible] *dationem Baptiſmi.* An non pudenda contra-
dictio? At vero, Eccleſia Scripturis innixa
præclare docet, huius Sacramenti partes eſ-
ſe Contritionem, Confeſſionem, Abſolu-

tionem, & Satisfactionem: finem vero Re-
miſsionem peccatorum, iuſtificationem, &
reconciliationem cum Domino. Breuitatis
gratia, loci Scripturarum ſunt Pſ. 6. 31. 37. 50.
Dan. 3. & 4. Ioel. 2. Matth. 3. 11. 16. 18. Luc. 3. 13.
14. 15. Ioan. 20. Act. 3. 19. &c. MIN. Ad legem
ſic pergit.

DE LEGE ET PRAECEPTIS DEI.

CAPVT VII.

Lex ſecernitur in duas partes, quarum prima 182.
continet quatuor mandata poſterior ſex. DOCT. Ser. 95. de
Hæc partitio non ſolum aduerſatur doctri- temp. l. 15.
næ B. Auguſtini, ſed & vniuerſæ Eccleſiæ di- contra
ſtributioni: quæ tria tantum in prima tabula Fauſt. c. 4.
conſtituit, quæ ad cultum Dei pertineant: Li. 3. Conf.
ſeptem in altera, quæ ad amorem proximi. c. 2. ep. 119.
Quinetiam eadem Caluini diuiſio Commi- L. de conf.
niſtris eius aduerſatur, quando Ioan. Oeco- aurec.
lampadius, præceptum de honorandis pa- Li. 1. Theol.
rentibus, quartum facit. Hemmingius profi- Calu. art.
tetur ſe nolle hac in re turbas in Eccleſiam 10.
inuehere: Schluſſelburgius inde Caluinia-
nos arguit: conteſtaturq; Luthero nūquam
illam partitionem arriſiſſe. MIN. De cultu
Dei rogat:

DOMINICA XXII.

Quis honor proprius Deo ſoli? R. Illum ſolum ad- 183.
orare, inuocare, &c. DOCT. Attamen Scri- Gen. 18. 19.
ptura recenſet multos licite laudabiliterque 23.
adoratos à piis hominibus. Eſt igitur ſpecies Ioſue 5.
quædam adorationis, ſoli Deo debita, quā Ruth. 2.
Auguſtinus, & alii poſt hunc Theologi, La- 1. Reg. 10.
triam vocant: & altera inferior, quæ tribui 25. & 28.
poteſt excellentibus creaturis. Auguſt. li. 20. &c.
contra Fauſtum, c. 21. l. 8. de ciuit. c. 27. qu. 69.
ſuper Exodum.

Eadem ratione, talis eſt inuocatio quæ ſo- 184.
li Deo fieri debet: alia vero quæ ad ſanctos
Angelos & homines, iam cœlis ſuſceptos, &
cum Chriſto regnantes vtiliter dirigitur.
Sic namque legimus Abraham, Loth, Ia-
cob, Ioſue, Iob, Danielem, Tobiam, Zacha-
riam, angelis demiſſe ſupplicaſſe. Præterea,
Moyſem precibus ſuis ad Deum interpo-
ſuiſſe ſanctos Abraham, Iſaac, & Iacob. Sa- Exod. 32.
lomonem oraſſe: *propter Dauid ſeruum tuum,* Pſ. 131
non auertas faciem Chriſti tui. Eliſæum etiam 4. Reg. 2.
Eliam inclamaſſe, *Pater mi, currus Iſrael, &c.*

Hæreſiarcha improbe miſcet ac turbat
omnia, vt zizania ſua
ſeminet.

DOMI-

DOMINICA XXIII.

MIN. *Præcipit puero.*

185. Exod. 20. Deut. 5. *Dic ſecundum præceptum. R. Non facies tibi ſculptile.* Non eſt hoc ſecundum præceptum, ſed pars, appendix, ac expoſitio primi, vt patet in Exodo: quod Hæretici ideo diuellunt, vt in ſacras imagines liberius expatiantur & debacchentur. Gen. 1. 1. Cor. 11. 2. Cor. 3. Coloſſ. 1. Heb. 1. Confundentes porro imaginem cum idolo, & anathemate magni Concilii Nicæni ſecundi confodiuntur, & Deo contumeliam inferunt facienti hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, non ad idolum Chriſtus quoque dicitur imago Patris, & homo imago Chriſti: nunquam autem idolum.

186. Euſeb. Damaſc. Conc. Nic. Athan. Niceph. Metaphra. *An velit omnino prohibere omnem imaginem? R. Minime.* Licet igitur nobis ſacras Chriſti hominis, & Sanctorum eius imagines habere in templis, in viis, in domibus in templis: vt & Chriſto adhuc in terris viuente, Abagarus Rex, mulier Emorrhoiſſa palam habuerunt: & eo mortuo, B. Nicodemus patientis eiuſdem Chriſti pie ſibi depinxit imaginem: & Lucas Euangeliſta Deiparæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli effinxit imagines. An non ergo vos palam impij iconomachi, qui Iudæorum atque Turcarum more, in eas tam furenter irruitis? Supra, lib. 10. c. 17. 18.

187. *Vetat vllam fieri imaginem ad exprimendum Deum.* Vt Deus ſpiritus eſt, infinita maieſtate præditus, & incomprehenſibilis, nullis certe coloribus, nullis lineamentis, aut figuris exprimi poteſt: nec id facere vllus vnquam eſt aggreſſus. Dan. 7. Apoc. 1. Iſa 6. Damaſc. L. de Imag. Sed iuxta illas formas corporeas, & viſibiles effigies, quibus ſæpe innotuit, ſeipſumque oculis mortalium conſpiciendum obtulit, nemo prohibere poteſt. Id enim quod Scriptura, & hoc ipſum penicillus oculis ſubijcit.

188. *Quod genus adorationis prohibetur hoc mandato? R. Id nimirum vt ſiſtamus nos coram imagine adorandum, flectamus genua coram illa, &c.* Non eſt hoc Caluine, non eſt hoc quod prohibetur: ſed ne more Gentium idola Iouis, Herculis, Mercurij, aut Iunonis, Veneris, Proſerpinæ veneremur: aut in morem Iudæorum vitulos aureos colamus, dicentes: *Hi ſunt dii tui, &c.* Adhæc, genua flectere, caput aperire, iungere manus, &c. non ſunt proprie & vere adorationes, ſed ſigna quædam externa Deo & creaturis adiaphora & communia. Adoratio vero proprie dicta, agnitio eſt interior ac ſpiritalis ſupremæ poteſtatis, bonitatis & maieſtatis diuinæ, ſub qua & nos & omnia noſtra demittimus. Hæc vero nullis A vnquam Creaturis ratione præditis exhibetur: tantum abeſt imaginibus. Verum enimuero, vt olim pij Hebræi proſternebant ſe, & Deum verum inuocabant coram arca teſtamenti, ac imaginibus Cherubinorum, & Serpentis ænei, ita & religioſe Chriſtiani ante imaginem Crucifixi, &c. Denique, Sanctos inuocare, vt pro nobis intercedant ad Dominum non magis ad adorationem pertinet, quam cum hic nos fratrum precibus commendamus. Vide ſupra l. 10. ca. 13. & 14.

DOMINICA XXIV.

Quid ſignificat Deus per zelum ſuum? R. Nullũ 189.
B *ſe pati poſſe ſocium aut corriualem.* Huiuſmodi paſſiones non cadunt in Deum, velut pie doctęque ſcribit Auguſtinus: Amas, nec æſtuas: zelas, & tranquillus es, pœnitet te, & non doles.] L. 1. Conf. c. 4. & lib. Med. c. 17. Zelus ergo iſte amorem tam perfectum & immenſum deſignat, vt fingi nequeat maior, vel etiam hominis zelotypi. Cæterum, Paulus nihil reformidat ſic loqui: *Si ſocii paſſionum eſtis, & conſolationis eritis.* 2. Cor. 1. Hinc præcellentes honorum tituli quibus Deus Sanctos ſuos fratrum, amicorum, membrorum corporis ſui nominibus dignatur, cum nomen ſociorum exſuperet, 2. Petr. 1. iſti & conſocij, & conciues & conſortes, & C conreges Chriſti, ſine huius iniuria poſſunt appellari. Non & tu ſupra dixiſti nos eſſe Socios Sacerdotij eius? Dominica vi. §. 131.

Natura omnes maledicti ſumus. DOCTOR. 190.
Gen. 1. Contumelioſus es Deo, qui cũcta quæ creauit, benedixit, vidit, & erant valde bona. Contumelioſus vniuerſæ naturæ humanæ, quæ condita eſt vt Deum factorem ſuum referret, agnoſceret, laudaret, quamque aſſumpſit filius in vnitate perſonæ, & Spiritus ſanctus vt templum ſuum inhabitat. Tu Marcionita & Manichæus, dicens naturam non ſolum ex ſe malam, *ſed & maledictam à* D *Deo,* quod deterius eſt. Neque vero Dominus in ira furoris ſui maledixit naturæ humanæ quam fecit, ſed peccato, quod non fecit. Prædixit vero labores, anguſtias, ac innumeras ærumnas: ſeu mala ſupplicij ac pœnæ (ait Tertullianus) quæ pro peccatis erat toleraturus.

DOMINICA XXV.

Docet nos vniuerſe nunquam nomen Dei efferre, niſi cum tremore & humilitate ad illud glorificandum. 191.
At vero, ſanctiſsimum nomen Ieſu, nomen eſt Dei veri, viuentis, omnipotentis, & Creatoris omnium: ergo Caluinus impie conuitiorum ſuorum plauſtra exonerat in eos, qui hoc nomen venerantur:

Supr. l.3.c 11. tur: vobis autem perſuadet non pluris illud facere, quam prophanum nomē Beelzebub Phil.2. vel Satanæ. Quantum ergo ſibi parum con- Act.5. ſtat, tantum Apoſtolis & primis Chriſtianis aduerſatur, qui ad illud genu flectebant, & gloriabantur pro eo contumeliam pati. Tertullianus libr. aduerſ. Iudæos, Cyprianus libr. de bono patientiæ, Bernard. Serm. decimo tertio in Cantic. hæc fuſius demonſtrant.

DOMINICA XXVI.

192. *Cum ſex dies ad operandum tribuit, ſeptimum reſeruat, in quo non liceat operari.* Vos Caluinus ad ritus Moſaicos denuo vocat, nimirum ad Sabbathum celebrandum, id eſt, diem ſe- B ptimum, non autem Dominicum qui eſt primus hebdomadæ dies. Num hoc eſt oblu- *Apoc.1. Iuſt. & Tertull. in Apolog.* ctari vniuerſæ Eccleſiæ Apoſtolicæ, & memoriam reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti abolitam velle?

DOMINICA XXVII.

193. *Supr. l.10. c.15.* *Aſſueſcat quiſque operari reliquo tempore, cum vnus dies ſit feriatus.* Imo vero octauæ Paſchatis, Dedicationis, Pentecoſtes, Tabernaculorum, dieſque Calendarum, Neomeniarum, & Victoriarum, qui omnes Iudæis ſacri erant, ſatis comprobant, plurimos alios dies à ſeptimo fuiſſe, in quibus ab omni o- *Clem. Ignat. Dionyſ. Tertull. Cyprian. Auguſt.* pere ſeruili ceſſandum erat. Ita iam ab Apo- C ſtolis ſunt nobis feſti dies natalitius Seruatoris, Epiphania, Hypapante, Paſſio, Paſcha, Pentecoſte, Aſcenſio, &c. Sunt dies Virginis Deiparæ, Apoſtolorum, præcipuorum Martyrum.

194. *Supereſt vt ſeruemus ordinem conſtitutum in Eccleſia: nec perturbemus ſpiritualem adminiſtrationem.* En vos tandem etiam à Caluin. redactos ad Eccleſiaſticas conſtitutiones noſtras & regulas, in rebus de quibus nihil in ſacris literis ordinatum eſt. Ordo autem ille quē *Aug. ep. 118.119.* probamus, ab Apoſtolis eſt conſtitutus, à Diſcipulis obſeruatus, à Concilijs & Patribus confirmatus. Non ergo iſte præferen- D dus eſt ei, quem Caluinus inuenit, & inuexit?

DOMINICA XXVIII.

195. *Deus longam vitam iis largietur, qui patrem & matrem honorant, vt par eſt.* Ergo parentes honore afficere opus eſt Deo gratum, acceptum, ac diuina remuneratione dignum. Atq; ita non omnia bona opera hominum peccata ſunt mortalia, non omnia pollutio- *Supr. l.8. c.5.* nes gratiæ Dei, velut iactant Authores veſtri Caluinus & Beza.

DOMINICA XXIX.

196. *Corpora noſtra & animæ templa ſunt Spiritus* A *ſancti, ideoque ſeruanda in omni honeſtate.* Ergo neque natura ſumus maledicti à Deo, vt nuper aiebat Caluinus: quandoquidem Deus ſ.190. diligat templa ſua, & in eorum violatores ſeuere animaduertat: neque ſemper & vbique peccamus, neque ad bonum ſumus pœnitus inutiles, quemadmodum de vobis ipſis initio profitebamini.

197. *Sicque caſti ſimus non tantum facto, ſed & deſiderio, & geſtu, vt nulla pars noſtri maculetur impudicitia.* Qui conuenire poterit iſtud, cum natura maledicta? Semper & vbique tranſgredienti mandata Dei, ac omnino inutili ad bonum, qualem veſtram eſſe dixiſtis? B Cum ijs, quibus tam neceſſarius eſt complexus fœminæ, quam manducare, bibere, ſcreare, vti Luthero? Qui vltra quatuor aut quinque dies continere nequeunt, quemadmodum de vnoquoque veſtrum profitetur Scutigerulus fidei veſtræ? MIN. Cenſor noſter ait.

DOMINICA XXX.

198. *Damnantur omnes malæ artes, & media irrationabilia attrahendi ad nos bona proximorum, ſiue violenter, ſiue arte, vel alio quocunque modo id fiat.* DOCT. Dicite ô boni, an non violenter innumera fere templa noſtra, & monaſteria, innumeris propemodum diuitijs & bo- C nis violenter ſpoliaſtis? Ea in commoda veſtra conuertiſtis? Vſque in hanc diem nihil eorum reſtituiſtis? Imo & loca & redditus Epiſcoporum Geneuēſium, Lauſanenſium &c. adhuc cum ſumma vi, fraudeque retinetis? Ecquis ergo vobis perſuadebit fugere à ventura ira & damnatione?

DOMINICA XXXI.

199. *Vide Tert. l. de Bapt. c.5.* *Cupiditates quæ ſtimulant cor hominis, etiam abſque voluntate firma & conſenſu, ſunt peccata coram Deo.* Minime gentium: ſed ſunt pœnæ peccatorum relictæ ad humiliandum & deijciendum hominem, ne de ſe ſuperbe ſentiat: hinc, diligentius ſibi caueat in poſte- D rum: inde, materiam exercendæ virtutis capiat. Alioquin natura ipſa peccatum foret, & Deus peccati author haberetur: qui errores fuerunt Manichæorum. Aduerſus quos ſcribit Auguſtinus libr. de nupt. & concupiſcent. caput vigeſimum quintum, & libro ſexto adu. Iul. cap. quintum & ſextum. Tandem & contra teipſum pugnas, dicens ali- *In c.7. ad Ro. v.14.* bi, peccatum nullum eſſe, niſi ſit voluntarium.

DOMINICA XXXII.

200. *Ep. ad Da-* *Tanta infirmitas eſt in cunctis hominibus, vt nemo poſſit perfecte ſatiſfacere Legi, &c.* Deus impe-

Digitized by Google

maſum. imperaret rem impoſsibilem, quod bla- A
l. de natur. ſphemum reputant B. Hieronymus & S. Au-
& grat. c. guſtinus. Longe ante hos Tertullianus & D.
43. & 69. Cyprianus multis ac euidentibus probaue-
rant argumentis, homini iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, mandata non eſſe obſeruatu nec impoſsibilia, nec difficilia, imo delectabilia ſuper aurum & topazium libro ſecundo, aduerſus Marcionitas, capite octauo, Epiſt. vndecima, & vigeſima-quinta. Lege horum confeſsionem.

MINISTER. *Legi Diuinæ ſic detrahit.*

DOMINICA XXXIII.

201. *Lex Dei incredulis nihil eſt, quam accuſatio, & culpa inexcuſabilis coram Deo.* DOCT. Tu ma- B
Pſ. 18. & le maligneque omittis, ſimul & negas præci-
118. puum eius finem, videlicet, illuminare mentes hominum, conuertere animas ad Dei notitiam, timorem, & inuocationem adducere, ad pœnitentiam de peccatis prouocare, Meſsiam ſaluatorem oſtendere, &c. Niniuitæ, Achior, Raab, Ruth, & innumeri proſelyti hoc ipſum docent.

202. *Dicemus ergo, quamuis dum hanc mortalem vitam viuimus, legem nunquam impleamus, hanc tamen nō eſſe ſuperfluam.* Vere fatemini de votis ipſis, qui negatis omnium arbitrii libertatem: & profitemini vos eſſe natura maledi-
Luc. 1. ctos, atque inutiles ad bonum. Sed de multis C
3. Reg. 11. piis ac ſanctis viris elogium iſtud exſtat in
4 Reg. 18. Scripturis: *Incedebant in omnibus mandatis &*
1. Paral. 28 *iuſtificationibus Domini.* Dauid, Ezechias, Ioſue, ait Scriptura, ſeruarunt mandata quæ dedit Deus per Moyſem. Non ſunt ergo metiendæ virtutes Sanctorum ex veſtra improbitate & nequitia. Quod & ſi quædam infir-
In Matth. mitates in eis reſideant, *Domino tamen* (ait
c. 6. v. 24. Caluinus veſter) *probantur fidelium conatus & ſtudia, perinde ac ſi integram illi obedientiam præſtarent.*

203. *Nullum aliud petit Sacrificium, quam obedientiam.* Illud quidem in primis, & præcipuum: ſed non ideo excludit recuſatque Sacrificia D laudis, cordis contriti atque demiſsi, precū,
In c. 6. eleemoſynarum, mortificationum corpo-
Ioan. ris, actionis gratiarum, &c. Adhæc, tecum pugnans ſcribis alio loco, *Deum ſolum à nobis exigere, vt credamus.* Credere vero ac obtemperare, nonne diuerſa ſunt? Concordabit nulli, qui ſecum diſsidet ipſe. MIN. De oratione diſputationem iſtam inſtituit.

DE ORATIONE.

CAPVT VIII.

DOMINICA XXXIV.

INtelligis *ſolum Deum eſſe inuocandum? R. Ita.* DOCT. Si adderes, vt Creatorem omnipotentem, authorem omnium bonorum temporalium & ſpiritualium, ac eum à quo omnis ſalus noſtra pendet, me comproba-
torem haberes. Hic eſt enim qui facit mira- Pſal. 71.
bilia magna ſolus. Facit quæcunque vult in Pſ. 134.
cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyſsis. Iacob. 1.
Omne bonum, & omne donum perfectum eſt ab hoc Patre luminum, &c. Sed inuocare velut fratres, proximos, ſocios, & apud cōmunem Deum Patremque, idque auſpiciis & fauore Chriſti, vel Angelos, vel alios beatos ſpiritus iam cum Deo regnantes, & laudabile, & vtile, & Scripturis innixum, & praxi totius Eccleſiæ corrobatum eſſe ſuperius
copioſe demonſtrauimus. Hic nolumus a- L. 10. c. 14.
ctum agere. Tantum repetimus: Patriarchas inuocaſſe Angelos: Prophetas adhortatos eſſe homines, vt pro ſe inuicem precentur: Paulum orationes aliorum expetiuiſſe: Deū præcepiſſe Abimelecho, vt inuocaret ſanctum Abraham: & principibus Arabum, vt Iobo ſupplicarent, &c. Nec proderit obiectare, cum Vigilantio, *Sanctos mortuos eſſe,*
quandoquidem & Angeli mortis legibus Sap. 3.
non ſubiacent, & Iuſtorum animæ ſic in manu Dei ſunt, vt non tangat eas tormentum mortis, &c. MIN. Colligit ita:

Nonne ex eo bene nobis licet concludere, nec An- 225.
gelos, nec Sanctos qui è viuis exceſſerunt, eſſe inuo- Supr. L. 9.
candos? R. *Ita.* DOCTOR. Perperam id con- c. 23. L. 10.
cluſum. Nam tametſi ex hac vita exceſſerint, c. 11. & 14
nihilominus meliori & beatiori vita viuunt cum Chriſto in cœlis. Vita non eſt illis erepta, ſed mutata in melius. Inuocamus Chriſtum hominem, qui ex hac vita in cœlos migrauit, & alibi vt homo interpellat pro nobis. Patriarchæ, Prophetæ, Patres omnes Angelos & alios cœli ciues religioſe inuocauerunt. Vigilantius à S. Hier. S. Aug. S. Iſidoro, S. Bernardo, ac vniuerſa Dei Eccleſia hæreſeos damnatus eſt, quod contrarium pertinaciter defenderit: vt & vos nunc facitis.

Deus Sanctis non tribuit, vt nos iuuent, nobiſq; 206.
auxilientur. Quinimo, vt membris eiuſdem Rom. 12.
corporis, fratribus eiuſdem familiæ, atque 1. Cor. 12.
conciuibus conceſsit, vt mutuo ſibi ſint au- Gen. 19.
xilio. Adhæc, profuit ciuibus Segōr Beati Pſ. 131.

Digitized by Google

Exod.32. Lot oratio : Ieroſolymitanis & Salomoni,
Act.7. pietas Dauidis : Iſraelitis fœdus ictum cum
Abraham, Iſaac, & Iacob: Stephanus Paulo:
Act.27. Paulus denique ſeptuaginta animabus, qui-
bus Dominus in gratiam eius vitam donauit.
Lege Auguſtinum Epiſt.137. & l. 22. de ciuit.
c.8. MINIST.

207. His bellum ſuum aduerſus Sanctos hoſtis
redintegrat: *Nec vero probat Deus vt inuocemus*
Heb.1. *Angelos, neque vt recurramus ad illos.* DOCT. I-
mo vero, quando conſtituit illos admini-
ſtratorios noſtræ ſalutis, noſtros apud ſe in-
ternuncios, caſtra metentur circa nos, cuſto-
diant nos in omnibus viis noſtris, pœniten-
Pſ.32. tiam noſtram eiſdem reuelat, tandemque a-
Luc.15.& 16. nimas quas redemit ſanguine ſuo in locum
deportent quietis & pacis, Iacob, Iob, To-
bias, Lot, Daniel, Zacharias bene illorum
ope ſunt vſi ac precibus quos implorarunt
aliquando. De iis copioſe egimus ſupra, Li-
bro nono. cap. 22. & 23.

DOMINICA XXXV.

MINISTER. Rogat rurſus.

208. *Quid eſt Deum precari lingua ignota? R. Irriſio*
Dei ac peruerſa hypocriſis. DOCT. Nulla lingua
in primis Deo, cui preces nuncupantur, igno-
ta eſt. Quod ſi multis hæreſeon Miniſtri (vt
plurimos in ſuis peregrinationibus tales ſe
L. de ſtat. Eccleſ. reperiſſe ſcribit Dauid Chytrę us, & ipſe Mi-
niſter) latina lingua ſit ignota, Arcadica cer-
Contra Heshuſ. te ſunt animalia: ſeu quod ait Beza de Luthe-
ranis, Bipedes aſini. Sed quid de puerulis cẽ-
ſebunt, quos baptizant lingua eiſdem pror-
ſus incognita? At vero, fructus orationis non
pendet ex intelligentia verborum, ſed ex
mentis pietate, fide, ſpe, caritate, humilitate,
feruore, &c. Accedit, quod Hebræi, Græci,
Latini, preces ſuas publicas, in linguis illis e-
ruditis, & paſsione Chriſti ſacratis per-
petuo conceperunt & pronunciauerunt:
non in vulgaribus, quę nullis certis conſtant
legibus, ſed in dies variantur & corrumpun-
tur. MIN. Iterumque rogat.

DOMINICA XXXVI.

209. *Intelligis nobis non licere Deum inuocare, quam*
ſolum in nomine Chriſti? R. Sic intelligo. DOCT.
Act.10. Cornelius Centurio nondum Chriſtum a-
Act.8. gnoſcens, Deum inuocabat, & exauditus eſt.
Tantundem ſentiendum de Eunucho Ae-
thiope & innumeris aliis ſub lege naturæ, &
Moſis, qui ignoto ſibi adhuc ſingulariter
Chriſto, Deũ in genere pie exorarunt. In O-
ratione Dominica, nulla expreſſa Chriſti oc- L. Medit. c.
currit mentio, &c. Ite ergo Miniſtri, ite ad 5.6.14.16.
magni Doctoris Auguſtini ſcholam, & ab eo & 32.
mecum diſcite, opportunum etiam eſſe, Fi-
lium inuocare in nomine Patris & Spiritus
ſancti, ipſum Spiritum in nomine Patris &
Filii, ſicut Patrem in nomine Filii & Spiritus
ſancti, vt remittant nobis debita noſtra: quã-
doquidem ſanctiſsima Trinitas vnus Deus
ſit, cuius opera erga nos ſunt indiuiſa.

Dedit nobis Chriſtus acceſſum & introitum ad 210.
Patrem, & intercedit pro nobis. Addendum fuit, L. quæſt. &
hunc intercedere quatenus homo eſt. Nam reſp. pa.35.
cum Beza defendere, quod intercedat qua- Opuſc. la-
tenus Deus eſt, fingere eſt eum Patre eſſe mi- tin. p. 675.
norem, negare eum Deum eſſe Patri æqua-
lem, & Iudaiſmum Arrianiſmumque ex or-
co reuocare. Præterea credendum quod ve-
ris, expreſsiſq; orationibus intercedat, non In c. 16.
ſola paſsionis & ſanguinis efficacitate, quem- Io. & in c.
admodum prodit Caluinus. Siquidem ipſe- 8. ad Rom.
met reuelauit: *Rogabo Patrem, & alium Para-* Io.14.
cletum dabit vobis. Ea ratione diſcipulus quem 1.Io.2.
diligebat, prædicat eum eſſe Mediatorem & Rom.8.
Aduocatum noſtrum apud Patrem. Et Pau- Hebr.7.
lus adfirmat eundem ſemper viuere ad in-
terpellandum pro nobis. MINISTER.
Ait quoque.

DOMINICA XXXVII.

Vt melius dirigamur (in orationibus, Chriſtus) 211.
dedit formulam, in qua comprehendit omnia, quæ
nos petere licet, Pater noſter, &c. DOCT. Aper-
tius in Confeſsione fidei veſtræ dicitis, nobis
non licere precari, niſi ſequendo formulam
iſtam, quam Deus verbo iſto dictauit: quod Art.24.
falſum eſſe oſtendimus, ex eo quod idem
Chriſtus & in cœna, & in horto, & in cruce
aliis orandi formulis vſus eſt. Hinc Petrus,
Paulus, Apoſtoli omnes, primi Chriſtiani
non ſemper eandem formam ſequuti ſunt:
ſed plurimas vſurparunt, prout Spiritus ſug-
geſsit, & poſtulauit neceſsitas, &c. MIN. Poſt,
ea interrogat:

DOMINICA XXXVIII.

MINISTER. Exquirit.

Quare Deus dicitur Pater, non alio nomine? R. 212.
Quia oportet conſcientias noſtras conſtantes & ſe-
curas eſſe, quando orandum eſt, &c. DOCTOR.
Quan-

Quantum ad Deum attinet, nullo certe modo dubitandum eſt de eius bonitate, veritate, poteſtate, & clemētia: quia natura & eſſentia bonus, verax, omnipotens, & clemens eſt: diſcutiendum vero an eius bonitate & clementia digni fuerimus: atque hinc oritur omnis dubitandi materia & argumentum. Et enim vt multus eſt ad ignoſcendum, ſic multus ad vlciſcendum. Sicut pater humaniſſimus, ſic & iudex acerrimus peccatorum. Idcoque nō oportet orationem tam eſſe fidentem, vt præſumat: ſed humilem vt in primis veniam & remiſsionem petat delictorum. A

B

DOMINICA XXXIX.

213. *Quidquid Deus facit, oportet vt operationes eius appareant glorioſæ, vt & glorificetur in eis.* Peccatis hominum & dæmonum nō glorificatur, ſed potius exhonoratur, contemnitur, blaſphematur: ergo ſibi contrarius, & impius eſt Caluinus, alibi ſcribens, eum omniū peccatorum eſſe authorem, Sathanam tantum miniſtrum. *Ego honorifico Patrem meum*, inquiebat ad incredulos Chriſtus, *vos autem inhonoraſtis me, &c.* Nam peccando, ſua Deo denegatur obedientia & reuerentia: irrogatur vero contumelia. MINISTER. De Angelis ſic ſtatuit.

Supra.l.2. c.13.
Io.8.

DOMINICA XL.

214. Supra, l.9. c.19. *Angeli nihil quærunt, niſi vt placide, integre, & ſine vlla tergiuerſatione pareant Deo.* DOCT. Ergo Catechiſta veſter peruerſus, & ſibi valde contrarius eſt, cum eos alibi arceſsit & redarguit vanitatis, imbecillitatis, ſtultitiæ, mendacii, & multarum eiuſmodi culparum lethalium.

215. *Peroptamus vt omnes homines ſeſe demittant Deo voluntaria obeditione.* Deſiderium tam honeſtum & rationabile; quam turpe, alienum ab omni ratione, atque damnabile eſt dogma tuum contra liberum hominis arbitriū. Quomodo enim voluntaria & ſpontanea erit obtemperatio, ſi nulla ſupereſt in voluntate libertas? Si cuncta neceſsitate eueniunt vt ante Caluinianos ructauerunt Simoniani, Marcionitæ, & Manichæi? Si certa ſtant omnia lege? &c.

DOMINICA XLI.

216. Math.6. Ex contextu B. Matthæi petere iubemur τὸν ἄρτον ἐπιούσιον panem ſuperſubſtantialē: plerique Patres omnes de ſanctiſsima Euchariſtia interpretantur, in qua reficimur pane qui de cælo deſcendit, id eſt, ſanctiſsima carne Chriſti, quæ Spiritu ſancto ſuperueniente, ac virtute Altiſsimi concepta & nata eſt de Maria virgine. Io.6. Hanc ipſam demiſſe poſtulamus, & Chriſtus inſigni liberalitate nobis promittit, offert, & communicat dicens. *Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Hoc aſtutus & vafer Caluinus animaduertens, prætermiſit, ne ſuis metonymiis ac figuris, quas tantum hic agnoſcit, officeret aut derogaret. MIN. Satisfactiones omnes reiicit.

DOMINICA XLII.

Nullo modo poſſumus ſatisfacere, vel pro minima culpa, quam admiſerimus. 217. DOCT. Qui garris de culpis minimis, qui alibi canis, nulla eſſe peccata venialia, ſed omnia eſſe ais, mortalia? Oportuiſſet ſane mendacem eſſe memorem. Cæterum, ſi de culpis lethalibus, vel pœnis æternis quæ debentur illis agitur: & nos id fatemur. Sin vero de peccatis leuioribus, venialibus, aut pœnis temporariis, ſcripturis & doctrinæ patrum nixi, pernegamus. Nam pœnitētiæ duris laboribus ſeſe excruciantes Niniuitæ, Dauid, Achab, Manaſſes, C Petrus, Magdalena, pœnas temporarias euaſerunt. *Vidit Deus eorum opera*, ait Propheta, *& miſertus eſt ſuper malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Ion.3. Et alibi: *Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat.* Exod.32. Et iterum. *Placatus eſt Dominus populo ſuo.* 2.Par.30. Certe cum placatus dicitur, ei factum ſatis aſſeritur. Et cum mala, id eſt, ſupplicia, & plagas debitas remittit, fitque propitius, ſatisfactione vlterius non eſt opus.

Quando Deus remiſit peccata noſtra, nos ei grati ſumus, ac ſi reipſa iuſti ac innocentes eſſemus. 218. Addita reſtrictione intelligit Sanctos & iuſtos non in veritate tales eſſe: ſed quod peccata in eis ſemper maneant, nulla ſanctitate, D vel gratia infuſa mundentur vel purgentur: ſed ſola imputatione, diſsimulatione, vel denominatione tales cenſeantur. Ac ſi quis Aethiopem albo veſtiret, vt albus haberetur, non ater. Verum, Deus & ſeipſum & nos falleret, adfirmans illos ſanctos eſſe ac mundos: qui tamen reipſa non eſſent. Sanguis Rom.5. Heb.9. Chriſti non foret maioris efficientiæ ac virtutis ad eluenda hominum peccata, quam crimen Adæ ad maculandum. Nec verum eſſet quod Scriptura canit, Sanctos lauiſſe, & dealbaſſe ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Apoc. 7. & 20. Supra, lib.8. c.3. MIN. Sequitur.

A

DOMINICA XLIII.

219. *Poſtulamus vt Deus non ſinat nos malo inuolui, nec permittat vinci à Diabolo.* DOCTOR. An non homo iſte inconſtantiſsimus omnium? Secum vbique pugnans, & prioribus ſententiis ſuis fere ſemper repugnans? *Sup.l.2.c.8* Quantas enim poteſt contumelias congerit, & ingerit in eos, qui ſimplicem malorum permiſsionem agnoſcunt in Deo: hic vero eandem adfirmat, prædicat, & paucis verbis ſemel & iterum defendit. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? Alibi rur- B ſum eandem aſtruens ſcribit: *Permiſſione Dei Satanam occupare facultates dæmoniaci. Permiſſione Diuina milites Iudæorum ad tempus ſæuiſſe in Chriſtum, &c.* Qua ergo ſecuritate aures, animoſue homini tam vario & inconſtanti commodabitis?

220. *Deus non ſolum manum ſuam ſubtrahit ab ijs quos vult plectere, ſed etiam eos relinquit diabolo, excæcat, & tradit in reprobum ſenſum.* En ergo omnes animi cæcitates, furores, ſcelera, blaſphemias infidelium adſcriptas actioni Dei, veluti authori. *Excæcat*, inquit Caluinus. Qui fit? Non ſolum deſerendo ait, & manum ſubtrahendò, ſed & impellendò, ac im- C mittendo errores, mendacia, furores, &c. *Inſtit.l. 1.c 18.l.2.c.4. l.3.c.28.* An non eſt hoc Deum optimum confundere cum diabolo? Patrem luminum, cum principe tenebrarum? Deum comminiſci contrarium ſibi ac repugnantem? Qui id faciat, quod diſtricte prohibet? Supra, l. 8.c.13.

DOMINICA XLIV.

221. *Quamuis nobis liberum ſit, vti aliis in orationem verbis, aliaque forma & modo, tamen, &c.* En rurſum acres pugnæ, & manifeſtæ contradictiones Caluinicæ. Qui aliis in locis ne- D gant omnem in homine ſupereſſe libertatem arbitrij: nunc prædicant liberum eſſe quouis modo orare. Quique ſupra dixerunt, non alia forma precandum, quam pręſcripta ſit à Chriſto, Matth. 6. nunc alio conuerſis velis & remis, concedunt & alia vti forma, & aliis verbis. Sic noui Apoſtoli iſti inconſtantes ſunt in omnibus viis ſuis. MINISTER. Poſtea tractat De verbo Dei.

CAPVT IX.

DOMINICA XLV.

VBi tu verbum illud Diuinum conſtituis? R. *In ſacris continetur Scripturis.* Si verbum Dei 222. ſolum ſit in Scripturis, omnes ſancti Patriarchæ ab Adamo ad Moyſem, deſtituti fuerunt omni verbo Dei: ac conſequenter omni fide, ſpe, religione, atque ſalute. Ipſa quoque prima Chriſtianorum Eccleſia, per aliquot annos, eodem caruit. Quod Chriſtus ipſe prædicauit; quod Apoſtoli viua voce per orbem annunciauerunt: & per traditionem Eccleſiis reliquerunt, nec erit verbum Dei, nec ſuſcipiendum, ſed reiiciendum. Nec tenendum eſſet quod didicimus ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam: quod tamen diſtricte iubet Apoſtolus. MIN. Deinde quærit: *2.Theſſ 2.*

At, nonne oportet nos adniti, legere, audire doctrinam, quæ in eis Scripturis continetur. R. *Ita ſane.* DOCTOR. Et hic affectus oritur ex 223. voluntate noſtra, quæ gratiæ diuinæ cooperatur: atque ita liberum hominis arbitrium non eſt omnino captiuum ac ſeruum, non ſolum paſsiue ſe habet: ſed liberum & actiuum eſt. Ideo & Paulus nos dicit eſſe cooperatores Dei. Et Beza confitetur συνεργίαν voluntatis humanæ aduerſus patrem ſuum Caluinum. *Lib.1. Quæſtionum.* *1.Cor. 3.*

An neceſſarium eſt, vt ſint paſtores? R. Ita, & vt audiantur, &c. Vos à quingentis & 224. mille annis, ne vnum quidem ſignare poteſtis, qui docuerit, cantarit, orarit, ſcripſerit, cœnam fecerit more veſtro. Nulla ergo in vobis eſt Eccleſia. Deinde, ſi Paſtores in Eccleſia ſunt neceſſarii, & hi homines ſunt aſpectabiles, vera Dei Eccleſia ſemper viſibilis fuit & conſpicua.

Quicunque illos deſpicit, & audire renuit Chriſtum ipſum reſpuit. Aduertite quam bene nu- 225. giuendi inſtitores iſti merces ſuas, & artem ſuam iactent. Etenim magis cura eſt illis de verbo ſuo, id eſt, ferendis Caluinicis erroribus, quam de verbo Dei. Sed aſtute celant, quod ardentibus expoſcunt, nimirum, fœminas elegantes, ſtipendia bene opima, citra difficultatem bigamos, trigamos, pẽtagamos, heptagamos in miniſterium admitti. Sed quid ita? Cur non potius Paſtores legitimos audiatis, & SS. Patrum doctrinam, quam profanorum iſtorum, *Miniſtrorum præcipua deſideria.*

qui

Digitized by Google

qui nullam aut miſsionem, aut poteſtatem habent, niſi à ſeipſis?

226. *Sufficitne ſemel inſtitutum fuiſſe à Miniſtris, an vero eſt perſeuerandum? R. Parum prodeſt incepiſſe, ni perſeueres.* Hac in re Miniſtri veſtri manifeſte ſecum pugnant. Nam alibi mordicus defendunt, donum perſeuerantię adeo iunctum eſſe dono fidei & gratiæ, vt ab illo nūquam homo poſsit excidere. Verba Caluini
In c. Matt. 13. v. 20. ſunt, *Vt ſpiritus ſanctus nunquam extingui poteſt, ſic impoſsibile eſt fidem ſemel in cordibus hominum inſculptam perire.* Idem propugnat in c. 5. & 10. Ioannis: & Beza Confeſsione ſua, puncto 4. artic. 50. Quibus tamen contradicunt confitentes Adamum, Moyſen, Aaronem, Ionam, Zachariam, Petrum, Thomam, &c. ad tempus fidem amiſiſſe, Supra, libro 7. ca. 17. & 18. MINIST. De Sacramentis inde tradit.

CAPVT X.

DOMINICA XLVI.

227. *Non eſt aliud medium præter verbum Dei, quo Deus ſeſe nobis communicet? R. Coniungit Sacramenta cum prædicatione verbi ſui.* DOCT. Quid facies hominibus iſtis? Quod hic ma-
Supra, l. 4. c. 16. giſter affirmat, Beza diſcipulus negat, affirmans fidē ſolum inſtrumentū eſſe, quo Deus
Supr. l. 7. c. 14. nobis ſeipſum cōmunicat. Deinde, mutatus in virum alterum, ait: Spiritum ſanctū nullam communicare virtutem verbo Dei, aut Sacramentis. Perpendite viri Caluiniani, quam vos Miniſterculi iſti illudant, fallant, perdant. MIN. Quærit, & reſpondet.

228. *Quid eſt Sacramentum? R. Teſtimonium externum gratiæ Dei, quo per ſigna viſibilia, res ſpiritales nobis repræſentat.* DOCT. Sed Matrimonium, impoſitio manuum, vnctio infirmorum, abſolutio in pœnitentia, ſigna ſunt viſibilia, reſque ſpiritales repræſentant: ergo vere ſunt Sacramenta, quidquid aduerſus illa inſanientes clametis. In cœna porro veſtra nullum prorſus Sacramentum habetis, quandoquidem (vti vos etiam agnoſcitis) elementa ſint corruptibilia, quibus non eſt adhærendum. Supra §. 80.

DOMINICA XLVII.

229. *Quandoquidem Deus ob neceſsitatem noſtram Sacramenta introduxit, magnæ eſſet ſuperbiæ & præſumptionis dicere, quod iis carere poſſemus.* Quis non putaret Caluinum ijs docu iſſe Sacramenta neceſſaria fore ad noſtram iuſti-

A tiam & ſalutem? Verum, attendite iam proditorum iſtorum pudendam contradictionem. *Sacramenta* (inquiunt) *elementa corruptibilia ſunt, quibus non eſt immorandum. Sola fides* Supr. §. 80.
iuſtificat & ſaluat. Solum Deus poſtulat à nobis, vt L. 7. c. 13.
credamus. Sacramentis Deus nullam confert virtutem, &c. Quam ergo infœlices ac miſeri, qui Euripis & Proteis iſtis ſalutem ſuam cōmittunt? MIN. De Sacramentorum effectibus iam ſic loquitur.

Quando & quomodo Sacramenta ſuos producunt effectus? R. Quando recipiuntur in fide, Chriſtum ſolummodo quærendo & gratiam eius. DOCTOR. Cum paruuli baptizantur, nulla 228.
B adhuc notione Chriſti, aut gratiæ eius ſunt imbuti aut præditi, nullaque fide acquiſita, (infuſam non admittitis) ſunt inſtructi, Non ergo vultis eos inaniter baptizari? Et cum Anabaptiſtis, illos iterum ſacris vndis ablui? Sed bene habet, quod hic fatemini Sacramenta efficacia eſſe, & quoſdam producere effectus: quod alibi pertinaciter negatis.

Deus dat nobis Sacramenta, vt nutriant fidem, 229.
eam corroborent & augeant; quod Paulus denuntiat. Conciliate hos effectus Sacramentorum, cum eo quod dicitis, *Illa eſſe terrena & corruptibilia elementa quibus non eſt immorandum. Spiritum ſanctum nullam virtutem commu-*
C *nicare Sacramentis, &c.* Aut quomodo conueniunt Geneuani Miniſtri, cum Tigurinis dicentibus cum ſuo Zvvinglio, *Fidem eam* L. de vera
non eſſe fidem, quæ opus habeat ſacramentis? Vel & falſ. rel.
cum Oecolampadio ſcribente: *Fides noſtra* L. de verb.
non eget vlla re externa, vbi vera fuerit. En veſter Dom.
conſenſus orthodoxus: & diſcors concordia. MINISTER. Iam de numero illorum ſic decernit.

DOMINICA XLVIII.

Quot ſunt Sacramenta Eccleſiæ Chriſtianæ 230.
communia? R. Non ſunt niſi duo, Baptiſmus &
D *Cœna.* DOCTOR. Nihil vultis credendum, quod non expreſsis Scripturis contineatur: Sed nullibi Scriptura dicit, illa duo eſſe Sacramenta: Ergo vel nulla prorſus habetis ſacramenta, vel in regulam veſtram peccatis. Cæterum, populus Hugnoſticus non aduertens inſidias latentes, ſub iis verbis *Eccleſiæ communia*, obdurato animo in eo errore mortem obiit, quod duo duntaxat, non plura ſunt Sacramenta: atque ita ſcribit Beza: idipſumque improbe tribuit B. Auguſtino & Ambroſio. At vero, Caluinus alibi fatetur Impoſitionem manuum eſſe tertium Sacra-

 mentum,

mentum, Vnctionem quoque ægrorũ olim Sacramentum fuiſſe: atque ita fore quatuor Sacramenta. Lutherus, Melanchthon, Brentius, ijs addunt Abſolutionem: Zuinglius in ijs annumerat Matrimonium: Synodus Lipſenſis Lutherana ſeptem agnouit. Caluinus denique refert, Lutheranos Confirmationem, & Vnctionem extremam admiſiſſe: atque ita ſeptem vera legitimaq; Sacramenta eſſe credenda & ſuſcipienda: quibus Catechiſmus veſter damnatur.

Epiſt. ad Valentin. Parcaam. 1550.

231. *Baptiſmus nobis eſt ſicut porta Eccleſiæ Dei.* Fatemini autem Authores veſtros recte fuiſſe baptizatos in noſtra Eccleſia Catholica: ergo ipſa eſt Eccleſia Dei. Quod ſi Baptiſmus ianua eſt qua recipimur in Eccleſia Dei: pueluli veſtri antequam baptizentur decedentes extra Eccleſiam Dei ſunt, ſicque non intrant regnum cœlorum. Legite Aug. Epiſt. 28. & ſerm. 14. de verb. Apoſtoli.

232. *In Baptiſmo Chriſtus nobis repræſentat remiſſionem peccatorum, poſtea regenerationem noſtram.* Si tantum repræſentat, nihil autem efficit, nihil maius aut ſalubrius eſt, quam fuit mare rubrum, quam fluuius Iordanis, quam aqua Marath, aut excuſſa de ſaxo duriſſimo, quę communis fuit iumentis & hominibus. Nec amplius quidquam eſt, quam lauachra & baptiſmata priſcorum Iudæorũ. At Paulus aſſeuerat Deum Baptiſmo emundare, ſanctificare, & regenerare hominem. Hanc efficacitatem admirans Auguſtinus exclamat: Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? Varios alios & mirabiles huius Sacramenti effectus prædicat, libro 3. contra duas Epiſt. Pelagianorum, c. 3. & lib. 3. de Symbolo ad Catechumenos, c. 10.

Ioan. 3. Eph. 5. Tit. 3. Act. 2. 1. Pet. 3. Tract. 80. in Ioan.

233. Hinc Caluinus illico velut Palinodiam canens ait: *Animæ purgantur maculis ſuis, ſicut corporum ſordes per aquam eluuntur.* Ergo baptiſmus non ſolum ſignificat, ſed & perficit noſtram regenerationem. Deinde, ſequitur paruulos ante baptiſmum peccato maculatos eſſe: non ſanctos & puros ex vtero. Poſtremo, iuſtificationem noſtram vere fieri per gratiam infuſam, lauantem, & detergentem peccatorum maculas: & non per externam imputationem, vt in alijs locis garrire non deſinis. MIN. De Baptiſmi effectu diſſerit.

DOMINICA XLIX.

234. *Illud certum eſt, in Baptiſmo nobis offerri remiſſionem peccatorum, & nos eam recipere.* DOCTOR. Ergo certum eſt te Seductorem eſſe animarum, adfirmas enim alibi, paruulos fidelium ante acceptum Baptiſmum ſanctos eſſe: & ſine illo ſaluos fieri. Ergo certum eſt, Deum non tantum ſignificare aut repræſentare, ſed etiam conferre gratiam & remiſſionem peccatorum per Baptiſmum. Ergo certum eſt Sacramenta Eccleſiæ id efficere ex ſua inſtitutione, quod repræſentant: quod alibi inficiaris. Lege Auguſt. li. de peccato originali, c. 40. & l. 6. contra Iulian. Pelag. c. 5.

235. *Soli ſunt fideles, qui ſentiant efficaciam ſacramenti Baptiſmatis.* Hæc primo contradicunt Bezæ ſcribenti, Spiritum nullam virtutem aut efficaciam conferre Sacramentis. Hinc Caluino dicenti, Sacramenta tantum ſignificare atque repræſentare. Inde etiam patet, pueros inutiliter veſtra cenſura baptizari, quod nondum intellectum, ſenſum, aut fidem habeant. Denique, Deum eſſe acceptorem perſonarum: quod omnes Scripturæ aduerſantur.

236. *Mors Chriſti hanc virtutem habet, vt per ipſam vetus noſter Adamus crucifigatur, & corrupta natura noſtra ſepeliatur.* Parum nimis tribuitis huic ſalutis noſtræ fonti vberrimo, cum per ſuam mortem nobis omnem gratiam & benedictionem omnem peccatorum remiſſionem Chriſtus meruerit, omnem ſatisfactionem pependerit, omnem ab inferis liberationem, omnem cœlorum aditum, omnem adoptionem, omnem cum Deo Patre reconciliationem, &c. copioſiſſime promercatus ſit. Verum, longe peiora audet hęreſiarcha. Nimirum ſcribens alijs in locis, *Nihil ſalutis noſtræ factum fuiſſe ſi ſolam mortem corporis Chriſtꝰ ſubiiſſet: in crucifixi Chriſti ſpeculo nihil præter extremæ deſperationis materiam occurrere. In cruce Chriſti ſolam apparere infirmitatem, & ideo nihil illic fidem noſtram reperire, quo ſe erigat vel ſuſtentet, &c.* Quibus aſſertionibus vniuerſum crucis, quod ſuperius finxit ſe laudare, myſterium imminuit, calcat, blaſphemat.

Supr. l. 5. 4. l. & 7.

237. *Quis legitimus ſacramenti Baptiſmatis vſus? R. In fide poſitus eſt & in pœnitentia.* At, pueruli neutrum habent: veſtro itaque iudicio baptizari non debent: aut illegitime baptizabuntur. Nunquid hic error eſt Anabaptiſtarum? Adhæc, Pœnitentia toties iteranda eſt, quoties peccamus. Vultis ne Baptiſmi ſacramentum toties repeti? Perſpicite quæſo, in quas abſurditates ruitis? MIN. Rem ſic perſequitur.

DOMI-

Digitized by Google

DOMINICA L.

238. *Sufficit vt paruuli edant & demonſtrent fructus Baptiſmi ſui, cum in ætatem adultam peruenerint.* DOCTOR. Fructus Baptiſmi exterius editi ſatis oſtendunt illum vtilem ac efficacem eſſe: ergo Sacramenta effectiua ſunt, non tantum ſignificatiua. Sed ſi paruuli ante ætatem illam vitam iſtam poſuerint, Baptiſmus ne illis inutilis ac infructuoſus? Effect⁹ fructuſque tanti Sacramenti dependent ne ab humano intellectu? An nō potius à Chriſto Dei filio, qui illud ipſum Sacramentum inſtituit atque præcepit?

239. Supr. l. 7. c. 14. *Quoniã igitur certū eſt Baptiſmi virtutem atq; ſubſtantiam pertinere ad infantes, &c.* Cum aliqua, imo & maxima ſit virtus Baptiſmi, neceſſe eſt Bezam veſtrum mēdacem eſſe, qui ſcribere audeat, Spiritum S. nihil virtutis tribuere Sacramentis. Eademq́ opera Caluinus ſibi ipſi eſt contrarius & repugnans, nihil illis relinquens, quam vt ſignificent & repræſentent. Sic vbiq; mendacium ſeipſum euertit & deſtruit.

DOMINICA LI.

240. MINISTER. De Cœna ſua Caluinus dicit. *Dominus eam inſtituit, vt nos certos faceret per communionem corporis & ſanguinis ſui, animas noſtras ali in ſpem vitæ æternæ.* DOCTOR. Si vtrumque tantum abeſt (ex Beza) quantum ſummus cœlorum apex diſtat à terra, nullam certe vos communionem veram cum illis habetis: atque ſic neque vllam ſpem vitæ ſempiternæ. Nihil aliud in cœna veſtra Sup. §. 80. relictum vobis eſt à Caluino, quam terrena & corruptibilia elementa, quibus (ait ille) non eſt immorandum; ergo nudus panis, nudum vinum illic tantum ſuperſunt, vt rerum diſtantiſsimarum ſigna ſint & figuræ. Contra VVeſtphal. Figuræ (inquam) atque tropi, quorum ſpeciem Caluinus confitetur ſe ignorare. Non igitur vos abſurdi, falſi, ſimulque fallaces?

241. MINISTER. Pergit interrogare. *Quare nobis Dominus per panem corpus ſuum, & per vinum ſanguinem ſignat atque repræſentat:* Hæc verba nuſquam ſunt in libris diuinis: ergo inuenta & ſuppoſititia ſunt à Caluino & Miniſtris ſuis. Cur ergo iſtis inuentionibus humanis fidem, relicto expreſſo Chriſti verbo, adhibetis? Et ne putetis me impoſtorem, ecce quibus Authores veſtri, ſanctiſsima veriſsima, clariſsimaque verba Chriſti, *Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, &c.* relinquūt, A deſpiciunt, aſpernantur: vt ſua & proponant, & præponant. Zvvinglius diſerte profitetur, *ſe non niti verbis inſtitutionis, quibus vtuntur Euangeliſtæ: ſed hoc vno dicto, Caro non prodeſt quidquam.* Schvvenckfeldius ſuis conſulit: *Remoue ex oculis iſta verba: Hoc eſt corpus meum; & conſidera, quænam ſit natura corporis humani.* Vermilius verba illa Chriſti *Comedite, hoc eſt corpus meum*, ſubſannando & irridendo vocat, *Probationem quinqueuerbiam.* Et ſuper libros Regum ſcribit: *Non tam verbum diuinum, quam etiam verba naturæ ſequenda eſſe in Theologia.* Id eſt, diuinum Dei verbum velut incertum aut fallax relinquendum, vt B Serpenti, patri mendaciorum, vt Eua fecit, fides habeatur. Oecolampadius impie ſcribit, *Quatuor iſta verba*, Hoc eſt corpus meum, *ſuperfluum eſſe, firmiter inhærere.* Tantundem & Arius aiebat de iſtis: *Ego & Pater vnum ſumus.* Strigelius palam docuit, & poſtea ad complices ſuos ſcripſit: *Se dextrum oculum habere ad naturam, ſiniſtrum tantum ad verba Chriſti.* Daniel Buremius, in conuentu Bremenſi 1560. hæc blaſphema verba protulit: *Vos non habetis, niſi tria tantum impotentia verba, Hoc eſt corpus, quibus nitimini*, Bucerus, illa verba Chriſti ironice vocat, *Aliquot verbula, non iuſſa recitare, & murmurata ſuper panem.* C Caluinus Satanica plane malitia, vocat eadem Dei verba: *Verboſam iactantiam.* Beza denique omnes Libertinorum, apoſtatarū, & atheorum aduerſus verbū Dei blaſphemias exſuperans, non exhorruit diuiniſsima Chriſti verba vocare, *Vmbram aſini, Auriculas aſini, Fœtentes aſini crepitus, Hexametrum aſini crepitum, &c.* Increpet Deus iſtum Satanam. Conterat Deus hunc Satanam ſub pedibus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ. Amen, Amen.

L. de vera & falſ. rel. p. 267.
Conf. ſua.
Dialogo contra Brentium.
L. de verb. Dom.
Com. in Io.
Defenſ. 2. contra VVeſtphal.
Creophagia.

Rogat deinde Ianus veſter Caluinus, *Intelligiſne oportere nos communicare vero corpori & ſanguini dominico? R. Sic intelligo.* Ibi omnino non adſunt: ſed tantum elementa terrena & D corruptibilia, inquit Caluinus, quibus nec adhærendum nec immorandum, nec inſiſtendum. Tantum inde abſunt, ait Beza, quantum diſtat cœlum à terra. Pronomen *Hoc*, addit Caluinus, res ſemper abſentes demonſtrat. Cum ergo tantum abſint à vobis corpus & ſanguis Domini, nulla vobis eſt realis ipſorum communicatio: ſed figmentis tantum ſuis vos paſcunt Miniſtri. At vero, inquiunt, iſta fiunt ſola fide. Reſp. Hæc ſunt inuenta Caluini, non verba Dei. Nec dixit Chriſtus, Credite tantum: ſed *Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meum.* 242.

Modus

Digitized by Google

243. *Modus recipiendi nunquid per fidem eſt? R. Ita.* Hoc diuini codices nuſquam eloquuntur: ſed Miniſtricæ ſunt inuentiones. Neque enim vnquam Chriſtus dixit: Accipite per fidem. Manducate per fidem. Si creditis, corpus manducatis. Per fidem aſcendite in cœlum & manducate. Nec aliter loquutus eſt Iudæ non credenti, quam Petro credenti. Miſerum ſane, quod tam turpiter impingitis decepti, vt hæc Caluini & Bezæ deliria admittatis: vt ſacroſancta filii Dei verba, *Accipite & manducate corpus meum, quod pro vobis traditur*, contemnatis & deſeratis.

244. Vobis iterum ſic illudit per hos Miniſtros ſuos Pater mendacij. *Habitat in nobis tali vnione, quali caput eſt cum membris ſuis.* Sed caput non hæret membris ſuis ſola fide: quinimo vero & corporali nexu, vera ſubſtantialique vnitione. Ergo communio noſtra cum carne & ſanguine Chriſti non fit per ſolam fidem, vt imponunt Miniſtri: ſed veræ carnis & ſanguinis eius vera perceptione, ſicut docet ipſemet Chriſtus, dicens: (Ioan. 6.) *Niſi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* MIN. Communionem ſuam ſic exponit.

DOMINICA LII.

245. *Hæc communio, an non ſit niſi in Cœna? R. Quinimo: & in prædicatione Euangelii nos eam habemus.* DOCTOR. Nihil ergo plus habetis aut recipitis cum pane in Cœna, quam in concione cum lingua Miniſtri: atque ſic nullam omnino cum vero corpore & ſanguine Chriſti communionem. Nullum exſtat vobis ſacramentum, quia nulla res ſignata præſens adeſt. Nullum pignus vitæ æternæ, cum ſint tantum elementa (dicitis) corruptibilia, quibus non inhærendum ſit. Melius itaque, ô miſelli, ſaluti veſtræ conſulite, rogo & obſecro. MIN. Addit rurſum.

246. *Corpus Domini Ieſu in quantum oblatum fuit ſemel in ſacrificium, vt Deo conciliaremur, nobis nunc datur, vt certi ſimus nos partem habere in hac reconciliatione.* DOCTOR. Ergo ſi vobis hic non datur, nulla vobis pars eſt in reconciliatione per mortem Chriſti peracta. Atqui Miniſtri veſtri coram omnibus aſſeuerant, (Colloq. Parienſi.) etiam Deum ipſum nullo modo poſſe intelligere, poſſe velle, aut poſſe facere, vt corpus filij ſimul ſit in cœlo & in terra: imo tantum abeſſe à cœna veſtra quãtum cœli diſtant à terra: illic tantum eſſe ſigna, ac elementa corruptibilia, quibus non ſit immorandum. Vos ipſi concluſionem colligite, & horrete, ſi ſapitis. Aut ſi vobis da-

A tur hoc ipſum corpus, quod ſemel in cruce oblatum fuit, iam ſimul eſt in multis locis, non tantum diſtat quantum Beza dictat: voſque ingratiſsimi hominum, qui tantum donum venerari renuitis, imo cunctis probris & maledictis blaſphematis.

Dominus Ieſus nobis ſanguinem ſuum donat ad bibendum. 247. Non eſt ergo in Calice vinum, ſed ſanguis, vt adfirmat Chriſtus ipſe dicendo: *Hic eſt enim ſanguis meus, qui pro vobis effundetur.* Adhæc, non igitur hic ſanguis ſeparatus eſt à corpore; non eſt putrefactus in terris, non eſt poculum vini, non tantum figura vel ſignum ſanguinis abſentis. Quot, & quantæ B in re ſacratiſsima contradictiones?

Cœna ergo non eſt inſtituta, vt fiat Deo Patri 248. *oblatio corporis Chriſti Ieſu.* Id veriſsimum & certiſsimum eſt de Cœna, quam inſtituerũt Carolſtadius, Zvvinglius ac Oecolampadius in Heluetiis: Farellus, Coraldus, Viretus, Caluinus Geneuæ & Lauſannę. Illic pro certo nulla eſt oblatio, per quam annuncietur mors Chriſti: ſed tantum fruſtulum panis, quod & cani tuo porrigeres: & poculum vini, quantum tranſeundo ſumeres ex taberna meritoria. Imo adhuc in neceſsitate permittit Beza, vt vel aqua pura, vel Cahoi- (Ep. 25.) no Baſilienſium: quinetiam quolibet pane C etiam de rapis, rafaniſque lemouicenſibus, ſi triticum deeſt, Cœnam veſtram perfici. At vero, in Euchariſtia Chriſtiana ſub ſpeciebus panis & vini Chriſtus verum corpus & ſan- (Gen. 14.) guinem ſuum Patri obtulit, vt Melchiſede- (Pſ. 109.) cis, ſecundum cuius ordinem ſacerdos à Pa- (Malach. 1.) tre ordinatus erat, figuram adimpleret: & iuxta & id quod per Malachiam prædictum erat, ſacrificium mundum à ſolis ortu vſq; ad occaſum inter Gentes, offerretur. Hoc (Matt. 26.) Chriſtus per ſeipſum obtulit: deinde offerre (Mar. 14.) præcepit dicens, Hoc facite in meam com- (Luc. 22.) memorationem: & Paulus intelligit loquẽs (1. Cor. 10. & 11.) de menſa Domini, id eſt altari & ſacrificio; (Heb. 13.) D denique, præcipiens annunciare mortem Domini, donec veniat. MINISTER. De calice petit.

DOMINICA LIII.

An omnes vti debeant ſecundo illo ſigno, ſcilicet 249. *Calicis? R. Ita.* DOCT. Verum quidem de Sacerdotibus, qui conficiunt, offeruntque in memoriam mortis Domini: ſed non de laicis, qui hac in parte Apoſtolis nequaquam ſuccedunt. Et quando CHRISTVS præcepit Bibere calicem, obſeruant diligenter Euan-

Digitized by Google

Euangeliſtæ, hoc dictum duodecim Apoſtolis recumbentibus in menſa, non aliis. Et ſicut in Lege Agnus, Manna, Panes propoſitionis edebantur, ſine alicuius potus præcepto: ſic Laicis vſus Calicis non eſt præceptus. Duobus diſcipulis Emmaunta petentibus ſpeciem panis tantum præbuit: quoniã tantundem ſub vna recipitur, quantum ſub duabus. *Luc. 24.*

150. *Non dubito quin Chriſtus (in Cœna) participes nos efficiat propriæ ſubſtantiæ ſuæ, vt nos ſibi vniat in vitam æternam.* *Supra pag. 80. & 81.* Alias vos dicitis, contentos eſſe pane & vino pro ſignis rerum abſentium. Ibi tantum eſſe elementa terrena & corruptibilia, quibus non eſt immorandum. Corpus Chriſti tam procul abeſſe, quã diſtat cœlum à terra, Zuinglius, Bullingerus, Oecolampadius, Vermilius comminiſtri veſtri, diſerte reiiciunt nomen ſubſtantiæ, &c. An non ergo impoſtores & ludiones eſtis, cum ſubſtantiam corporis Chriſti in Cœna dari promittitis? Aut ſubſtantiam ſine corpore, aut corpus fingitis ſine ſubſtantia.

MINISTER.

251. *Sed hoc fit, aiunt, per virtutem incomprehenſibilem diuini Spiritus, quæ bene connectit res ſeparatas etiamque locis diſſitas.* Alii miniſtri, vt Oecolampadius, Bauarus, Lauatherus, Beza in Creophagia, clamitant in Cœna nullum fieri miraculum: Caluinus hic virtutem diuinam, eamque incomprehenſibilem, proinde omnem vim increatam exſuperantem adfert, conſtituit, prædicat. Quibus adhærebitis? Alibi etiam ſcribit: *Ergo in ſacra Cœna miraculum agnoſcimus*: alij omnes negant. Deinde, ſi res ſunt ſeparatæ, & locis diſſitæ, certe non connectuntur: quod ſi connexæ, iam non amplius ſeparatæ. Spiritus veritatis in tot, tantiſque contradictionibus aderit? Præterea, ſi virtus incomprehenſibilis Spiritus ſancti res tam ſeparatas connectit, non poterit idem efficere, vt ſubſtantia panis & vini tranſeant in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti: Aut idem numero corpus quod eſt in cœlo, ſit etiam nobiſcum (licet ſub alia forma) in terris?

252. *Habemus in hoc ſacramento teſtimonium, & quaſi pignus reſurrectionis corporum noſtrorum.* Illud vere habent & recipiunt Catholici, qui ex Diuino eloquio credunt verum, & iam immortale corpus Chriſti vere adeſſe, offerri, ore corporis recipi, & manducari. At vos miſeri, qui ex Caluino tantum habetis in Cœna, ſeu potius, ientaculo veſtro, *Elementa terrena & corruptibilia*, nihil prorſus habetis quam mortem & corruptionem. MINISTER. Expoſcit à puero Catechiſta.

DOMINICA LIV.

Quo ſigno cognoſcet ſe (homo) membrum eſſe Chriſti? R. Si veram fidem & pœnitudinẽ habeat, & ſi diligat proximos in vera Caritate. 253. DOCT. Falſum eſt ergo, quod aliis in locis ſcribis: *Deum à nobis tantum poſtulare, vt credamus*: cũ vera Caritas ſit cum fide neceſſaria? *In c. 5. Io.* Alibi: *Chriſtus ſola fide contentus eſt. Sola fides iuſtificat &c.* Si dilectio proximorum, eaque ex vera Caritate procedens, neceſſaria eſt, vt quis ſit membrum Chriſti; profecto ſola fides nequaquam ſufficit. *Epiſt. ad Clauburgum.* Adhæc, mirum eſt, quod nullam Spei non minus cæteris neceſſariæ virtutis, feceris mentionem. Hanc autem Paulus reliquis connumerat, Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, &c. firmiſſimamque animarum noſtrarum anchoram nuncupat. *1. Cor. 13. Heb. 13.* MINISTER. Ad finem libri hæc decernit.

DOMINICA LV.

Baptizare, & Cœnam adminiſtrare, eorum tantum eſt, qui ex officio docent. 254. DOCT. Si negetis Catholicos Sacerdotes noſtros munus illud habere in Eccleſia, idque à Deo inſtitutum & probatum: rebaptizandi fuerunt veſtri Farelli, Vireti, Caluini, Bezæ, & alii priores Miniſtri, quandoquidem ab illis fuerunt baptizati. Sin fatemini hos vere recteque baptizatos fuiſſe, euidenter conſequetur eoſdem Sacerdotes & Parœcos eſſe legitimos Eccleſiæ Chriſtianæ Paſtores: vos autem primæ fidei ac Eccleſiæ Dei deſertores, extra eam verſamini, & miſere peritis. Cæterum, ſi veſtræ mentis eſt repudiare Baptiſmum, per obſtetricem, laicum, vel Monachum, in caſu neceſſitatis collatũ, vt poſt Caluinum alij Miniſtri cenſuerunt in veſtris Synodis; Ioachimus VVeſtphalus, Conradus Schluſſelburgius, & alij miniſtri Lutherani, veſtrum hunc errorem tam ſolide & aperte refellunt, vt hic nihil addere ſtatuerim: ſed his potius libris finem tandem imponere viſum ſit.

Hæc ſunt, itaq; Viri Caluiniani, Catechiſmi veſtri pugnãtia & repugnantia, & tã peruerſa quã aduerſa dogmata, hi errores, iſta mendacia, hæ blaſphemiæ; quibus Ioannes Caluinus, & Miniſtri verborũ eius, vos ineſcare, ſeducere, obcæcare, & coram diuino tribunali reos agere nunquã nõ moliuntur. Ab iis vos quantum poſſum admoneo, vt caueatis, & recedentes à tam peſtifero grege,

Digitized by Google

Ioan. 10. Gen. 7. inſtar mitiſsimarum ouium ad caulam Domini, & vt ſimplices colombæ ad Arcam Dei viuentis, (vnde prius receſsiſtis & auolaſtis,) vos mature recipiatis. Illa eſt vna, ſancta, & Apoſtolica Chriſti Eccleſia Romana, extra quam nulla remiſsio peccatorum, A nulla merita, nulla ſalus: alioquin ante thronum Dei inexcuſabiles futuri. Hunc obnixe precamur, vt vos ad ſe reuocet piiſsima bonitate ſua, noſque omnes ſaluet infinita miſeratione,

AMEN.

Laus Deo, qui dedit velle & perficere.

PRIMVS

Digitized by Google

PRIMVS INDEX GENERALIS SVMMAQVE SINGVLORVM CAPITVM, qui ſequuntur librorum.

LIBRI PRIMI

PRECES, proloquia, conuentaque Doctoris atq; Miniſtri, antequam ineant certamen. pagina 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.

Cap. 1. De diuinis nominibus Trinitatis, Perſonarum conſubſtantialium, Dei vnius & trini, horumque inter Chriſtianos confeſſione. p.12.13.14.15.15.16.

2. 3. De inuocatione, & adoratione ſanctiſſimæ Trinitatis. p.17.18.19.20.21.

4. De vnica, ſimplici, indiuiſaque Patris, & Filii, & Spiritus S. Eſſentia. p. 22.23.24.25.26.

5. Tres diuinas perſonas vnicum eſſe numero Deũ atque Spiritum. p.27.

6. Abſolutam perfectamq; Eſſentiam diuinam eſſe in tribus perſonis. p.28.

7. Eſſentiam Diuinam proprie ſubſiſtere in tribus perſonis diuinis: non perſonas in ipſa. pag.29.30.31.

8. Eſſentiam diuinam non ſolum communicabilem eſſe, ſed & reipſa communicatam tribus perſonis. p.32.

9. Perſonæ ſignificatio & ratio. Pater, Filius, & Spiritus ſanctus proprie dicuntur perſonæ. p.33.34.35.36.

10. Tres ſimul perſonæ diuinæ vnum ſunt principiũ & cauſa vnica rerum omnium. pag. 37.38.39.40.

11. Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. p. 41.42.43.

12. Opera vero ad intra diſtincta ſunt. p.44.

13. Filius, & Spiritus ſanctus, profluunt à Patre infinito. p.45.46.

14. Deus vere omnipotens eſt. pag. 47.48.49.50.51.52.&c.

LIBRI SECVNDI

Cap. 1. DEVS ſemper verax in verbis ſuis. pagina 58.59.

2. Semper in Eſſentia immutabilis. p.60.

3. Semper iuſtus in operibus ſuis. p. 61.

4. Summe liber in operibus ſuis. p.62.63.64.

5. Præuiſio & voluntas Diuina non tollit libertatẽ arbitrii, nec contingentiam rerum. p.65.66.67.68.69.

6. Prouidentia curat res improborum. p.70.71.

7. Sola Dei permiſſione, non actione peccata committuntur. p.72.73.

8. In Deo ſimplex eſt præſcientia, & non ordinatio, aut decretum de committendis peccatis. p.74.75.

9. Peccata improborũ hominum nec decernit, nec conſulit, nec ordinat. p.76.77.

10. Non prædeſtinat homines ad peccatum. p.78.79.

11. Non deſtinato creat hominem, vt eum perdat. p.80.81.82.

12. Deus ſumme integer, ſanctus, ac innocens eſt, nunquam autem peccati author vel particeps p.83.84.85.86.&c.

LIBRI TERTII

Cap. 1. FILIVS Dei vere perſona eſt, non ſolum proprietas, pagina 95.96.

2. Eſt vere hypoſtaſis: non eſſentialis aut communis Dei Sapientia. p.97.98.

3. Filius non eſt Deus à ſeipſo, ſed à Patre p.99.100.

4. De Patris Eſſentia ſeu Subſtantia generatur. pag. 101.102.103.

5. Deitas Filii non minus perfecta & vtilis eſſet, quam eſt, etſi hominem non aſſumpſiſſet. pag.104.

6. Filius nõ habet aliam à Patre naturam. p.105.106.

7. Æque prima cauſa rerum eſt, ac Pater. pag. 107.108.

8. Vnica perſona eſt Chriſtus. p.109.110.111.

9. Suprema adoratio illi debetur. p.112.113.114.

10. Chriſtus homo-Deus, inuocandus. pag. 115.116.117.

11. Sanctiſſimum nomen IESV venerandum. pag.118.119.120.

12. Chriſtus ſatis potens fuit ad corpus ſuum excitandum à mortuis. p.121.122.

13. Veniet in propria perſona iudicare viuos & mortuos. p.123.124.

14. Chriſtus non orat ſecundum Deitatem. pag. 125.126.

15. Vere & ab æterno Deus eſt Chriſtus. p.127.128.129.&c.

Digitized by Google

Supr. l.3.c. tur: vobis autem perſuadet non pluris illud
11. ſacere, quam prophanum nomẽ Beelzebub
Phil.2. vel Satanæ. Quantum ergo ſibi parum con-
Act.5. ſtat, tantum Apoſtolis & primis Chriſtianis
aduerſatur, qui ad illud genu flectebant, &
gloriabantur pro eo contumeliam pati.
Tertullianus libr. aduerſ. Iudæos, Cypria-
nus libr. de bono patientiæ, Bernard. Serm.
decimo tertio in Cantic. hæc fuſius demon-
ſtrant.

DOMINICA XXVI.

192. *Cum ſex dies ad operandum tribuit, ſeptimum
reſeruat, in quo non liceat operari.* Vos Caluinus
ad ritus Moſaicos denuo vocat, nimirum ad
Sabbathum celebrandum, id eſt, diem ſe-
ptimum, non autem Dominicum qui eſt pri-
Apoc.1. mus hebdomadæ dies. Num hoc eſt oblu-
Iuſt. & ctari vniuerſæ Eccleſiæ Apoſtolicæ, & me-
Tertull. in moriam reſurrectionis Domini noſtri Ieſu
Apolog. Chriſti abolitam velle?

DOMINICA XXVII.

193. *Aſſueſcat quiſque operari reliquo tempore, cum*
Supr. l.10. *vnus dies ſit feriatus.* Imo vero octauæ Paſcha-
c.15. tis, Dedicationis, Pentecoſtes, Tabernacu-
lorum, dieſque Calendarum, Neomenia-
rum, & Victoriarum, qui omnes Iudæis ſa-
cri erant, ſatis comprobant, plurimos alios
Clem. dies à ſeptimo fuiſſe, in quibus ab omni o-
Ignat. pere ſeruili ceſſandum erat. Ita iam ab Apo-
Dionyſ. ſtolis ſunt nobis feſti dies natalitius Serua-
Tertull. toris, Epiphania, Hypapante, Paſsio, Paſcha,
Cyprian. Pentecoſte, Aſcenſio, &c. Sunt dies Virginis
Auguſt. Deiparæ, Apoſtolorum, præcipuorum Mar-
tyrum.

194. *Supereſt vt ſeruemus ordinem conſtitutum in
Eccleſia: nec perturbemus ſpiritualem adminiſtra-
tionem.* En vos tandem etiam à Caluin. reda-
ctos ad Eccleſiaſticas conſtitutiones noſtras
& regulas, in rebus de quibus nihil in ſacris
Aug.ep. literis ordinatum eſt. Ordo autem ille quẽ
118.119. probamus, ab Apoſtolis eſt conſtitutus, à
Diſcipulis obſeruatus, à Concilijs & Patri-
bus confirmatus. Non ergo iſte præferen-
dus eſt ei, quem Caluinus inuenit, & inuexit?

DOMINICA XXVIII.

195. *Deus longam vitam iis largietur, qui patrem &
matrem honorant, vt par eſt.* Ergo parentes ho-
nore afficere opus eſt Deo gratum, acce-
ptum, ac diuina remuneratione dignum.
Atq; ita non omnia bona opera hominum
peccata ſunt mortalia, non omnia pollutio-
Supr. l.8. nes gratiæ Dei, velut iactant Authores veſtri
c.5. Caluinus & Beza.

DOMINICA XXIX.

196. *Corpora noſtra & animæ templa ſunt Spiritus*
A *ſancti, ideoque ſeruanda in omni honeſtate.* Ergo
neque natura ſumus maledicti à Deo, vt nu-
per aiebat Caluinus: quandoquidem Deus §.190.
diligat templa ſua, & in eorum violatores
ſeuere animaduertat: neque ſemper & vbi-
que peccamus, neque ad bonum ſumus pœ-
nitus inutiles, quemadmodum de vobis i-
pſis initio profitebamini.

Sicque caſti ſimus non tantum facto, ſed & de- 197.
*ſiderio, & geſtu, vt nulla pars noſtri maculetur im-
pudicitia.* Quî conuenire poterit iſtud, cum
natura maledicta? Semper & vbique tranſ-
gredienti mandata Dei, ac omnino inutili
ad bonum, qualem veſtram eſſe dixiſtis?
B Cum ijs, quibus tam neceſſarius eſt comple-
xus fœminæ, quam manducare, bibere,
ſcreare, vti Luthero? Qui vltra quatuor aut
quinque dies continere nequeunt, quem-
admodum de vnoquoque veſtrum profi-
tetur Scutigerulus fidei veſtræ? MIN. Cen-
ſor noſter ait:

DOMINICA XXX.

Damnantur omnes malæ artes, & media irra- 198.
*tionabilia attrahendi ad nos bona proximorum, ſi-
ue violenter, ſiue arte, vel alio quocunque modo id
fiat.* DOCT. Dicite ô boni, an non violenter
innumera fere templa noſtra, & monaſte-
ria, innumeris propemodum diuitijs & bo-
C nis violenter ſpoliaſtis? Ea in commoda ve-
ſtra conuertiſtis? Vſque in hanc diem nihil
eorum reſtituiſtis? Imo & loca & redditus
Epiſcoporum Geneuẽſium, Lauſanenſium
&c. adhuc cum ſumma vi, fraudeque reti-
netis? Ecquis ergo vobis perſuadebit fuge-
re à ventura ira & damnatione?

DOMINICA XXXI.

Cupiditates quæ ſtimulant cor hominis, etiam 199.
abſque voluntate firma & conſenſu, ſunt peccata Vide Tert.
coram Deo. Minime gentium: ſed ſunt pœnæ l.de Bapt.
peccatorum relictæ ad humiliandum & de- c.5.
ijciendum hominem, ne de ſe ſuperbe ſen-
tiat: hinc, diligentius ſibi caueat in poſte-
D rum: inde, materiam exercendæ virtutis ca-
piat. Alioquin natura ipſa peccatum foret,
& Deus peccati author haberetur: qui erro-
res fuerunt Manichæorum. Aduerſus quos
ſcribit Auguſtinus libr. de nupt. & concu-
piſcent. caput vigeſimum quintum, & libro
ſexto adu. Iul. cap. quintum & ſextum. Tan-
dem & contra teipſum pugnas, dicens ali- In c.7. ad
bi, peccatum nullum eſſe, niſi ſit volunta- Ro.v.14.
rium.

DOMINICA XXXII.

Tanta infirmitas eſt in cunctis hominibus, vt 200.
nemo poſſit perfecte ſatisfacere Legi, &c. Deus Ep. ad Da-
impe-

Digitized by Google

maſum. l.de natur. & grat. c. 43. & 69. imperaret rem impoſsibilem, quod blaſphemum reputant B.Hieronymus & S.Auguſtinus. Longe ante hos Tertullianus & D. Cyprianus multis ac euidentibus probauerant argumentis, homini iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, mandata non eſſe obſeruatu nec impoſsibilia, nec difficilia, imo delectabilia ſuper aurum & topazium libro ſecundo, aduerſus Marcionitas, capite octauo, Epiſt. vndecima, & vigeſima-quinta. Lege horum confeſsionem. A

MINISTER. *Legi Diuinæ ſic detrahit.*

DOMINICA XXXIII.

201. *Lex Dei incredulis nihil eſt, quam accuſatio, & culpa inexcuſabilis coram Deo.* DOCT. Tu male malígneque omittis, ſimul & negas præcipuum eius finem, videlicet, illuminare mentes hominum, conuertere animas ad Dei notitiam, timorem, & inuocationem adducere, ad pœnitentiam de peccatis prouocare, Meſsiam ſaluatorem oſtendere, &c. Niniuitæ, Achior, Raab, Ruth, & innumeri proſelyti hoc ipſum docent. B *Pſ.18.& 118.*

202. *Dicemus ergo, quamuis dum hanc mortalem vitam viuimus, legem nunquam impleamus, hanc tamen nõ eſſe ſuperfluam.* Vere fatemini de votis ipſis, qui negatis omnium arbitrii libertatem: & profitemini vos eſſe natura maledictos, atque inutiles ad bonum. Sed de multis piis ac ſanctis viris elogium iſtud exſtat in Scripturis: *Incedebant in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini.* Dauid, Ezechias, Ioſue, ait Scriptura, ſeruarunt mandata quæ dedit Deus per Moyſem. Non ſunt ergo metiendæ virtutes Sanctorum ex veſtra improbitate & nequitia. Quod & ſi quædam infirmitates in eis reſideant, *Domino tamen* (ait Caluinus veſter) *probantur fidelium conatus & ſtudia, perinde ac ſi integram illi obedientiam præſtarent.* C *Luc.1. 3.Reg.11. 4 Reg.18. 1.Paral.28* *In Matth. c.6.v.24.*

203. *Nullum aliud petit Sacrificium, quam obedientiam.* Illud quidem in primis, & præcipuum: ſed non ideo excludit recuſatque Sacrificia laudis, cordis contriti atque demiſsi, precũ, eleemoſynarum, mortificationum corporis, actionis gratiarum, &c. Adhæc, tecum pugnans ſcribis alio loco, *Deum ſolum à nobis exigere, vt credamus.* Credere vero ac obtemperare, nonne diuerſa ſunt? Concordabit nulli, qui ſecum diſsidet ipſe. MIN. De oratione diſputationem iſtam inſtituit. D *In c.6. Ioan.*

DE ORATIONE.

CAPVT VIII.

DOMINICA XXXIV.

INtelligis *ſolum Deum eſſe inuocandum? R. Ita.* DOCT. Si adderes, vt Creatorem omnipotentem, authorem omnium bonorum temporalium & ſpiritualium, ac eum à quo omnis ſalus noſtra pendet, minime improbatorem haberes. Hic eſt enim qui facit mirabilia magna ſolus. Facit quæcunque vult in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyſsis. Omne bonum, & omne donum perfectum eſt ab hoc Patre luminum, &c. Sed inuocare velut fratres, proximos, ſocios, & apud cõmunem Deum Patremque, idque auſpiciis & fauore Chriſti, vel Angelos, vel alios beatos ſpiritus iam cum Deo regnantes, & laudabile, & vtile, & Scripturis innixum, & praxi totius Eccleſiæ corrobatum eſſe ſuperius copioſe demonſtrauimus. Hic nolumus actum agere. Tantum repetimus: Patriarchas inuocaſſe Angelos: Prophetas adhortatos eſſe homines, vt pro ſe inuicem precentur: Paulum orationes aliorum expetiuiſſe: Deũ præcepiſſe Abimelecho, vt inuocaret ſanctum Abraham: & principibus Arabum, vt Iobo ſupplicarent, &c. Nec proderit obiectare, cum Vigilantio, *Sanctos mortuos eſſe,* quandoquidem & Angeli mortis legibus non ſubiacent, & Iuſtorum animæ ſic in manu Dei ſunt, vt non tangat eas tormentum mortis, &c. MIN. Colligit ita: *Pſal.71. Pſ.134. Iacob.1.* *L.10.c.14.* *Sap.3.*

225. *Nonne ex eo bene nobis licet concludere, nec Angelos, nec Sanctos qui è viuis exceſſerunt, eſſe inuocandos? R. Ita.* DOCTOR. Perperam id concluſum. Nam tametſi ex hac vita exceſſerint, nihilominus meliori & beatiori vita viuunt cum Chriſto in cœlis. Vita non eſt illis erepta, ſed mutata in melius. Inuocamus Chriſtum hominem, qui ex hac vita in cœlos migrauit, & alibi vt homo interpellat pro nobis. Patriarchæ, Prophetæ, Patres omnes Angelos & alios cœli ciues religioſe inuocãuerunt. Vigilantius à S.Hier. S.Aug. S.Iſidoro, S.Bernardo, ac vniuerſa Dei Eccleſia hæreſeos damnatus eſt, quod contrarium pertinaciter defenderit: vt & vos nunc facitis. *Supr.l.9. c.23.l.10. c.11.& 14*

206. *Deus Sanctis non tribuit, vt nos iuuent, nobiſq; auxilientur.* Quinimo, vt membris eiuſdem corporis, fratribus eiuſdem familiæ, atque conciuibus conceſsit, vt mutuo ſibi ſint auxilio. Adhæc, profuit ciuibus Segor Beati *Rom.12. 1.Cor.12. Gen.19. Pſ.131.*

Ddd Lot

Digitized by Google

Exod.32. Act.7. Act.27. Lot oratio : Ieroſolymitanis & Salomoni, pietas Dauidis : Iſraelitis fœdus ictum cum Abraham, Iſaac, & Iacob: Stephanus Paulo: Paulus denique ſeptuaginta animabus, quibus Dominus in gratiam eius vitam donauit. Lege Auguſtinum Epiſt.137. & l. 22. de ciuit. c.8. MINIST.

207. Hebr.1. Pſ.32. Luc.15.& 16. His bellum ſuum aduerſus Sanctos hoſtis redintegrat: *Nec vero probat Deus vt inuocemus Angelos, neque vt recurramus ad illos.* DOCT. Imo vero, quando conſtituit illos adminiſtratorios noſtræ ſalutis, noſtros apud ſe internuncios, caſtra metentur circa nos, cuſtodiant nos in omnibus viis noſtris, pœnitentiam noſtram eiſdem reuelat, tandemque animas quas redemit ſanguine ſuo in locum deportent quietis & pacis, Iacob, Iob, Tobias, Lot, Daniel, Zacharias bene illorum ope ſunt vſi ac precibus quos implorarunt aliquando. De iis copioſe egimus ſupra, Libro nono. cap. 22. & 23.

DOMINICA XXXV.

MINISTER. Rogat rurſus.

208. L. de ſtat. Eccleſ. Contra Heshuſ. *Quid eſt Deum precari lingua ignota? R. Irriſio Dei ac peruerſa hypocriſis.* DOCT. Nulla lingua in primis Deo, cui preces nuncupantur, ignota eſt. Quod ſi multis hæreſeon Miniſtri (vt plurimos in ſuis peregrinationibus tales ſe reperiſſe ſcribit Dauid Chytrę̨us, & ipſe Miniſter) latina lingua ſit ignota, Arcadica certe ſunt animalia: ſeu quod ait Beza de Lutheranis, Bipedes aſini. Sed quid de puerulis cẽſebunt, quos baptizant lingua eiſdem prorſus incognita? At vero, fructus orationis non pendet ex intelligentia verborum, ſed ex mentis pietate, fide, ſpe, caritate, humilitate, feruore, &c. Accedit, quod Hebræi, Græci, Latini, preces ſuas publicas, in linguis illis eruditis, & paſsione Chriſti ſacratis perpetuo conceperunt & pronunciauerunt: non in vulgaribus, quę nullis certis conſtant legibus, ſed in dies variantur & corrumpuntur. MIN. Iterumque rogat.

DOMINICA XXXVI.

209. Act.10. Act.8. *Intelligis nobis non licere Deum inuocare, quam ſolum in nomine Chriſti? R. Sic intelligo.* DOCT. Cornelius Centurio nondum Chriſtum agnoſcens, Deum inuocabat, & exauditus eſt. Tantundem ſentiendum de Eunucho Aethiope & innumeris aliis ſub lege naturæ, & Moſis, qui ignoto ſibi adhuc ſingulariter Chriſto, Deũ in genere pie exorarunt. In Oratione Dominica, nulla expreſſa Chriſti occurrit mentio, &c. Ite ergo Miniſtri, ite ad magni Doctoris Auguſtini ſcholam, & ab eo mecum diſcite, opportunum etiam eſſe, Filium inuocare in nomine Patris & Spiritus ſancti, ipſum Spiritum in nomine Patris & Filii, ſicut Patrem in nomine Filii & Spiritus ſancti, vt remittant nobis debita noſtra: quãdoquidem ſanctiſsima Trinitas vnus Deus ſit, cuius opera erga nos ſunt indiuiſa. L. Medit. c. 5.6.14.16. & 32.

Dedit nobis Chriſtus acceſſum & introitum ad Patrem, & intercedit pro nobis. Addendum fuit, hunc intercedere quatenus homo eſt. Nam cum Beza defendere, quod intercedat quatenus Deus eſt, fingere eſt eum Patre eſſe minorem, negare eum Deum eſſe Patri æqualem, & Iudaiſmum Arrianiſmumque ex orco reuocare. Præterea credendum quod veris, expreſsiſq; orationibus intercedat, non ſola paſsionis & ſanguinis efficacitate, quemadmodum prodit Caluinus. Siquidem ipſemet reuelauit: *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Ea ratione diſcipulus quem diligebat, prædicat eum eſſe Mediatorem & Aduocatum noſtrum apud Patrem. Et Paulus adfirmat eundem ſemper viuere ad interpellandum pro nobis. MINISTER. Ait quoque. 210. L. quæſt. & reſp. pa.35. Opuſc. latin. p. 675. Luc. 16. Io. & in c. 8. ad Rom. Io.14. 1.Io.2. Rom.8. Hebr.7.

DOMINICA XXXVII.

Vt melius dirigamur (in orationibus, Chriſtus) dedit formulam, in qua comprehendit omnia, quæ nos petere licet, Pater noſter, &c. DOCT. Apertius in Confeſsione fidei veſtræ dicitis, nobis non licere precari, niſi ſequendo formulam iſtam, quam Deus verbo iſto dictauit: quod falſum eſſe oſtendimus, ex eo quod idem Chriſtus & in cœna, & in horto, & in cruce aliis orandi formulis vſus eſt. Hinc Petrus, Paulus, Apoſtoli omnes, primi Chriſtiani non ſemper eandem formam ſequuti ſunt: ſed plurimas vſurparunt, prout Spiritus ſuggeſsit, & poſtulauit neceſsitas, &c. MIN. Poſt ea interrogat: 211. Art.24.

DOMINICA XXXVIII.

MINISTER. Exquirit.

Quare Deus dicitur Pater, non alio nomine? R. Quia oportet conſcientias noſtras conſtantes & ſecuras eſſe, quando orandum eſt, &c. DOCTOR. 212.

Quan-

Digitized by Google

A Quantum ad Deum attinet, nullo certe modo dubitandum eſt de eius bonitate, veritate, poteſtate, & clemētia: quia natura & eſſentia bonus, verax, omnipotens, & clemens eſt: diſcutiendum vero an eius bonitate & clementia digni fuerimus: atque hinc oritur omnis dubitandi materia & argumentum. Etenim vt multus eſt ad ignoſcendum, ſic multus ad vlciſcendum. Sicut pater humaniſſimus, ſic & iudex acerrimus peccatorum. Ideoque nō oportet orationem tam eſſe fidentem, vt præſumat: ſed humilem vt in primis veniam & remiſsionem petat delictorum.

B

DOMINICA XXXIX.

213. *Quidquid Deus facit, oportet vt operationes eius appareant glorioſe, vt & glorificetur in eis.* Peccatis hominum & dæmonum nō glorificatur, ſed potius exhonoratur, contemnitur, blaſphematur: ergo ſibi contrarius, & impius eſt Caluinus, alibi ſcribens, eum omniū peccatorum eſſe authorem, Sathanam tantum miniſtrum. *Supra. l.2. c.13.* *Io.8.* *Ego honorifico Patrem meum*, inquiebat ad incredulos Chriſtus, *vos autem inhonoraſtis me, &c.* Nam peccando, ſua Deo denegatur obedientia & reuerentia: irrogatur vero contumelia. MINISTER. De Angelis ſic ſtatuit. C

DOMINICA XL.

214. *Supra, l.9. c.19.* *Angeli nihil querunt, niſi vt placide, integre, & ſine vlla tergiuerſatione pareant Deo.* DOCT. Ergo Catechiſta veſter peruerſus, & ſibi valde contrarius eſt, cum eos alibi arceſsit & redarguit vanitatis, imbecillitatis, ſtultitiæ, mendacii, & multarum eiuſmodi culparum lethalium.

215. *Peroptamus vt omnes homines ſeſe demittant Deo voluntaria obeditione.* Deſiderium tam honeſtum & rationabile; quam turpe, alienum ab omni ratione, atque damnabile eſt dogma tuum contra liberum hominis arbitriū. D Quomodo enim voluntaria & ſpontanea erit obtemperatio, ſi nulla ſupereſt in voluntate libertas? Si cuncta neceſsitate eueniunt vt ante Caluinianos ructauerunt Simoniani, Marcionitæ, & Manichæi? Si certa ſtant omnia lege? &c.

DOMINICA XLI.

216. *Math.6.* Ex contextu B. Matthæi petere iubemur τὸν ἄρτον ἐπιούσιον panem ſuperſubſtantialē: plerique Patres omnes de ſanctiſsima Euchariſtia interpretantur, in qua reficimur pane qui de cælo deſcendit, id eſt, ſanctiſsima carne Chriſti, quæ Spiritu ſancto ſuperueniente, ac virtute Altiſsimi concepta & nata eſt de Maria virgine. *Io.6.* Hanc ipſam demiſſe poſtulamus, & Chriſtus inſigni liberalitate nobis promittit, offert, & communicat dicens. *Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Hoc aſtutus & vafer Caluinus animaduertens, prætermiſit, ne ſuis metonymiis ac figuris, quas tantum hic agnoſcit, officeret aut derogaret. MIN. Satisfactiones omnes reiicit.

DOMINICA XLII.

217. *Nullo modo poſſumus ſatisfacere, vel pro minima culpa, quam admiſerimus.* DOCT. Qui garris de culpis minimis, qui alibi canis, nulla eſſe peccata venialia, ſed omnia eſſe ais, mortalia? Oportuiſſet ſane mendacem eſſe memorem. Cæterum, ſi de culpis lethalibus, vel pœnis æternis quæ debentur illis agitur: & nos id fatemur. Sin vero de peccatis leuioribus, venialibus, aut pœnis temporariis, ſcripturis & doctrinæ patrum nixi, pernegamus. Nam pœnitētiæ duris laboribus ſeſe excruciantes Niniuitæ, Dauid, Achab, Manaſſes, Petrus, Magdalena, pœnas temporarias euaſerunt. *Vidit Deus eorum opera*, ait Propheta, *& miſertus eſt ſuper malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* *Ion.3.* *Exod.32.* *2.Par.30.* Et alibi: *Placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat.* Et iterum. *Placatus eſt Dominus populo ſuo.* Certe cum placatus dicitur, ei factum ſatis aſſeritur. Et cum mala, id eſt, ſupplicia, & plagas debitas remittit, ſitque propitius, ſatisfactione vlterius non eſt opus.

218. *Quando Deus remiſit peccata noſtra, nos ei grati ſumus, ac ſi reipſa iuſti ac innocentes eſſemus.* Addita reſtrictione intelligit Sanctos & iuſtos non in veritate tales eſſe: ſed quod peccata in eis ſemper maneant, nulla ſanctitate, vel gratia infuſa mundentur vel purgentur: ſed ſola imputatione, diſsimulatione, vel denominatione tales cenſeantur. Ac ſi quis Aethiopem albo veſtiret, vt albus haberetur, non ater. Verum, Deus & ſeipſum & nos falleret, adfirmans illos ſanctos eſſe ac mundos: qui tamen reipſa non eſſent. *Rom.5.* *Heb.9.* Sanguis Chriſti non foret maioris efficientiæ ac virtutis ad eluenda hominum peccata, quam crimen Adæ ad maculandum. Nec verum eſſet quod Scriptura canit, Sanctos lauiſſe, & dealbaſſe ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Apoc. 7. & 20. Supra, lib.8.c.3. MIN. Sequitur.

Digitized by Google

A

DOMINICA XLIII.

219. *Poſtulamus vt Deus non ſinat nos malo inuolui, nec permittat vinci à Diabolo.* DOCTOR. An non homo iſte inconſtantiſsimus omnium? Secum vbique pugnans, & prioribus ſententiis ſuis fere ſemper repugnans?
Sup.l.2.c.8 Quantas enim poteſt contumelias congerit, & ingerit in eos, qui ſimplicem malorum permiſsionem agnoſcunt in Deo: hic vero eandem adfirmat, prædicat, & paucis verbis ſemel & iterum defendit. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? Alibi rurſum eandem aſtruens ſcribit: *Permiſſione Dei Satanam occupare facultates dæmoniaci. Permiſſione Diuina milites Iudæorum ad tempus ſæuiſſe in Chriſtum, &c.* Qua ergo ſecuritate aures, animoſue homini tam vario & inconſtanti commodabitis?

B

220. *Deus non ſolum manum ſuam ſubtrahit ab ijs quos vult plectere, ſed etiam eos relinquit diabolo, excæcat, & tradit in reprobum ſenſum.* En ergo omnes animi cæcitates, furores, ſcelera, blaſphemias infidelium adſcriptas actioni Dei, veluti authori. *Excæcat*, inquit Caluinus. Qui fit? Non ſolum deſerendo ait, & ma-
Inſtit.l. 1.c.18.l.2.c.4.l.3.c.28. num ſubtrahendo, ſed & impellendo, ac immittendo errores, mendacia, furores, &c. An non eſt hoc Deum optimum confundere cum diabolo? Patrem luminum, cum principe tenebrarum? Deum comminiſci contrarium ſibi ac repugnantem? Qui id faciat, quod diſtricte prohibet? Supra, l.8.c.13.

DOMINICA XLIV.

221. *Quamuis nobis liberum ſit, vti aliis in orationem verbis, aliaque forma & modo, tamen, &c.* En rurſum acres pugnæ, & manifeſtæ contradictiones Caluinicæ. Qui aliis in locis negant omnem in homine ſupereſſe libertatem arbitrij: nunc prædicant liberum eſſe quouis modo orare. Quique ſupra dixerunt, non alia forma precandum, quam præſcripta ſit à Chriſto, Matth. 6. nunc alio conuerſis velis & remis, concedunt & alia vti forma, & aliis verbis. Sic noui Apoſtoli iſti inconſtantes ſunt in omnibus viis ſuis. MINISTER. Poſtea tractat De verbo Dei.

CAPVT IX.

DOMINICA XLV.

VBi tu verbum illud Diuinum conſtituis? R. *In ſacris continetur Scripturis.* Si verbum Dei 222.
ſolum ſit in Scripturis, omnes ſancti Patriarchæ ab Adamo ad Moyſem, deſtituti fuerunt omni verbo Dei: ac conſequenter omni fide, ſpe, religione, atque ſalute. Ipſa quoque prima Chriſtianorum Eccleſia, per aliquot annos, eodem caruit. Quod Chriſtus ipſe prædicauit; quod Apoſtoli viua voce per orbem annunciauerunt: & per traditionem Eccleſiis reliquerunt, nec erit verbum Dei, nec ſuſcipiendum, ſed reiiciendum. Nec tenendum eſſet quod didicimus ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam: quod tamen diſtricte iubet Apoſtolus. MIN. Dein. *2.Theſſ 2.*
de quærit:

At, nonne oportet nos adniti, legere, audire doctrinam, quæ in eis Scripturis continetur. R. Ita ſane. DOCTOR. Et hic affectus oritur ex 223.
voluntate noſtra, quæ gratiæ diuinæ cooperatur: atque ita liberum hominis arbitrium non eſt omnino captiuum ac ſeruum, non

C

ſolum paſsiue ſe habet: ſed liberum & actiuum eſt. Ideo & Paulus nos dicit eſſe cooperatores Dei. Et Beza confitetur συνεργίαν voluntatis humanæ aduerſus patrem ſuum Caluinum. *Lib.1. Quæſtionum.* *1.Cor.3.*

An neceſſarium eſt, vt ſint paſtores? R. Ita, & vt audiantur, &c. Vos à quingentis & 224.
mille annis, ne vnum quidem ſignare poteſtis, qui docuerit, cantarit, orarit, ſcripſerit, cœnam fecerit more veſtro. Nulla ergo in vobis eſt Eccleſia. Deinde, ſi Paſtores in Eccleſia ſunt neceſſarii, & hi homines ſunt a-

D

ſpectabiles, vera Dei Eccleſia ſemper viſibilis fuit & conſpicua.

Quicunque illos deſpicit, & audire renuit Chriſtum ipſum reſpuit. Aduertite quam bene nu- 225.
giuendi inſtitores iſti merces ſuas, & artem ſuam iactent. Etenim magis cura eſt illis de verbo ſuo, id eſt, ferendis Caluinicis erroribus, quam de verbo Dei. Sed aſtute celant, quod ardentibus expoſcunt, nimirum, fœminas elegantes, ſtipendia bene opima, citra difficultatem bigamos, trigamos, pentagamos, heptagamos in miniſterium admitti. Sed quid ita? Cur non potius Paſtores legitimos audiatis, & SS. Patrum doctrinam, quam profanorum iſtorum, *Miniſtrorum præcipua deſideria.*

qui,

Digitized by Google

qui nullam aut miſsionem, aut poteſtatem habent, niſi à ſeipſis?

226. *Sufficitne ſemel inſtitutum fuiſſe à Miniſtris, an vero eſt perſeuerandum? R. Parum prodeſt incepiſſe, ni perſeueres.* Hac in re Miniſtri veſtri manifeſte ſecum pugnant. Nam alibi mordicus defendunt, donum perſeuerantię adeo iunctum eſſe dono fidei & gratiæ, vt ab illo nūquam homo poſsit excidere. Verba Caluini ſunt, *Vt ſpiritus ſanctus nunquam extingui poteſt, ſic impoſsibile eſt fidem ſemel in cordibus hominum inſculptam perire.* Idem propugnat in c. 5. & 10. Ioannis: & Beza Confeſsione ſua, puncto 4. artic. 50. Quibus tamen contradicunt confitentes Adamum, Moyſen, Aaronem, Ionam, Zachariam, Petrum, Thomam, &c. ad tempus fidem amiſiſſe, Supra, libro 7. ca. 17. & 18. MINIST. De Sacramentis inde tradit.

In c. Matt. 13. v. 20.

CAPVT X.

DOMINICA XLVI.

227. NOn eſt aliud medium præter verbum Dei, quo Deus ſeſe nobis communicet? R Coniungit Sacramenta cum prædicatione verbi ſui. DOCT. Quid facies hominibus iſtis? Quod hic magiſter affirmat, Beza diſcipulus negat, affirmans fidē ſolum inſtrumentū eſſe, quo Deus nobis ſeipſum cōmunicat. Deinde, mutatus in virum alterum, ait: Spiritum ſanctū nullam communicare virtutem verbo Dei, aut Sacramentis. Perpendite viri Caluiniani, quam vos Miniſterculi iſti illudant, fallant, perdant. MIN. Quærit, & reſpondet.

Supra, l. 4. c. 16.
Supr. l. 7. c. 14.

228. *Quid eſt Sacramentum? R. Teſtimonium externum gratiæ Dei, quo per ſigna viſibilia, res ſpiritales nobis repræſentat.* DOCT. Sed Matrimonium, impoſitio manuum, vnctio infirmorum, abſolutio in pœnitentia, ſigna ſunt viſibilia, reſque ſpiritales repræſentant: ergo vere ſunt Sacramenta, quidquid aduerſus illa inſanientes clametis. In cœna porro veſtra nullum prorſus Sacramentum habetis, quandoquidem (vti vos etiam agnoſcitis) elementa ſint corruptibilia, quibus non eſt adhærendum. Supra §. 80.

DOMINICA XLVII.

229. *Quandoquidem Deus ob neceſsitatem noſtram Sacramenta introduxit, magnæ eſſet ſuperbiæ & præſumptionis dicere, quod iis carere poſſemus.* Quis non putaret Caluinum ijs docu iſſe Sacramenta neceſſaria fore ad noſtram iuſtitiam & ſalutem? Verum, attendite iam proditorum iſtorum pudendam contradictionem. *Sacramenta* (inquiunt) *elementa corruptibilia ſunt, quibus non eſt immorandum. Sola fides iuſtificat & ſaluat. Solum Deus poſtulat à nobis, vt credamus. Sacramentis Deus nullam confert virtutem, &c.* Quam ergo infœlices ac miſeri, qui Euripis & Proteis iſtis ſalutem ſuam cōmittunt? MIN. De Sacramentorum effectibus iam ſic loquitur.

Supr. §. 80. L. 7. c. 13.

Quando & quomodo Sacramenta ſuos producunt effectus? R. Quando recipiuntur in fide, Chriſtum ſolummodo quærendo & gratiam eius. DOCTOR. Cum paruuli baptizantur, nulla adhuc notione Chriſti, aut gratiæ eius ſunt imbuti aut præditi, nullaque fide acquiſita, (infuſam non admittitis) ſunt inſtructi, Non ergo vultis eos inaniter baptizari? Et cum Anabaptiſtis, illos iterum ſacris vndis ablui? Sed bene habet, quod hic fatemini Sacramenta efficacia eſſe, & quoſdam producere effectus: quod alibi pertinaciter negatis. 228.

Deus dat nobis Sacramenta, vt nutriant fidem, eam corroborent & augeant; quod Paulus denuntiat. Conciliate hos effectus Sacramentorum, cum eo quod dicitis, *Illa eſſe terrena & corruptibilia elementa quibus non eſt immorandum. Spiritum ſanctum nullam virtutem communicare Sacramentis, &c.* Aut quomodo conueniunt Geneuani Miniſtri, cum Tigurinis dicentibus cum ſuo Zvvinglio, *Fidem eam non eſſe fidem, quæ opus habeat ſacramentis?* Vel cum Oecolampadio ſcribente: *Fides noſtra non eget vlla re externa, vbi vera fuerit.* En veſter conſenſus orthodoxus: & diſcors concordia. MINISTER. Iam de numero illorum ſic decernit. 229.

L. de vera & falſ. rel.
L. de verb. Dom.

DOMINICA XLVIII.

Quot ſunt Sacramenta Eccleſiæ Chriſtianæ communia? R. Non ſunt niſi duo, Baptiſmus & Cœna. DOCTOR. Nihil vultis credendum, quod non expreſsis Scripturis contineatur: Sed nullibi Scriptura dicit, illa duo eſſe Sacramenta: Ergo vel nulla prorſus habetis ſacramenta, vel in regulam veſtram peccatis. Cæterum, populus Hugnoſticus non aduertens inſidias latentes, ſub iis verbis *Eccleſiæ communia*, obdurato animo in eo errore mortem obiit, quod duo duntaxat, non plura ſunt Sacramenta: atque ita ſcribit Beza: idipſumque improbe tribuit B. Auguſtino & Ambroſio. At vero, Caluinus alibi fatetur Impoſitionem manuum eſſe tertium Sacramentum, 230.

Digitized by Google

mentum, Vnctionem quoque ægrorũ olim Sacramentum fuiſſe: atque ita fore quatuor Sacramenta. Lutherus, Melanchthon, Brentius, ijs addunt Abſolutionem: Zuinglius in ijs annumerat Matrimonium: Synodus Lipſenſis Lutherana ſeptem agnouit. Caluinus *Epiſt. ad Valentin. Parcaam. 1550.* denique refert, Lutheranos Confirmationem, & Vnctionem extremam admiſiſſe: atque ita ſeptem vera legitimaq; Sacramenta eſſe credenda & ſuſcipienda: quibus Catechiſmus veſter damnatur.

231. *Baptiſmus nobis eſt ſicut porta Eccleſiæ Dei.* Fatemini autem Authores veſtros recte fuiſſe baptizatos in noſtra Eccleſia Catholica: ergo ipſa eſt Eccleſia Dei. Quod ſi Baptiſmus ianua eſt qua recipimur in Eccleſia Dei: puelluli veſtri antequam baptizentur decedentes extra Eccleſiam Dei ſunt, ſicque non intrant regnum cœlorum. Legite Aug. Epiſt. 28. & ſerm. 14. de verb. Apoſtoli.

232. *In Baptiſmo Chriſtus nobis repræſentat remiſſionem peccatorum, poſtea regenerationem noſtram.* Si tantum repræſentat, nihil autem efficit, nihil maius aut ſalubrius eſt, quam fuit mare rubrum, quam fluuius Iordanis, quam aqua Marath, aut excuſſa de ſaxo duriſsimo, quę communis fuit iumentis & hominibus. Nec amplius quidquam eſt, quam lauachra & baptiſmata priſcorum Iudæorũ. At Paulus aſſeuerat Deum Baptiſmo emundare, *Ioan. 3. Eph. 5. Tit. 3. Act. 2. 1. Pet. 3. Tract. 80. in Ioan.* ſanctificare, & regenerare hominem. Hanc efficacitatem admirans Auguſtinus exclamat: Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? Varios alios & mirabiles huius Sacramenti effectus prædicat, libro 3. contra duas Epiſt. Pelagianorum, c. 3. & lib. 3. de Symbolo ad Catechumenos, c. 10.

233. Hinc Caluinus illico velut Palinodiam canens ait: *Animæ purgantur maculis ſuis, ſicut corporum ſordes per aquam eluuntur.* Ergo baptiſmus non ſolum ſignificat, ſed & perficit noſtram regenerationem. Deinde, ſequitur paruulos ante baptiſmum peccato maculatos eſſe: non ſanctos & puros ex vtero. Poſtremo, iuſtificationem noſtram vere fieri per gratiam infuſam, lauantem, & detergentem peccatorum maculas: & non per externam imputationem, vt in alijs locis garrire non deſinis. MIN. De Baptiſmi effectu diſſerit.

DOMINICA XLIX.

234. *Illud certum eſt, in Baptiſmo nobis offerri remiſsionem peccatorum, & nos eam recipere.* DOCTOR. Ergo certum eſt te Seductorem eſſe animarum, adfirmas enim alibi, paruulos fidelium ante acceptum Baptiſmum ſanctos eſſe: & ſine illo ſaluos fieri. Ergo certum eſt, Deum non tantum ſignificare aut repræſentare, ſed etiam conferre gratiam & remiſsionem peccatorum per Baptiſmum. Ergo certum eſt Sacramenta Eccleſiæ id efficere ex ſua inſtitutione, quod repræſentant: quod alibi inficiaris. Lege Auguſt. li. de peccato originali, c. 40. & l. 6. contra Iulian. Pelag. c. 5.

Soli ſunt fideles, qui ſentiant efficaciam ſacramenti Baptiſmatis. Hæc primo contradicunt Bezæ ſcribenti, Spiritum nullam virtutem aut efficaciam conferre Sacramentis. Hinc Caluino dicenti, Sacramenta tantum ſignificare atque repræſentare. Inde etiam patet, pueros inutiliter veſtra cenſura baptizari, quod nondum intellectum, ſenſum, aut fidem habeant. Denique, Deum eſſe acceptorem perſonarum: quod omnes Scripturæ aduerſantur. 235.

Mors Chriſti hanc virtutem habet, vt per ipſam vetus noſter Adamus crucifigatur, & corrupta natura noſtra ſepeliatur. Parum nimis tribuitis 236. huic ſalutis noſtræ fonti vberrimo, cum per ſuam mortem nobis omnem gratiam & benedictionem omnem peccatorum remiſſionem Chriſtus meruerit, omnem ſatisfactionem pependerit, omnem ab inferis liberationem, omnem cœlorum aditum, omnem adoptionem, omnem cum Deo Patre reconciliationem, &c. copioſiſsime promercatus ſit. Verum, longe peiora audet hęreſiarcha. Nimirum ſcribens alijs in locis, *Nihil ſalutis noſtræ factum fuiſſe ſi ſolam mortem corporis Chriſti ſubiiſſet: in crucifixi Chriſti ſpeculo nihil præter extrema deſperationis materiam occurrere. In cruce Chriſti ſolam apparere infirmitatem, & ideo nihil illic fidem noſtram reperire, quo ſe erigat vel ſuſtentet, &c.* Quibus aſſertionibus *Supr. l. 5. c. 1. & 7.* vniuerſum crucis, quod ſuperius finxit ſe laudare, myſterium imminuit, calcat, blaſphemat.

Quis legitimus ſacramenti Baptiſmatis vſus? R. In fide poſitus eſt & in pœnitentia. At, pueruli 237. neutrum habent: veſtro itaque iudicio baptizari non debent: aut illegitime baptizabuntur. Nunquid hic error eſt Anabaptiſtarum? Adhæc, Pœnitentia toties iteranda eſt, quoties peccamus. Vultis ne Baptiſmi ſacramentum toties repeti? Perſpicite quæſo, in quas abſurditates ruitis? MIN. Rem ſic perſequitur.

Digitized by Google

DOMINICA L.

238. *Sufficit vt paruuli edant & demonſtrent fructus Baptiſmi ſui, cum in ætatem adultam peruenerint.* DOCTOR. Fructus Baptiſmi exterius editi ſatis oſtendunt illum vtilem ac efficacem eſſe: ergo Sacramenta effectiua ſunt, non tantum ſignificatiua. Sed ſi paruuli ante ætatem illam vitam iſtam poſuerint, Baptiſmusne illis inutilis ac infructuoſus? Effect' fructuſque tanti Sacramenti dependent ne ab humano intellectu? An nō potius à Chriſto Dei filio, qui illud ipſum Sacramentum inſtituit atque præcepit?

239. *Quoniā igitur certū eſt Baptiſmi virtutem atq; ſubſtantiam pertinere ad infantes, &c.* Supr.l.7.c.14. Cum aliqua, imo & maxima ſit virtus Baptiſmi, neceſſe eſt Bezam veſtrum mēdacem eſſe, qui ſcribere audeat, Spiritum S. nihil virtutis tribuere Sacramentis. Eademq; opera Caluinus ſibi ipſi eſt contrarius & repugnans, nihil illis relinquens, quam vt ſignificent & repræſentent. Sic vbiq; mendacium ſeipſum euertit & deſtruit.

DOMINICA LI.

240. MINISTER. De Cœna ſua Caluinus dicit. *Dominus eam inſtituit, vt nos certos faceret per communionem corporis & ſanguinis ſui, animas noſtras ali in ſpem vitæ æternæ.* DOCTOR. Si vtrumque tantum abeſt (ex Beza) quantum ſummus cœlorum apex diſtat à terra, nullam certe vos communionem veram cum illis habetis: atque ſic neque vllam ſpem vitæ ſempiternæ. Nihil aliud in cœna veſtra Sup.§.80. relictum vobis eſt à Caluino, quam terrena & corruptibilia elementa, quibus (ait ille) non eſt immorandum; ergo nudus panis, nudum vinum illic tantum ſuperſunt, vt rerum diſtantiſsimarum ſigna ſint & figuræ. Contra VVeſtphal. Figuræ (inquam) atque tropi, quorum ſpeciem Caluinus confitetur ſe ignorare. Non igitur vos abſurdi, falſi, ſimulque fallaces?

241. MINISTER. Pergit interrogare. *Quare nobis Dominus per panem corpus ſuum, & per vinum ſanguinem ſignat atque repræſentat:* Hæc verba nuſquam ſunt in libris diuinis: ergo inuenta & ſuppoſititia ſunt à Caluino & Miniſtris ſuis. Cur ergo iſtis inuentionibus humanis fidem, relicto expreſſo Chriſti verbo, adhibetis? Et ne putetis me impoſtorem, ecce quibus Authores veſtri, ſanctiſsima veriſsima, clariſsimaque verba Chriſti, *Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, &c.* relinquūt, A deſpiciunt, aſpernantur: vt ſua & proponant, & præponant. Zvvinglius diſerte profitetur, *ſe non niti verbis inſtitutionis, quibus vtuntur Euangeliſtæ: ſed hoc vno dicto, Caro non prodeſt quicquam.* (L. de vera & falſ. rel. p.267.) Schvvenckfeldius ſuis conſulit: *Remoue ex oculis iſta verba: Hoc eſt corpus meum; & conſidera, quænam ſit natura corporis humani.* Vermilius verba illa Chriſti *Comedite, hoc eſt corpus meum*, ſubſannando & irridendo vocat, *Probationem quinqueuerbiam.* (Conf. ſua.) Et ſuper libros Regum ſcribit: *Non tam verbum diuinum, quam etiam verba naturæ ſequenda eſſe in Theologia.* (Dialogo contra Brentium.) Id eſt, diuinum Dei verbum velut incertum aut fallax relinquendum, vt B Serpenti, patri mendaciorum, vt Eua fecit, fides habeatur. Oecolampadius impie ſcribit, *Quatuor iſtis verbis*, Hoc eſt corpus meum, *ſuperfluum eſſe, firmiter inhærere.* (L. de verb. Dom.) Tantundem & Arius aiebat de iſtis: *Ego & Pater vnum ſumus.* Strigelius palam docuit, & poſtea ad complices ſuos ſcripſit: *Se dextrum oculum habere ad naturam, ſiniſtrum tantum ad verba Chriſti.* Daniel Buremius, in conuentu Bremenſi 1560. hæc blaſphema verba protulit: *Vos non habetis, niſi tria tantum impotentia verba, Hoc eſt corpus, quibus nitimini*, Bucerus, illa (Com. in Io.) verba Chriſti ironice vocat, *Aliquot verbula, non iuſſa recitare, & murmurata ſuper panem.* C Caluinus Satanica plane malitia, vocat eadem Dei verba: *Verboſam iactantiam.* Beza denique omnes Libertinorum, apoſtatarū, & atheorum aduerſus verbū Dei blaſphemias exſuperans, non exhorruit diuiniſsima Chriſti verba vocare, *Vmbram aſini, Auriculas aſini, Fœtentes aſini crepitus, Hexametrum aſini crepitum, &c.* (Defenſ.2. contra VVeſtphal. Creophagia.) Increpet Deus iſtum Satanam. Conterat Deus hunc Satanam ſub pedibus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ. Amen, Amen.

242. Rogat deinde Ianus veſter Caluinus, *Intelligiſne oportere nos communicare vero corpori & ſanguini dominico? R. Sic intelligo.* Ibi omnino non adſunt: ſed tantum elementa terrena & D corruptibilia, inquit Caluinus, quibus nec adhærendum nec immorandum, nec inſiſtendum. Tantum inde abſunt, ait Beza, quantum diſtat cœlum à terra. Pronomen *Hoc*, addit Caluinus, res ſemper abſentes demonſtrat. Cum ergo tantum abſint à vobis corpus & ſanguis Domini, nulla vobis eſt realis ipſorum communicatio: ſed figmentis tantum ſuis vos paſcunt Miniſtri. At vero, inquiunt, iſta fiunt ſola fide. Reſp. Hæc ſunt inuenta Caluini, non verba Dei. Nec dixit Chriſtus, Credite tantum: ſed *Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meum.*

Modus

Digitized by Google

Modus recipiendi nunquid per fidem eſt? R. Ita. A
243. Hoc diuini codices nuſquam eloquuntur:
ſed Miniſtricæ ſunt inuentiones. Neque e-
nim vnquam Chriſtus dixit: Accipite per fi-
dem. Manducate per fidem. Si creditis, cor-
pus manducatis. Per fidem aſcendite in cœ-
lum & manducate. Nec aliter loquutus eſt
Iudæ non credenti, quam Petro credenti.
Miſerum ſane, quod tam turpiter impingi-
tis decepti, vt hæc Caluini & Bezæ deliria
admittatis: vt ſacroſancta filii Dei verba, *Ac-
cipite & manducate corpus meum, quod pro vobis
traditur*, contemnatis & deſeratis.

244. Vobis iterum ſic illudit per hos Miniſtros
ſuos Pater mendacij. *Habitat in nobis tali vnio-
ne, quali caput eſt cum membris ſuis.* Sed caput
non hæret membris ſuis ſola fide: quinimo
vero & corporali nexu, vera ſubſtantiali-
que vnitione. Ergo communio noſtra cum
carne & ſanguine Chriſti non fit per ſolam
fidem, vt imponunt Miniſtri: ſed veræ car-
nis & ſanguinis eius vera perceptione, ſicut
Ioan. 6. docet ipſemet Chriſtus, dicens: *Niſi mandu-
caueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam
in vobis.* MIN. Communionem ſuam ſic ex-
ponit.

DOMINICA LII.

*Hæc communio, an non fit niſi in Cœna? R. Quin-
imo: & in prædicatione Euangelii nos eam habe-*
245. *mus.* DOCTOR. Nihil ergo plus habetis
aut recipitis cum pane in Cœna, quam in
concione cum lingua Miniſtri: atque ſic nul-
lam omnino cum vero corpore & ſanguine
Chriſti communionem. Nullum exſtat vo-
bis ſacramentum, quia nulla res ſignata præ-
ſens adeſt. Nullum pignus vitæ æternæ, cum
ſint tantum elementa (dicitis) corruptibilia,
quibus non inhærendum ſit. Melius itaque,
ô miſelli, ſaluti veſtræ conſulite, rogo & ob-
ſecro. MIN. Addit rurſum.

Corpus Domini Ieſu in quantum oblatum fuit
246. *ſemel in ſacrificium, vt Deo conciliaremur, nobis
nunc datur, vt certi ſimus nos partem habere in hac
reconciliatione.* DOCTOR. Ergo ſi vobis
hic non datur, nulla vobis pars eſt in recon-
ciliatione per mortem Chriſti peracta. At-
Colloq. Pariensi. qui Miniſtri veſtri coram omnibus aſſeue-
rant, etiam Deum ipſum nullo modo poſſe
intelligere, poſſe velle, aut poſſe face-
re, vt corpus filij ſimul ſit in cœlo & in
terra: imo tantum abeſſe à cœna veſtra quã-
tum cœli diſtant à terra: illic tantum eſſe ſi-
gna, ac elementa corruptibilia, quibus non
ſit immorandum. Vos ipſi concluſionem
colligite, & horrete, ſi ſapitis. Aut ſi vobis da-
tur hoc ipſum corpus, quod ſemel in cruce
oblatum fuit, iam ſimul eſt in multis locis,
non tantum diſtat quantum Beza dictat:
voſque ingratiſsimi hominum, qui tantum
donum venerari renuitis, imo cunctis pro-
bris & maledictis blaſphematis.

Dominus Ieſus nobis ſanguinem ſuum donat ad 247.
bibendum. Non eſt ergo in Calice vinum, ſed
ſanguis, vt adfirmat Chriſtus ipſe dicendo:
Hic eſt enim ſanguis meus, qui pro vobis effundetur.
Adhæc, non igitur hic ſanguis ſeparatus eſt
à corpore; non eſt putrefactus in terris, non
eſt poculum vini, non tantum figura vel ſi-
gnum ſanguinis abſentis. Quot, & quantæ
B in re ſacratiſsima contradictiones?

Cœna ergo non eſt inſtituta, vt fiat Deo Patri 248.
oblatio corporis Chriſti Ieſu. Id veriſsimum &
certiſsimum eſt de Cœna, quam inſtituerũt
Carolſtadius, Zvvinglius ac Oecolampa-
dius in Heluetiis: Farellus, Coraldus, Vire-
tus, Caluinus Geneuæ & Lauſannę. Illic pro
certo nulla eſt oblatio, per quam annuncie-
tur mors Chriſti: ſed tantum fruſtulum pa-
nis, quod & cani tuo porrigeres: & poculum
vini, quantum tranſeundo ſumeres ex ta-
berna meritoria. Imo adhuc in neceſsitate
permittit Beza, vt vel aqua pura, vel Cahoi- Ep. 25.
no Baſilienſium: quinetiam quolibet pane
C etiam de rapis, rafaniſque lemouicenſibus,
ſi triticum deeſt, Cœnam veſtram perfici. At
vero, in Euchariſtia Chriſtiana ſub ſpecieb⁹
panis & vini Chriſtus verum corpus & ſan- Gen. 14.
guinem ſuum Patri obtulit, vt Melchiſede- Pſ. 109.
cis, ſecundum cuius ordinem ſacerdos à Pa- Malach. 1.
tre ordinatus erat, figuram adimpleret: &
iuxta & id quod per Malachiam prædictum
erat, ſacrificium mundum à ſolis ortu vſq;
ad occaſum inter Gentes, offerretur. Hoc Matt. 26.
Chriſtus per ſeipſum obtulit: deinde offerre Mar. 14.
præcepit dicens, Hoc facite in meam com- Luc. 22.
memorationem: & Paulus intelligit loquẽs 1. Cor. 10.
de menſa Domini, id eſt altari & ſacrificio; & 11.
D denique, præcipiens annunciare mortem Heb. 13.
Domini, donec veniat. MINISTER. De ca-
lice petit.

DOMINICA LIII.

An omnes vti debeant ſecundo illo ſigno, ſcilicet 249.
Calicis? R. Ita. DOCT. Verum quidem de Sa-
cerdotibus, qui conficiunt, offeruntque in
memoriam mortis Domini: ſed non de lai-
cis, qui hac in parte Apoſtolis nequaquam
ſuccedunt. Et quando CHRISTVS præ-
cepit Bibere calicem, obſeruant diligenter
Euan-

Digitized by Google

Euangeliſtæ, hoc dictum duodecim Apoſtolis recumbentibus in menſa, non aliis. Et ſicut in Lege Agnus, Manna, Panes propoſitionis edebantur, ſine alicuius potus præcepto: ſic Laicis vſus Calicis non eſt præceptus. Duobus diſcipulis Emmaunta petentibus ſpeciem panis tantum præbuit: quoniã tantundem ſub vna recipitur, quantum ſub duabus. *Luc. 24.*

150. *Non dubito quin Chriſtus (in Cœna) participes nos efficiat propriæ ſubſtantiæ ſuæ, vt nos ſibi vniat in vitam æternam.* Alias vos dicitis, contentos eſſe pane & vino pro ſignis rerum abſentium. Ibi tantum eſſe elementa terrena & corruptibilia, quibus non eſt immorandum. Corpus Chriſti tam procul abeſſe, quã diſtat cœlum à terra, Zuinglius, Bullingerus, Oecolampadius, Vermilius comminiſtri veſtri, diſerte reiiciunt nomen ſubſtantiæ, &c. An non ergo impoſtores & ludiones eſtis, cum ſubſtantiam corporis Chriſti in Cœna dari promittitis? Aut ſubſtantiam ſine corpore, aut corpus fingitis ſine ſubſtantia. *Supra. pag. 80. & 81.*

MINISTER.

251. *Sed hoc fit*, aiunt, *per virtutem incomprehenſibilem diuini Spiritus, quæ bene connectit res ſeparatas etiamque locis diſſitas.* Alii miniſtri, vt Oecolampadius, Bauarus, Lauatherus, Beza in Creophagia, clamitant in Cœna nullum fieri miraculum: Caluinus hic virtutem diuinam, eamque incomprehenſibilem, proinde omnem vim increatam exſuperantem adfert, conſtituit, prædicat. Quibus adhærebitis? Alibi etiam ſcribit: *Ergo in ſacra Cœna miraculum agnoſcimus*: alij omnes negant. Deinde, ſi res ſunt ſeparatæ, & locis diſsitæ, certe non connectuntur: quod ſi connexæ, iam non amplius ſeparatæ. Spiritus veritatis in tot, tantiſque contradictionibus aderit? Præterea, ſi virtus incomprehenſibilis Spiritus ſancti res tam ſeparatas connectit, non poterit idem efficere, vt ſubſtantia panis & vini tranſeant in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti: Aut idem numero corpus quod eſt in cœlo, ſit etiam nobiſcum (licet ſub alia forma) in terris?

252. *Habemus in hoc ſacramento teſtimonium, & quaſi pignus reſurrectionis corporum noſtrorum.* Illud vere habent & recipiunt Catholici, qui ex Diuino eloquio credunt verum, & iam immortale corpus Chriſti vere adeſſe, offerri, ore corporis recipi, & manducari. At vos miſeri, qui ex Caluino tantum habetis in Cœna, ſeu potius, ientaculo veſtro, *Elementa terrena & corruptibilia*, nihil prorſus habetis quam mortem & corruptionem. MINISTER. Expoſcit à puero Catechiſta.

DOMINICA LIV.

Quo ſigno cognoſcet ſe (homo) membrum eſſe Chriſti? R. Si veram fidem & pœnitudinẽ habeat, & ſi diligat proximos in vera Caritate. DOCT. Falſum eſt ergo, quod aliis in locis ſcribis: *Deum à nobis tantum poſtulare, vt credamus*: cũ vera Caritas ſit cum fide neceſſaria? Alibi: *Chriſtus ſola fide contentus eſt. Sola fides iuſtificat &c.* Si dilectio proximorum, eaque ex vera Caritate procedens, neceſſaria eſt, vt quis ſit membrum Chriſti: profecto ſola fides nequaquam ſufficit. Adhæc, mirum eſt, quod nullam Spei non minus cæteris neceſſariæ virtutis, feceris mentionem. Hanc autem Paulus reliquis connumerat, Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, &c. firmiſsimamque animarum noſtrarum anchoram nuncupat. MINISTER. Ad finem libri hæc decernit. 253. *In c. 5. Io.* *Epiſt. ad Clauburgum.* *1. Cor. 13.* *Heb. 13.*

DOMINICA LV.

Baptizare, & Cœnam adminiſtrare, eorum tantum eſt, qui ex officio docent. DOCT. Si negetis Catholicos Sacerdotes noſtros munus illud habere in Eccleſia, idque à Deo inſtitutum & probatum: rebaptizandi fuerunt veſtri Farelli, Vireti, Caluini, Bezæ, & alii priores Miniſtri, quandoquidem ab illis fuerunt baptizati. Sin fatemini hos vere recteque baptizatos fuiſſe, euidenter conſequetur eoſdem Sacerdotes & Parœcos eſſe legitimos Eccleſiæ Chriſtianæ Paſtores: vos autem primæ fidei ac Eccleſiæ Dei deſertores, extra eam verſamini, & miſere peritis. Cæterum, ſi veſtræ mentis eſt repudiare Baptiſmum, per obſtetricem, laicum, vel Monachum, in caſu neceſsitatis collatũ, vt poſt Caluinum alij Miniſtri cenſuerunt in veſtris Synodis; Ioachimus VVeſtphalus, Conradus Schluſſelburgius, & alij miniſtri Lutherani, veſtrum hunc errorem tam ſolide & aperte refellunt, vt hic nihil addere ſtatuerim: ſed his potius libris finem tandem imponere viſum ſit. 254.

Hæc ſunt, itaq; Viri Caluiniani, Catechiſmi veſtri pugnãtia & repugnantia, & tã peruerſa quã aduerſa dogmata, hi errores, iſta mendacia, hæ blaſphemiæ; quibus Ioannes Caluinus, & Miniſtri verborũ eius, vos inescare, ſeducere, obcæcare, & coram diuino tribunali reos agere nunquã nõ moliuntur. Ab iis vos quantum poſſum admoneo, vt caueatis, & recedentes à tam peſtifero grege,

PRIMVS INDEX GENERALIS
SVMMAQVE SINGVLORVM CAPITVM,
qui ſequuntur librorum.

LIBRI PRIMI

PRECES, proloquia, conuentaque Doctoris atq; Miniſtri, antequam ineant certamen. pagina 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.

Cap. 1. De diuinis nominibus Trinitatis, Perſonarum conſubſtantialium, Dei vnius & trini, horumque inter Chriſtianos confeſſione. p. 12. 13.14.15.15.16.

2. 3. De inuocatione, & adoratione ſanctiſſimæ Trinitatis. p. 17.18.19.20.21.

4. De vnica, ſimplici, indiuiſaque Patris, & Filii, & Spiritus S. Eſſentia. p. 22.23.24.25.26.

5. Tres diuinas perſonas vnicum eſſe numero Deũ atque Spiritum. p. 27.

6. Abſolutam perfectamq; Eſſentiam diuinam eſſe in tribus perſonis. p. 28.

7. Eſſentiam Diuinam proprie ſubſiſtere in tribus perſonis diuinis: non perſonas in ipſa. pag. 29. 30.31.

8. Eſſentiam diuinam non ſolum communicabilem eſſe, ſed & reipſa communicatam tribus perſonis. p. 32.

9. Perſonæ ſignificatio & ratio. Pater, Filius, & Spiritus ſanctus proprie dicuntur perſonæ. p. 33. 34.35.36.

10. Tres ſimul perſonæ diuinæ vnum ſunt principiũ & cauſa vnica rerum omnium. pag. 37.38.39. 40.

11. Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. p. 41.42. 43.

12. Opera vero ad intra diſtincta ſunt. p. 44.

13. Filius, & Spiritus ſanctus, profluunt à Patre infinito. p. 45.46.

14. Deus vere omnipotens eſt. pag. 47.48.49.50.51. 52.&c.

LIBRI SECVNDI

Cap. 1. DEVS ſemper verax in verbis ſuis. pagina 58. 59.

2. Semper in Eſſentia immutabilis. p. 60.

3. Semper iuſtus in operibus ſuis. p. 61.

4. Summe liber in operibus ſuis. p. 62.63.64.

5. Præuiſio & voluntas Diuina non tollit libertatẽ arbitrii, nec contingentiam rerum. p. 65.66. 67.68.69.

6. Prouidentia curat res improborum. p. 70.71.

7. Sola Dei permiſſione, non actione peccata committuntur. p. 72.73.

8. In Deo ſimplex eſt præſcientia, & non ordinatio, aut decretum de committendis peccatis. p. 74.75.

9. Peccata improborũ hominum nec decernit, nec conſulit, nec ordinat. p. 76.77.

10. Non prædeſtinat homines ad peccatum. p. 78.79.

11. Non deſtinato creat hominem, vt eum perdat. p. 80.81.82.

12. Deus ſumme integer, ſanctus, ac innocens eſt, nunquam autem peccati author vel particeps p. 83.84.85.86.&c.

LIBRI TERTII

Cap. 1. FILIVS Dei vere perſona eſt, non ſolum proprietas, pagina 95.96.

2. Eſt vere hypoſtaſis: non eſſentialis aut communis Dei Sapientia. p. 97.98.

3. Filius non eſt Deus a ſeipſo, ſed à Patre p. 99.100.

4. De Patris Eſſentia ſeu Subſtantia generatur. pag. 101.102.103.

5. Deitas Filii non minus perfecta & vtilis eſſet, quam eſt, etſi hominem non aſſumpſiſſet. pag. 104.

6. Filius nõ habet aliam à Patre naturam. p. 105.106.

7. Æque prima cauſa rerum eſt, ac Pater. pag. 107. 108.

8. Vnica perſona eſt Chriſtus. p. 109.110.111.

9. Suprema adoratio illi debetur. p. 112.113.114.

10. Chriſtus homo-Deus, inuocandus. pag. 115.116. 117.

11. Sanctiſſimum nomen IESV venerandum. pag. 118. 119.120.

12. Chriſtus ſatis potens fuit ad corpus ſuum excitandum à mortuis. p. 121.122.

13. Veniet in propria perſona iudicare viuos & mortuos. p. 123.124.

14. Chriſtus non orat ſecundum Deitatem. pag. 125. 126.

15. Vere & ab æterno Deus eſt Chriſtus. p. 127.128. 129.&c.

Digitized by Google

LIBRI QVARTI

Cap.1. HVMANITAS Chriſti à Deitate ſeparata, non fuiſſet inutilis.136

2. Chriſtus cum miraculo natus ex Maria virgine. 137.138.

3. Non eſt canalis,ſed fons vitæ. 139.140.141

4. Anima Chriſti ab initio beata, 142.143.144.145.

5. Non indiguit fide aut ſpe.p.146.147

6. Plenus omni gratia,non fuit neceſſarium vt in ea proficeret. p.148

7. Plenus omni ſcientia, nihil ignorauit. p.149.150. 151.152.153.

8. Et viator & comprehenſor non ignorauit diem extremi iudicii. p.154.155.

9. Non ignorauit fidem offerentium ſibi Paralyticum.p.156.

10. Speciem ficulneæ cognouerat.p.157.

11. Nec vnquam impropriè, aut ſine ratione loquutus eſt.p.158.159.160.

12. Diuina prorſus ſapientia & ſcientia Euangelium ſuum promulgauit,aſſeruit,defendit. pag.161. 162.163.

13. Caſtiſſimus ſemper & integerrimus fuit. p.164. 165.166.167.

14. Ieiunando exemplum nobis temperantiæ ſeruandæ reliquit.p.168.169.

15. Summa prudentia ſuos Apoſtolos ſelegit.p.170. 171.

16. Non vno tantum modo, ſed pluribus poteſt ſeipſum nobis communicare.p.172.173.

17. Degens in terris aduocati & patroni noſtri officio functus eſt.p.174.

18. Satis dignus ac idoneus fuit, qui pro nobis apud Patrem mereretur. pag.175.176.177.178.179. 180.181.

19. Idem ſua incarnatione, in natiuitate tentationibus,laboribus, & afflictionibus,nobis multum profuit.p.182.183.184.185.186.

LIBRI QVINTI

Cap.1. EXIMIA conſolatio cunctis Chriſtianis propoſita eſt in contemplatione mortis Chriſti.p.187.188.189.190.

2. Cuncta Chriſti vota fuerunt integra & perfecta. p.191.192.

3. Orationes eius ſanctiſſimæ & prudentiſſimæ. p. 193.194.195.

4. Nunquam excidit memoria ſe miſſum eſſe Saluatorem mundi,p.196.197.

5. Nunquam detrectauit officium ſubire redemptoris.p.197.198.199.

6. Non fruſtra ductus eſt ad Annam primum. pag. 200.201.

7. Corporea Chriſti mors plurimum contulit noſtræ ſaluti.p.202.203.204.

8. Chriſtus in anima ſua nec iram, nec maledictionem,nec damnatorum pertulit ſupplicia.p.205 206.207.208.209.210.211.

9. Nunquam dubitauit de animi ſui ſalute. pag.212. 213.

10. Nullius vnquam ſceleris ſibi conſcius fuit. p.214. 215.

11. Nunquam ſibi perſuaſit Patrem iratum ſibi, aut quod eum exhorreret,deteſtaretur, malediceret,aut deſereret.216.217.

12. Pater nunquam in cruce illum deſeruit. pag. 218. 219.220.221.

13. Chriſtum in cruce nunquam deſperaſſe. p.222. 223.224.225.

14. Sua morte quædam ſibi meruit,quæ ante non acceperat.p.226.227.228.229.

15. Pro cunctis in vniuerſum hominibus paſſus & mortuus eſt.p.230.231.

16. Sanguis a Chriſto effuſus de cruce nunquam computruit in terra.232.233.234.235.

LIBRI SEXTI

Cap.1. CHRISTVS ſecundum animam, à morte deſcendit ad inferos:& hoc ad fidem Catholicam credere pertinet. pag. 236. 237.238. 239.240.

2. Clauſo ſepulchro reſurrexit.p.241.242.

3. Ianuis clauſis intrauit ad Diſcipulos. p. 243.244.

4. Cum ſanguine ſuo reſurrexit.p.245.246.

5. Primus filiorum hominum in cœlos aſcendit. p. 247.248.

6. In deſignatum certumq; locum aſcendit. p.249. 250.

7. Aſcenſu ſuo cœlos nec fregit,nec diſrupit.251.

8. Proprie regnat ſedetq; in dextera Patris. p.252. 253.254.255.

9. Non ſola ſanguinis ſui efficacia, ſed & precibus pro nobis apud Patrem interpellat.p.256.257. 258.

10. Ab aſcenſione ſua, aliquoties in terris ſecundum humanitatem ſuam apparuit.p.259.260.261.

11. Cum manifeſtis cicatricibus ſuis in iudicio extremo apparebit.p.262.263.

12. Iudicans omnes in peccata Chriſtianorum hominum inquiret.p.264.265.266.

13. Eius virtute,tam mali, quam boni ſuſcitabuntur, & iudicabuntur.p.267.268.

LIBRI SEPTIMI

Cap.1. SPIRITVM ſanctum Deum eſſe non à ſeipſo, ſed à Patre & Filio. p.269.270.

2. Conſubſtantialem eſſe Patri & Filio. p.271.272.

3. Non eſſe tantum tertiam rerum cauſam, ſed eandem cum Patre & Filio.p.273.274.

4. Non eſt eſſentialis virtus cum potentia.p.275.

5. Vere & proprie eſt perſona diuina.p.276.

6. Deus Pater æque in Spiritu ſancto adorandus,atque in Filio.p.277.

7. Spiritus ſanctus ſupremo cultu adorandus. p.278. 279.

8. Idem inuocandus. p.280.

Deus

Digitized by Google

9. Deus eſt cum abſoluta patientia abſoluta, & ſimplici peccatorum præſcientia munitus. p. 281. 282.
10. Nec author peccatorum eſt, nec vlla in re reprehendi poteſt. p. 283. 284.
11. Ad eum, æque ac in Patrem & Filium, fidem noſtram eſſe dirigendam. p. 285.
12. Vere ac proprie Diuina perſona eſt. p. 286. 287. 288. 289.
13. Dona plurima communicauit beatis Apoſtolis. p. 290. 291. 292. 293.
14. 15. Idem, miram efficaciam tribuit verbo Dei, & Sacramentis. p. 298. 299. 300. 301. 302.
16. 17. Nunquam permiſit Eccleſiam Catholicam deficere, aut aberrare in definiendo de fide, ac bonis moribus. p. 303. 304. 305. 306. 307. &c.
18. Non reuelat cuilibet certitudinem de æterna prædeſtinatione ſua, vel iuſtificatione. p. 313. 314. 315. 316.
19. Permittit vt fides ſemel accepta deperdatur, nec ei neceſſario coniungit donum perſeuerantiæ. p. 317. 318. 319.
20. Sinit electos pro tempore excidere à gratia. p. 320. 321.
21. Spiritus ſancti gratia non iis adeſt, qui actu ſunt in peccato mortali. p. 322. 323.
22. Non ſanctificat ſemper paruulos in vteris matrum. p. 324. 325. 326.

LIBRI OCTAVI

DOCTORIS & Miniſtri Proloquium. p. 327. 328. 329.
1. Paradiſum cœleſtem eſſe certum locum. 330. 331. 332. 333.
2. Sanctorum multi ſunt in eo, non tantum in terra. p. 334. 335.
3. Sancti vere iuſti ſunt per gratiam inhærentem. p. 336. 337. 338. 339. 340.
4. Sola fide nec iuſtificati, nec ſalui ſunt. p. 341. 342. 343.
5. Bona opera Sanctorum nec ſunt peccata, nec aditum cœli præpediunt, ſed in illud magis inducunt. 344. 345. 346. 347.
6. Opera bona Sanctorum laudem, gloriam, & vitam æternam merentur coram Deo. pag. 348. 349. 350. 351. 352. 353. &c.
7. Animæ Sanctorum vere ſunt immortales. p. 361. 362. 363. &c.
8. Beati in cœlo fruuntur clara Dei viſione. p. 366. 367. &c.
9. Patrum animæ, corporibus exutæ, ante Aſcenſionem Chriſti, non recipiebantur in cœlis. p. 373. 374. 375. &c.
10. Animæ paruulorum olim decedentium ſine Circumciſione, aut nunc ſine Baptiſmo, non admittuntur in cœlis. p. 377. 378. 379. 380.
11. Non omnes Baptizati ſaluantur. p. 381. 382. 383.
12. Veteres hæreticos non eſſe ſaluos. p. 384. 385. &c.
13. Qui propter Caluinianos hæreſes ſupplicio ſunt affecti, non ſunt Dei martyres, nec ſalui. p. 395. 396. 397. 398. &c.
14. Decem ſancti Patres à Caluinianis iniuſte damnati, in cœlis regnant. p. 405. 406. 407. &c.
15. Eccleſia nunquam errat in canonizatione Sanctorum. p. 417. 418. 419.
16. Vniuerſos auos & prædeceſſores noſtros, qui nos in fide & vnione Eccleſiæ Cath. præceſſerunt, ſaluos eſſe, non damnatos. p. 420. 421. 422. 423. 424.

LIBRI NONI

Cap. 1. SANCTI Abraham & Sara, Noe, Iſaac & Rebecca, Iacob & vxores, non ſunt contumeliis vexandi. p. 425. 426. 427. &c.
2. Sancti Iob, Moyſes, & Ioſue non ſunt afficiendi iniuriis. 431. 432. 433. &c.
3. Sancti Elias & Daniel non ſunt lacerandi conuitiis. p. 436. 437.
4. Iſaias propheta non vituperandus eſt. p. 438. 439. 440.
5. Natiuitas Io. Baptiſtæ ſancta fuit & celebranda. p. 441.
6. Non eſt vſus cibis Lege prohibitis, non eſt æſtimatus ſchiſmaticus vel hæreticus. p. 442. 443. 444.
7. Non ignorauit Chriſtum per triginta annos. p. 445.
8. Non fuit ſtultus, impudens, immorigerus, iniurius Chriſto, &c. p. 446. 447. 448.
9. Non fuit in carcere pro peccatis ſuis, nec putauit inferos ſibi deberi, ſed nunc in cœlis triumphat. p. 449. 450.
10. S. Ioſeph nunquam ſibi perſuaſit B. Mariam eſſe adulteram. p. 451. 452.
11. Magi fuerunt Reges, tres, & Chriſtum vt Deum adorauerunt. p. 453. 454. 455.
12. Simeon fuit Propheta, ſacerdos, vir honorabilis. p. 456. 457.
13. Anna propheteſſa ieiuniis ſeruiebat Deo. p. 458.
14. Centurio Chriſtum Deum agnouit, & coluit. p. 459. 460.
15. Hemorroiſſa fide, & pietate prædita fuit. p. 461.
16. B. Martha à quinq; criminationibus aſſeritur. p. 462. 463. 464.
17. Totidem quoque Mulier de turba. p. 465. 466.
18. B. Magdalena ab vndecim Caluinianorum accuſationibus vindicatur. p. 467. 468.
19. Decem obiecta crimina beatis Angelis diluuntur. 469. 470. 471.
20 Angeli diſtributi ſunt in nouem ordines, & tres hierarchias. p. 472. 473.
21. Vnicuique hominum eſt Angelus cuſtos à Deo deſignatus. p. 474. 475.
22. Offerunt Deo preces, lacrymas, eleemoſynas, & alia bona hominum opera. p. 476. 477.
23. Orant pro nobis, ſunt honorandi, & inuocandi. p. 478. 479. 480. 481.

Digitized by Google

LIBRI DECIMI

Cap.1. BEATA Virgo Maria ex ſtirpe nobiliſſima. Ioachim & Annam parentes habuit. p. 482. 483. 484.

2. Sine peccato cõcepta & nata eſt, ac iccirco vtraq; dies celebranda eſt. p. 485. 486. 487. 488.

3. Non eſt connumeranda peccatricibus: quia nullum vnquam peccatum actuale commiſit. 489 490. 491. 492.

4. Virgo perpetua manſit voto, animo, affectu, & corpore. p. 493. 494. 495. 496.

5. Nunquam fuit incredula, non infidelis, non maligna, non oppoſuit ſe verbo vel operib. Dei. p. 497. 498. 499.

6. Non peccauit negligentia, non horruit conceptũ Chriſti, nõ damnationem perpetuam meruit, nec fidem quod Filius ſuus eſſet Meſſias, non peccauit vt Eua, non terrenum eſſe regnũ eius credidit, nec ambiuit honorem Meſſiæ. p. 500. 501. 502.

7. Nunquã reprehenſa fuit vt rea criminis, nõ digna contumeliis, nec eſt redigenda in ordinẽ peccatricum & impudicarum. p. 504. 505.

8. Nunquam fuit ambitioſa, arrogans, importuna, inciuilis, inhoneſta, &c. p. 506. 507. 508. 509.

9. Aſtans Filio morienti non fuit ſcandalizata, non impia, non inferni dolorib. immerſa. p. 510. 511.

10. Secundum corpus & animã aſſumpta eſt in cœlũ, & dies hic celeber debet eſſe. 512. 513. 514.

11. Illic pro nobis orat, magnaq; vtilitate mortalium inuocatur. p. 515. 516. 517. 518.

12. Cunctis Eccleſiæ ſæculis, ab omnibus piis Patribus inuocata fuit p. 519. 520. 521. 522. &c.

11. Caritas manet in cœlitib. & nobis cum illis arctiſſima & ſanctiſſima eſt Cõmunio. p. 533. 534. 535.

12. Sancti in cœlo noſcunt preces noſtras, & exaudiunt. p. 536. 537. 538. 539.

13. Beati ſpiritus in cœlis ſuſcepti pro nobis orant ad Dominum. p. 540. 541. 542.

14. Fructuoſum & ſalutare eſt Sanctos cœlites inuocare. p. 543. 544. 545. 546. &c.

15. Deus ob preces & merita Sanctorum multa nobis confert beneficia. p. 553. 554.

16. Piũ ac iuſtum eſſe eorũ feſta celebrare. p. 555. 556.

17. Imagines eorum nec ſunt idola, nec prohibentur. 557. 558. 559.

18. Vetus Eccleſia imagines habuit, idq; in locis ſacris & publicis, eaſdemq; venerata eſt. p. 560. 561. 562. &c.

19. Reliquiæ ſanctorum honeſte cuſtodiendæ, colẽdæ, vtileſq; generi ſunt humano. p. 566. 567. 568. 569.

20. Sancti in cœlo clare Deum vident: non amplius ſperant, nec proficiunt p. 570. 571.

21. Reſurrectio corporum nõ eſt incredibilis: Sancti in iiſdem corporibus ſuis reſurgent, & coronabuntur p. 572. 573.

22. Gloria cœleſtis non datur æqualiter omnibus. p. 574. 475.

23. Viſione Deitatis & humanitatis Chriſti Sancti perfruuntur. p. 576.

24. Contemplatione B. Virginis Mariæ delectantur. p. 577. 578.

25. Ex viſione & conſortio Angelorum magnam capiunt voluptatem. p. 579.

26. Oblectantur aſpectu omnium aliorum Sanctorum. p. 579.

27. Seſe mutuo cognoſcunt. p. 580.

28. Quinque dotibus corporum ſuorum gaudent. p. 581. 582.

29. Aureolis multi eorum decorantur. p. 583. 584.

30. Cicatrices in Martyribus apparebunt. p. 585.

31. In quinque ſenſibus ſuis gaudebunt. p. 585. 586.

32. Nulla in iis erit fames, ſitis, deformitas. p. 587.

33. Perpetuis hymnis Dominum celebrabunt. p. 587. 588.

ELENCHVS
Tomi ſecundi.

LIBRI VNDECIMI

Cap.1. MINISTRI hæretici non neglexerunt impetere doctrinam Catholicam de Purgatorio. p. 3. 4.

2. Octo diuerſæ eorum ſententiæ de ortu Purgatorii. p. 5. 6.

3. Doctrinam de Purgatorio in ſacris literis fundatam, & ideo ad fidem Catholicam pertinere. p. 7. 8. 9. 10.

4. Ante tempora BB. Auguſtini & Gregorii Purgatoriũ & prædicatum & creditum fuiſſe. p. 11. 12

5. Veteres Philoſophi, Poetæ, Hiſtorici, Iappones, Braſilienſes, Tatari, Turcæ, Chinenſes, Alchoraniſtæ omnes credunt Purgatorium. p. 13. 14. 15. 16.

6 Priſci & recentes Hebræi in eadem ſunt perſuaſione. p. 17. 18. 19. 20.

7. Chriſtiani Æthiopes, Syri, Chaldæi, Moſchi, idẽ prorſus ſentiunt. p. 20. 21. 22.

8. Græci tum veteres, tum hodierni idem credunt. p. 22. 23.

9. Purgatorii locus ordinarius certus eſt, licet alibi Deus quos voluerit caſtigare poſſit. p. 24. 25. 26. 27.

10. Geneſis Moſis docet Purgatorium. p. 27. 28. 29. 30. 31.

11. Ex libris Exodi, Leuitici, Numer. & Deuter. eadem doctrina firmatur. p. 31 32.

12. Libri Ioſue & Ruth eidem fauent. p. 33. 34.

13. Hebræi & Chriſtiani eandem ſtabiliunt quatuor teſtimoniis ſumptis ex libris Regum. p. 35. 36.

14. Liber Tobiæ canonicus eſt, docetque offerre & precari pro defunctis. p. 37. 38.

15. Idem tradit liber beati Iob. p. 39. 40.

16. Quinque teſtimonia Pſalmorum Dauidis exponuntur ab antiquis Hebræis, Græcis, & Latinis de Purgatorio. 40. 4 . 42.

17. Salomon tribus locis eidem ſubſcribit. p. 43.

18. Liber Eccleſiaſtici ſacer eſt, & quinque locis docet Purgatorium. p. 44. 45. 46.

19. Iſaias ſex locis idem tradit. p. 47. 48.

20. Ieremias & Ezechiel ſunt eiuſdem ſententiæ. p. 48. 49. 50.

Daniel

Digitized by Google

21. Daniel iiſdem aſtipulatur.p.50.51.52.
22. Oſeas & Amos eadem tradunt.p.52.
23. Micheas & Ionas eos imitantur.p.53.
24. Sophonias & Zacharias iis conſentiunt.p.54.55.
25. Malachias eſt in eadem ſententia.p.55.56.
26. Libri Machabæorũ ſunt canonici.p.56.57.58.59.
27. Iudas Mach. nihil peccauit orando & offerendo pro peccatis mortuorum.p.60.61.62.&c.
28. Hæc ſentẽtia, Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, eſt germana, non ſuppoſititia.p.64.65.66.

LIBRI DVODECIMI

Cap.1. TRIBVS B. Matthæi teſtimoniis probatur Purgatorium.pagina 67.68.69.
2. Tribus quoque locis B.Lucæ.p.70.71.
3. Duabus B.Ioannis idem efficitur.p.71.72.73.
4. D.Paulus 1. Cor. 3. loquitur de igne Purgatorio. p.73.74.
5. Item in cap.15.eiuſdem Epiſtolæ.p.77.
6. Idem præſtitit in Epiſt.ad Philippenſes.p.79.80.
7. In Epiſt.ad Tim.tradit formulam orandi pro defunctis.p.81.82.
8. Sancti Petrus & Lucas aſſerunt quaſdam animas liberatas fuiſſe è Purgatorio.p.83.
9. S.Petrus duabus ſententiis probat Purgatorium. p.84.
10. Idem facit in Apocalypſi B.Ioannes.p.85.
11. Pœnæ temporales non ſemper remittuntur cum culpis.p.87.
12. Peccata eſſe venialia, quæ in Purgatorio remittuntur.p.90.
13. Multorum hominum ſpiritus ab alio ſæculo redierunt, & fidem Purgatorii comprobarunt.p. 92.93.94.95.
14. Reſuſcitati à mortuis per Apoſtolos, & Apoſtolicos viros Purgatorii fidẽ fecerunt.p.97.98.
15. Primo Eccleſiæ ſæculo prædicatum eſt Purgat. p.99.
16. B.Clementis libri germani ſunt, commendantq; preces & oblationes pro defunctis.p.100.101. 102.
17. B.Dionyſii ſcripta probantur, docentque preces fundere pro defunctis.p.103.104.
18. Idem præſtant ſcripta B.Hermæ.p.105.106.
19. Secundo ſæculo Eccleſiæ oblatum eſt & oratum pro defunctis.p.107.
20. Idem in tertio.p.107.108.
21. Idem in quarto.p.109.110.
22. B. Epiphanius Purgatorium defendet, iureque Aerium inter hæreticos numerat.p.111. 112.
23. Quinto ſæculo aſſertum Purgatorium.p.113.114.
24. B.Auguſtinus orare & offerre pro defunctis docuit, & in eadem doctrina fideque conſtanter ſtetit.p.115.116.
25. Idem locum Pauli.1.Cor.3. de Purg. expoſuit. p. 117.118.
26. Nec obſtat quod eundem locum aliter aliquando exponat.p.119.
27. B. Hieronymus eundem locum de Purgat. intellexit.p.120.
28. Idem præſtitit & D.Chryſoſtomus.p.121.122.
29. B.Gregorius, & eius ſæculi Patres docuerunt Purgatorum, orauerunt & obtulerunt pro defunctis.p.123.124.
30. Eadem fuit fides Patrum ſæculi ſeptimi.p.125.
31. Ita ſenſerunt Patres octaui ſæculi.p.126.
32. Et Patres noni ſæculi.p.128.
33.34. Decimo & vndecimo ſæculo ſic eſt creditum. p.129.130.
35. Eadem fuit doctrina & fides in 13. & 14. ſæculo. p.131.132.
36. Doctores 15.& 16.ſæculi idẽ ſenſerunt.p.133.134.
37. Concilia tam generalia quam prouincialia idem confirmauerunt.p.135.
38. Ioannes Huſs hæreticus idem probauit.p.136.
39. Lutherani, Caluiniani, Bezani, ſeipſos damnantes aliquando pro defunctis orant.137.138.139. 140.
40. Preces & oblationes illæ ſunt vere pro defunctis p.141.
41. Oblationes & preces pro defunctis probant Purgatorium eſſe.p.141.
42. Sepeliri in locis ſacris prodeſt defũctis.p.143.144.
43. Obſeruationes diei 30. 40. 50. anniuerſarii ſunt laudabiles, & vtiles defunctis.p.145.
44. Animæ defunctorum iuuantur ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti, & precibus.p.146.147. 148.
45. Indulgentiæ & eleemoſynæ defunctis proſunt. p.149.
46. Ieiuniis, peregrinationibus, aliiſque laborioſis operibus iuuari poſſunt.p.150.151.152.

LIBRI DECIMI-TERTII

Cap.1. IACTATIONES & impoſturæ quædam Miniſtrales refelluntur.p.153.154.
2. Contumeliæ item generales & particulares.p.151. 156.
3. Item quinq; aliæ atroces contumeliæ.157.158.
4. Decem quoq; aduerſus authorem ſycophantiæ. p.159.160.161.& ſeq.
5. Concilia generalia nunquam errant: iureque de hæreſib.iudicãt.p.165.166.167.168.169.&ſeq.
6. Waldenſes nec boni Dei ſerui, nec Euangelici. ſed impii hæretici fuerunt.p.171.172.
7. Albigenſes ſcelerati fuerunt hæretici.p.173.174.
8. Philippus Auguſtus Rex iure eos eſt perſecutus. p.175.176.
8. Io.Hus, & Hieron. de Praga iuſte fuerunt exuſti Conſtantiæ.p.177.178.179.
9. Aerius iuſte damnatus à patribus.p.180.181.
10. S.Damaſcenus defenditur.p.182.
11. Falſum eſt omnes Patres ſimul erraſſe, aut Eccleſiam in errorem induxiſſe.p.183.184.185.
12. Quinq; priora Concilia generalia errores Caluinianorum probauerunt; ſed contra reprobauerunt.p.186.187.188.189.
13. Paulus 1.Cor.3. vere de Purg. tractat.p.190.191.
14. Promiſſum factum Latroni non pugnat contra Purgatorium.p.192.

15. Nulli

Digitized by Google

15. Nihil ſcriptum eſt à Moyſe contra Purgat. p.193.
16 Nullus à Moyſe vſq; ad Chriſtum illi contradixit. p.194.
17. Nullus Euangeliſtarum illud oppugnauit. p.195. 196.
18. B. Paulus, beatus Ioannes illi non aduerſantur. p. 197.198.
19. Baptiſmus, Symbolum fidei, Oratio Dominica, nihil continent, quod aduerſetur Purgatorio. p.199.
20. S. Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Cyrillus, Nazianzenus, Ambroſius, Chryſoſtom. Hieronymus, Auguſtinus, Hilarius, nihil vnquam ſcripſerunt, quod Purgatorio repugnet. p.200 201.202.203.
21. Doctrina Purgatorii non eſt hauſta ab Ethnicis. p.204.205.
22. Peccata mortalia quo ad culpas non remitti in alio ſæculo, ſed quo ad pœnas temporales: nullã inuoluit contradictionem. p.206.
23. Factum Raziæ, aut excuſatio Scriptoris libri ſecundi Machabæorum, non obſtant huius libri authoritati. p.207.
24. Etſi tantum duo mille drachmas argenti miſiſſet Iudas Ieroſolymam offerri, nihil obeſſet Purgatorio. p.208.
25. Nihil fit contra Regia edicta, quando Caluiniani appellantur Gnoſtici vel Hugnoſtici. p.209.
26. Quædam falſæ Rabbinorum opiniones non obſunt Purgatorio. p.210.211.
27. Sub Chriſto ſemper fuit in Eccleſia militante aliquod caput vicarium. p.211.212.213.
28. Satisfactio pro pœnis temporalibus peccatorum ſemper neceſſaria fuit. p.214.215.216.
29. Miſſæ ſacrificium nec venditur, nec emitur: ſed per illud merita & ſatisfactiones Chriſti applicantur tam viuis quam defunctis. p.217.218.
30. Confeſſio peccatorum eſt iuris diuini, atq; ſic ad ſalutem neceſſaria. p.219.
31. Peregrinationes ad ſancta loca ſunt laudabiles. p. 220.221.
32. Abſtinere ad tempus à quibuſdam cibis, vtile: & ad pœnitentiam pertinens. p.222.
33. Seruare perpetuam caſtitatem poſſibile eſt, atque meritorium. p.223.224.
34. Vſus aquæ benedictæ Apoſtolicus eſt, ac vtilis. p. 225.226.227.
35. Catholici ſanctiſſime docent, peccata noſtra remitti per ſanguinem Chriſti. p. 228.
36. Sanguis Chriſti non tantum ſignificat peccata remiſſa eſſe: ſed illa delet, abluit, & remittit. pag. 229.
37. Non ſola Fides medium eſt participandæ ſalutis. p.230.231.
38. Peccata non proprie inhærent animis vel corporibus. p.232.233.

LIBRI DECIMI-QVARTI

Cap. I. TRIA inferni nomina impie deprauantur ab hæreticis. p.234.235. ſeq.
2. Inferorum loca, & tormenta non ſunt tantùm ſpiritalia vel metaphorica. p.239.240.
3. Inferni non ſunt diffuſi per totum orbem, ſed locũ certum obtinent circa centrũ terræ. p.244.245
4. Inferi reuera ſunt, in quo cruciantur reprobi. pag. 248.249.
5. Infernus eſt horrendæ capacitatis, & in eo diuerſa receptacula. p.252.
6. Ethnici Hercules, Theſeus, Numa, Camillus. damnati ſunt, non beati in cœlis. p.253.254.
7. Plurimi Chriſtiani inferis mancipabuntur. p.258. 259.
8. Supplicia inferorum diuerſa. p.260.261.
9. Ignis inferni verus & corporeus animas torquet. p.261.262.
10. Damnati cruciantur vero fœtore, & fumo. p.263. 264.
11. Cruciantur quoq; frigore, tenebris interioribus, ac exterioribus. p.265.266.
12. Fame, ſitique cruciantur. p.267.
13. Vermibus tam corporeis, quam ſpiritualibus affliguntur. p.267.268.
14. Damnati ſecundum quinq; ſenſus excruciantur. 269.270.
15. Cunctis quoq; partibus & membris torquentur in inferis. p.272.
16. Damnati omnes imperfectiones in corporibus retinebunt. p.273.274.
17. Cacodæmones reprobos diſcruciabunt. p.275.
18. Horrendos vlulatus, & blaſphemias in Deum emittent. p.276.277.
19. Priuatio viſionis Dei, ſeparatio à Sanctis, & perpetua in cœtum dæmonum relegatio, grauiſſimæ pœnæ ſunt damnatis. p.278.
20. Chriſtus reprobis benefacta ſua exprobrabit, & plurimis teſtimoniis eos conuincet. p. 279.
21. Etiam dæmones & alii Reprobi ferent alii in alios teſtimonia. p.280.
22. Memoria ſuorum peccatorum, & perditio præteritarum delitiarum torquebuntur. p.281.
23. Damnati ſeſe agnoſcent, & mutuis conuitiis proſcindent. p.283.
24. Flagrant triplici odio. p.284.
25 Laborant inuidia, & deſideriis inutilibus. p.284.
26. Perpetuo ſenſu iræ Dei conficiuntur. p.285.
27. Metu quoq; perpetuo ac tremore. p.286.
28. Nulla ſpe ſalutis releuantur; & cupientes mortẽ, mori nequeunt. p.287.
29. Animæ damnatorum non annihilantur. p.288.

LIBRI DECIMI-QVINTI

CONFESSIO fidei Caluinianæ diſcutitur, & trecentorum errorum conuicta, ſolide refellitur. p.291.292.293.

LIBRI DECIMI-SEXTI

VNIVERSVS Catechiſmus Caluinicus, cum ſuis appendicibus, examinatur, & pluſquã ducentis & ſexaginta erroribus & blaſphemiis conuictus damnatur & reiicitur. p. 367. & ſeq.

SECVNDVS

Digitized by Google

SECVNDVS INDEX

LOCORVM COMMVNIVM,

QVI PER DIES FESTOS SANCTORVM, ET DIES DOMINICOS TOTIVS ANNI, ADVERSVS HÆRESES, in Gallia, Germania, Polonia præſertim, à Catholicis Concionatoribus explicari poterunt

MENSE IANVARIO.

IN *Circumciſione Domini noſtri.* De venerabili nomine Iesv. lib. 3. pag. 118. De virtute ac efficacia Sacramentorum. lib. 7. pag. 301. De vtilitate effuſi ſanguinis Chriſti l. 5. p. 202. 226. 230.

In Epiphania, ſeu Apparitione Domini. Magi fuerunt Reges, numero tres, & Chriſtum vt Deum cognouerunt & adorauerunt l. 9. p. 453. 454.

Dominica infra octauas Epiphaniæ. De peregrinationibus ad ſancta loca l. 12. p. 150. 151. De perfecta infinitaque ſapientia animę Domini noſtri Ieſu Chriſti l. 4. p. 149 150. Beata virgo nihil peccauit relinquens Filium in templo, neque petendo ab illo: *Quid feciſti nobis ſic?* l. 10. c. 6.

Dominica prima, poſt octauas Epiphaniæ. Matrimonium Chriſtianum eſt Sacramentum l. 15. Non peccauit beata Virgo dicens: *Fili, vinum non habent* Nec Chriſtus matrem pudeſecit ſua reſponſione l. 10. c. 8. Pro nobis apud Deum intercedit. Ib. c. 10.

Dominica 2. De efficacia, auditioneque verbi diuini l. 7. p. 301. De adoratione & inuocatione Chriſti, l. 3. c. 9. De Confeſſione facienda Sacerdoti l. 15. De pœnis inferni, l. 14. c. 9. 10. 11

Dominica 3. Spiritus ſanctus nunquam deſeruit Eccleſiam Catholicam, nec eam errare permiſit in fidei, vel morum definitionibus, l. 7. c. 16. Chriſtus vere Deus eſt omnipotens l. 3. c. 12

In Cathedra beati Petri. Chriſtus eſt vere Deus ab æterno genitus de Deo vero, l. 3. p. 27. 128. Petrus à Chriſto conſtitutus eſt caput vicarium & ſecundarium Eccleſiæ l. 10. p. 291

In feſto ſanctorum martyrum Fabiani & Sebaſtiani. Martyres non facit pœna ſed cauſa l. 8. c. 13. Inuocandi Martyres l. 10. p. 544. Signa vulnerum pro Chriſto ſuſceptorum in corporibus glorioſis apparebunt l. 10. p. 5[illegible]5.

In conuerſione beati Pauli. Vindicatur à multis ſceleribus, quibus eum à conuerſione ſua infamare nituntur hæretici l. 7. p. 562. &c.

Dominica quarta poſt Epiphaniam. Eccleſia Catholica complectitur bonos & malos l. 15. Ipſa eſt, ſemper fuit, ac erit viſibilis l. 15.

Dominica quinta. Efficaciam maximam dat Spiritus verbo Dei l. 7. p. 300. 301. 302.

MENSE FEBRVARIO.

IN *feſto Purificationis.* De Virginis puriſſima conceptione, natiuitate, conuerſatione l. 10. p. 482. 483. De Simeonis iuſti, & Annæ laudibus l. 9. p. 456. & 458

Dominica ſeptuageſima. Deus nunquam in terris Eccleſiam ſuam deficere permiſit, libro 7. c. 15. Bona Sanctorum opera coram Deo grata ſunt, & digna præmiis, libro 8. c. 6. Eorum gloria cœleſtis inęqualis erit l. 10. c. 22. p. 574.

Dominica ſexageſima. Verbi diuini magna eſt vtilitas l. 7. c. 14. Paſtores & doctores illius in Eccleſia neceſſarii l. 15

Dominica quinquageſima. Meditationes mortis Chriſti incredibiles fructus & conſolationes piis animis adferunt, libro 5. cap. 1. Chriſtus inuocandus & adorandus l. 3. c. 9. Non ſola fides Sanctos iuſtificat, aut ſaluat. l. 8. c. 4.

In feſto ſanctæ Agathæ virg. & mart. Sancti in cœlis orant pro nobis apud Dominum, libro 10. c. 13. & 14. Matrimoniom Sacramentum eſt inter Chriſtianos li. 15. Votum caſtitatis ſemel emiſſum, perpetuo ſeruandum ibid.

In die ſancti Matthiæ. In proditoris Iudæ lapſu, patet Chriſtianos à ſuſcepta fide & gratia cadere poſſe l. 7. c. 18. Deinde, ſucceſſionem continuam Paſtorum eſſe notam veræ Eccleſiæ l. 15

MENSE MARTIO, PER SINGVLOS dies Quadrageſimæ.

F*Eria quarta Cinerum.* Chriſtum ieiunaſſe, vt nobis ieiunandi exemplum relinqueret. l. 4. c. 14. Nobis ſuis ieiuniis & laboribus meruit. ibi. c. 19. Dicens ieiunia mercede donanda eſſe à Patre, non eſt loquutus impropriè l. 4. c. 11

Feria 5. Chriſtus homo adorandus & inuocandus. l. 3. c. 10. Inferorum pœnæ non ſunt metaphoricæ, ſed veræ, reales, multiplices, &c. l. 14

Feria 6. Præceptum Dei de dilectione non eſt impoſſibile. l.16. Dei prouidentia etiam ſuper improbos extenditur. l.2.c.6

Sabbatho poſt cineres. Eccleſia Chriſti è terris nunquam defecit l.7.c.15. Deus per Chriſtum oſtendit omnipotentiam abſolutam l.1.c.14. Nihil Deo eſt impoſſibile ib.p.49.50.51.&c.

Dominica prima quadrageſima. Chriſtus ieiunio ſuo exemplum ieiunandi reliquit l.4.c.14. nobis etiam meruit ib.c.19. Deus non eſt author fraudis Satanæ l.2.p.72.73.&c. Nec ordinat vt aduerſum nos inſurgat ib.c.10. Angeli perfecte ſeruiunt Deo. Non ſunt aſpernandi. Nobis adſunt. Beneficiaq; plurima impetrant. l.9.c.22.23.

Feria 2 poſt Dominicam primam. Chriſtus apparebit iudicaturus viuos & mortuos l.3.c.13. Nouit diē futuri iudicij l.4.c.8. In Eccleſia militante boni & mali ſunt permixti l.15. Deus non prædeſtinat homines ad peccatū: nec deſtinato creat eos, vt damnet l.2.c.11.& 12. Reſurrectio corporū non eſt incredibilis l.10.c.21. De gloria multiplici Sanctorum l.10.c.22. De inferno & pœnis eius l.14.

Feria 3. Chriſtus non aſſumpſit communem cunctis hominibus ignorantiam l.4.c.7. Fuit quoq; omnipotens Dei filius l.3.c.15.

Feria 4. Chriſtus vere deſcendit ad inferos, vt animas Patrum inde liberaret l.6.c.1.& 2.

Feria 5. Chriſtus homo adorandus & inuocādus l.3.c.19. Sanctorum inuocatio vtilis eſt & fructuoſa l.10.c.14.

Feria 6. Multi dies feſti ſunt celebrandi l. 0.c.16. Angelorum miniſterio fiunt miracula lib.9.c.23. Homini poſt lapſumupereſt quædam libertas arbitrii l.15.

Sabbatho. Deus poteſt Filii ſui corpus exhibere ſub alia forma, quam naturali l.1.c.14. Multi hominum mortuorum ſpiritus ex altero ſæculo redierunt l.12.c.13.

Dominica 2. Filius Dei non eſt Deus è ſeipſo: ſed genitus de ſubſtantia Patris l.3.c.3.& 4. Eidem Patri conſubſtantialis, coæternus, conſubſtantialis l.3.c.15. Sancti de clara humanitatis Chriſti viſione gaudebunt l.10.c.23. Sancti in verbo cognoſcunt preces noſtras l.10.c.12. Plurimis dotibus Sanctorum corpora colluſtrabuntur in cœlis l.1 .c.28.29.

Feria 2. Præſcientia Dei, nullā imponit neceſſitatē voluntati humanę l.2.c.5. Nec impellit homines ad peccandū l.2.c.8.& 9. Non dat menti vnde peccat: nec inducit, nec indurat in peccatis l.2.c.10.

Feria 3. Succeſſio paſtorum eſt nota Eccleſiæ l.15. illis eſt obtemperandum l.15.& 16.

Feria 4. Chriſtus non fuit ignorans l.4.c.7. In morte nō oſtendit mollitiem animi lib.5.c.5. Non detrectauit fungi Mediatoris officio l.5.c.5.

Feria 5. In inferos deſcendebant animæ Sanctorum ante Chriſti aſcenſionē in cœlos l.6.c.5. Quod de Limbo Patrū dicitur, non eſt fabula l. .c.6. In inferis diuerſa ſunt receptacula l.14. Certo ſunt in loco ſubtus terrā l.14.c.2. Flamma eſt ibi corporea l.14.ibid. Sancti de cœlo norūt preces noſtras l.10.p.536. Mutuo ſeipſos cognoſcunt l.10.p.536.537.

Feria 6. Eccleſia nunquam deſiit è terris l.7.c.15. Continua eſt in ea Paſtorum ſucceſſio l.15.& 16.

Sabbatho. In homine lapſo, licet læſum, remanet tamen liberum arbitrium l.15.& 16. Deus non impellit hominem ad malas cupiditates l.2.p.73. Neq; author adulteriorum ib.c. .& 9. Pœnitentia non eſt eadem cum Baptiſmo l.15.& 16. Contritio, Cōfeſſio, Abſolutio, Satisfactio partes ſunt pœnitentiæ l.15.& 16.

Dominica tertia. Chriſtus Deus omnipotens l.3.c.15. Vnitas verę Eccleſię nota eſt l.15.& 16. Spiritus ſanctus eſt Deus omnipotens l.7.c.6.& 7. Chriſtus patrum animas liberauit ex Limbo inferorū l.6.c.1.2.10. Exorciſmorum vſus perantiquus & vtilis l.15.& 16. De laudibus beatiſſimæ Deiparæ l.10.

Feria 2. Sancti plurima miracula fecerūt l.10.c.15. Chriſtus dotibus corporis glorioſi vſus eſt cum voluit l. p.47. 8.& l.6.c.1.2.3.

Feria . Eccleſia Dei ſemper viſibilis l.15.& 16. Excommunicandi poteſtas ei conceſſa l.15.& 16.

Feria 4. Traditiones Apoſtolicæ ſunt ſeruandæ l.15.& 16. Non ſunt damnandi Patres & anteceſſores noſtri. l.8.c.vlt.

Feria 5. Sancti pro nobis orant l.10.c.13. Nuptiæ non prohibentur ijs qui liberi ſunt l.15.& 16.

Feria 6. Chriſtus ſuis peregrinationibus & laboribus nobis & ſibi plurima meruit l.4.c.vlt. Memoria Sanctorum laudabilis l.10.c.16. Reliquię honorandæ ib.c.19 Chriſtus eſt fons vitę & ſalutis noſtrę, non ſolum canalis l.4.c.3.

Sabbatho. Matrimonii leges inuiolabiles l.15.& 16. Pœnitētia eſt alia à Baptiſmo l.15.& 16. Satisfactio particularis peccatori neceſſaria l.12. Differunt peccatum mortale & veniale l.12.c.11.& 12.

Dominica 4. Nihil Deo eſt impoſſibile. Deus poteſt panem & vinum conuertere in corpus & ſanguinem Chriſti l.1.p.47.& 48. Benedictiones panis & aquæ vtiles l.13.

Feria 2. Templa Dei nec violanda, nec diripienda l.15.& 1 . Dies feſti celebrandi l.15. Chriſtus ſeipſum potuit ſuſcitare à morte l.3.c.12. Improbos ſua virtute ſuſcitabit l.6.c.vlt.

Feria 3. Chriſti anima primo creationis ſuæ initio fuit omniſcia l.4.c.7. Eſſentiam & omniſcięntiam habuit à Patre l.3.c.3.& 4.

Feria 4. Omnes paruuli contrahunt peccatum originale l.7.c.2.c.l. 5. Animæ ſeiunctæ à corporibus non poſſunt vltra proficere l.10.c.20. Aqua Baptiſmi efficaciſſima l.15.l.16.

Feria 5. Reſurrectio mortuorum non eſt incredibilis. l.10.c.2 . Suffragia pro defunctis illis proſunt. l.11. 2.& 13. Sepeliri in locis ſanctis eſt vtile. l. 2.c.42. Hebręi ſemper orarunt pro defunctis. l. .c.6.

Feria 6. Martha & Magdalena perperam ab hæreticis reprehenduntur. l.9.c. 6.& 18. Chriſtus vere Deus, & Filius æterni Dei. l.3.c.vlt. Reſurrectio corporū Deo poſſibilis & facilis. l. 0.c.2 .

Sabbatho. Chriſtus homo non aſſumpſit communem hominum ignorantiam. l.4.c.6.& 7. Non eſt à ſeipſo, ſed a Patre. l.3.c.3.& 4.

Dominica de Paſſione. Chriſtus non laborauit mollitie animi. Non habuit vota caſtiganda. Non memoria lapſus eſt. Non detrectauit officio ſuo fungi. Nō dubitauit de ſalute ſua. Nō deſperauit. &c. l.5.c.4.5.8.9.

Feria 2. Chriſtus Mediatoris officium non tenuit. l.5.c.5

Eſt

Digitized by Google

Eſt vere fons ſalutis noſtræ, non tantum canalis. l.4.c.3. Aſcēdit ad certum locum cœleſtem.l.6.c.6.

Feria 3. Mater Domini non fuit ambitioſa, non arrogans, non vanæ gloriæ cupida. l.10.c.8. Nulla hominum peccata ſunt à Deo. lib. 2.c.10.11.12. Plurimi feſti dies ſunt ſeruandi.l.10.c.16.

Feria 4. Deus non ſeducit, non excæcat, non indurat mentes hominum.l.2.c.8.& 9. Deo Patri eſt conſubſtantialis.l.3.c.6.

Feria 5. Pœnitentia alia eſt à Baptiſmo. l.15. & 16. Contritio, confeſſio, ſatiſfactio ſunt partes eius. lib. 15. & 16. Chriſtus homo adorandus & inuocandus.l.3.c.9.

Feria 6. Concilia generalia non poſſunt errare. l.13. c 5. Eccleſia eſt Catholica. lib 15. & 16. Chriſtus mortuus eſt pro vniuerſis hominibus.l.5.c.15.

Sabbatho. Infideles ac hæretici ſemper crudeles in Catholicos.l.15. & 16. Multa ſunt pia & ſeruanda ex traditionibus non ſcriptis. l. 15. & 16. Corporea mors Chriſti multum ſaluti noſtræ profuit. l. 5. c. 7. Sancti ſunt colendi & honorandi. Toto l.10.c.16.& 17.

Dominica Palmarum. Chriſto memoria non excidit ſe miſſum eſſe Saluatorem mundi.l.5. c.4. Non refugit Mediatoris officio defungi. l.5. c.5. Non fuit rerum abſentium ignarus.l.4.c.7.

Feria 2. Martha hoſpita Chriſti non eſt accuſanda, aut infamanda. Neque ſoror eius Magdalena. lib. 9.c.16. Apoſtatæ ac hæretici ſemper fuerunt auari & rapaces.l.15.16.

Pro hiſtoria paſſionis Dominicæ, toto libro ſexto, refelluntur plurimæ hæreſes, quæ illi, atque fructibus eius aduerſantur.

Dominica reſurrectionis. Chriſtus homo potuit ſeipſum ſuſcitare à mortuis.l. 3. c.12. Reſurrexit clauſo tumulo.l.6.c.2. Sanguis eius non computruit in terra.l.5.c. vlt. Sed cum carne eius reſurrexit.l.6.c.4.

Feria 2. Paſchatis. Peregrinationes ad loca ſancta non ſunt damnandæ.l.12.c.vlt.l.13.c.46.l.15. Communio Euchariſtiæ ſub altera tantum ſpecie, ortum habet à Chriſto.l.16.

Feria 3. Multi ſpiritus hominum ex alio ſæculo redierunt, & apparuerunt multis.l.12. c.13. Reſurrectio in iiſdem numero corporibus non eſt incredibilis. l. 10. c.21. Pſalmi hæreticorum nihil habent de Chriſto. l.15.

Dominica in albis. Chriſtus intrauit ad Diſcipulos ianuis clauſis.l.6.c.3. Beati in cælo gloriantur de viſione humanitatis Chriſti. l. 10.c.23. Confeſſio peccatorum eſt à Chriſto inſtituta, ſicut & abſoluendi poteſtas.l. 13.c.l.16. Spiritus ſanctus eſt Deus omnipotens.l.7.c. 1.& 2. Chriſtus ſeruat cicatrices vulnerum in corpore ſuo.l.6.c.11.

DE SANCTIS, MENSE MARTIO.

In *feſto S.Gregorii.* In Eccleſia militante eſt caput vicarium ſub Chriſto.l.13.c. B. Gregorius eſt inter ſanctos cœli ciues numerandus.l.8.c.14.

In feſto S.Ioſeph. Nunquam ſibi perſuaſit B. Deiparam virginem eſſe adulteram.l.9.c.10.

In feſto Annunciationis B.Mariæ virginis. De eiuſdem nobiliſſimo genere, ortu, natali, virginitatis voto, fide, pietate, &c.l.10.c.1.& 2. Fuit vere gratia plena. ibid. Nunquam fuit incredula.ibid.c.5.

In feſto S. Benedicti. Hic eſt in cœlis ſaluus. l.8.c.14. Votum caſtitatis ſeruari poteſt. l. 13. c. l. 15. & 16. Vota monaſtica laudabilia.l.15.& 16.

MENSE APRILI, ET MAIO.

In *feſto S.Martii.* Nunquam fuit homo perfidus, inconſtans, vel apoſtata.l.7.c.12. Oportet paſtores legitimos ordinariam habere miſſionem.l. 15.l.16.

In feſto ſanctorum Philippi & Iacobi. A die Pentecoſtes omnes Apoſtoli confirmati fuerunt in gratia l.7. c.12. Chriſtus vere Deus æter[illegible]. lib. 3.c.15. Chriſtus eſt obiectum fidei, non ſolus Pater. l. 16. Paradiſi locus certus eſt in cœlis.l.8.c.1. Gloria Sanctorum in cœlis erit inæqualis.l.10.c.22.

In feſto Inuentionis S. Crucis. Contemplatio Chriſti crucifixi fructuoſiſſima eſt. l. 5.c.1. Baptiſmi Sacramentum neceſſarium eſt.lib.15.l.16. Spiritus ſanctus vere Deus eſt.l.7.c.1.& 2.

In feſto S. Io. ante portam Latinam. Chriſtus homo adorandus & inuocandus. l.3. c.10. Ioannes nunquam peccauit idololatria.l.7.c.12.

In apparitione B. Michaelis. Beati Angeli nec ſunt aſpernandi, nec accuſandi. Diſtributi ſunt in ordines & hierarchias. Sunt cuſtodes noſtri. Orant pro nobis l.9. c.20.21.22.& 23.

Dominica 2. poſt Paſcha. Paſtores in Eccleſia, qui miniſtrent Sacramenta, & verbum Dei ſunt neceſſarii.l 15. l.16. Chriſtus Filius Dei vnica cum Patre eſt cauſa omnium noſtrum.l.3.c.7.l.15.

Dominica 3. De fructibus mortis Chriſti.l.5. c. 14.15. De aſcenſione eius, & ſeſſione ad dexteram Patris.l 6. c.6.7.8.

Dominica 4. Chriſtus ſua paſſione meruit exaltari ſuper omnes, & dextræ Patris conſortium. l. 5. c.14. & 15. Spiritus ſanctus eſt adorandus & inuocandus.l.7.c. 7.& 8.

Dominica 5. Et Filius Dei, & Spiritus ſanctus inuocari debent, non ſolus Pater.l.1.p.17.18.19.l.3.l.7. Chriſtus orat inquantum homo, non vt Deus l.3. cap.14. Nec ſolis meritis ſuis orat, ſed & preces fundit. l.6. c.9.

In feſto Aſcenſionis Chriſti. Primus omnium hominum aſcendit in cœlum.l.6.cap.5. In certum locum aſcendit. Ibi cap.6. Cœlos ſine vlla fractione penetrauit. Ibi.c. 7. Inde tamen multis in terris apparuit. Ibi. cap. 10.

Dominica infra octauam Aſcenſionis. Spiritus ſanctus Deitatem habet à Patre & Filio. L. 7. c. 1. Eſt cum eiſdem vnica rerum cauſa. Ibi. Cunctis Apoſtolis adfuit. Ibi.c.13.& 15.

In die ſancto Pentecoſtes. De natura, perſona, maieſtate, poteſtate, & variis officiis ac operibus Spiritus ſancti. Toto libro ſeptimo tractatur.

Feria 2. Chriſtus eſt paſſus & mortuus pro ſalute totius

Digitized by Google

mundi. Lib. 5. c. 15. Excæcationes impiorum non ſunt à Deo effectiuæ. L. 2. c. 8.

Feria 3. Paſtores ſunt in Eccleſia neceſſarii. lib. 15. & 16. Miſſio ordinaria requiritur. lib. 15. & 16. Chriſtus author ſalutis omnium eſt, non tantum canalis. l. 4. c. 3.

In feſto ſanctiſſ. Trinitatis. Expreſſa fides de ea eſt neceſſaria. Eſt inuocanda & adoranda. Vnica eſt ac indiuiſibilis in tribus perſonis Eſſentia, &c. Toto l. 1.

Dominica prima poſt Trinitatem. Si Deus Pater imitandus eſt, Sancti quoq; imitandi. lib. decimo. Hæretici impie, non tantum temerarie, iudicant & damnant omnes patres noſtros. libro octauo, c. vlt.

In die ſanctiſſima Euchariſtia. De infinita poteſtate Dei circa Corpus Chriſti. libro primo, p. 47. 48. Contra Cœnam Caluinicam. l. 15. & 16. Chriſtus fons eſt ſalutis noſtræ, non tantum canalis. l. 4. c. 3.

MENSE IVNIO, ET *Iulio.*

IN feſto S. Barnaba. Sanctorum, præſertim Apoſtolorum, dies feſti ſunt ſeruandi: & propter plurima nobis confert beneficia. l. 10. c. 14. 15. 16.

In feſto B. Io. Baptiſta. Sacramenta per Spiritum ſanctum ſunt efficacia. l. 7. c. 14. Sunt ad ſalutem neceſſaria. l. 15. & 16. De eiuſdem ſanctificatione, natiuitate, abſtinentia, ſapientia, ſanctiſſimaq; morte. l. 9. c. 5. 6. 7.

In feſto B. Apoſtolorum Petri & Pauli. Caput vicarium Eccleſiæ ſub Chriſto fuit B. Petrus. l. 13. Sanctitas duorum Petri & Pauli à multis hæreticorum calumniis vindicatur. l. 7. c. 13. Chriſtus vere Deus l. 3. c. 15. Eccleſia omnes hoſtes ſuos ſuperans, nunquam è terris defecit. l. 7. c. 15. l. 8. c. 16. l. 13. c. 11.

In feſto viſitationis beatiſſ. Deipara virginis. De eius donis, prærogatiuis, innocentia, perpetuaq; integritate, habes. l. 10. c. 6. 7. 8.

In feſto S. Magdalena. De ſanctiſſimo eius planctu amore & affectu eius in Chriſtum, ſanctitate, habetur. l. 9. c. 18.

In feſto B. Iacobi. De adoratione Chriſti. l. 3. c. 9. 10. Confirmatione Apoſtolorum in gratia. l. 7. c. 13. De vocatione Apoſtolorum. l. 4. c. 15.

In feſto B. Anna. Quod vere ſancta mater fuerit beatiſſimæ Virginis Mariæ. l. 10. c. 1.

Dominica 2. Cœnam hæreticorum refutatam habes. l. 15. 16. Deus non author peccatorum humanorum: ſed dæmon, & homo abutens libero arbitrio ſuo. l. 2. c. 8. 9. 10.

Dominica 3. Pœnitentiæ ſacramentum differt à Baptiſmo. l. 15. & l. 16. Beati Angeli norunt preces noſtras. Eas offerunt Deo, Orant pro nobis. Ideo ſunt honorandi & inuocandi. l. 9. c. 20. 21.

Dominica 4. Verbi Diuini magna eſt vtilitas ac efficacia l. 7. c. 14. Petrus caput vicarium Eccleſiæ ſub Chriſto l. 10. Chriſtus eſt adorandus. l. 3. c. 9. & 10.

Dominica 5. Non ſola fide ſuſcipitur Chriſtus. l. 4. ca. 16. Peccata ſunt longe diuerſa inter ſe. l. 12. c. 12.

Dominica 6. Magna eſt vis verbi Diuini. l. 7. c. 14. Nihil Deo impoſſibile. Poteſt mutare panem in carnem Chriſti. Idem corpus conſtituere in pluribus locis. l. 1. c. 14. Benedicere panem, aquam, vinum vtile eſt. li. 13. Prouidentia ſua curat bonos & malos. l. 2. c. 6.

Dominica 7. De hæreticorum fraude, itemq; crudelitate, quando fortiores euaſerint. l. 15. & 16. Opera bona fidelium, grata ſunt Deo. Eademque neceſſaria ad ſalutem. Non ſola fides iuſtificat aut ſaluat. l. 8. c. 4. 5. 6.

Dominica 8. Multi Chriſtiani iudicabuntur, & damnabuntur. l. 14. l. 8. c. 11. Valde timendum eſt, ne peccata noſtra veniant in iudicium Dei. l. 6. c. 12. Plurimi reprobos accuſant coram Deo. l. 13. c.

Dominica 9. Deus peccata impiorum non decernit, non conſulit, non ordinat, ſed punit. l. 2. c. 9. 10. 11. Templa vult eſſe veneranda, non ſpolianda vel ſubuertenda. l. 15. & 16.

Dominica 10. Gratia Dei præueniens & concomitans neceſſaria eſt. l. 15. & 16. Pœnitentiæ partes contritio, confeſſio, ſatisfactio. l. 15. & 16.

Dominica 11. Manuũ impoſitio, & aliæ ceremoniæ, licet non ſcriptæ, ſunt vtiles & neceſſariæ. l. 15. & 16. Deus omnia poteſt, etiam quæ ordinem naturæ exſuperant. l. 1. c. 14.

Dominica 12. Beati in cœlis cum ingenti gaudio videbunt humanitatem Chriſti. l. 10. c. 23. Non pro ſola fide datur vita æterna. l. 8. c. 6. Præcepta Dei non ſunt impoſſibilia. l. 15. & 16. Spiritus ſanctus eximias virtutes confert Sacramentis. l. 7. c. 14.

MENSE AVGVSTO, ET *Septembri.*

IN feſto S. Dominici. Perpetuam caſtitatem ſeruare non eſt impoſſibile. l. 13. cap. In cœleſti gloria cum aliis Sanctis receptus eſt. l. 8. c. 14

In feſto transfigurationis. Dictum eſt de hoc. Dom. 2. quadrageſimæ.

In feſto S. Laurentij. Martyres facit cauſa, non pœna l. 8. c. 13. Aureolæ ſeruantur Martyribus. l. 10. c. 29. Varii & multiplices fructus paſſionis & mortis Chriſti contra hæreſes explicantur toto libro quinto.

In feſto aſſumptionis domina noſtra Deipara. Ipſa fuit à morte ſuſcitata, & ſecundum corpus in cœlos aſſumpta, ideoq; huius diei feriæ ſunt celebrandæ. lib. 10. cap. 10. & 11.

In feſto S. Bartholomei. Apoſtoli omnes ſic confirmati fuerunt in gratia, in die Pentecoſtes, vt inde nunquam peccarint mortaliter. l. 7. c. 13.

In feſto S. Auguſtini. Hic in cælis ſaluus eſt l. 8. c. 14. Aureolæ ſeruantur doctoribus l. 10. c. 29. Orauit & obtulit pro defunctis. lib. 12. c. 24. 25. Falſum eſt, quod omnes Doctores Eccleſiæ & ſimul & ſæpe errauerint. l. 13. c. 11.

In decollatione S. Io. Baptiſta. Hic incarceratus non puniebatur pro peccato ſuo. Non æſtimabat debitum ſibi eſſe infernum. Nunc in cælis longe plus eſt, quam meretrix. l. 9. c. 9.

In natiuitate S. Maria virginis. Iſta ex nobiliſſimo omnium hominum genere proceſſit. Concepta & nata eſt ſine peccato, Ideo natiuitas eius eſt celebranda. l. 10. c. 1. & 2.

In ex-

Digitized by Google

In exaltatione ſanctæ crucis. In Crucifixi contemplatione apparet maxima Chriſti gloria ſpeſque præcipua ſalutis humanæ. l.5.c.1.

In feſto S. Matthæi. Hic in gratia confirmatus fuit. Scribendo non detorſit veterum Prophetarum oracula. l.7.c.13.

In feſto. S. Michaelis. Beati Angeli non ſunt aſpernandi. Non peccant continuo, non ſunt vani, vel inconſtantes. Orant pro nobis. Sunt inuocandi, Cuique mortalium vnus deputatus eſt cuſtos. l. 9. cap. 21. 22. & 23.

In feſto Diui Hieronymi. Hic propugnatur à fœdis hæreticorum calumniis, & in cælis regnare probatur. l.8. c.14. Conſtanter aſſeruit Purgatorium, & preces pro defunctis. l.12.c.20.21.127. & l.13.c.20.

Dominica 13 poſt. Pentecoſten Chriſtus quatenus homo, adorandus & inuocandus. lib.3.cap.9. & 10. Confeſſio peccatorum facienda ſacerdoti. l.13.cap.32. & l.15. & 16.

Dominica 14. Deus paterna prouidentia curat bonos & malos. lib. 2. cap. 6. Animæ humanæ prorſus ſunt immortales. l.8.c.7. & lib.14. cap. vltimo.

Dominica 15. Chriſtus eſt fons vitæ noſtræ, non tantum canalis. lib.4.c.3. Reſurrectio in iiſdem corporibus Deo facilis, & nobis certa eſt. l.10.c.21. Hebraicus populus orabat pro defunctis li. 11.c.6. & 13. Cura ſepulturæ commendatur. lib.12.c.42.

Dominica 16. Chriſtus eſt Deus omnipotens. l.3.c. vlt. Deus agere poteſt & ſupra, & contra ordinem naturæ l.1.c.vlt.

Dominica 17. Præcepta Dei non ſunt impoſſibilia homini iuſtificato. l.15. & 16. Chriſtus nihil ignorauit. l.4. c.7.8.9.

Dominica 18. Ieſus non ignorauit fidem offerentium ei Paralyticum. lib. 4. c. 9. Eſt Deus verus ac omnipotens. l.3.c.vlt.

Dominica 19. Chriſtus ſua incarnatione & natiuitate, vniuerſo hominum generi meruit. l.4.c. vlt. Paſſus eſt ſufficienter pro toto mundo. l.5.c.15. Deus non creat homines deſtinato vt damnet, ſed vt ſaluet. lib.2.c.11. & 12. De inferno & tormentis eius tam corporeis quã ſpiritalibus copioſe agitur toto. l.14.

MENSE OCTOBRI ET Nouembri.

IN *feſto Diui Franciſci.* Chriſti crucifixi contemplatio incredibiles adfert animo conſolationes, & fructus vberrimos. l. 5.c.1. S. Franciſcus cælo ſuſceptus cum Chriſto regnat. l.8.c.14.

In feſto S. Dionyſii. Imagines, & reliquię Sanctorum Martyrum ſeruandæ & venerandæ. l.10. c.17.18. libri qui feruntur B. Dionyſii, vna cum authore vindicantur à calumniis hæreticorum. l.12.c.17.

In feſto S. Lucæ. Hic Euangelicas ſententias methodice retulit. l.7.c.13. Imagines Chriſti B. Virginis, & Apoſtolorum graphice depinxit. l.10.c.17.18.

In feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Apoſtoli per totum mundum mittendi fuerunt à SS. confirmati in gratia. l. 7. c.13. Dies eorum feſti ſunt celebrandi. lib. 10. c.14.

In feſto omnium Sanctorum. Non ſola fide, ſed & virtutum officiis, ac operibus bonis, Sancti & iuſti & ſalui facti ſunt. l.8.c.4.5.6. In cælo, locoque ſignato recepti ſunt. Ibidem, c.1. Clara Dei viſione & poſſeſſione fruuntur. Ibidem, c.8. Pro nobis intercedunt. Norunt preces noſtras. Vtiliter inuocantur. l.10.c.13.14.

In commemoratione fidelium defunctorum. Purgatorii varia tormenta ſupereſſe poſt hanc vitam probatur ex veteri & nouo teſtamento. Item ex omnibus Scriptoribus ac hiſtoriis. l.11.12.13. Iuuandos eſſe eos, qui in illis emendantur confirmatur. l.13.c.40.41.&c.

In feſto S. Martini. Epiſcoporum ſucceſſio & functio neceſſaria eſt in Eccleſia. li. 15. & 16. Sanctorum meritis & precibus Deus miracula facit, & beneficia confert hominibus. l.10.c.15.

In feſto. S. Clementis Papæ & Martyris. Papa B. Petri ſucceſſor, eſt caput vicarium totius Eccleſiæ ſub Chriſto. l.13. B. Clemens ſcripſit libros Conſtitutionum Apoſtolicarum. l.12.c.16.

In feſtu SS. Ceciliæ, & Catharinæ virg & martyr. Aureolæ in cælis ſunt ſeruatæ virginibus, & martyribus. l. 10.c.29. Perpetua caſtitas non eſt impoſſibilis l.15.c. 31. Animæ iuſtorum in cælo recipiuntur. Dei viſione clara fruuntur. Non amplius expectant. l.8.c.7.8.

Dominica 20. poſt Pentecoſten. Chriſtus peregrinationibus laborioſis multum meruit. l.4.c.vlt. Ieſus eſt omnipotens Dei Filius. l.3. c vlt. Verbum Dei eſt efficaciſſimum. l.7.c.13.

Dominica 21. Peccata noſtra adducentur in Dei iudicium, ac ideo timendum eſt. lib. 6. c.11. Satisfactio eſt pars pœnitentiæ. l.13.c.28. l.15.

Dominica 22. Chriſtus nihil ignorauit. l. 4.c.7. & 9. omnium doctiſſime docuit. Ibid.c.12. Regibus & magiſtratibus obediendum, non conuiciandũ. l.15. & 16.

Dominica 23. Chriſtus in carne adorandus, & inuocandus. l.3.c.9.10. Mulier hęmorrhoiſſa magna fide, & pio zelo tetigit veſtem Chriſti. l.9.c.15. Reliquiæ ſanctorum honorandæ. l.10.c.19. Reſurgemus in iiſdem corporibus. l.10.c.21.

Dominica 24. Chriſtus venturus eſt Iudex, non Pater. l. 3.c.13. Non ignorat diem futuri iudicii. l.4.c.8. Iudicabit ſecundum opera. l.15. & 16. Timendum eſt vltimum iudicium, l.6. c. 11. Impii virtute Chriſti reſurgent. l.6.c.vlt.

MENSE DECEMBRI.

DOMINICA 1. *de Aduentu.* Incarnatione & natiuitate ſua Chriſtus & ſibi & nobis meruit. l.4.c.vlt. Vltimum iudicium tremendum. l. 6.c.11. Chriſtus homo venturus eſt iudex viuorum & mortuorum. l 3. c.13.

Dominica 2. Ioannes pro iuſtitia, non pro peccatis ſuis paſſus eſt. lib.9.c.9. Nec fuit Deo immorigerus, aut iniurius Chriſto. Ibid. c.8. Nec ignorauit Chriſtum triginta annis. l.9.c.7. Abſtinentia à cibis quibuſdam laudabilis. l.13.c.32.

Dominica 3. Sancti laudandi & honorandi ſunt. lib.10.c.

Digitized by Google

16. Ioannes precurſor nunquam reputatus fuit vel hæreticus vel ſchiſmaticus.l.9.c.6.Sacramentum Bapriſmi mirum in modum neceſſarium, & efficax eſt. l.15.& 16.

Dominica 4.Ioannes Baptiſta non eſt vſus cibis lege prohibitis.l.9.c.6. Nec fuit ſtultus, nec imprudens, nec Chriſtum reprehendit. l.9.c 8. Pœnitentia eſt ſacramentum à Baptiſmo diuerſum.l.15.& 16.

In feſto S. Nicolai. Epiſcoporum ſucceſſio. Nota eſt Eccleſiæ Catholicæ.l.15. Sancti cæleſtes in perfecta vigent caritate.l.10.c.11. Noſcunt preces noſtras, & orant pro nobis.10.c.

In feſto Conceptionis B. Mariæ virginis. Orta eſt ex omnium nobiliſſima ſtirpe. Concepta & nata ſine peccato. l.10.c.1. & 2.In cælis orat pro nobis.Ideo inuocanda Ib.c.12.13.14.

In feſto S. Thomæ. Sancti poſſunt deficere à fide. l.7.c.17. 18.Chriſtus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, ſeruauit vulnerum cicatrices.l.6.c.3.& 11.

In Natiuitate Chriſti. Maria illæſa virginitate Chriſtum peperit.Et hoc ad fidem Chriſtianam pertinet. l.4.c. 2.Angeli libenter, alacriter, integreque obſequuntur Deo, Lib.9.c.9.10.Chriſtus in carne adorandus.l.3.c. 9.& 10.

In feſto S. Stephani. Martyres Chriſti non facit pœna, ſed cauſa. Hæretici affecti ſupplicis pro hæreſibus, non ſunt martyres.l.8.c.13.

In feſto B. Ioannis. Nunquam impropric vſus eſt ſacris Dei vocibus.l.7.c.13. Nunquam crimine idololatriç, vel apoſtaſiæ ſeipſum commaculauit.l.7.c.13.

In feſto S. Innocentium Sancti gratia inhęrente iuſti ſunt, non ſola imputatione.l.8.c.3. Horum animę immortales ſunt.lib.8.cap.7.Orant pro nobis.lib.10.cap.14. & 15.

Dominica intra octauam Natiuitatis. Simeon ſenex fuit Propheta, ſacerdos, & honoratus in populo Iudæorum.lib. 9.c. 12. Anna propheteſſa iciuniis ſeruiebat Deo.Ib.c.13.

In feſtis Apoſtolorum ac Euangeliſtarum. Libro 4. cap. 15. lib. 7. cap. 13. libro 8. cap. 6. libro 10. cap. 11. 12. 16. 29. 30.

In feſtis Martyrum. Libro 9. c. 12. & 13.li.10.c.11.12.29. & 30.

In feſtis Confeſſorum. Lib.7.c.14.15.& 19.l.8.c.6.7.8.& 14 l.10.c.15.& 16.

In feſtis ſacrarum virginum. Libro decimo, c.28.29.30. l.13.c.33.

TERTIVS INDEX SACRARVM SCRIPTVRARVM, QVÆ SPARSIM HOC LIbro Explicantur, vtriuſque Teſtamenti, Librorum ſeruato ordine.

GENESIS.

Cap.1. IN principio creauit Deus cœlum & terram.38.colum.2.105.c.2.t.1.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas 275.c.1.277.c.1.282.c.2.288.c.1.t.1.

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 40.c.1.108.c.1.131.c.1.t.1.

Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde Bona.89.c.2.t.1.

2. In quacunque die comederitis, morte moriemini.325.c 2.t.1.

3. Semen mulieris conteret caput tuum, 92. col. 2. t.1.505.c.1.t.eod.

Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum, 24.c.2. t.1.

Nequaquam moriemini, eritis ſicut dii. 171.c.1. t. 2.& 309.c.2.eod.t

Puluis es, & in puluerem reuerteris, &c.20.col.1. tom.2.

4. Nonne ſi benefeceris recipies, ſin autem male, peccatum, &c.5.c.2.t.1.

Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniā merear. 224. c.1.t.1.

6. Omnis caro corruperat viam ſuam.186. colum.1. t.2.

Omnes auaritiæ ſtudent, &c.

7. Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, 428.c.1.t.1.

8. Noe ædificauit altare Domino, &c. 428. col.2. tom.1.

12. Benedicens benedicam tibi & ſemini tuo poſt te, 428.c.1.t.1.

Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, &c.429.c.2.t.1.

17. Infans octo dierum, cuius præputii circunciſa non fuerit, &c.325.c. 2. t.1. & 379. col.2. eod. tom.

18. Loquar ad Dominum, cum ſim puluis & cinis, 115.c.2.t.1.

Obſecro, ne iraſcaris Domine, ſi loquar adhuc ſemel, &c.544.c.1.t.1.

Ne quæſo indigneris Domine, ſi loquar, &c. ibidem.

19. Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, &c. 544. c.1.tom.1.

Pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham, &c.31.c.1.t.2.

23. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. 505. col.2.t.1.

Patres

Digitized by Google

Patres ſeculi qui dormitis in Chebron, portas Paradiſi Eden aperite ei, &c.19.c.2.t.2.
24. Egreſſus eſt ad meditandum in agro, 31.c.2.t.2.
28. Vere Dominus eſt in loco, & ego neſciebam. Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli. 143. c.2.t.2.
37. Deſcendam lugens in infernum ad filium meum Ioſeph.235.c.2.t.2.
32. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. 544.c.1. t.1.
37. Deſcendam ad filium meum in infernum.248.c. 2.t.1.& 235.c.2.t.2.
48. Deus in cuius conſpectu ambulauerunt.446.&c. c.2.t.1.
Angelus qui me eruit de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.479.c.2.t.1.
49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. & ipſe erit expectatio Gentium.131.c.2.t.1.

EXODI.

3. Ego ſum, qui ſum. Qui eſt, miſit me ad vos. 28.c. 2.37.c.2.t.1.572.c.2.eod.t.
Solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.143.c.2.t.2.
10. Indurauit Dominus cor Pharaonis, &c. 94.c.1. t.1.
20. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te, &c. 131.c.2.t.1.
Non occides, Non Mœchaberis, &c. 90.c.1.t. 1.
Diliges proximum tuum ſicut teipſum. 503.c.2. t.1.
Memento vt diem Sabbathi ſanctifices. 27.c.2. t.2.
23. Ego mitto Angelum meum ante te, vt ſeruet te in via, &c.479.c.2.t.1.
13. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.337.c.2. t.1.
32. Quieſcat ira tua & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui.&c.545.c.2.t.2.
33. Si gratiam inueni in conſpectu tuo, videam faciẽ tuam.571.c.1.t.1.
Inueniſti gratiam coram me: noui te ex nomine, 434.c.2.t.1.

LEVITICI.

11. Locuſtas & mel ſylueſtre edebat.443.c.2.t.1.
20. Sanctificaui te ex vtero, &c.337.c.2.t.1.

NVMERORVM.

6. Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te, &c. 544. c.1.t.1.
14. Dimiſi peccatum, attamen non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, &c. 88.c.2. t.2.

DEVTERONOMII.

5. Serua mandata Domini Dei tui, & cæremonias, quas præcepit tibi, &c.350. c.2.t.1.
6. Dominus tuus, Deus vnus eſt.24.c.1.28.c.1.eod. t.& 77.c.1.eod.t.
15. Vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, cum feceris quod placet in conſpectu Dei.350.c.2.t.1.
23. Ignis accenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.241.c.1.t.2.
24. Pro menſura delicti erit & plagarum modus.575. c.1.t.1.
25. Secundum menſuram delicti, ſit & plagarum modus.260.c.2.t.2.
26. Tu hodie elegiſti Dominum Deum vt per vias eius ambules.67.c.1.t.1.
30. Teſtes inuoco cœlum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, &c.67.c. 1.t.1.
32. Ego occidam, & viuere faciam, percutiam, & ſanabo, &c.65.c.2.t.1.
Dei perfecta ſunt opera, Deus fidelis & abſq; vlla iniquitate.89.c.2.t.1.
Dei perfecta eſſe opera.461.c.2.
Meminiſſe dierum antiquorum, cogitare generationes ſingulas, &c.424.c.1.t.1.
34. Moyſes mortuus eſt, fleueruntq; eum filii Iſrael triginta diebus, &c.145.c.2.t.2.

IVDICVM.

6. Dominus tecum, virorum fortiſſime. 479. col.2. t.1.
14. Spiritus Domini irruit in Samſonem.271.c.1.277 c.1.290.c.1.t.1.

IOSVE.

1. Sicut fui cum Moyſe, ero & tecum: non dimittam neque derelinquam, &c.435.c.2.t.1.
5. Solue calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt, 143.c.2.tom. 2.
20. Loquere filiis Iſrael & dic ad eos: &c. 33.colum. 2.t.2.

RVTH.

1. Faciat vobis Dominus gratiam & miſericordiam &c.34.c.1.t.2.

PRIMI REGVM.

2. Dominus mortificat, & viuificat; deducit ad inferos, &c.31.c.2.43.c.2.t.2.
7. Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum, &c.545.c.1.t.1.
17. Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen.&c 154.c.1.t.2.
25. Erit anima Domini cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, &c.35.c.2.t.2.
Sit anima N. in horto Paradiſi, &c.20.c.2.t.2.

SECVNDI REGVM.

1. Dauid planxit & fleuit & ieiunauit vſque ad veſperam ſuper Saul, &c.151.c.2.t.2.
3. Dauid & omnis populus, veſtes ſciderunt, ſaccos accinxerunt, & planxerunt ante exequias Abner, &c.151.c.2.t.2.
5. Tu paſces populum meum Iſrael.212.c.2.t.2.
12. Tranſtulit Dominus peccatum tuum à te.88.c.2. tom.2.

Digitized by Google

24. Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his. 67.c.1.t.1.

TERTII REGVM.

2. Si cuſtodierint filii tui vias meas, & ambulauerint, &c. 64.c.2.t.1.
15. Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius. 351.c.1.t.1.
21. Quia humiliatus eſt Achab mei cauſa, non inducam malum, &c. ibid.
22. Recte fecit temporibus Ioiadæ. 351.c.1.t.1.

QVARTI REGVM.

2. Aſcende calue. 492.c.1.t.1.
19. Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, &c. 36.c.1.t.2.

PARALIPOMENON II.

7. Elegi locum iſtum mihi, in domum ſacrificii. Oculi mei erunt aperti, &c. 144.c.1.t.2.
36. Domine Deus patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, &c. 193.c.2.t.2.

TOBIÆ.

3. Omnia iudicia tua iuſta ſunt. 254.c.2.t.2.
Angelus Sanctus Dei. 335.c.1.t.1.
4. Eleemoſyna liberat à peccato. 88.c.1.t.2.
Panem tuum & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: &c. 38.c.1.t.2.
Panem & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue. 149.c.1.t.2.
5. In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi Dei: & miſſus eſt ſanctus Domini Angelus Raphael, vt curaret ambos, &c. 477.c.1.t.1.
Angelus Domini comitetur vobiſcum. 544.c.2.t.1.
Sit Deus in itinere veſtro. Et Angelus eius comitetur vobiſcum. 480.c.1.t.1.
10. Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro. 544 c.2.tom.1.
12. Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Dominum. 369.c.1.t.1.
Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recondere. 150.c.2.t.2
Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem qui aſtemus ante Dominum. 571.c.2.t.1.
14. Seruite Domino in veritate, & quærite vt faciatis quæ placita ſunt ei. 351.c.1.t.1.

IOB.

1. Ecce cuncta quæ habet, in manu tua ſunt. 74.c.1.t.1.
Iob fuit vir ſimplex, rectus, timens Deum, &c. 432.c.2.t.1.
In omnibus iis Iob non peccauit, nec ſtultum quid aduerſus Deum locutus eſt, &c. 346.c.2.t.1.
2. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, &c. 435 c.1 t.1.
Ne forte peccauerint filii mei, &c. 433.c.1.t.1.
3. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, &c. 433 c.1.t.1.
3. Adhuc permanes in ſimplicitate tua? &c. 433.c.2.t.1.
4. Et in Angelis ſuis reperit prauitatem. 472.c.2.t.1.
5. Ad aliquem Sanctorum conuertere. 335.c.1.t.1.
6. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. 573.c.1.t.1.
Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in ſtatera, &c. 179.c.2.t.1.
10. Terram miſeriæ & tenebrarum, opertam mortis caligine. 242.c.1.t.2. & 266.c.1.eod.t.
13. Etiam ſi occiderit me ſperabo in eum. 433.c.2.t.1.
15. Nemo mundus à ſorde, neq; infans cuius eſt vita vnius diei ſuper terram. 93.c.2.t.1.
Cœli non ſunt mundi in conſpectu eius, &c. 325.c.2.t.1.
19. Rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea, &c. 572.c.2.t.1.
Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus, &c. 433.c.2. 572.c.2.t.1.
In carne mea videbo Deum meum, &c. 586.c.1.t.1.
20. Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius: deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur, &c. 242.c.1.t.2.
21. Ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt. 242.c.1.t.2.
Noſtra non conſiderat. Si eſt Deus, etſi eſt ſcientia in Excelſo. 309.c.2.t.2.
24. Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimiũ, 266.c.2.t.2.
26. Spiritus Domini ornauit cœlos. 277.c.1.t.1.
31. Obſecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod placitum eſt coram te fecerim. 350.c.1.t.1.
35. Stulte, quid donabis ei aut quid de manu tua accipiet? 560.c.1.t.1.

PSALMORVM.

2. Poſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, &c. 305.c.2.t.1.
Seruite ei cum timore, & exultate cum tremore. 115.c.1. 322.c.1.t.1.
Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur, &c. 114.c.2.t.1.
Odi eccleſiam malignantium. 297.c.1.t.2.
Ego autem conſtitutus Rex ab eo. 212.c.2.t.2.
Deus exaltauit illum, & dedit illi nomẽ quod eſt ſuper omne nomen, &c. 577.c.1.t.1.
Non Deus volens iniquitatem tu es. 85.c.1.t.1.
5. Virum ſanguinũ & doloſum abominabitur Dominus. 345 c.2.t.1.
6. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. 265.c.2. 266.c.1.t.1. 314.c.1.t.1.
Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, non recedet gladius de domo tua. 89.c.1.t.2.

Digitized by Google

In inferno quis confitebitur tibi. 242.c.1.t.2
8. Minuiſti eum paulominus ab Angelis, &c. 129.c.1.t.1
Gloria & honore coronaſti eum. 132.c.1.t.1.
9. Conuertantur peccatores in infernũ. 242.c.1.t.2
Conuertantur peccatores in infernũ. 236.c.1.t.2
10. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum pars calicis eorum. 264.c.1.t.1. & col.2. ib.
Pones eos vt clibanum ignis, &c. 263.c.1.t.2
11. Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, &c. 263.c.2.t.1
13. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, &c. 380.c.1.t.1
Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, 340.c.2.t.1
15. Caro mea requieſcat in ſpe. 147.c.2.t.1
Non derelinques animam meam in inferno, 239.c.1.t.1. 84.c.1.t.2
Delectationes in dextera tua vſque in finem, 254.c.2.t.1
Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, 229 c.1.t.2
Non derelinques animam meam in inferno, 138.c.1.t.2.
Non eſt derelicta anima eius in inferno. ibid.
Non derelinques animam meam in inferno, 242.c.1.t.2
Bonorum meorum non eges. 360.c.1.t.1
17. Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie ſua exarſit, carbones ſucconſi ſunt ab eo, 264.c.2.tom.2
Conſtitues me in caput gentium, 112.c.2.t.2
18. Ab occultis meis munda me & ab alienis parce ſeruo tuo. 281.c.1.t.2
In cuſtodiendis illis retributio multa. 354.c.1.t.1
21. Deus meus, quare me dereliquiſti? 211.c.1.222.c.2.t.1
In te ſperauerunt patres noſtri, & liberaſti eos, &c. 220.c.2.t.1
Ego autem ſum vermis & non homo, &c. 107.c.2.217.c.2.t.1
Spes mea ab vberibus matris meæ. 147.c.2.t.1
Omnes videntes me, deriſerunt me, &c. 201.c.2.t.1.220.c.2.eod.tom.
Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium. 314.c.1.305.c.2.t.1
Longe à ſalute mea verba delictorum meorum, 358.c.2.t.1
22. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala. 363 c.1.t.1
27. Redde retributionem eorum ipſis. 354.c.2.t.1
30. In manus tuas commendo ſpiritum meum. 363.c.2.tom.1
Diligite Dominũ omnes Sancti eius. 335.c.2.t.1
32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. 290.c.1.to.1.211.c.1.eod.tom.
33. Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. 475.c.2.t.1
Timete Dominum omnes Sancti eius. 335.c.2.t.1
37. Viſitabo in Virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. 195.c.1.t.2
44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, &c. 163.c.1.t.1
Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, &c. 132.c.1.t.1
Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. 348.c.1.t.1
Ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. 114.c.1.t.1.131.c.1.eod.tom.
Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, &c. 486.c 2.t.1
47. Deus fundauit eam in æternum. 305.c.2.to.1
49. Inuoca me in die tribulationis eruam te, &c. 115.c.2.to.1
50. Ecce eo in iniquitatibus conceptus ſum, &c. 380.c.1.t.1.
Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. 277.c.1.to.1.280.c 2.eod.to.
Spiritu principali confirma me, 275.c.1.to.1.280.c.2.eod.tom.
54. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori, 242.c.1.to.2
65. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. 87.c.1.t.2
Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. 254.c.2.to.2
67. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, &c. 132.c.2.to.1
Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, &c. 132.c.2.t.1. 248.c.2.t.1
Deus eſt mirabilis in Sanctis ſuis. 335.c.2.to.1
68. Ne abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os meum. 252.c.2.t.2
Deus tu ſcis inſipientiam meam, &c. c.1.t.1
73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper, 80.c.1.t.2
Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper, 276.c.1.to.2
77. Aperiam in parabolis os meum, &c. 195.c.2.t.2
78. Dederunt carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ. 235.c.2.t.1
79. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. 572.c.1.t.1
83. Beati qui habitant in domo tua Domine in ſæcula ſæculorũ laudabunt te Domine. 85.c.2.t.2
85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. 238.c.2.t.2
Confitebor tibi Domine in toto corde meo, &c. 41.c.2.t.2
88. Si autẽ dereliquerint filii tui legem, &c. 64.c.2.t.1
Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, 195.c.1.t.2
Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem. 42.c.2.t.2
Viſitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum. 88.c.1.t.2
90. Deus Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. 475.c.2.t.1
95. Iudicat orbem in æquitate & populos in veritate ſua. 254.c.2.t.2
96. Adorent eum omnes Angeli. 132.c.2.t.1
102. Deus in cœlo parauit ſedem ſuam. 333.c.1.t.1
Benedicite Deo Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius, ad audiendum vocem ſermonum eius, &c. 473.c.2.t.1

103. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.275.c.1.t.1. 282.c.2.eod.to.290.c.1.eod.t.

104. Ferrum pertranſiuit animam eius,511.c.2.t.1.

105. Dixit vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet,&c.64.c.1.t.1.

Quia exacerbauerunt Spiritum eius,&c.435.c.1.t.1.

109. Sede à dextris meis, &c. 253. c.2 254.c.1.256.c.1. tom.1.

Ex vtero ante luciferum genui te,103.c.2.t.1.

Tu es ſacerdos in æternum ſecundum, &c.257.c.2.t.1.

De torrente in via bibet,propterea, &c.228.c.1.t.1.228.c.1.eod.tom.

111. Ab auditione mala non timebit,270.c.1.t.2.

Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet,273.c.1.t.2.

113. Non mortui laudabũt te Domine, &c.80.c.1.t.2.

115. Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius,357.c 2.t.1.556.c.2.eod.tom.

118. Iudiciis enim tuis timui,265.c.2.t.1.314.c.1.eod.t.

Inclinaui cor meum ad faciendas cogitationes tuas in æternum propter retributionem, 354.c.1.t.1.

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, 254.c.2.t.2.

124. Montes in circuitu eius,&c.547.c.1.t.1.

125. Qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent,357.c.2.t.1.

129. Copioſa apud eum redemptio, 180.c.1.t.1.185.c.2.eod.t.186.c.2.eod tom.

138. Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? 272.c.2.t.1.

Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades,236.c.1.t.2.242.c.1.eod.t.

Nonne qui oderũt te Domine, oderã? 297.c.1.t.2.

142. Non intres in iudicium tuum cum ſeruo tuo, 14.c.1.t.1.

143. Domine, regnabis in æternum, & regale ſolium tuum in ſecula ſeculorum,20.c.1.t.2.

144. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationẽ eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos,c.1.t.1.

147. Exultabunt Sancti in gloria facere iudicium conſcriptum, 335.c.2.t.1.

149. Exultationes Dei in gutture eorũ, &c. 85.c.2.t.2.

Exultabunt iuſti in gloria,&c.70.c.2.t.2.

150. Gloria hæc eſt omnibus Sanctis eius, 335.c.2.t.1.

PROVERBIORVM.

1. Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem,250.c.1.t.2.

10. Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet,352.c.1.t.1.

11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes, &c. 43.c.2.t.2.

16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: impiũ quoq; ad diem malũ,93.c.2.t.1.

21. Facere iuſtitiam magis placet Deo, quam immolare victimas,351.c.1.t.1.

27. Infernus & perditio nunquã implẽtur,252.c.1.t.2

28. Vir fidelis multum laudabitur, 352.c.1.t.1.

30. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit, 252.c.1.t.2.

31. Mulier timens Dominum ipſa laudabitur: Laudabunt eam in portis opera eius, 352.c.1.t.1

ECCLESIASTES.

3. Tempus tacendi & tempus loquendi,502.c 2.t.1

4. Laudaui mortuos potius quam viuentes, 547.c.2.t.1.

7. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua,&c. 44.c.2.t.2.

Vindicta carnis impii, ignis & vermis, 262.c.2.t.2.244.c.1.

9. Neſcit homo vtrũ amore an odio dignus ſit, 316.c 1.t.1.322.c.2.t.eod.

Mortui nihil nouerunt amplius, &c.534.c.2.t.1.

CANTICORVM.

4. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Oculi tui columbarum, abſq; eo quod intrinſecus latet,486.c.1.t.1.

Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te,486.c.1.t.1.

8. Dilectio eſt fortis vt ipſa mors:&c.534.c.1.t.1.

SAPIENTIÆ.

1. Deus mortem non fecit, nec lętatur in morte pereuntium,79.c.2.t.1.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum,271.c.1.t.1.290.c.1.eod.t.

Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, 323. c.1.tom.1.

3. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe, 357.c.2.t.1.

Animæ Sanctorum in manu Dei ſunt,336.c.1 t.1.

Turbabuntur timore horribili, & præ anguſtia ſpiritus gementes, dicent. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, &c.277.c.2.t.2.

4. Venient in cogitatione peccatum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum, 281.c.2.t.2.

5. Inuocaui & venit in me Spiritus ſapientiæ, 280.c.2.t.1.

Accipiet armaturam Zelus ad vltionem inimicorum,25.c.1.t.2.

Recepiſti bona in vita tua,&c.70.c.2.t.2.

Inter Sanctos ſors illorum eſt,334.c.1.t.1.

Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, &c. 269.c.1.t.2.

6. Iudicium duriſſimum in his qui pręſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: &c.281.c.1.t.2.

7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis,558.c.1.t.1.

10. Ab altitudine inferorum eduxit illos,252.c.2.t.2.

11. Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti,89.c.2.t.1.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, 278. tom.2.

Digitized by Google

17. Illi qui in potentem venere noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis, &c. 252.c.2.t.2.
13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei, 583. c. 1.t.1.

ECCLESIASTICI.

10. Initium omnis peccati ſuperbia, 79.c.1.t.1.
Cuncta quæ fiunt adducet Dominus in iudiciū, &c.43.c.2.t.2.
14. Ante obitum tuum operare iuſtitiam : quoniam apud inferos non eſt inuenire cibum, 271. c. 2.t.2.
15. Deus dereliquit hominem in manu cōſilii ſui. 67. c.2.tom.1.
21. Via peccantium complanata eſt lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnæ, 266. c.1.t.2.
22. Supra mortuum plora. Modicū plora ſupra mortuum, &c.45.c.2.t.2.
35. Sacrificium iuſti eſt acceptabile, 351.c.1.t.1.
38. Fili, in mortuū produc lachrymas, &c.45.c.2.t.2.
44. Noe inuentus eſt iuſtus, & in tempore iracundię, &c.429.c.1.t.1.
Penetrabo omnes inferiores partes terræ, &c.46. c.1.t.2.
48. Deus liberauit populum ſuum in manu Iſaiæ ſancti Prophetæ, &c.440.c.1.t.1.
Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, &c.438.c.2. tom.1.
51. De altitudine ventris inferi. 253.c.2.t.2.

ISAIÆ.

1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, 64.c.2.t.1.
Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, &c. 91.c.2. tom.1.
Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: &c.88.c.1.t.2.
2. Idola penitus conterentur, 309.c.2.t.1.
3. Erit pro ſuaui odore fœtor, 264.c.1.t.2.272.c.1. eod.t.
4. Via Sanctorum erit ſancta. 336.c.1.t.1.
5. Dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum, abſque vllo termino, 252.c.2.t.2.
Quid vltra debui facere, & non feci? 280 c.2.t.2.
6. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth 20.c.2.t.1.279.co.2.eod.t.85.c.2.t.2.
Aure audietis, & non intelligetis, 289.c.1.t.1.
Quem mittam? Aut quis ibit nobis? 440.col.1.t.1
7. Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, &c.247.c.1.t.2.
Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, &c. 138. c. 1.tom.1.
8. Quærite à Pythonibus & à Diuinis: Nunquid populus à Deo ſuo requiret, &c.47.c.1.t.2.
9. Succenſa eſt quaſi ignis impietas, &c. 47. col. 2. tom.2.
Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt, &c. 186.c.1.t.1.
10. Et erit lumen Iſrael in igne, &c.47.col.2.t.2.
11. Requieſcet ſpiritus ſapientiæ & intellectus, 148. c.2.t.1.151.c.1.t.1.
Erit fides cinctorium renum eius, 147.c.2.t.1.
14. Infernus ſubtus te conturbatus eſt : ad infernum detraheris in profundo laci, 247.c.1.t.2.
15. Sancti eſtote, quoniam ſanctus ſum, 89.c.2.t.2.
20. Ecce ego, mitte me, 440.c.1.t.1.
25. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, 582.c.1.t.1.
26. Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent, 572. c.2.t.1.
Expergiſcimini vos, & lætamini, &c.20.c.2.t.2.
30. Præparata eſt Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, &c.264.c.1.t.2.
33. Regem in ſplendore ſuo videbunt, 572.c.1.t.1.
34. Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur : & erit terra eius in picem ardentem, &c.264.c.2.t.2.
35. Confortamini ecce Deus veſter veniet, &c.132.c. 1.tom.1.
40. Mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient, 582.c.2.t.1.
Vox clamantis in deſerto, parate vias Domini, 444.c.2.t.1.132.c.2.eod.t.
41. Accedant & nuntient nobis ventura, &c. & ſciemus quia dii eſtis vos, 288.c.1.t.1.
45. Ego Dominus faciens pacem, & creans malum, 74.c.1.t.1.
Labor Ægypti, negotiatio Æthiopiæ, & Sabbaim viri ſublimes ad te tranſibunt, &c. & te adorabunt, teque deprecabuntur, 133.c.1.t.1.
Serui mei comedent: vos autem eſurietis, 267.c. 1.tom.2.
46. Vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram : ego portabo & ſaluabo. 309.c.1.t.1.
48. Dominus miſit me, & Spiritus eius, 288 c.2.t.1.t.2.
49. Non eſurient neque ſitient amplius, 267.col.1.
50. Ambulate in lumine ignis veſtri, &c.52.c.2.t 2.
52. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri, &c.572.c. 1.tom.1.
53. Vere languores noſtros ipſe tulit, &c.203.c.2.t.1. 214.c.1.eod.t.
Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c.192.c.2.t.1.
Omnes nos quaſi oues errauimus, &c. 230.c. 2. tom.1.
62. Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, &c.547.c.2.t.1.
63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, &c. Quare rubra ſunt veſtimenta tua? Torcular calcaui ſolus. 363.col.2 t.1.
64. Ecce tu iratus es, & peccauimus, 358.c.1.t.1.
Facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, 358.c.1.tom.1.
Et nunc Deus, Pater noſter, ſumus fimus & limus, tu autem creator noſter, &c. 20. col.1. tom.2.
66. Vermis eorum non morietur, &c.263 c.1.t.2.267 c.2.eod.tom.

Digitized by Google

IEREMIÆ.

1. Dedi verba mea in ore meo, vt euellas & deſtruas & diſperdas, &c. 164.c.1.t.1
5. Indurauerunt facies ſuas ſupra Petram, & noluerunt reuerti. 179 c.2.t.2
7. Non inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, &c. 179.c.2.t.2
15. Deuorabitque terram, & montium fundamenta comburet. 241.c.1.t.2
18. Si pœnitentiam egerit gens illa, &c. agam & ego pœnitentiam, &c. 65.c.1.t.1
21. Do coram vobis viam vitæ & mortis. 67.c.2.t.1
23. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, &c. 164.c.1.t.1.299.c.2.t.eod.
25. Si forſitan audiant, & conuertantur. 69.c.2.t.1
31. Hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, &c. 194.c.2.t.2
35. Propterea non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. 151.c.1.t.2
40. Cadat in conſpectu tuo oratio noſtra, &c. 545.c.1.tom.1.

EZECHIELIS.

11. Interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius, &c. 48.c.2.t.2
18. Si impius egerit pœnitentiam, &c. vita viuet, &c. 65.c.1.t.1
Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, &c. in peccatis morietur. 321.c.1.t.1
Nolo mortem peccatoris, &c. 81.c.2.t.1
36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini, &c. 248.c.1.300.c.2.t.1
38. Ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, &c. 264.c.1.tom.2.
44. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, &c. 138.c.2.t.1.& 139.c.2.

DANIELIS.

2. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit, &c. 138.c.2.t.1.309.c.2.eod.t
3. Ecce video viros quatuor ſolutos & ambulantes in medio ignis, &c. 50.c.1.t.2
Propter Abraham dilectum ſuum, &c. 546.c.2.t.1
7. Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, 253.c.2.t.1
Fluuius ignis currebat ante ipſum, &c. 51.c.2.t.2
Sancti obtinebunt regnum. 336.c.1.t.1
Thronus eius flammæ ignis, &c. 50.c.2.t.2
12. Multi de iis qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt alii in vitam æternam, & alii in opprobrium. 572.c.2.t.1
Fruatur anima huius N. æterna requie in habitatione diuina cum Sanctis. 19.c.2.t.2
Eligentur, & dealbabuntur, & quaſi ignis, &c. c.2.t.2
13. Duo ſenes accurrerunt ad Suſannam, & dixerunt: Ecce oſtia pomarii clauſa ſunt, &c. 88.c.2.to.1.
Noſti omnia antequam fiant. 283.c.1.t.1

OSEAE.

1. Domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. 133.c.2.t.1
2. Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, &c. 310.c.2 t.1
4. Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint fornicatæ, &c. 74.c.1.t.1
6. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos, &c. 240.c.1.t.1
Directus eſt cum Angelo, inualuit ad Angelum; fleuit & rogauit eum. 479.c.1.t.1
13. Perditio tua ex te Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum. 81.c.2.t.1.87.c.2.eod.t.
De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. 87.c.1.t.1.133.c.2.t.eod.52.c.2.t.2
Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne. 243.c.1.t.1.239.c.2.eod.t.83.c.2.t.2.

AMOS.

3. Si eſt malum in ciuitate quod non fecerit Dominus. 94.c.1.t.1
5. Tempus iudicii, dies tenebrarum & caliginis, 266.c.1.t.2
7. Ecce vocabit Iudiciũ ad ignem Dominus Deus, &c. 52.c.2.t.2

ABACVC.

1. Dilatauit quaſi infernus animam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur. 252.c.2.to.2

SOPHONIÆ.

1. Iuxta eſt dies Domini magnus, &c. 54.c.1.t.2
Tempus iudicii dies tenebrarum & caliginis. 266.c.1.t.2

IONÆ.

1. Si forte Deus recogitet de nobis, & non pareamus. 69.c.2
Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, &c. 70.to.1
2. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum. 53.c.2.tom.2

IOELIS.

2. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? 316.c.2.to.1.81.c.2.to.eod.
Ego Dominus Deus veſter, & non eſt amplius, &c. 133.c.2.to.1
Zelatus eſt Dominus terram ſuam, &c. 81.c.2.t.1
Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, 133.c.2.t.1
Conuertimini ad me in ieiunio, fletu, & planctu, &c. 150.c.2.t.2

MICHEÆ.

4. Venite, aſcendamus ad domum Domini, & ad domum Dei Iacob, &c. 133.c.2.to.1
5. Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. 133.c.2.tom.1
7. Ne læteris inimica mea ſuper me, &c. 53.col.1.tom.2.

AGGÆI.

2. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, &c. 311.c.2.t.1.

ZACHARIAE.

1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, 88. c.1.t.2.
2. Qui ſunt iſti Domine mi?&c.544.c.2.t.1.
3. Sanctificaui illum in igne ardenti, & vorauit tanquam fœnum, &c.49.c.2.t.2.
5. Ecce talentum plumbi portabatur, &c. 54.col.1. tom.2.
9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti Vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua, 240 c.1.t.1.248.c.2.eod.t.54.c.1.t.2.
12. Aſpicient ad me quem confixerunt. 264. col.1. tom.1.
Effundam ſuper domum Dauid Spiritum gratiæ, &c.196.c.1.t.1.
13. Erit fons patens domui Dauid,&c.309.c.2.t.1.
Ducam tertiam partem per ignem,&c. 55.c.1.t.2.
14 Ecce veniet Dominus,& omnes Sancti eius cum eo,336.c.1.t.1.

MALACHIAE.

3 Ego Dominus & non mutor.60.c.1.t.1.
Veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator Dominus,134.c.1.t.t.
Ipſe venit quaſi ignis conflans,& quaſi herba fullonum:&c.9.c.2.t.2.
Angelus miſſus ante faciem Domini, ad præparandam viam eius,444.c.2.t.1.
4 Calcabitis impios cum fuerint cinis,&c.55.col. 2. tom.2.

IVDITH.

8 Ora tu pro nobis,quoniam mulier ſancta es, 518. c.2.t.1.
Iudith ieiunauit omnibus diebus vitæ ſuæ, 151. col.1.t.2.
9 Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio,351.c.1.t.1

MACHABEORVM. II.

9. De cadaueribus eorum aſcendet fœtor,272. col. 1.t.2.
12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis ſoluantur,9.c.1.t.2.

EX LIBRIS NOVI TESTAmenti: Ac Primo ex Euangelio S. Matthæi.

MATTHAEI.

1. QVod in eo natum eſt, de Spiritu S. eſt, 282. c.2.t 1.288.c.2.eod.tom.
Vocabis nomen eius *Ieſum*, ipſe enim ſaluum faciet,&c.119.c.1.& 2.138.c.1.t.1.185.c.1.eod.t.
Noli timere,452.c.2.t.1.
Ioſeph cum eſſet iuſtus,& nollet eam traducere, &c.452.c.1.t.1.
2. Et procidentes adorauerunt eum,21.c.2.t.1.113.c. 1.eod.t.
Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes,&c.454.c.2.t.1.
3 Baptizabit vos in Spiritu ſancto & igni,176. col. 1. tom.1.
Hic eſt Filius meus dilectus,in quo mihi complacui, 133.col.1.tom.1.145.c.1.176.c.2.224.c. 2. eod.t.445.c.2.eod.tom.
Quis docet vos fugere à ventura ira? 285. col. 2. tom.2.
Genimina viperarum, quis docebit vos fugere à ventura ira? 199.c.2.t.2.
Domine Domine in nomine tuo prophetauimus,& dæmonia eiecimus,259.c.2.t.2.
4 Dic vt lapides iſti panes fiant,57.c.1.tom.1.170.c. 2.eod.tom.
Non in ſolo pane viuit homo,299.c.2.t.1.
Dominum Deum tuum adorabis,&c.25.c.1.t.1.
Appropinquauit regnum cœlorum, 249.col.1. tom.1.
Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.199.c.2.t.2.
5 Beati eritis cum male dixerint vobis homines,&c. 115.c.2.t.1.
Vos eſtis ſal terræ.Vos eſtis lux mundi, 295.c.1.t. 1.298.c.1.eod.t.
Merces veſtra copioſa eſt in cœlis,333.c.1.t.1.
Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis,351.c.1.t.1.
Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati qui lugent,&c.352. c. 2. tom.1.
Qui fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum,584.c.2.t.1.
Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt,571.c.1.t.1.
Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui;non dediſtis mihi potũ:&c.179.c.1.t.2.
Da nobis panem noſtrum:&c.542.c.2.t.1.
6. Ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo,91.c.2.t.1.319.c.2.t.eod.542.c.2.t.eod.
Cum ieiunatis,nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c.150 c.1.t.2.
Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, 470.c. 2.t.1.& 471.c.1.t.eod.
Petite,& accipietis,348.c.1.t.1.
Veſtrum eſt regnum cœlorum,333.c.1.t.1.
Erat docens eos ſicut poteſtatem habens,&c.160 c.1.t.1.
Domum fundatam ſuper petram,nec pluuiæ,nec flumina nec venti,&c.311 c.1.t.2.
7. Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui fecerit voluntatem patris mei,343.c.2.t.1.
Nec quærit quæ ſua ſunt,ſed quæ proximi,503.c. 1.tom.1.
Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, &c. 92. c.2.t.2.
Quare mihi dicitis Domine,Domine, & non facitis quæ dico? 279.c.2.t.2.
Domine, Domine, in nomine tuo prophetauimus &c.383.c.1.t.1.
8. Omnia mihi tradita ſunt,474.c.1.t.1.

Digitized by Google

Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael,460.c.2.t.1.

Ibi erit fletus,& ſtridor dentium,586.c.2.t.1.266 c.2.t.2.& 272.c.2.eod.t.

Mulier, magna eſt fides tua fiat ſicut petiſti, 505. c.2.t.1.

Domine non ſum dignus , vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo,& ſanabitur puer meus, 448.c.1.t.1.

9. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto,&c.157.c.1.t.1.

Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam,81.c.2.t.1.81.c.2.t.eod.

Tenuit manum puellæ,& ſurrexit,267.c.2.t.1.

Venient dies cum auferetur ab eis ſponſus , tunc ieiunabunt,150.c.2.t.2.

10. Dabitur vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed Spiritus Patris veſtri,&c.295.c.2 t.1.

Qui amat patrem aut matrem pluſquam me,&c. 114.c.2.t.1.

Timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere,&c.265.c.2.t.1.

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum: &c.78.c.2.t.2.240.c.2.eod.tom.

Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicii, quam vobis,&c.260.c.1.t.2.

Nihil opertum, quod non reueletur, nihilque occultum, quod non ſciatur,&c.281.c.2.t.2.

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis,&c.296.c.1.t.2.

11. Tu es qui venturus es, an alium expectamus?239. c.1.tom.1.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo,&c.155.c.1. tom.1.

Venite ad me omnes qui laboratis,&c. 117.c.2.t. 1.231.c.1.t.eod.

Et tu Capernaum quæ es vſque ad cœlum ſubleuata, vſque ad inferos detraheris,236.c.2.t.2.

Nemo nouit Filium Dei niſi Pater, neque quis nouit Patrem, niſi Filius:&c.305.c.1.t.2.

Vſque in infernum deſcendes.246.c.1.t.2.

Qui non crediderit condemnabitur,255.c.1 t.2.

Quia omnes eum tanquam Prophetam habebant,444.c.2.t.1.

Quid exiſtis in deſertum videre ? Arundinem vento agitatam? &c. 447.c.1.t.1.

Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,443.c.2.t.1.

12. Qui dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur ei &c.269.c.2.t.1.279.c.1.eod.t.260.c.1. t.2.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus,&c.376.c.2.t.1.247.c.1.t.2.

Filius hominis erit tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ,239.c.1.t.2.

Ecce mater tua,& fratres tui foris ſtant quærentes loqui tibi,507.c.1.t.1.

Ecce plus quam Salomonem hic,153.c.2.t.1.

Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum,&c. 82. c.2.t.2.

De omni verbo otioſo quod loquuti fuerint reddituros eſſe rationem in die iudicii,267.c.1.t.1 91 c.1.t.2.

Hodie mecum eris in Paradiſo.365.c.2.t.1.

13. Filius hominis mittet angelos ſuos , & ſeparabit malos de medio iuſtorum & mittet illos in caminum ignis,278.c.2.t.2.

Separabit eos ab inuicem ſicut paſtor oues ab hœdis,& ſtatuet oues à dextris , hædos autem à ſiniſtris, ibid.

Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum, 583.c.1.t.1.

14. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate,97.c.2.t.2.

Herodes miſit ac tenuit Ioannem & vinxit eum in carcerem,&c. 450.c.1.t.1.

15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes,&c. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem,88.c.1.t.1.

Cæci ſunt & duces cæcorum,154.c.1.t.2.

16 Si quis vult venire poſt me,&c.169.c.1.t.1.

Tu es Chriſtus Filius Dei viui,134.c.1.t.1.

Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi,&c.306.c.2.307.c.2.t.1.

Filius hominis venturus eſt in gloria, &c. 124.c. 2.t.1.266.c.2.t.eod.

Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, 183. c.1.t.2.& 186.c.2.cod t.311.c.1.t.2.

Tu es Petrus , & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam,213.c.2.t.2.419.c.2.t.1.

Caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed Pater meus qui eſt in cœlis,505.c.1.t.2.

Væ homini illi per quem filius hominis tradetur, &c.383.c.1.t.1.

Ecce nos reliquimus omnia,& ſequuti ſumus te. Quid ergo erit nobis,356.c.1.t.1.

Cum auferetur ab eis ſponſus , tunc ieiunabunt, 458.c.2.t.1.

Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam : & portæ inferi non præualebunt ad eam,419.c. 2.t.1.167.c.1.t.2.

Quod ſolueritis ſuper terram erit ſolutum & in cœlis,220.c.1.t.2.

18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus,&c.312.c.2.t.1.

Semper videre faciem Patris qui in cœlis eſt,571. c.2.t.1.

Vbicunque fuerint duo , vel tres , congregati in nomine meo, in medio eorum ſum,&c.167.c. 2.tom.2.

Melius eſt debilem vel claudum intrare in vitam, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in Gehennam ignis inextinguibilis, 239. c.2.t.2.

Angeli ſemper vident faciem patris, qui eſt in cœlis,333.c.1.t.1.571.c.2.eod.t.

Et Pater meus dimittet vobis peccata veſtra, ſi ex corde remiſeritis proximis veſtris,216. c.1.t.2.

19. Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum,50.c.2.t.1.

Quid faciam, vt habeam vitam æternam?356. c.1. tom.1.

Sedebitis

Digitized by Google

Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquit domum vel fratres aut ſorores,&c.356.c.1.t.1.
20. An non licet mihi facere quod volo?95.c.1.t.1.
Simile eſt regnum cœlorum, homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam, conuentione facta cum eis de denario diurno,356 c.1.t.1.
Caritas non eſt otioſa,503.c.1.t.1.
Serue nequam nonne oportuit te miſereri conſerui tui, ſicut ego tui miſertus ſum,279.c.2.t.1
21 Clamabunt dicentes, Hoſanna in excelſis,114.c.2.tom.1.
Videns ſici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam,&c.158.c.1.t.1.
22. Erratis neſcientes Scripturas neq; virtutem Dei, &c.572.c.2.t.1.154.c.1.t.2.
Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem,279.c.2.t.2.
23. Quoties volui vos congregare, &c. & noluiſtis, 67 c.2.t.1.82.c.1.t.eod.232 c.2.t.eod.
Grauius iudicium accipietis,260.c.1.t.2.
Hæc oportuit facere,& illa non omittere, 343.c.2.t.1.
24. Beatus ſeruus quem cum venerit Dominus eius inuenict eum vigilantem,352.c.2.t.1.
Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam, &c. 74.c.2.t.2.
25 Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, 124.c.2.tom.1.
Quando te vidimus eſurientem,&c.80.c.2.t.2.
Ibunt iniuſti in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam,97.c.2.t.2.
Surgite mortui,271.c.1.eod.tom.
Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis, 224.c.2.tom.2.
Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius, 91.c.1.t.2.278.c.2.t.2. 211.c.2.eod.tom.
Ibi erit fletus & ſtridor dentium,266.c.2.t.2.
Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi,587.c.2.t.1. 48.c.1.t.2.
Eſuriui,& dediſtis mihi manducare,&c. 586.c.1.tom.1.
26. Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt,75.c.1.t.1.
Hic eſt enim ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum,204.c.1.t.1.208.c.1.t.eod.
Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, 209.c.1.199.c.2.eod.tom.
Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, &c. 98.c.2.t.1.224.c.2.t.1.
An putas quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?194.c.1.t.1.
Videbitis filium hominis venientem cum nubibus cœli,256.c.1.t.1.
Similiter & latrones conuitiabantur ei, 307.c.1.tom.1.
Pro vobis frangitur corpus, ac effunditur ſanguis, 248.c.1.t.1.
Hoc eſt corpus meum, quod traditur, Hic eſt ſanguis,&c.198.c.2.t.2.
Hic eſt calix ſanguinis mei, obſignator, &c.54.c.2.tom.2.
Pro vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum,147.c.2.t.2.
27. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum,165.c.2.t.1.
Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? 210.c.2.t.1.ibid c.2.220.c.2.eod.t.
Sperauit in Deo, ſaluum faciat eum nunc ſi vult, 147.c.2.t.1.
Multa corpora Sanctorum qui dormierant ſurrexerunt,&c.93.c.1.t.2.
Eli Eli lammaſabathani 548.c.1.
28. Angelus Domini accedens reuoluit lapidem, &c.242.c.2.t.1.
Diſcipuli videntes Ieſum adorauerunt eum, 114.c.1.t.1.
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, 227.c.2.t.1.
Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, 15.c.1.t.1.19.c.2. eodē t.115.c.2.272.c.1.285.c.2.289.c.1.eod.tom.
Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus,304.c.1.t.1.306.c.2.t.1.377.c.2.t.eod.167.c.2.t.2.
Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum,573.c.2 t.1.
Egreſſæ à monumento cum timore & gaudio currebant vt nunciarent Apoſtolis. Et ecce Ieſus occurrit eis dicens, Auete,&c.469.c.2.t.1.

MARCI.

1 Docebat quaſi poteſtatem habens,c.2.t.2.
Niſi pœnitētiam egeritis omnes ſimul peribitis, 199.c.2.t.2.
5. Puella ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat,573.c.1.t.1.
6. Herodes miſit ac tenuit Ioannem & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam, &c.450.c.1.t.1.
Herodes metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum, & obſeruabat eum, &c. 450.c.1.t.1.
9. Bonum eſt tibi debilem vel claudum intrare in vitam quam,&c.263.c.1.t.2.
Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio,458.c.2.t.1.
13. De die illo vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater,156.c.1.t.1.
14. Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt,194.c.1.t.1.
Tu es Chriſtus filius Dei benedicti?134.c.2.t.1.
Quærite & inuenietis,348.c.1.t.1.
16. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ,231.c.1.t.1.
Nemo venit ad Patrem niſi per me,&c.255.c.1.t.2.
Prædicate Euangelium omni creaturæ.86.c.2.t.2.
Qui crediderit & baptizatus fuerit,&c. 382.c.1.t.1. 384.c.1.eod.t.
Qui non crediderit condemnabitur, 231. c.1.tom.1.

Digitized by Google

LVCAE.

1. Concipies in vtero & paries Filium, & vocabis nomen eius *Ieſum*.111.c.1.t.1.134.c.2.t.1.
Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis, 306.c.1.t.1.
Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei, 111.c.1.t.1.134.c.2.eod.t.
Magnus coram Domino, 441.c.2.t.1.
Aue gratia plena, 339.c.1.t.1.
Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Dominum, 369.c.1.t.1.
Inueniſti gratiam apud Dominum, 517.c.2.t.1.
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. 494.c.2.t.1.
Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, 460.c.2.t.1.
Ecce ancilla Domini, 507.c.2.t.1.
Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te ea quæ dicta ſunt tibi à Domino, 498.c.2.t.1.
Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? 448.c.1.t.1.
Dominus tecum: Inueniſti gratiam apud Deum: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. 490.c.2.t.1.
Benedicta tu inter mulieres, 487.c.1.t.1.
Benedictus fructus ventris tui, 505 c.1.t.1.
Regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis, 502.c.2.t.1.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt cum patribus noſtris, &c. 499.c.2.t.1.
Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, &c. 441.c.2.t.1.
Magnificat anima mea Dominum: & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, &c. 492.c.2.t.1.508.c.1.eod.t.
Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius, 487.c.2.t.1.
2. Reſponſum accepit Simeon à Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, &c. 280.c.2.t.1.
Puer autem proficiebat ætate & ſapientia, & gratia, &c. 149.c.2.155.c.2.t.1.
Poſitum eſſe in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. 456.c.2.t.1.
Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis Iſraeliticæ, 457.c.1.t.1.
Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, 457.c.1.t.1.
Et ipſi nihil eorum intellexerunt, 502.c.1.t.1.
Quid eſt quod me quærebatis? &c. 501.c.1.t.1.
Et non cognouerunt parentes eius, 501.c.1.t.1.
3. Neque fratres eius credebant in eum, 507.c.1.t.1.
Erat Ieſus quaſi annorum triginta, &c. 192.c.1.t.2.
Eſca eius erat locuſtæ, & mel ſylueſtre, 443.c.2.tom.1.
Iam ſecuris ad radicem poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c. 240.c.2.t.2.
4 Omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum, 160.c.2.t.1.
Oportuit Chriſtum pati, reſurgere à mortuis, &c. 199.c.2.t.2.
5. Exi à me Domine quia homo peccator ſum, 448.c.1.t.1.460.c.2.eod.t.
6. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quoniam eſurietis, 271.c.2.t.2.277 c.1.eod.t.
7. Adoleſcens, tibi dico ſurge, & reſedit qui erat mortuus, 267.c.2.t.1.
Mortui reſurgent, 573.c.1.t.1.
Cum audiſſet de Ieſu, 460.c.1.t.1.
Propheta magnus ſurrexit in nobis, 460.c.2.t.1.
Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus, 448.c.1.t.1.
8. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? &c. 507.c.1.t.1.
Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos, 296.c.1.t.2.
Satagebat, circa frequens miniſteriũ. 463.c.2.t.1.
Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, 571.c.2.t.1.
11 Pulſate & aperietur vobis, 348.c.1.t.1.
Baptiſmo habeo baptizari, 78.c.2.t.2.
Vt vini potator & ſeductor eſt, in Beelzebul eiicit dæmonia, 309.c.2.t.1.
Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti? 465.c.2.t.1.508.c.2.eod.t.
In Beelzebul principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. 553.c.2.t.1.
12 Timete eum, qui poſtquam occiderit, &c. 70.c.1.tom.2.
Beati eritis ſi feceritis omnia hæc, 348.c.1.t.1.
Seruus ſciens voluntatem Domini ſui & non faciens vapulabit plagis multis: &c. 2 0. c.1.t.2.
Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es cum eo in via, &c. 69.c.2.t.2.
13 Videbitis Abraham, & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem eiiciemini foras, 285.c.1.t.2.
Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis, 199 c.2.t.2.
14. Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum. 573.c.1.t.1.
Redde rationem villicationis tuæ. &c. 586.c.1.t.1
15. Amen dico vobis, magnum eſt gaudium in cœlis, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, 48 .c.2.t.1.
16. Crucior in hac flamma, 262.c.2.t.2.
Hodie mecum eris in Paradiſo, 83.c.1.t.2.
Quid nobis profuit ſuperbia: aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis, 269.c.1.t.2.
Recepiſti bona in vita tua, & Lazarus mala. Nunc autem cõſolatur, tu vero cruciaris, 270.c.2.t.2
Diues eleuatis oculis Abraham vidit a longe, 253.c.1.t.2.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. 149.c.2.t.2.
17. Cum feceritis Omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, &c. 358.c.2.t.1.
18. Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus,

bus,& habebis theſaurum in cœlo.357.c.2.t.1.
Theſaurizate vobis in cœlo.334.c.1.t.1.
19. Venient dies in te & circundabunt te inimici tui vallo,& coanguſtabunt te vndique, &c.279.c.2.t.2.
Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ.214.c.2.t.2.
22. Rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua.307.c.2.t.1.309.c.1.
Quæcunque ignorant blaſphemant.154.c.1.t.2.
Hoc facite in meam commemorationẽ.147.c.2.t.2.
23. Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt, 225.c.2.t.1.
Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.117.c.2.t.1.
Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.117.c.1.t.1.369.c.1.376.c.1.t.cod.
Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum,&c.71.colum.1.t.2.192.col.2.t.2.
Hodie, mecum eris in Paradiſo. 331. c.1.t.1. 376.c.1.t.1.
24. Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?253.c.2.t.1.
Videte manus meas,& pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet,&c.246.c.2.t.1.263.c.1.eod.t.
Oportet pœnitentiam prædicari,& remiſſionem peccatorum ad omnes gentes.&c.305.c.2.t.2.
Exiſtimabant ſe ſpiritum videre.93.c.1.t.2.
Nolite exire de ciuitate, donec induamini virtute ex alto.339.c.1.t.1.

IOANNIS

1. In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. 98.c.2.108.c.1.131.c.1.143.c.1.t.1.
Omnia per ipſum facta ſunt,&c.108.c.1.115.c.1.131.c.2.t.1.
In ipſo vita erat, & vita erat lux hominũ.140.c.2.t.1
Non erat ille lux, ſed vt teſtificaretur de lumine, vt, omnes crederent per illum.444.c.1.t.1.
Dedit poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt,&c.108.c.2.t.1.114.c.2.218.c.1.eod.t.
Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.110.c.1.t.1.131.c.2.219.c.1.eod.t.
Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.103.c.2.t.1.143.c.2.148.c.2.151.c.2.183.c.1.214.c.2.eod.192.c.1.t.2.
De plenitudine eius nos omnes accepimus.144.c.1.t.1.
Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe narrauit.144.c.1.t.1.
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.214.c.2.t.1.196.c.1.t.2.
Ego neſciebam eum.445.c.2.t.1.
Facite quodcunque dixerit vobis.503.c.2.t.1.
2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.268.c.1.t.1.

Ieſus nouerat omnes, nec opus erat vt quis &c.152.c.1.t.1.
Vinum non habent.503.c.1.t.1.
Facite quæcunque dixerit vobis.516.c.1.t.1.
3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. 302.col.1.t.1.
Non ad menſuram dat Deus Spiritum.149.col.1.t.1.
Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius141.c.1.t.1.152.c.1.t.eod.
Filius hominis qui eſt in cœlo.144.c.2.t.1.
Qui non crediderit, condemnabitur. 85.c.1.t.2.18.c.2.eod.t.
Deus vidit arctiſſima ieiunia, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam locutus fuerat.&c.151.c.1.t.2.
Lux venit in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras quam lucem &c.279.c.2.t.2.
Qui non credit in Filium Dei iam iudicatus eſt 187.c.2.t.2.
Nemo venit ad Filiũ, niſi Pater traxerit eum.305.c.1.t.2.
Sic Deus dilexit mundum vt Filium ſuum vnigenitum daret vt ſaluetur mundus per ipſum.304.c.2.t.2.
Ira Dei manet ſuper eum.285.c.2.t.2.
Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo,&c.380.c.2.t.1.199.c.2.t.2.
4. Tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.117.c.2.t.1.
Deus ſpiritus eſt, & eos qui adorant oportet in ſpiritu adorare.278.c.1.t.1.
Qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.356.c.2.t.1.
5. Non poteſt Filius à ſe facere quicquam niſi quod viderit Patrem.169.c.2.t.1.
Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat ſic Filius, &c.109.c.1.t.1.122.c.2.122.c.2.267.c.2.eo.t.
Pater omne iudicium dedit Filio vt omnes honorificent,&c.124.c.2.t.1.154.c.2.eod.t.
Mortui audient vocem Filii Dei & viuent 266.c.2.t.1.
Sicut Pater habet vitam &c. ſic dedit & Filio vitam habere &c.101.c.1.t.1.109.c.1.eod.t.
Qui verbũ meum audit,& credit ei qui me miſit, habet vitam æternã,&c.582.c.1.t.1.196.c.2.t.2
Et Moſes qui accuſat vos apud Patrem. 280.c.2.t.1.
Qui mala egerunt, ibunt in reſurrectionem iudicii & condemnationis.384.c.1.t.1.
6. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die 122.c.2.t.1.573.c.1.t.cod.
Is qui eſt à Deo, hic vidit Patrem.144.c.1.t.1.
Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. 141.c.1.t.1.
Panis quem dabo, caro mea eſt pro mundi vita.140.c.1.t.1.141 c.1.208.c.1.t.eo.
Caro mea vere eſt cibus,&c.142.c.1.t.1.
Qui manducat me, viuet propter me.142.c.1.t.1.ibid.c.2.267.c.2.eod.t.
Multi audientes ex diſcipulis eius abierunt retro etiam non cum illo ambulabant.319.c.1.t.1.

Digitized by Google

Dixit Ieſus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire 319.c.1.t.1.67.c.2.eo.t.
Carnem meam dabo pro mundi vita 304.c.2.t.2.
Quid faciemus vt operemur opera Dei. Opus eſt vt credatis in eum, quem ille miſit, &c. 192.c.1.t.2.
Hæc eſt voluntas Patris mei, vt omnis qui videt Filium & credit in eum habeat vitam æternam &c.582.& c.1.t.1.
Vnus veſtrum diabolus eſt 286.c.2.t.2.
7. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me &c.152.c.2.t.2.
Nunquam ſic loquutus eſt homo, vt hic loquitur 160.c.1.t.1.
Homo iuſtus & vere Filius Dei erat 446.c.1.t.1.
8. Quis ex vobis arguet me de peccato? 193.c.2.t.1.
Antequam Abraham fieret, ego ſum 134.c.2.t.1.
Vos ex patre diabolo eſtis, & patris veſtri facitis opera 286.c.1.t.2.
A principio mendaces & homicidæ extitiſtis, nec in veritate permanſiſtis 472.c.2.t.1.
Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum, &c.300.c.2.t.1.
9. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, &c. 372.c.2.t.1.392.c.1.t.2.
10. Animam meam pono pro ouibus meis 192.c.2.t.1.104.c.1.eo.t.
Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, & iterum ſumo eam 123.c.1.217.c.2.t.1.
Ego & Pater vnum ſumus 25.c.2.t.1.40.c.1.109.c.1.125.c.2.eo.t.
Cognoſco oues meas 214.c.1.t.2.
Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi 501.c.2.t.1.
11. Ego ſum reſurrectio & vita &c.123.c.1.t.1.267.c.2.t.eod.
Lazare veni foras. Et prodiit viuus &c. 267.c.2.tom.1.
Oportet vt vnus homo moriatur pro populo 269 c.1.t.2.
Tu es Chriſtus, Filius Dei viui qui in hunc mundum veniſti 465.c.2.t.1.
Diligebat Ieſus Martham, &c.463.c.1.t.1.
Alias oues habeo: Fiet vnum ouile, & vnus paſtor 214.c.1.t.2.
12. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps &c. 180.c.1.t.1.
Qui mihi miniſtrat, me ſequatur 333.c.2.t.1.
Si exaltatus fuero à terra, omnia traham 204.t.1.249.c.1.eo.t.
Ante ſex dies Paſchæ venit Iesvs Bethaniam &c. 198.c.2.t.1.
Omnia traham ad meipſum 305.c.1.t.2.
Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.356.c.2.t.1.
Volo, Pater, vt vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus 213.c.2.t.1.333.c.2.eo.t.
Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant 372.c.1.t.1.
13. Sciens quia Pater dedit ei omnia in manu 252.c.1.t.1.224.c.2.eo.t.
Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci &c.168.c.1.t.1.
Ieſus turbatus eſt ſpiritu 211.c.1.t.1.
Beati qui non viderunt, & crediderunt 352.c.2.
14. Vado ad eum qui miſit me, &c.213.c.2.t.1.
Vado vobis parare locum. Et ſi abiero, & parauero vobis locum, iterum veniam &c. 250.c.2.369.c.2.333.c.2.t.1.
Ego in Patre, & Pater in me eſt 144.c.2.t.1.
Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo &c.117.c.1.t.1.
Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis 258.c.1.t.1.167.c.1.t.2.
Vt maneat vobiſcum in æternum &c.248.c.1.t.1.295.c.1.307.c.2.eo.t.
Apud vos manebit, & in vobis erit 295.c.1.t.1.
Ille vos docebit omnia, & ſuggeret omnia &c. 248.c.1.t.1.
In domo Patris mei manſiones multæ ſunt 574.c.1.575.c.2.t.1.260.c.2.t.2.
Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora faciet 97.c.1.t.2.
Pater in me manens facit opera 501.c.2.t.1.
Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis; 571.c.1.tom.1.
Qui videt me, videt & Patrem meum non credis quia ego in Patre &c.571.c.2.t.1.
15. Mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis 300.c.1.t.1.
Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes &c.315.c.2.t.1.
Fructus veſter maneat 311.c.1.t.1.
Sine me nihil poteſtis facere 361.c.1.t.1.
Non poteſt Filius à ſemetipſo operari &c. 501.c.2.tom.1.
16. Spiritus veritatis qui à Patre procedit 270.c.2.t.1.276.c.1.eo.t.
Arguet mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio 284.c.1.t.1.
Si abiero mittam eum ad vos 270.c.2.t.1.
Ille me clarificabit, quia de meo accipiet 269.c.1.tom.1.
Si quid petieritis Patrem in nomine meo &c.117.c.1.t.1.
Cum venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem &c.167.c.1.t.2.
Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis 98.c.1.t.1.
17. Clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui &c.137.c.2.t.1.217.c.2.t.eod.
Ego pro eis rogo: non pro mundo.290.c.2.t.1.
Mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. 144.c.1.t.1.
Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.296.c.2.t.1.
Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo.296.c.2.t.1.
Sanctifica eos in veritate. 296.c.2.t.1.174.col.2.eod.t.
Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum & illi ſint mecum.257.c.1.369.c.2.571.c.2.t.1.
Volo Pater, vt vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus 213.c.2.t.1.

Videbitis

Videbitis me, Videbitis gloriam meam, qui videt me, videt & Patrem &c.571.c.2.
18. Sciens omnia quæ ventura erant &c.197.c.2.t.1. 225.c.1.t.eod.
Duxerunt eum ad Annam primum.200.c.2.t.1.
Qui me tradidit tibi maius peccatum habet.260.c.1.t.2.
19. Vt conſummaretur Scriptura dixit: Sitio 209.c.2.225.c.2.t.1.
Conſummatum eſt.203.c.2.t.1.208.c.2.eod.t.
Videbunt in quem transfixerunt.264.c.1.t.1.
Ecce mater tua? mulier ecce filius tuus.516.c.1.505.t.1.t.1.
Stabant iuxta crucem Ieſu, mater eius, & ſoror matris eius &c.511.c.2.t.1.
Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum 227.c.2.t.1.230.c.2.t.2.
Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, &c.165.c.1.t.2.
20. Venit Maria Magdalena cum adhuc tenebræ eſſent 243.c.1.t.
Cum fores eſſent clauſæ venit Ieſus & ſtetit in medio.244.c.1.t.1.
Oſtendit eis manus & latus &c.263.c.1.t.1.
Niſi videro in manibus fixuram clauorum &c. 263.c.1.t.1.
Dominus meus & Deus meus. 110.c.2.t.1.135.c.1.t.eod.
21. Paſce oues meas.214.c.1.t.2.

ACTORVM.

1. Vos baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.297.c.1.t.1.
Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.124.c.2.t.1.124.c.2.203.c.1.eod.t.
2. Factus eſt repente de cœlo ſonus &c.197.c.1.t.1.
Repleuit totam domum vbi erant ſedentes 297.c.2.t.1.
Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto &c.277.c.1.283.c.1.339.c.1.t.1.
Non derelinques animam meam in inferno, &c.150.c.2.t.1.239.c.1.eod.t.
Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, &c.83.c.2.t.2.
Quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem. &c.68.c.2.t.2.
4. Multitudinis credentium erat cor vnum, &c.291 c.2.t.1.
Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominib. in quo oporteat nos ſaluos fieri, &c.176.c.1.t.1.147.c.2.t.2.
5. Non eſtis mentiti hominibus, ſed Deo.279.c.1.t.1.285.c.2.289.c.2.eod.t.
Oportet obedire Deo magis quam hominibus 196.c.1.t.1.
6. Plenus gratia & fortitudine, plenus fide ac Spiritu ſancto.339.c.1.t.1.
7. Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, &c.279.c.1.tom.1.
Electi ſunt velut Angeli in cœlo D.Io.Stephanus & Petrus viderunt cœlum apertum.333.c.1.t.1.
Domine IESV, ſuſcipe ſpiritum meum &c. 117.c.2.365.c.2.t.1.
8. Si forte remittatur tibi hæc cogitatio.69.c.2.t.1 318.c.1.eo.t.
Accipiebant Spiritum ſanctum.339.c.1.t.1.
Pœnitentiam age ab hac nequitia tua.199.c.2.t.2
9. Ego ſum IESVS Nazarenus quem tu perſequeris 260.c.1.t.1.
Dominus IESVS qui apparuit tibi in via qua veniebat, &c.260.c.2.t.1.
Pecunia tua tecum ſit in perditionem.383.c.1.t.1.
Eccleſia Spiritus ſancti conſolatione replebatur.339.c.1.t.1.
10. Orationes tuæ aſcenderunt in memoriã in conſpectu Domini.476.c.1.
Et in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.339.c.2.t.1.
13. Qui autem miſſi erant à Spiritu ſancto, &c. 290.c.1.t.1.
Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.191.c.1.t.2.
Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus S.&c.150.c.2.t.2.
Spiritu veniens ad eos qui in carcere erant Euangelium prædicauit: & ſoluit dolores inferni.194.c.1.t.2.
14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.356.c.2.t.1.
Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, &c.151.c.1.t.2.
15. Noſtra peccata fide purgantur.196.c.2.t.2.
16. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, &c.167.c.1.t.2
20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus S.poſuit, &c.289.c.1.t.1.
22. Deus patrum noſtrorum præordinauit te vt cognoſceres, &c.260.c.2.t.1.
23. Aſſiſtens Paulo Dominus dixit. Conſtans eſto, &c.260.c.2.t.1.
Bene locutus eſt Spiritus per Iſaiam, dicens, Vade ad populum iſtum &c.289.c.1.t.1.

EPISTOLÆ AD ROMANOS.

1. Factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem noſtram.56.c.1.t.1.111.c.1.eod.t.
Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino IESV Chriſto.18.c.2.t.1.
Iuſtus ex fide viuit.348.c.1.t.1.
Deus non procul abeſt ab vnoquoque noſtrum &c.16.c.1.t.2.
Vt perſeuerarent in gratia Dei, quam acceperant 339.c.2.t.1.
2. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?74.c.2.t.1.
Vnicuique Deus reddet ſecundum opera ſua: iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, &c.356.c.2.t.1.
Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum &c.281.c.2.t.2.
Non auditores legis iuſtificabuntur apud Deum: ſed factores.384.c.1.t.1.
3. Alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundũ.93.c.1.t.1.

Cauſati ſumus Iudæos omnes ſub peccato eſſe 381.c.1.t.1.

4. Vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt.52.c.2.t.1.

Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax,&c.167.c.2.t.2.

Fides Abrahæ imputata ei fuit ad iuſtitiam. 340.c.2.t.1.

5. Gratia Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum,&c.340.c.2.t.1.

Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem,&c.381.c.1.t.1.

Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.178.c.2.t.1.

Sicut per vnum hominem peccatum in mundum intrauit,&c.381.c.1.t.1.

Sed non ſicut delictum, Ita & donum, &c. 339.c.2.t.1.

Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto,&c.339.c.2.t.1.

Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris, per Spiritũ ſanctũ,qui datus eſt vobis.340.c.2.t.1

Gloriamur in tribulationibus,&c.585.c.1.t.1.

6. Reſurgens à mortuis iam non moritur,&c. 246.c.1.581.c.2.t.1.

Gratia Dei vita æterna per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.360.c.1.t.1.

Si ſecundum carnem vixeritis,&c.68.c.2.t.2.

8. Spes quæ videtur,non eſt ſpes 147.c.1.t.1.

Chriſtus qui mortuus eſt & reſurrexit, interpellat pro nobis.126.c.2.t.1.

Quid oremus ſicut oportet neſcimus,&c. 196.c.1.t.1.

Nunc nulla eſt comdemnatio iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu,&c.197.c.1.t.2.

Qui non ſecundum carnem ambulant ſed ſecundum ſpiritum.197.t.2.c.2.

Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum,&c.255.c.2.t.2.

Certus ſum enim quia neque mors neque vita, &c.534.c.2.t.1.

Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei,199.c.1.t.2

Qui ſuſcitauit Chriſtum à morte, viuificabit & mortalia corpora veſtra.573.c.2.t 1.

Spe ſalui ſumus.100.c.1.t.2.

Exiſtimo quod non ſunt condignę paſſiones huius temporis,&c.358.c.2.t.1.

Si ſecundum carnem vixeritis moriemini. 222.t.1.c.2.

9. Voluntati eius quis reſiſtit? 52.c.2.t.1.126.col.1.eod.tom.

Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, 65.c.1.t.1.

Suſtinet in multa patiẽtia vaſa iræ,&c.74.c.2.t.1

Propter incredulitatem fracti ſunt rami. 315.c.1.t.1.

11. Vide ne forte nec tibi parcat. 69.c.2.t.1.315.c.1.eod.t.

Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, &c.535.c.1.tom.1.

Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines,& vos facite illis,&c.503.c.1.t.1

Exhibeant corpora ſua hoſtiam viuentem, ſanctam,Deo placentem.351.c.1.t.1.

Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum 340.c.2.t.1.

Qui in hoc ſeruit Chriſto,placet Deo, & probatus eſt hominibus.351.c.1.t.1.

Bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare.222.c.2.t.2.

PRIMÆ AD CORINTHIOS.

1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum,&c.205.c.1.t.1.

Nobis autem Dei virtutem & ſapientiam 97.c.1.tom.1.

3. Detrimentum patientur,nihilominus ſaluabuntur quaſi per ignem.116.c.2.203.c.1.t.2.

Si cuius opus arſerit,detrimentum patietur,&c.12.c.1.26.c.2.52.c.2.75.c.2.t.2.

Dei cooperatores ſumus. Opus vniuſcuiuſque manifeſtum erit,&c.192.c.2.t.2.

Vniuſcuiuſque enim opus, manifeſtum erit,&c.51.c.2.t.2

Vniuſcuiuſque opus quale ſit,ignis probabit,67.c.1.& c.2.87.c.1.120.c.2.126.c.1.131.c.1.132.c.1.158.c.1.t.2.

Vniuſcuiuſque manifeſtum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur:&c.191.c.1.t.2.

Quia in igne reuelabitur,&c.126.c.1.t.2.

4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.315.c.1.t.1.

5. Referet vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum,ſiue malum.356.c.2.t.1.

Vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini:&c.c.2.t.2.

6. Empti enim eſtis pretio magno &c.179.c.2.t.1.

Opus Domini operatur,ſicut & ego.192.c.1.t.2.

Neque adulteri neque idololatræ, neque auari, neque rapaces,illud poſſidebunt.259.c.1.t.2.

Sancti de hoc mundo iudicabunt.336.c.2.t.1.

7. Poteſtatem habens ſuæ voluntatis &c.68.col.1.tom.1.

Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt,quomodo placeat Deo.351.c.1.t.1.

Bonum eſt homini mulierem non tangere &c.409.c.2.t.1.223.c.1.t.2.

Dico autem nuptis & viduis: Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.ibid.

Virgo non peccat,ſi nubat.346.c.2.t.1.

Idolum nihil eſt in hoc mundo.25.c.1.557.c.2.t.1

8. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo ne cum aliis prædicauerim,ipſe reprobus efficiar,315.c.1.t.1.216.c.2.t.2.

9. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? &c.218.c.1.t.2.

10. Qui ſtat, videat ne cadat.315.c.[illegible]t.1.

Fidelis eſt Deus qui non patietur vos tentari &c.77.c.1.t.1.

Vnus panis,vnum corpus [illegible] ſumus, &c.535.c.1.t.1.

11. Cætera,cum venero,diſponam.[illegible]c.2.t.2.

Deus

Digitized by Google

Deus eligit res infirmas & contemtibiles huius mundi, vt fortes confundat. 508. c. 2. t. 1
13 Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur, &c. 147. c. 1. t. 1. 370. c. 1. eo. t.
Prophetiæ euacuabuntur, linguæ ceſſabunt, &c. 145. tom. 1
Si tradidero corpus meum vt glorier, charitatem autem non habeam, &c. 401. c. 2. t. 1
Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, &c. 572. c. 1. t. 1
Charitas nunquam excidit. Siue prophetiæ euacuabuntur, &c. 533. c. 2. t. 1
Si patitur vnum membrum compatiuntur cætera membra. 503. c. 1. t. 1
Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum ſicut æs ſonans, &c. 343. c. 2. 401. c. 2. t. 1
Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c. 73. c. 2 tom. 2
Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, &c. 370. c. 1. t. 1
Si habeam omnem fidem vt etiam montes transferam, & charitatem non habeam, nihil ſum. 343. c. 1. t. 1
15 Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto &c. 268. c. 1. t. 1
Plus omnibus laboraui non ego, ſed gratia Dei mecum 575. c. 1. t. 1
Quid facient qui baptizantur pro mortuis, &c. 77. c. 2. t. 2
Si mortui non reſurgunt, vt quid baptizantur pro mortuis? 78. c. 1. t. 2
Oportet corruptibile hoc induere immortalitatem. 573. c. 2. 580. c. 2. 587. c. 1. t. 1
Non omnis caro, eadem: ſed alia hominum, alia pecorum, &c. Sic & reſurrectio mortuorum. 575. c. 2. t. 1
Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, &c. 587. c. 1. t. 2

SECVNDAE AD CORINTHIOS:

1 Non dominamur fidei veſtræ. 165. c. 2. t. 2
3 Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur. 37[illegible]. c. 2. t. 1
4 Quod in præſenti eſt momentaneum & leue, operatur in nobis magnum ac æternæ gloriæ pondus. 356. c. 2. t. 1
5 Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, &c. 175. c. 1. 340. c. 2. t. 1
Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum, &c. 175. c. 1. t. 1
Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt. &c. 231. c. 2. t. 1. 205. c. 2. t. 2
6 Nolite errare. Neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri, &c. 383. c. 2. t. 1
7 Ecce enim iſtud quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis, &c. 215. c. [illegible]. t. 2
9 Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, &c. 68. c. 1. t. 1
11 Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita &c. 77. c. 1. t. 1. 315. c. 2. eod. t.
15 Secundum gratiam Dei quæ mihi data eſt, ieci fundamentum. Gratia Dei ſum id quod ſum. Gratia Dei in me vacua non fuit, &c. 339. c. 2. t. 1

EPISTOLAE AD GALATAS.

2 Cum veniſſet Cephas Antiochiam, in facie reſtiti illi 290. c. 2. t. 1
Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Chriſtus. 290. c. 2. t. 1
3 Mediator vnius non eſt, Deus autem vnus eſt. 126. c. 1. t. 1
Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, &c. 340. c. 2. t. 1
Lex data fuit per Angelos in manu mediatoris. 546. c. 1. t. 1
Qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. 430. c. 2. t. 1
4 Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra, &c. 196. c. 1. t. 1
5 Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio &c. 92. c. 1. t. 1
Fructus autem Spiritus, eſt charitas, gaudium, &c. 92. c. 1. t. 1
Fides iuſtificat. 343. c. 1. t. 1
6 Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. 356. c. 2. t. 1
Ne libertatem in occaſionem detis carni. 222. c. 1. tom. 2
Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes &c. 372. c. 1. t. 1

EPISTOLÆ AD EPHESIOS.

1 Elegit nos vt eſſemus ſancti & immaculati. 177. c. 1. tom. 1
Habemus redemptionem per ſanguinem Ieſu Chriſti. &c. 205. c. 1. t. 1
Signati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto. 324. col. 2. tom. 1
Conſtituit eum Deus Pater ad dexteram ſuam in cęleſtibus ſupra omnem principatum, &c. 253. c. 2. 577. c. 1. t. 1
Per Chriſtum inſtaurari omnia quæ in cœlis & in terris ſunt. 588. c. 1. t. 1
2 Eramus natura filij iræ. 326. c. 1. t. 1
Qui eramus longe, facti ſumus prope in ſanguine Chriſti. 205. c. 1. t. 1
Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, &c. 360. c. 1. t. 1
3 Mihi data eſt gratia hæc in Gentibus, &c. 150. c. 1. tom. 1
4 Quod aſcendit quid eſt, niſi quia & deſcendit primum. &c. 240. c. 1. t. 1. 252. c. 2. eo. t.
Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, &c. 279. c. 1. t. 1
Quod aſcendit quid eſt, niſi quia & deſcendit primum, &c. 376. c. 2. t. 1
Qui aſcendit ſuper omnes cœlos, quid eſt niſi quia deſcendit in inferiores partes terræ. 236. c. 2. tom. 2
5 Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi. 169. c. 1. tom. 1
Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. 300. c. 1. tom. 1. 302. c. 1. t. eod.

Via ſanctorum vocabitur ſancta, &c. 406.c.2.t.1
Qui radicati & fundati ſunt in charitate comprehendent cum omnibus Sanctis, &c.356.c.2 t.1

EPISTOLÆ AD PHILIPPENSES.

1 Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. 570. c. 2.t.1
2 Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.155 c.1.t.1
Exinaniuit ſemetipſum factus obediens, &c.182.c.2. tom.1
Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. 184.c.2. t.1.228.c.1.255.c.2.eod.t.
Vt in nomine Ieſu genu omne flectatur. 120. col. 1. to. 1
Cum metu & tremore ſalutem operantes. 313. col.2. tom.1
In nomine Ieſu omne genu flectatur, terreſtrium, & infernorum.79.c.1.246.c.2.t.2
3 Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.333.c.1.t.1
Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, &c.587.c.1.t.1
4 Odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, & placentem Deo.351.c.2.t.1

EPISTOLÆ AD COLLOSSENSES.

1 In ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra. 155. c.2.t.1.177.c.1.eod.t.
In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare &c.151.c.1.t.1.155.c.2.eod.t.
Pacificans per ſanguinem crucis ſiue quæ in terris, &c. 231.c.2 t.1
Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis. 585. col.1.tomo 1
Ambulant digne Deo, in omni bono opere fructificantes.351.c.1.t.1
2 In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi, &c.156.c.1.t.1.151.c.1.eod.t.
In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.151.c.1.t.1.155.c.2.163.c.1.eo.t.
Cum mortui eſſetis delictis, vos conuiuificauit, &c. 179.c.1.t.1
3 Exuite veterem hominem, & induite nouum, qui renouatur de die in diem.340.c.2.t.1
Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.354.c.2.t.1

AD THESSALONICENSES 1.

1 Non contriſtemini de dormientib. ſicut ii qui ſpem non habent, &c.197.c.1.t.2
2 State & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam.100.c.2.t.2
Deo ſeruiamus, & ſalutem aſſequamur. 310. col.1. tom.2
4 Cum ſono tubæ & voce Archangeli deſcendet de cœlo.333.c.1.t.1
Rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera. 582.c. 2.tom.1

AD THESSALONICENSES 2.

2 Reuelabitur homo peccati, filius perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra omne, &c. 186.col.1. tom.2

PRIMÆ AD TIMOTHEVM.

1 Non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.574.c.1.t.1
2 Vult omnes ſaluos fieri, &c.81.c.2.t.1.231.c.2.t.eod. 305.c.2.t.2
Vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.126.c.1.t.1.231.c.2.eod.t.
Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus 226.c.1.t.2
3 Eſt enim firmiſſima columna veritatis, &c.311.col. 1. tom.2
6 Solus Deus habet immortalitatem.60.c.2.t.1
Pietatem habere promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.356.c.2.t.1
Superbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa queſtiones, & pugna verborum.154.c.1.t.2

SECVNDÆ AD TIMOTHEVM.

1 Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, &c.81.t.2
Liberauit nos & vocauit vocatione ſua ſancta, &c. 360.c.2.t.1
2 Deus ſeipſum negare non poteſt.55.c.2.t.1
Dedit ſeipſum redemptionem pro omnibus.231.c.2. tom.1
3 Mali homines proficiunt in peius, &c. 27. c.1.tom.1. 572.c.2.eod.t.
4 Repoſita ſibi ſit corona iuſtitiæ, quam Deus iuſtus iudex, in die nouiſſimo reddet, eo quod bonum certamen certauerit.357.c.t.t.1
Ego iam delibor & tempus meæ reſolutionis, &c. 583.c.2.t.1

EPISTOLÆ AD TITVM.

2 Pro omnibus mortem Chriſtus deguſtauit. 231.c.2. tom.1
3 Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris, &c. 227.c.2.t.1

EPISTOLÆ AD HEBRÆOS.

1 Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ.15. c.2.t.1
Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, &c.253.c.2. tom.1
Adorent eum omnes Angeli Dei.132.c.2.t.1
Chriſtus facit purgationem peccatorum. 198. c.1. tom.2
Habemus Pontificem qui penetrauit cœlos. 333. c.1. tom.1
Purgationem peccatorum faciẽs, ſed & ad dexteram maieſtatis in excelſis, &c.577.c.1.t.1
2 Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, &c. 129. c.1. tom.1
Videmus Ieſum propter ignominiam paſſionis gloria, &c.253.c.2.t.1
Debuit per omnia fratribus ſimilari, &c.165.c.1.t.1. 193.c.1.eod.t.
Chriſtus ex ſeipſo fecit purgationem peccatorum, &c.197.c.1.t.2
4 Timeamus ne forte relicta pollicitatione introeundi, &c.315.c.2.321.c.1.t.1
Viuus eſt ſermo Dei & efficax, &c.164.c. 2.t.1.303. c.2.eod.t.

5 La

5. In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum qui poſſit eum ſaluum facere à morte &c. 194.c.2.t.1.215.c.1.eod.t.

Chriſtus factus eſt omnibus cauſa ſalutis æternæ obtemperantibus ſibi.198.c.2.t.1.

6. Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati & prolapſi ſunt &c.321.c.1.t.1.

Impoſſibile eſt mentiri Deum.217.c.1.t.1.

Ad interiora velaminis præcurſor pro nobis IESVS introiuit.248.c.1.t.1.

7. Sempiternum habet ſacerdotium, vnde & ſaluare &c.248.c.1.t.1.257.c.2.eod.t.

Talis decebat vt eſſet nobis Pontifex ſanctus innocens &c. 165. c.1.t.1. 166.c.2.193.c. 1. 214. c.2.eod.t.

8. Melioris teſtamenti mediator eſt &c.311.c.1.t.1.

9. Per proprium ſanguinem introiuit &c.126.c.2. t.1.

Apparet vultui Dei pro nobis.126.c.2.t.1.

Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.205.c.1.t.1.

Nondum propalata erat ſanctorũ via. 248.c.1.t.1

Per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo &c.179.c.2.t.1.180.c.2.eod.t.

Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis &c. 179.c.2. 205.col.1. 339.c.2.t.1.

10. Tunc dixi ecce venio &c. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.&c.184.c.1.t.1.

Vna enim oblatione cõſummauit &c.208.c.1.t.1

In qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti.339.c.2.t.1.

11. Fide Noe reſponſo accepto de iis quæ &c. 429. c.1.t.1.

Quæcunque promiſit ille, potens eſt & facere. 167.c.2.t.2.

Alii autem diſtenti ſunt non ſuſcipientes &c. 57. c.1.t.2.

Sancti per fidem vicerunt regna.336.c.2.t.1.

12. Non acceſſiſtis ad tractabilem montem, & accenſibilem ignem &c.131.c.2.t.1.

Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cœleſtem &c.558.c.1.t.1.

D. IACOBI.

1. Nemo cum tentatur, dicat, quod à Domino tentatur, ipſe enim neminem tentat.77.c.2.t.1

Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum 80.c.1.t.1.

Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.89.c.1.t.1.

Tentatur vnuſquiſque à propria concupiſcentia 92.c.1.t.1.

2. Si quis dicat ſe fidem habere, opera autem non habeat nunquid poterit fides ſaluare eum.119. c.1.t.2.

In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. 91.92.t.2.

4. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. 348. c.1.t.1.

5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini. 545.c.1.t.1.

Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quę aduenient vobis, &c.277.c.1.t.2.

PRIMÆ PETRI.

1. Per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. 204. c.2.t.1.

Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis, &c. ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati, &c.177.c.2.t.1.204.c.2.eod.t. 229.c. 1.t.2

Hæc enim facientes non peccabitis aliquando, 347.c.2.t.1.

2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum &c.169.c.1.t.1.

Cum malediceretur, non maledicebat &c. 225. c.1.t 1.

Non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem 222.c.1.t.2.

Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum 204.c.2.t.1.207.c.1.214.c.2.eod.t.

3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, &c.240.col.2.t.1.357.col.1. tomo 2.

His qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit.138.col.1.t.1.240.c.2.t.eod.

Non vult aliquos perire.305.c.2.t.2.

Mortificatus in carne, ſed viuificatus ſpiritu, &c. 240.c.2.t.1

Nos in hoc vocatos eſſe, ne reddamus malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed è contrario benedicentes &c. 556. colum.2. tom.1.

Ieſus mortificatus ſecundum carnem, &c. 30. col.2.tom.2.

4. Mortuis euangelizatum eſt, vt iudicentur quidem, 240.c.2.t.1

SECVNDÆ PETRI.

1. Vt per bona opera certam reddant vocationem & electionem ſuam, &c.356.c.2.t.1.

2. Quibus caligo tenebrarum reſeruata eſt.265.c.2. tom.2.

Superbia loquentes pelliciunt in deſideriis carnis, luxuriæ, eos qui errore conuerſantur &c. 222.c.1.t.2.

Fuerunt pſeudoprophetæ in populo: ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, &c. 186.c.1. tom.2.

Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos reſeruari.472.c.2.t.2.

4. Propter hoc enim, & mortuis Euangelizatum eſt vt iudicentur quidem ſecundum homines in carne &c.84.c.1.t.2.

PRIMÆ IOANNIS.

1. Quod manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ.263.c.1.t.1.

Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato.203.c.2.t.1.

Si dex-

Digitized by Google

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt 439.c.2.t.1.92.c.2.t.2.

2. Aduocatũ habemus apud Patrem *Ieſum* Chriſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris &c. 117.c.1.180.c.2.204.c.2.220.c.2.t.1.

Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis 397.c.1.to.1.

Ipſe eſt propitiatio non tantum pro peccatis noſtris, ſed etiam pro totius mundi, &c.305.c.2.tom.2.

3. Qui facit peccatum ex diabolo eſt, quoniam ab initio &c.85.c.1.t.1.

Omnis qui in Deo manet, non peccat. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit &c. 348.c.1.t.1.

4. Omnis Spiritus qui ſoluit *Ieſum* ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus 111.c.1.t.1.267.c.2.co.t.

Multi pſeudoprophetæ exierunt in mũdum, &c. 186.c.1.t.2.

5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.15.c.2.25.c.2.125.c.2.272.c.1.t.1.

Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem 72.c.2.t.2.

APOCALYPSIS.

Cap.1. Ioannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia &c.19.c.1.to.1.

Chriſtus lauit nos à peccatis in ſanguine ſuo 178.c.1.204.c.2.208.c.1.t.1.

Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, 125.c.1.586.c.1.t.1.

Plangent ſe ſuper eum omnes tribus 271.col.1. tom.2.

Ecce venit in nubibus & videbit eum omnis oculus, &c.276.c.2.t.2.

2. Timidis, & incredulis, & execratis & homicidis &c.383.c.2.t.1.

3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam 321.c.1.t.1.

4. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus &c. 20.c.2.337.c.2.t.1.

5. Dignus es Domine accipere librum, &c.204.c.2. tom.1.

Qui ſunt orationes Sanctorum 477.c.2.t.1.

Benedictio, & honor, & gloria, &c. 80.col.2. tom.2.

Omnem creaturam quæ in cœlo, & ſupra terram & ſub terra & quæ ſunt in mari, &c.85.c.2.tom 2.

Dignus eſt Agnus accipere virtutem, & ſapientiam & fortitudinem, &c.577.c.1.t.1.

6. Reges terræ, & principes, & tribus, & diuites, & fortes &c. abſconderunt ſe in ſpeluncis 271.c.1.tom.2.

Montes cadite ſuper nos. Quid nobis profuit ſuperbia, &c.86.c.2.t.2.

Vſquequo domine, non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui ſunt in terra? 254.c.2.t.2.

7. Lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni 204.c.2.t.1.208.c.1.co.t.

Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas &c.204.c.2.t.1.

8. Aſcendit fumus aromatum de orationibus ſanctorum &c.196.c.1.t.1.

9. Et in diebus illis quærent homines mortem & non inuenient eam &c.271.c.1.274.c.2.288.c.1.tom.2.

Angelus aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ &c. 264.c.2.tom.2.

12. Væ, væ, vę terrę & habitantibus in ea, quia diabolus deſcendit habens iram magnam 275.col.2. tom.2.

13. Aperiet os ſuum in blaſphemias contra Deum, 294.c.2.t.1.

Quis ſimilis Beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea 154.c.1.t.2.

Si quis adorauerit Beſtiam cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu angelorum ſanctorum, &c.264.c.2.t.2.

Sine macula enim ſunt ante thronũ Dei 338.c.2.t.1.

Beati mortui qui in Domino moriuntur. Requieſcunt enim à laboribus ſuis 372.c.2.t.1.197.c.1.198.c.2.t.2.

Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocunq; ierit 584.c.1.t.1.

15. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt beſtiam & imaginem eius, &c.86.t.2.

16. Blaſphemarunt Deũ propter plagas 277.c.1.t.2.

17. Chriſtus nos dilexit, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo 340.c.1.t.1.

18. In vna die venient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne comburetur, &c. 271.col.2. tom.2.

Quantum ſe glorificauit, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum 575.c.1.t.1. 360.c.2.t.2.

19. Fumus eius aſcendit in ſæcula ſeculorum 264.c.2.tom.2.

20. Infernus eſt ſtagnum ignis, ardens igne atq; ſulphure 238.c.1.t.2.

21. Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius, non eſurient neq; ſitient amplius, &c.336.c.1.t.1.

Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, &c.587.c.1.t.1.

Timidis, incredulis, homicidis, veneficis, idolatris, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, &c.255.c.2.t.2.

22. Cecidi ad pedes eius vt adorarem, & dixit. Vide ne feceris, &c.292.c.1.t.1.

Veni Domine *Ieſu* 118.c.1.t.1.

Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc 334.c.1.t.2.

Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt 368.c.2.390.c.1.t.2.

QVARTVS

Digitized by Google

QVARTVS INDEX, RERVM PRÆCIPVARVM ET MATERIARVM QVÆ HIS duobus voluminibus continentur.

A

ABſurda quæ conſequuntur negationem nominis S. Trinitatis & perſonarum 12. 13. 17.c.2.18.c.1.24.c.1.26.c.1.27.c.1.t.1.quę abſolutam in rebus neceſſitatem 68. 69. eo. t.ſi Deus nulla improborũ cura tangatur 72.c.1. eod.t.ſi Deus homines deſtinato creat, vt damnet 80.81.eod. t. ſi peccatorum ſit author 81.c.2. 83. c. 2.87.cod.t.ſi Chriſtus homo non ſit adorandus aut inuocandus 112. c.1. eo.t.ſi Diuina eſſentia ſit incommunicabilis 31.c.1.eo.t.ſi Chriſtus impropriè docuerit 162.ſi non ſufficienter pro nobis meruerit 178.c.2.t.1.

Aaronis vìrgæ virtus 569.c.2.t.1.

Abraham & Sara iniuriis aſperſi 425.c.1.t.1.

Abrahamus orauit pro Sara vxore 28.c.1.t.2.

Adam quare conditus 78.c.1. t.1. peccati eius cauſa non Deo, ſed Diabolo tribuenda 79.co.t.

Adam & Eua veniam aſſecuti ſunt peccatorum ſuorum quoad culpam & pœnã æternam 88.c.2.t.2.

Adoratio ſuprema debetur S. Trinitati 20.2 .tom.1.cur etiam debeatur Chriſto homini.112.113.1 4.eodem t.eadem debetur etiam Spiritui ſancto, 278. 279. eod.t.

Aduocati officio hic viuens functus eſt Chriſt.174.t.1.

Æthiopes Chriſtiani ad hoc vſq; tempus precantur & offerunt pro defunctis 20.c.2.& 21.c.1 t.2.

Aerius iuſte damnatus fuit à Patribus, quod o' lationes & preces pro defunctis faciendas negaret 180.c.2.t.2.

Albigenſes pernicioſiſſimi fuerũt ac damnabiles hæretici 173. 10.2.à Philippo Auguſto Franciæ Rege oppreſſi fuerunt.175.176.t.2.

Alexandrinus populus orauit pro anima Eutichii ſubdiaconi, quem Ariani interemerant 110.c.1.t.2.

Angeli non ſunt deſpiciendi: non habendi pro vanis, debilibus aeſtulris, aut mendacibus creaturis non ſunt rei coram Deo, non peccant mortaliter 469. c.2.t.1. Confutantur Caluiniani & Bezani qui contrariam ſententiam tenent 470,eo. Angelorum laudes & encomia 471.eo. t. in nouem ordines in cœlo diſtributi ſunt, & tres Hierarchias 472. c.2.& 473.t.1.eorum ordo quid ſit 473.c.2.eorumdem Hierarchiæ quid ſit ib.preces, lachrymas, eleemoſynas & alia bona opera piorum corã Deo offerunt 475.& 476 vtile eſt nobis eos honorare, in auxiliũ noſtrũ aduocare 478.& 479. t 1.pro mortalib. precantur, ib. Sancti ſunt, 534.c.2.t.1. ſunt omnium actionum noſtrarum inſpectores 281. c.1.t.2.

Angelum peculiarem à Deo deputatum conſeruatorem & defenſorem vnuſquiſque noſtrum habet 474. & 475.t.1.

Anglicanorum miniſtrorum varia dogmata & ceremoniæ Caluinianis repugnantes 6.c.1.7.t.1. Regina per eoſdem contumeliis affecta 6. 7. eod.t.in Catholicos geſta 7.c.1.8.c.2.t.eo.

S.Ambroſius vexatura Caluinianis 4.c.2.t.1.S.Trinitatem adorat 18.c.2.t.eod. vnitatem Dei aſſerit 27.c.2. eo.t.39.c.2.eod.t. præſcientiam Dei comprobat 70. col.1.eo.t. publicas preces concepit & oblationes inſtituit pro anima defuncti Imp.Valentiniani 109.c.2. tom.2.

Anima Domini noſtri ſancta fuit 336.c.1.t.1.

Anima viuificatur iuſtitia & virtute 340.c.1.t.1.

Animæ defunctorum inuiſibilem locum, definitum eis à Deo, eunt 330.c.2.t.1.

Animæ Patrum qui lege naturæ, & Moſis deceſſerunt, tum in cœlum non ſuſciperentur: ſed deſcendebant in Limbum inferorum; per Chriſti ad eas deſcenſum eripiendæ & ſaluandæ 373.374.375.t.1.

Animæ paruulorum quondam ſine Circunciſione hinc demigrantium, in Paradiſo cœleſti non admittebantur: ſicut nec Animæ eorum qui ſub Euangelio ſine Baptiſmo decedunt 377.& ſeq.t.1.

Animæ quæ in Purgatorio cruciantur, iuuantur ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti 146.col.2. & 147. c.1.t.2.

Animæ fœlices, contemplatione B.Mariæ Virginis maiorem in modum oblectantur 577.t.1. ſummam capiunt voluptatem viſione Angelorum 579.eo.t.

Animæ Sanctorum à corporibus ſeiunctæ natura ſunt immortales: ac vere exiſtunt in alio ſeculo 361.362. 363.t.1.clara Dei viſione perfruuntur 366.ſeq.

Apoſtoli iuſſerunt vt ſingulis annis memoria Iacobi martyris & Stephani protomartyris, celebraretur 556. eod.t.

SS.Apoſtolorum pars genere fuit illuſtri 171.c.2.t.1. à Caluinianis maledictis aſſeruntur ib. 72.c.1. grauiſſimorum ſcelerum ab eiſdem inſimulatur 290. 291.eo.t.illico vindicantur 293.294.co.t. confirmati fuerunt in gratia, ſic vt nec viuẽdo nec nocendo mortaliter peccare potuerint 295.296.t.1.

Anna propheteſſa ieiunans attendebat ad gloriam & cultum Dei 458.t.1.

Anniuerſarii, 30.40.& 50.dierum publicarum precum pro defunctis, obſeruationem rẽm eſſe à priſcis obſeruatam vt ſanctam & vtilem 145.c.2.t.2.

Aquæ benedictæ vſus ſanctus, vtilis, & Apoſtolicus eſt, ideoq; in populo Chriſtiano ſeruandus 225.& 226. t.2.huius rei hiſtoria memoriæ digna 225. c.1.eod.t. multę aliç hiſtoriç ibid.narrantur de Aqua benedicta

Arcę fœderis mirandi effectus 569.col.2.t.1.per Arcam fœderis Virginum aureola ſignificatur 584.c.1.t.1.

Digitized by Google

Arrius Concilio Nicæno condemnatus.404.c.2.t.1.ex finibus imperii Romani à Conſtantino magno exterminatus fuit.ibid.
Arrianiſmus à Caluinianis multifariam inſtauratur 14. t.1.127. eod. t. ab eiſdem damnatur.128. col. 2.129. eod.t.
Aſinus auis liber Luther.in Sacramentarios.259.c.1.t.1.
S.Athanaſius, conſtantiſſimus S. Trinitatis propugnator.15.col.1.22.25.29.c.2.32.c.2.39.c.2.98. col.1.t.1. vnitatis Dei eximius aſſertor. 23. 27.c.2. eod.t. diuinitatis Chriſti prædicator 101.col.1.108. c.1.eod. t.& vnitatis in eodem perſonæ.112.115.eod.t.
S.Auguſtinus laceratur a Caluinianis.4.col.2.t.1.S.Trinitatem inuocat.19.c.1.eod.t.adorat. 21.eod.t. pias regulas conſtituit.15.c.2.eod.t. Vnitatem Dei aſſerit. 27.co.t.diſtinguit inter hypoſtaſin & ſubſtantiam 36. c. 2. eod t. perſonas æquales prædicat 27.c.2. 39. c.2. eod. t. Deum authorem peccatorum non eſſe conſtanter defendit. 73. c.2. eod. t. Filium Patri conſubſtantialem docet.106. c.2.eo.t. de officio mediatoris diſſerit.127.c.1 &2.eo.t.non tantum ex ſolis Scripturis contendit cum hæreticis; ſed Conciliis & traditionibus non ſcriptis vſus eſt.161.c. 1.t.2.preces & oblationes pro defunctis docuit.115. c.1.& 2.t.2. idem Apoſtoli verba.1.Cor.3.de Purgatorio igne frequenter eſt interpretatus.117.c. 2. & 118. c.1.t.2. idem fatetur quidem locum Apoſtoli 1.Cor.3.obſcurum & difficilem eſſe 118.c.2. eo.t. ſed nequaquam ſequitur, vt ad Purgatorium referri non poſſit.413.ibid.
D. Auguſtini elogium. 412. c.1.t.1. ibid. 413. erroribus Manichæorum fuit infectus.ibi.
D. Ambroſii cohortationibus tandem purgatus ibid. non negauit Purgatorium.9.c.1.t.2.
Aureolæ Doctorum, Martyrum & Virginum, quibus Scripturæ verbis ſignificantur.584.c.1.t.1.

B

BAPTISMI forma continet S.Trinitatis profeſſionem cultum, inuocationem.15.c.1.t.1.
mirabiles illius virtutes ac effectus.173.c.2.t.1.
eius inſtitutio nihil quicquam facit aduerſus Purgatorium.199.c.2.t.2.
non omnes Baptizati & Chriſtiani ſalui erunt in Paradiſo.381.182.383.t.1.
Barthaſius Poeta Gallus vnicam Dei eſſentiam impie triplicat 23.c.1. & 2.t 1. Serueti impietatem reparat. 24.co.1.t.1.tres Diuinos Spiritus canit. 27.col.1.& 2. damnatus à Patribus. 28.c.1.t.1. de ſubſiſtentia rectius ſcribit quam miniſtri. 30.c.1.2. Dei abſolutam potentiam confitetur.244.c.1.t. 1. Chriſtum primum hominem cælos petiiſſe negat. 247. c.1.t.1.Spiritum ſanctum pie inuocat 280.c.2.
D.Baſilius precatur & offert pro defunctis. 20. c. 1. to. 1.
Baſilius magnus Cæſareæ Epiſcopus ſacrificauit pro fidelibus defunctis.111.c.2.t.2.
S.Bernardus de proprietatibus, dignitate, & cultu nominis *Ieſu* diſſerit.121.c.1.t.1.
de meritis & ſatisfactione Chriſti.181.c.1.
de natiuitatis, & laborum eiuſdem fructib. 186. c.1.t. eo. Chriſtum de cruce pendentem inuocat. 2.5.c.2.t. 1.& modo derelictus a Patre pie explicat. 221.c. 2.t.1 eiuſdem laudes & encomia.414.c.2.t.1.
Bernardinus Ochinus Deum vnum in eſſentia, & trinum in perſonis, Satanicum eſſe blaſphemat.13.c.1.& c.2.t.1.omnipotentiæ Diuinæ contradicit.48.c.2.
Bezam conuitiantur D.Hieronymo.4. c.1.t.1.
Trinitatis perſonas coeſſentiales fatentur,15.c.1.t.1.
veteres hæreſes ſe damnare fingunt.12.c.2. vnicam Dei eſſentiam in tres partes nefarie lacerant, 22.c.1. eandem abſolute in perſonis eſſe negant. 28. col. 2. de ſubſtantia impie ſentiunt, 29.col.2. 32. c.2.t.1.
tres cauſas in Deo conſtituunt.37.c.2.t.1.
idem inficiantur.37.c.2.
omnipotentiæ detrahunt.47.c.2.48.c.1.
eandem fatentur.47.c.2.
Dei ſimplicem permiſſionem negant.72.c.2.t.1.
eandem admittunt.72.c.2.
peccatorum cauſam Deo tribuunt.83.c.1.t.1.
hoc ipſum damnant.85.c.2.t.1.
Chriſti Diuinitatẽ ſuis perfectionibus exuunt. 104. c.2.eod.t.
duas in eo perſonas comminiſcuntur. 109.c.2.t.1.
idipſum coarguunt.110.c.1.t 1.
Chriſtum ſecundum Deitatem orare ſcribunt.125.c. 1.t.1.humanitatem eius inutilem aiunt. 136. c. 1.t.1.
Caluinum cunctis etiam Prophetis & Apoſtolis præferunt. 136. c. 2. Chriſti matrem in partu Virginem negant. 137. c.2. à Lutheranis in faciem impietatum multarum coarguuntur & damnantur, 160.c.2.232. c.1.250. c.1. 256. c.2. t.1. impuritatis Chriſtum inſimulant.164.c.2.vnicum ei modum ac medium communicandi nobis ſeipſum relinquunt.172.c.1. omnẽ crucifixi Chriſti repræſentationem execrantur. 215. c.1.Chriſtum inter reprobos ac inferis damnatos relegant. 205. c.2. cum Mahometanis facile conueniunt.226.c.1. Chriſtum ſibi aliquid meruiſſe aduerſus Caluinum confitentur. 226.c.1.t.1.
deſcenſum eius ad inferos negant.236.c.1.
idipſum comprobant.236.c.2.
omnes tandem à mortuis reſuſcitaturum eſſe negant 267.c.1.t.1.
liberum arbitrium oppugnant.329.c.1.
ſacrificium pro defunctis detcſtantur, ibid. & col. 2. t.1.integritatem B.Mariæ oppugnant.ibid.
Zvingliani liberum arbitrium negant. 329.c.1 t.1.
pro ſuis mortuis preces fundunt.141.c.2.t.2.
abhorrent voces *Merendi & Meritorum*.348. c.2.t.1.
dicunt paruulos fidelium habere in ſe ſemen fidei, & à ventre matris ſanctificates eſſe 377.c.1.t.1.
eorum ſententia de Paradiſo 330 col. 2. 332.c.2 t.1.
diſſentiunt à Caluino de ſtatu animarum hoc corpore ſolutarum, 368 c.2.t.1.opinatur eſſe notas ac teſtimonia ordinata à Deo ad perpetuum vſum Eccleſiæ 342.c.1.t.2. dicit pœnitentiam ſine confeſſione peccatorum nullam eſſe, ibid. contendunt nos ſola fide iuſtificari, 342.col.1.tom.1.idem pernegat, ibid. eorum opinio de Sanctis, 334.c.2.335.c.1.t.1. [illegible] bonos Angelos ſanctos vocant, ibid. errores Simonis Magi renouant, 328.col.1.tom.1. confitentur orationes [illegible] factas [illegible] eſſe acceptum Deo, [illegible] t.1. appellant [illegible] cadauer, [illegible] c.1. t.1. celebrant Caluinum [illegible] c.2.t.1.Apoſtolis, Euangeliſtis & Prophetis [illegible] ferunt.ibid.

appellant

Digitized by Google

appellant omnes monachos ſuperſt-tioſos voratores, &c. 106.c.1.ſ.1.
monaſteria, luſtra, officinas libidinum, &c. ibid.
votorum continentiæ, inuectum à Satana. ibid.
vota Deo nuncupata, abominationes coram Deo, mores peruerſos, &c. ibid.
Brentius ait Ioannem fuiſſe ſtultum, imprudentem, immorigerum Deo, iniurium Chriſto, &c. 146.c.2.t.1.
confutatur. ibid. & 447.
Bullingerus vnum Deum in tres gradus, formas, & ſpecies differentes impie diſtrahit. 38.c.2.
S. Trinitatem adorandam & inuocandam eſſe aduerſus Caluiuianos aſſerit. 17.c.2.

C

CÆſarius Nazianzeni frater poſt obitum ſuum apparuit ei multoties. 95.c.1.t.2.
Caluiniani in omnem hominum ordinem maledicentiſſimi. 2.c.2.t.1.
plurimum diſſident ab Angliæ miniſtris 6. c.1.
a Lutheranis. 8.c.1.& 2.9.c.2.
S. Trinitatis & perſonarum nomen, ſepultum cupiunt. 12.c.2.
inuocationem oderunt. ibid.
adorationem faſtidiunt. 20.col.2.
nouis Arrianis viam in Gallias aperiunt. 14. c.1. & 2. t.1. 23.c.2.
ad Turcas deficiunt. 20 c.1.
vnitatem Dei lacerant. 22.c.1.
eſſentiam diuinam ſcribunt eſſe incommunicabilem 32.c.2.t.2.
veteres hæreſes aduerſus Trinitatem inſtaurant, 34. c.1.t.1. 102.col.2.
abſolutam Dei potentiam blaſphemant. 47.c.1.
ſymbola fidei Chriſtianæ in dubium reuocant. 12.c.2.
priora Concilia, ſanctorum patrum ſententiam ſequi ſe repromittunt. 11.c.2.
eiſdem interea conuitiantur. 3.c.1.& 2.
perſonas diuinas perperam definiunt. 35.c.2.
Plinii atheiſmos palam amplexantur, 49.c.2.
Capernaitarum, Sadducæorum, ac Elymæ Magi in Dei poteſtatem blaſphemias reparant. 56.c.1.eod.t.
in multis ſunt Ethnicis, imo & Satana deteriores. 56. c.1.& 2.
Deum reprehenſibilem confingunt. 61.c.1.& 2.
neceſſitati etiam ſubiiciunt. 62.c.2.
Serueti quem combuſſerunt, impietates ſectantur, 24.c.1.25.c.2.
prouidentiam ſuper malos extendi negant. 71.c.1.
permiſſionem diuinam improbant. 72.c.2.
eandem aſſerunt. ibid.
Deum authorem omnium peccatorum affirmant. 82.c.1 idipſum coarguunt & damnant. ibid. & 75.c.1.
Lenones ſe fatentur eſſe libertinorum. 86.c.2. ſupra ſexaginta hæreſes tenent aduerſus filium Dei. 95. c.1. t.1. confundunt cum cum ſapientia ingenita & volũtate Dei. 97.c.1. à ſe Deum eſſe affirmant. 99.c.1.t.1.
idem negant, ibid. & c.2. de Patris ſubſtantia genitum eſſe inficiantur, 102.c.1. idem admittunt, ib. diuinitatem Chriſti per ſe inutilem comminiſcuntur. 104. c. 2.t.1. idipſum damnant. ibid.
aliam à Patre ſubſtantiam tribuunt. 105.c.2.
hoc ipſum reprobant. 106.c.1.& 2.
aliam à Patre cauſam dicunt. 107.c.2.t.1.
illud coarguunt. 108.c.1.
duas in Chriſto perſonas conſtituunt. 110. c. 1. idem refellunt. ibid.c.1.t.1. ipſum in carne adorandum eſſe nolunt. 112.c.1.
illud ipſum comprobant. 113.c.1.& 2.
inuocandum prohibent. 116.c.1.
idem ſuadent. ibid.c.1.& 2.
nomen Ieſu venerandum negant. 118.c.2.t.1.
idem affirmant. 119.c.1.
propria virtute reſurrexiſſe inficiantur. 121.c.2.
idem admittunt. 122.c.1.t.1.
cum Arrianis ſentiunt. 128.c.1.t.1.
ab his diſſentiunt. 129.c.1.t.1.
Chriſtum ſua virtute exeunt. 139.c.2.
induunt. 140.c.1.t.eod. animam eius ab initio glorioſam fuiſſe nolunt. 142.c.2.
idem volunt. 143.c.1.& 2.t.eod. plenitudinem gratiæ detrahunt. 148.c.1.
idem tribuunt. ibid.c.2.
ignorantem fuiſſe confingunt. 151.c.1.
hoc ipſum pernegant, 149.c.1.
notitiam poſtremi diei eidem adimunt. 154.c.1.
fidei quoque offerentium paralyticum. 157.c.1.
item arboris fici. 157.2.
tribuunt in docendo locutiones impropriàs & abſurdas. 158.c.2.t.1.
probabiles coniecturas. 161.c.1.
reſponſiones parum appoſitas & intempeſtiuas, ib. duriores metaphoras, non quadrantes partitiones, ſuperuacuas illationes, parum ſolidas refutationes, & infirmas ratiocinationes. 161.c.1.t.eo. tẽperantiæ exempla cum nobis reliquiſſe pernegant. 168.c.1.
Apoſtolos habent pro quiſquiliis & fæcibus. 170.c.2. tom.eod.
Chriſtum accuſant mollitie animi & caſtigandorum deſideriorum. 192.c.1.eod.t.
mortem eius corpoream nihil nobis profuiſſe docent 202.c.2 eo. t. hoc ipſum refellunt. 202. c. 2. maledictum reprobatum, & damnatum autumant. 205. c. 2. eo.to.
quod illico confutatur. 208. 209. multorum & propriorum ſcelerum reum confingunt. 214.c.1. refelluntur. 216.c.1.
à Patre derelictum. 218.c.2.t.eod.
contrarium oſtenditur. 219.c.1.2.
deſperationis voces emiſiſſe. 222.c.1.
oppoſitum euincitur. ibid.
ſibi nihil meruiſſe contendunt, 226.col.2. hoc ipſum concedunt, 229.col.1. pro vniuerſis hominibus mortuum abnegant. 230.c.1.eod.t.
idem affirmant. ibid.c.2.
clauſo ſepulchro reſurrexiſſe nolunt. 241.c.1.
idem volunt. 242.
clauſis ianuis ad diſcipulos intraſſe inficiantur. 143. col.2.
confitentur. 244.c.1.
certum cælorum locum aſcendendo petiiſſe negant. 249.c.2.t.1.

Digitized by Google

idem aſſerunt ibid.c.2
ſeſſionem ad dexteram Patris deprauant 253.c.1.eo.t.
eandem profitentur 256.eod.t.
interceſſionem apud Patrem imminuunt 256.c.2
apparitiones veras ſubſannant 259.c.1
confutantur 260.c.1
venturum ad iudicium cum cicatricibus reprobant, 262.c.2
omnes ſua virtute ſuſcitaturum eſſe abnuunt 267.c.1.to.1
quadraginta & ſex erroribus aduerſus Spiritus ſancti maieſtatem, & vera eius officia detinentur 269.270.t.eod.
S.Petrum accuſant ſchiſmatis, ſcandali dati, oppreſſę libertatis Chriſtianæ, obrutæ gratiæ Chriſti, prauæ ſimulationis, ac deformati Euangelii 291.1.eod.to.c.2
S.Iacobum ſtoliditatis & ſuperſtitionis 292.c.1
S.Ioannem idololatriæ & apoſtaſiæ, ibid.
Paulum peruerſæ confidentiæ, temeritatis, epicureiſmi, &c.ibid.c.2
Euangeliſtas deprauationis Prophetiarum, &c.292.c.2.eod.t.
quæ omnia continuo refelluntur 294.c.1.& 2
Verbum Dei & cuncta Sacramenta omni efficacia deſtituunt.299.c.1.eod.t.
hoc idem confutant & damnant, ib.c.1.2
Eccleſiam Catholicam ex orbe defeciſſe prædicant. 294.c.2.eod.t.
reuocant.295.c.1
certos ſe prædeſtinationis ac iuſtificationis propriæ ſeipſos iactitant.313.c.1
abnegant.ibid.c.2
Fidem aut gratiam Dei ſemel acceptam non poſſe amitti ſcribunt.320.c.1.t.eod.
Reprobant.ibid.c.2
gratiam Spiritus S. cum peccato mortali ſubſiſtere contendunt.322.c.2.eod.t.
Regnum cœlorum non baptizatis repromittunt.324 c.1.& 2
Errores Simonis Magi renouant.328.c.2.t.1
Prohibent imaginari in cælis certum locum eſſe.330 c.2.t.1
ſibi repugnant. 331.c.2
Chriſtum cœlo contineri dicunt.ibid.
Signum crucis improbant.187.c.1.t.1
Condemnantur tum à Beza tum à multis aliis de loco certe ac definito cœleſtis beatitudinis. 332.333. tom.1
Errorem Simonis Magi & Eunomii ſequuntur.342 tom.1
Iniuria non afficiuntur, nec læduntur edicta Regia cum à nobis Gnoſti & Hugnoſtici vocantur. 153.& 154
conſentiunt charitatis & humanitatis officia requiri ad ſalutem.343.c.1.t.1
aiunt iuſtũ in omni opere bono peccare. 345.c. 2.t.1
cenſent bona opera æterna potius damnatione, quã vitæ præmio digna eſſe.ibid. & 348.col.2.eod.tom.
pro ſtercoribus & oletis bona opera exiſtimant.ibid.
ſibi contradicunt.344.t.1
in ſuis opinionibus epicureiſmum & atheiſmum exſuperant 347.c.1.t.1
debacchantur in vocem *Meritorum* 35?.c.1.t.1
eadem aſſerunt Ibid.c.2.& 351.352
ieiunium placere Deo aiunt quatenus nos ad abſtinentiam exercet.350.c.2.t.1
dicunt animas cum corpore interire.361.c.2.t.1
aſſerunt Animas eſſe vmbras, mortuas, contritas & annihilatas.ibid.
ſcribunt homines ad imaginem Dei creatos non eſſe ſed inſtar pecudum morte extingui.362.c.1
Contrarium ſuadent.362.c.2.t.1
refelluntur.363
negant animas defunctorum gloria & beatitudine frui ante diem reſurrectiois.366.c.1.& 2.eod.tom.
idẽ probãt permultis locis.367.refutantur ib.& ſeq.
tria inferorum nomina quomodo corrumpant.234.& 235.t.2
eorũ opinio de deſcenſu Chr.ad inferos.375.c.1.2.t.1
dicunt liberos fidelium in Eccleſia reputari ſanctos. 377.c.1.t.1
illud negant.Ibid.& 378.eod.t.
dicunt omnes Chriſtia.in cœlis ſaluandos.381.c.2.t.1
contrarium tenent.382.c.1.eod.t.
D.Hier.conuitiis laceſſunt.ibid.c.2
ſcriptis ſuis laceſſunt Apoſt.& Euang.399.c.2.t.1
accuſant Noe ſeptem atrocium ſcelerum. 425.c.2.t.1
idem de Abraham & aliis Patriarchis faciunt, 426. col.1
contrarium dicunt.427.& 428
refelluntur.428.& 429
dicunt Centurionem Chriſtum non agnouiſſe, & vt verum Deum non adoraſſe.459.c.2.t.1
confutantur.460.eod.t.
ſibi contradicunt euertendo ſuos errores.459. col.2. eod.tom.
dicunt mulierem liberatam profluuio ſanguinis ſufficienti fide præditam non fuiſſe; pioque zelo non fuiſſe vſam.461.c.1.t.1
Confutantur.ibid.c.2.eod.t.
ſibi ipſi contrarii.462.c.1.eod.t.
criminantur eandem mulierem quod furtim ad dominum acceſſerit.462.c.2.eod.t.
Martham ſanctiſſimam hoſpitam Domini & Apoſtolorum incuſat.462.c.2.eod.t.
confutantur Patrum authoritate ibid. & 463.eod.t.
laudes ipſius fœminæ ipſimet decantant. 463. col.1. eod.t.
reputant eos inſcios qui venialia peccata à mortalibus diſcernunt.90.c.2.t.2.
palam confitentur Apoſtolorum doctrinam puram ac integram manſiſſe vſque ad ætatem B. Auguſtini. 140.c.1.t.2.
fatentur eſſe Purgatorium.140.c.2.t.2
palam precantur pro requie defunctorum. ibid. & 141.c.2.eod.
Canonizare Sanctum quid ſit.417.c.2.t.1
huius definitionis per partes explicatio. 417.& 418. col.1.t.1
in Canonizatione Sanct.ordo & modus, omnem errandi modum reſcindunt.418.c.2.t.1.

in Canonizatione S. Eccleſ. Cathol. nunquam errauit, nec errare poteſt 418.419.t.1
Charitas & aliæ virtutes ad iuſtitiam & ſalutem vna cum fide neceſſariæ 343.c.1.t.1
cum fide neceſſaria ib.c.2
in proximos perſeuerat in Sanctis, 533. t.1. 541.col.2. eod.tom.
ſimulque nobiſcum iunguntur ſancta quadam communione 536.eod.to.
ſine ea nemo iuſtus, nemo ſanctus, nemo ſaluus poteſt eſſe 342.c.2.to.1
Caſtitatem colere perpetuam, aſſiſtente Dei gratia, non eſt quid homini impoſſibile, imo laudabile ac meritorium 223.c.1.& 2.t.2
Chaldæi Chriſtiani precātur & offerunt pro defunctis 21.c.2.t.2
Centurio Chriſtum agnouit, & vt Deum verum adorauit 459.c.2.460.t.1
plus credidit quam audiuit 460
à Cibis quibuſdam abſtinentia pro tempore laudabilis eſt, & ad pœnitentiam pertinet 122.c.1.t.2
Circumciſionem a Deo imperatam fuiſſe 379.c.2.to.2
per annos quadraginta in deſertis ceſſauit, 370.c.2.c. to.435.c.2.eod.to.
Chriſtus venit vt peccata deleret & damnaret, 92.c.2.
vnica perſona in duplici ſubſtantia, 109.c.2.t.1.cum carne ſua adorandus & inuocandus 112.& 113
propria virtute reſurrexit 121.c.2.t.1
orat tantum iuxta humanitatem. 125.c.1.eod.tom.
primi hoſtes diuinitatis eius 130.c.1.t.1
multis modis ea comprobatur 130.c.1.& 2.eod.tom.
ſecundum animam glorioſus ab initio conceptionis, 142.c.2
ideo fidei ac ſpei expers ibid.
ſumma gratia donatus 148.c.1.eod.t.
omniſcius 150.c.1.eod.t.
nihil impropriè aut abſurdè locutus 158.c.2.t.1
de multis, à Caluinianis accuſatur 161.c.2.t.1
omnis libidinis fomite caruit 167.c.2
ſufficientiſſime pro nobis meruit & ſatisfecit, 175.c. 2.176.c.1.t.1
vnica ſanguinis eius gutta ſatis fuiſſet 181.c.2
à primo inſtanti conceptionis ſuæ, ac deinceps ſemper pro nobis meruit 182.c.1.& 2.eod.t.
mortis eius multiplices fructus 188.c.1.2
multorum ſcelerum à Caluinianis accuſatur, 192. col.1.2
quæ mox refelluntur ib.& 193.c.1.eod.t.
preces eius fuerunt ſanctiſſimæ 193.c.2
ſemper præſtitit ſe mundi Saluatorem 194.c.1
nunquam opus redemptionis detrectauit, 197.ca.2. tom.1
non fruſtra ductus eſt ad Annam 200.c.1
corporea morte ſua nos redemit 202.c.1
ſupplicia peccatis debita æquiualenter perſoluit, 205 c.2.eod.t.
ſumma paſſionum eius 209
nunquam de propria ſalute dubitauit 213.c.2
nullius vnquam ſceleris conſcius 214.c.1.t.1
non ſibi perſuaſit odium ſe patris incurriſſe, 216.col. 2.tom.1
nunquam deſperauit 222.c.1.eod.t.
quædam ſibi non meruit 226.c.2.eod.t.
quædam vero meruit 227.c.1
preces fudit multiplices 232.c.2 t.1
vere deſcendit ad inferos, & patrum animas liberauit 236.c.1.t.1
clauſo ſepulcro ſurrexit 241.eod.c.2.t
clauſis ianuis intrauit ad diſcipulos 243.c.2.eod.t.
integer reſurrexit 245.c.2.t.1
primus omnium hominum aſcendit in cœlos, 247.c. 1.eod.t.
idque ſine horum fractione 251.c.2.t.1
in certum illorum locum 249.c.1.eod.t.
quomodo ſedet in dextera patris 252.col.2
quo pacto pro nobis intercedit 256.c.2.eod.t.
poſtea in terris apparuit 259.c.1.t.1
cum cicatricibus venturus eſt ad iudicium, 262.ca.1. 2.t.1
in peccato hominum fidelium inquiret, 264.col.2
bonos & malos ſuſcitabit 267.c.1.& 2
Chriſti ſanguinis virtus ac efficacitas, 156.c.2.& 157.c. 1.to 1
Chriſti anima ſancta fuit 337.c.1.2.t.1
ſecundum animam deſcendit ad Limbum, 375.cap.1. tom.1
nunquam reprehendit B. Mariam vt ream alicuius criminis in nuptiis 504.c.1.t.1
non contumeliæ cauſa appellauit eam mulierem, 504.c.2.t.1
de cruce pendens & latroni paradiſum repromittens, nihil egit aut dixit, quod doctrinæ Purgatorii aduerſetur 192.c.2.t.2
reprobis benefacta ſua, & ingratitudinem eorum grauiter exprobrabit 279.t.2
Chriſtianus quis habendus 400.c.2.401.c.1.t.1
non omnes Chriſtiani & baptizati ſalui erunt in paradiſo, 381.382.383.t.1
purgatorium probant 4.locis ex libris Regum 34.& 35.t.2
plurimos damnatos, & in futurum damnandos eſſe in inferis, 258.c.1.& 2.t.2
Chryſoſtomus ſe fœlicem fore exiſtimabat, ſi oſſa & catenas Apoſtolorum Petri & Pauli oſculari potuiſſet, 567.c.2.t.1
cōmendauit preces & oblationes pro defunctis, 121. c.1.t.2
iiſdemque vtiliſſimas eſſe prædicauit, 122.col.1.& 2. eod.tom.
S. Clemens Rom. calumniis vexatur 5.c.1.t.1
à Paulo laudatur 16.c.2.t.1
Trinitatem aſſerit, & Dei vnitatem prædicat, 25.c.2. eod.tom.
Chriſtum omniſcientem 156.c.2.t.1
octo libris collegit Conſtitutiones Apoſtolorum, 100. & 101.t.2
in iis ſacrificatur & ſupplicatur pro defunctis, 102. eod.tom.
Cœlum eſt ſedes Patris 334.c.1.t.1
Concilia vniuerſalia, & Prouincialia tam Græca quam Latina doctrinam Purgatorii comprobarunt, 135. tom.2

Concilia generalia in definitione de fide & moribus errare non poſſe.165.& ſeq.t.2
hæreticos autem condemnare poſſunt. 169. eodem tomo.
etiam ſi expreſſa ſcriptura deſit.171.eod.t.
Concilia quinque priora generalia nunquam errores Caluinianorum probauerunt, imo vero reprobarunt 186.187.to.2
ideoque non vere ſed ficte aiunt ſe ea admittere,188. eod.tom.
Confeſſio auricularis iuris eſt diuini, atq; ad remiſſionem peccatorum neceſſariam.219.& 220.t.2
Confeſſio,ſatisfactio& reliqui pœnitentiæ fructus cum fide occurrunt.341.c.2.t.1
Conſubſtantialis vocis origo. 2.c.2.t.1
Conuitia in Sanctos a Caluinianis pronunciata Deus inulta eſſe non permitter.5.6.2.t.1
Colloquium VVormacienſe.12.c.1.t.1
Malburnenſe.ib.& 48.c.1.242.c.1.t.1.256.c.1.259.c.1 eod.tom.
Pariſienſe.48.c.2.58.c.2.59.c.1
Pyſſiacenſe.49.c.1.t.1
Mompelgartenſe.187.c.2.232.c.1.249.c.2.257.c.1.262.c.1.t.1
Conſtantinus Imperator proteſtatus eſt ſe certam ſalutis ſpem in interceſſionibus Deiparæ Virginis repoſitam habere.524.c.1.t.1
Corpus Chriſti diuina vi in multis locis eſſe poteſt. 48.c.1.t.1.58.c.2.eod.t.
plurimum a corporibus noſtris differt.57.c.1.to.1.
Creationis hominum ſcopus ac finis.80.c.2.to.1
Ioan. Criſpinus ſcribit Theodoſium Imperatorem authorem fuiſſe inuocandi Sanctos.550.c.2.t.1
erat Caluini amanuenſis & typographus, cum Hannonio ſectæ Miniſter ſcribunt,anno Dom.557.Pelagium Papam addidiſſe in Miſſa, Cōmemorationem defunctorum.1 3.c.2.t.2
Culpæ peccatorum neque corporibus neque animis hominum propriæ inhærent.232.t.2
Cyprianus martyr conuitijs petitur à Caluinianis. 5.c.1.t.1.508.c.1.eod.t.
maxima eiuſdem pietas & cura pauperum.ibid.
Cyrillus Ieroſolymorum Patriarcha oblationem pro defunctis offerr.23.c.1.t.2
Cyrillus Patriarcha Alexandrinus eandem doctrinam firmat.ibid.

D

B. DAmaſcenus in lucem edidit librum de hæreſibus 182.t.2
Damnatos cruciari vero fœtere ſulphureo. 263. c. 2. & 264.c.1.t.2
inſuper & fumo intolerabili.264.c.1.& 2.cod.tomo.
extremo frigore, hinc tenebris interioribus, atque exterioribus implicantur atque cruciantur. 265.t.2.
in inferis dira fame acutiſſimaque ſiti in perpetuum affligentur.267.cod.to.
vermibus corporeis eorum corpora,& ſpiritualibus, ſpiritus eorum cruciabuntur.268.c.2.& 269.t.2
ſecundum quinque ſenſus exteriores, id eſt viſum, auditum, odoratum, guſtum,& tactum,cruciantur. 269.& 270.cod.t.
cruciandos eſſe in inferis per omnes partes, & ſingula membra corporum.272.t.2
omnes ſuas imperfectiones retinebunt: cunctiſque morbis erunt affecti in corporibus.273.t.2
Cacodæmones omnes ſuas vires expedient ad diſcruciandos damnatos.275.eod.t.
horrendos vlulatus emittent damnati: quinetiam aduerſus Deum execrandis blaſphemijs inſurgent. 276.eod.t.
grauiſſimæ eorum pœnæ exiſtimantur perpetua priuatio viſionis & fruitionis diuinæ: hinc ſempiterna ab omnibus Sanctis ſeparatio:cum vniuerſis dæmonibus ac impijs relegatio.278.cod.t.
tot modis ac teſtimonijs conuincentur de peccatis, vt pœnitus futuri ſint inexcuſabiles. 279.c.2.t.2
alij in alios ferent teſtimonia.280.c.2.t.2
præſenti omnium peccatorum ſuorum memoria, ac perditarum diuitiarum, voluptatum, & delitiarum ſuarum recordatione animo torquebuntur. 281.& 282.cod.to.
ſeſe agnoſcent,& mutuis conuitijs proſcindent. 282.c.2.& 283.c.1.t.2
flagrant triplici odio, nempe, Dei in illos animaduertentis,Sanctorum cum ipſo regentium: ac mutuo inter ſe,283.t.2
laborant incredibili inuidentia ſalutis alienæ & incredibili deſiderio ſuis peccatis deperditi regni cœlorum.284.c.2.t.2
perpetuo iræ diuinæ ſenſu affligentur: & miſerrimo Satanæ ac diabolorum conſortio mancipabuntur. 285.c.2.& 286.c.1.t.2
perpetuo metu ac terrore percellentur: nec tamen ſerio pœniret eos peccaſſe.286.cod.t.
nulla ſpe ſalutis releuantur, & cupientes mortem mori non poſſunt.287.c.1.& 2.t.2
eorum animæ nec diſſipantur nec diſcerpuntur, nec in nihilum rediguntur à Deo 288.c.1.& 2.& 289.t.2.
Danielis laudes & encomia.428.c.2.t.1
à Caluino criminibus aſperſus.436.c.1
confutatur.ibid.
eundem laudibus afficit.ibid c.2
non eſſe contumeliis afficiendum,437.c.2.t.1.
eius Angelus cum ipſo in lacum leonum deſcendit. 475.c.2.t.1
tribus in locis tractat de Purgatorio.50.c.1.& 51.t.2.
Deſcenſus Chriſti ad inferos per Caluinianos deletur. 236.c.1.t.1
à Ruffino & Eraſmo ſuſpectus redditur. 237.col.1. tom.1
pro fabula ab hæreticis reputatur.ibid.
confunditur cum Paſſione,ibid.
probatur ex ſymbolis,ſcripturis,patribus,Iudæis, & hæreticis,237.c.2.t.1
Deſperatio non potuit in Chriſtum cadere.123.c.1.& 2 tom.1
peccatum eſt omnium grauiſſimum ac vltimum. 224.c.1.& 2.t.1
Deuotio omnium populorum ad D.Mariam Virginem 523.& ſeqq.t.1
Deus abſolute nominatus tres ſimul perſonas complectitur.21.c.1.37.c.2.t.1

pluri-

plurimis de cauſis ſummus ei cultus debetur 21. c.1. tom.1.
vnicus eſt, & plures non poſſunt eſſe 25. c.1. & 2. tom.1.
omnipotens eſſe comprobatur 50.c.2.t.1.
vnus ſpiritus, non triplex 27.c.1.& 2.t.1.
prorſus verax 59.c.1. 2.t.1.
immutabilis 60.c.2.co.1.
ſumme liber ad extra 62.c.2.t.1.
irreprehenſibilis 61.c 1.co.1.
non prædeſtinat ad peccandum 80.c.2.co.1.
improbos ordinat ad pœnam, non ad culpam, 87.c.2. tom.1.
non creat vt damnet 80.c.2.t.1.
non nobis, ſed promiſſis ſuis obligatur 182.c.1.t.1.
Donyſius Areopagita probris afficitur 5.c.1 t.1.
S. Trinitatem aſſerit 16.c.2.tom.eod.19.c.2.20.col.1. tom.1.
ſcripta quæ illi tribuuntur vere illius ſunt, 104.105. tom.2.
in his comprobantur preces pro defunctis, 105. c. 1. eod.t.
Doctores Eccleſiæ nunquam ſimul omnes errauerunt, nec Eccleſiam in errorem induxerunt. 183. & 184. tom.2.
Doctores & Patres antiqui Eccleſiæ nihil vnquam ſcripſerunt quod aduerſetur Purgatorio, 200. 201.& 202.t.2.
nequaquam doctrinam ſuam de Purgatorio ab Ethnicis hauſerunt, 204.co.t.
Doctorum aureola per panes propoſitionis ſignificatur, 584.c.1.t.1.
B. Dominici encomia, 415.c 1.& 2.t.1.
Dona & munera collata corporibus Sanctorum. 584. tom.1.
Donatiſtæ viuebant vt latrones, moriebantur vt circũcelliones, vt martyres honorabantur, 404.c.1.t.1.

E

ECcleſia Catholica viſibilis 303.c.2.t.1.
nunquam è terris deficit, ib.& ſeq.
perſecutionibus creuit 305.c.1.co.t.
toto orbe diffuſa eſt, ib.c.2.
eſt inuictum regnum Chriſti 306.c.2.
oppugnari poteſt expugnari non poteſt, 306.c. 2.& 307.c.1.
abſurda plurima ſequerentur ſi poſſet errare, 308.& ſeq.t.1.
eſt ſponſa Chriſti & regnum cœlorum, 310.col.2. tom.1.
quod nunquam errauerit, nec errare poſſit in canonizatione Sanctorum. 417.418.t.1.
Eccleſiaſtic. liber ſanctus & canonicus eſt, 44.t.2.4.locis inde ſumptis Patres Orthodoxi doctrinam Purgatorii confirmauerunt, 45.c.1.co.t.
Electio rerum homini poſt peccatum relicta 135.t.1.
Eleemoſynę pauperibus nomine defunctorum erogatę, illis ſunt vtiles. 49.c.1.& 2.& 150.t.2.
Elias contumeliis à Caluino affectus 436.c. 1.t.1.
confutantur Caluinus & eius aſſeclæ.ib.c.2.
ſibi contradicit 436.c.2.co.t.
non fuit criminibus turpificatus, quæ obiicit illi Caluinus 438.c.1. & ſeq. eius Angelus fert ei in deſertum quod edat, 475.c.1.t.1.
non eſſe contumeliis afficiendum 438.t.1.
Elizabeth matris Ioannis Baptiſtæ pietas, 448.c.1.t.1.
Elyma Magus quid de diuina omnipotentia & bonitate ſenſerit, 328.c.2.t.1.
S. Epiphanius doctrinam Purgatorij iure propugnauit, 111.col.1.t.2.
iureque Aerium huic contradicenti inter hæreticos annumeraſſe, 111.c.1.& 2.& 112 co.t.
Eſaias ſex in locis ex veterum interpretatione Purgatorium agnoſcit, 46.t.2.
eius laus a Caluino & Gelaſio diſcipulo eius, 439.c.1. & 2.t.1.
non fuit turpificatus criminibus, quæ obiicit illi Caluinus, 439.440.t.1.
Eſſentia diuina ſimplex, vna & impartibilis, 22.c.1.& ſeq.t.1.
in tribus perſonis abſolute conſideranda & credenda, 27.c.1.t.1.
ſubſiſtit in perſonis, non perſonæ in ipſa, 27.c. 2.eod. tom.
perſonis ex ſe communicabilis, 29.c.2.co.t.
nomen vnde ortum, 2.c.2.t.1.
Ethnicos nominatim Herculem, Theſeum, Numã, Camillum, Catonem vtrumq;, Scipionem eſſe damnatos in inferis, 253.254.& 255.t.2.
Eunomius hæreticus bonis operibus aduerſabatur vt ſolius fidei neceſſitatem aſſereret, 332.c.2.t.1.
Exequiarum Apoſtolis traditarum Ordo, 144.145.t.2.

F

FAcere & facite pro offerre & offerte frequenter ſumuntur, 147.c.2.t.2.
Falco emiſſus in cuculum liber à Sacramentariis editus 259.c.2.t.1.
Falſi Prophetæ non mittuntur à Deo, 90.c.2.t.1.
Fœminæ a ciuilibus officiis per leges remotæ, 7.c.2. tom.1.
Fides & ſpes diuini cultus ſpecies. 172.c.2.t.1.
neceſſariæ ad iuſtitiam & ſalutem, ibid.
ſolæ non ſufficiunt, 173.c.1.co.t.
Chriſto non fuerunt neceſſariæ, 142.c. 2. & ſequent. tom.1.
quæ Fides iuſtificare dicitur, 343.c.1.2.t.1.
ſola Fide nec Sancti iuſtificari fuerunt, nec in cœleſtem paradiſum euaſerunt. 341.342.t.1.
cur Fides ſola Sanctis non ſufficit, 343.c.2.t.1.
Fidei coniungenda eſſe Sacramenta, Spes & Charitas, atq; bona fidelium opera 230.c.2.& 231.c.1.t.2.
Feſtos dies quoſdam Sanctorum eſſe pium ac iuſtum eſt, 555.c.2.t.1.
Filii Dei perſona non eſt ſimplex proprietas, 96.c.1.
nec ſapientia ingenita, nec voluntas Dei, 97.c.2.& ſeq.t.1.
eſſentia à Patre accepta. 105.c.1.2.t.1.
de Patris ſubſtantia eſt genitus, 106.c.1.& 2.
Deitas viliſſima, 104.c.2.t.1.
non eſt alia à Patre ſubſtantia 105.c.2.t.1.
non ſecunda rerum cauſa 107.c.2.co.t.
S. Franciſcus & Dominicus ab hæreticis calumniis lacerati ſunt. 405.c.2.t.1

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem laudes & encomia. 415. c. 2. & 416. c.1.t.1.
S.Fulgentius ſimplicem præſcientiam aſſerit. 76. col. 1. tom.1.
ſcite diſſerit de prædeſtinatione. 79.c.eod.t.
Filium de Patris ſubſtantia genitum probat. 104. col. 1. tom.1.
Chriſtum nunquam à Patre derelictum. 219. col.1.2.
Spiritus ſancti diuinitatem ſolide confirmat. 272.c.2. tom. 1.
ſoluit obiectiones Arrianorum & Caluinianorum. 104. c.1.t. 1.

G.

GEdeonis Angelus cum ſalutat, iubetque vt bellum Madianitis inferat. 47.c.1.t.1.
in Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio nullus eſt locus in quo preces pro defunctis, aut Purgatorii doctrina damnentur. 193. tom.2.
Geneuenſes Miniſtri bona opera approbant. 351. col.2. tom.1.
Geneuenſes libros conſcripſerunt quibus in martyrum numero habentur permulti qui pro Caluino mortẽ obierunt. 386.c.1.t.1. 395.c.2.eod.t.
Gentiles, Barbari, Philoſophi, Poetæ, Turcæ, & alii permulti tam Græci quam Latini credunt ac defendunt eſſe Purgatorium. 13.14.&15.to.2. 22.23.& 24.eod. tom.
Gloria Paradiſi non eſt æqualis in omnibus Sanctis. 575 tom.1.
Gnoſtici nõ adhibebant fidem Apoſtolicis traditionib. 328.col.2.329.c.1.tom.1. Virginem Mariam non inuocabant. ibid.
Gratia eſt cauſa formalis iuſtificationis & ſanctificationis animarum. 336.c.2.t.1.
Græci Chriſtiani tum veteres tum recentiores orarunt & ſacrificarunt pro defunctis. 22.colum.1.& 23. tomo 2.
S.Gregorius Nazianzenus contumeliis affectus à Caluinianis. 5.c.1.t.1.
de S.Trinitate præclare loquitur. 17.c.1.
vnitatem Dei aſſerit 26.c.2.t.1.
ſanguinis Chriſti virtutem. 181.c.2.t.1.
pro Cæſario fratre defuncto precatus eſt Dominum. 22.c.2.t.2.
animam ſancti Baſilii inuocat. 371.c.2.t.1.
obtulit preces pro fidelibus defunctis. 110. colum. 2. tom.2.
Gregorius Magnus Purgatorium credidit. 123.col.2. & 130.c.1.t.2.
refert animum Paſchaſii pœnas purgatorias in quodam balneo luiſſe. 25.c.2.t.2.
S.Gregorius [illegible] impie traducitur ab hæreticis. 5. c.2. tomo 1.

H

HEbræi veteres & recentiores Purgatorium crediderunt & perſiſtunt credere. 16. c.2. & 17. col.1. tom.2.
olim & nunc orare ſolent pro requie animarum quæ ibi detinentur & affliguntur. 18. colum. 2. & 19. tomo 2.
ritus funeris & officium exequiarum in ſepeliendis mortuis ſuis. 19.c.1.eod.t.
Patriarchas & Angelos Paradiſi pro eis implorant. ibid.
Purgatorium preceſque pro defunctis probant per 4. teſtimonia deſumpta ex libris Regum. 34.& 35. tomo 2.
B.Hermæ ſeu Hermetis Pauli diſcipuli ſcriptum laudarunt antiqui Patres. 105.c.2.& 106. c.1.t.2.
in eo Purgatorium comprobatur. ibid.
huius Hermæ mentionem fecit Paulus. 105. c.2. eod. t.
Hæretici, vide titulos Bezani, Caluiniani.
Hæreticos veteres iſtos Vigilantium, Aeriũ, &c. & horum imitatores non receptos eſſe in Paradiſo, ſed inferni gurgite demerſos. 384.& ſeqq.tom.1.
Hæretici omnes æquiuoce vocant Chriſtianos, qui Chriſtiani non ſunt. 400.t.1.
S.Hieronymus gloriatur de odio hæreticorum in præfat. ab his vexatur probris. 4.c.2.t.1.
Trinitatis myſterium aſſerit. 37.c.1.t.eod.
libertatem arbitrii confirmat. 44.c.2.t.1.
vnicam in Chriſto perſonam. 111.c.2.t.1.
nomen Ieſu venerandum. 129.c.1.t.1.
Integritatem perpetuam B.Deiparæ. 139. c.1.eod.t.
omniſcientiam Chriſti. 150.c.1.t.1.
ieiunium quadrageſimale. 170.c.1.t.1.
Chriſtum nunquam à Patre relictum. 221.c.2.t.1.
ſymbolum patrum confirmat. 248.c.2.t.1.
Eccleſiam ſuperari non poſſe. 307.c.1.eod.t.
præſumptionem hæreticam de propria electione & iuſtitia refellit. 316.c.1.2.t.1.
eius laudes & encomia. 411.c.1.t.1.
textum Pauli 1.Corin.3. non ſemel de Purgatorio eſt interpretatus. 120.t.2.
Hierarchia quid ſit. 473.c.1.t.1.
S. Hilarius ſanctiſſ. Trinitatis in vnitate eſſentiæ eximius aſſertor 15.c.1.29.c.1.eod.t.
Chriſtum omniſcientem ſcripturis probat. 155.col.1. tom.1.
Ioannes Hus confeſſus eſt Purgatorium. 136.& 137.c.1. tom.2.
miſſam celebrauit pro requie defunctorum ſuadetq; idem facere. 136.c.2.eod.t.
iuſte condemnatus fuit, à iudicibus idoneis ob perniciosas hæreſes. 177.c.2.t.2.
Patres Concilii quatuor viros doctrina præcellentes deſignarũt vt errores eius emendarent, ſed nihil profecerunt. 180.c.2.eod.t.
quomodo degradatus fuit. 181.c.1.eod.t.

I.

S. IAcobus Apoſt. à Caluinianis accuſatur ſtoliditatis vitioſi ac ſuperſtitioſi zeli. 292. c. 1. t. . eius Liturgia vere illius eſſe. 99.c.1.& 2.t.2.
Iacobus Patriarcha iniuriis affectus eſt. 427.c.1.t.1.
Ieiunium quadrageſimale continet imitationẽ Domini & à Patribus commendatur. 169.c.1.t.1.
Ieiunium quadragenariũ aſpernantes, ab Ignatio aſpernantur. 170.c.1.t.1.

& Deo gratum, & nobis multis modis vtile, 170. c. 2. tom. 1.
Ieiunia & quæcunque alia laborioſa opera nomine defunctorum voluntarie ſuſcepta illis proſunt ad ſalutem. 150. c. 2. & 151. to. 2.
Ieſus longe potentior eſt ad iuſtificandum, ignoſcendum, & ſeruandum, quam Adamus ad nos inquinandum. 340. c. 1. tom. 1.
Ieſus nomen ab hæreticis traducitur. 118. c. 2. tom. 1.
à Iudæis contemnitur. 119. c. 1.
ab Angelis nunciatur. ibid. c. 2.
piis gratiſſimum 120. c. 1 tom. 1.
dæmonibus terribile. ibid.
Deo Patri acceptiſſimum. ibid. t. 1.
à cunctis verendum & honorandum. ib.
S. Bernardo ſuauiſſimum. 121. c. 1. tom. 1.
Ieſus & filius Naue tam nomine quam operibus *Ieſum Chriſtum* dominum noſtrum ſignificauit. 380. c. tomus 1.
non eſt contumeliis afficiendus, 435. to. 1.
laudes eiuſdem. ibid. eod. to.
Ieremias ac Ezechiel tribus in locis Purgatorii doctrinam probant. 48. 49. c. 2. tom. 2.
Ignatius martyr eos accuſat qui matrimonium profanant. 328. c. 2. tom. 1.
Imagines Sanctorum non ſunt idola, nec expreſſo Dei verbo prohibentur. 557. tom. 1.
Imagines habuit vetus Eccleſia, eoſdemque locis ſacris & publicis. 560. to. 1.
in ſacris Calicibus imagines inſculptæ fuerunt tempore Apoſtolorum. 561. c. 2. tom. 1.
venerationem adhibuit imaginibus vetus Eccleſia, 563. 564. eod. tom.
Deus eas approbauit, & deteſtatus eſt eos qui eas irrident. 565. col. 2. tom. 1.
Inferorum nec loca nec tormenta metaphorica, vel ſpiritualia tantum eſſe, ſed vera, realia, & corporea. 239. 240. 241. & 242. t. 2.
non ſunt diffuſi per totum orbem, ſed locum habent certum & definitum circa centrum terræ. 242. 243. & 244. tom. 2.
quod Infernus reuera ſit, in quo nunc cruciantur animæ reproborum: omnes autem tum corporibus tum animis poſt vltimum iudicium. 248. & 249. t. 2.
eſt horrendæ capacitatis, & in eo diuerſa infœlicium animarum receptacula. 252. c. 1 & 2. t. 2. ſupplicia inferorum diuerſa eſſe iuxta diuerſitatem delictorum. 260. eod. tom.
inferni ignem verum, realem, & corporeum. 261. c. 1. & 2. t. 2.
ſpiritus reproborum duriter cruciare. ibid. etiam antequam corpora ſua reſumpſerint, ibid. inferorum nomen multiplici modo ab Hugnoſticis vſurpatur, 234. 235. & 236. t. 2.
S. Ioannes Euang. à Caluinianis falſo arguitur idololatriæ & apoſtaſiæ. 292. c. 1. t. 1.
improprietatis ſermonum, ibid.
duabus ſententiis Purgatorium comprobat. 71. c. 2. & 72. t. 2.
Apocalypſis duobus in locis Purgatorium oſtendit, 85. & 86. c. 1. t. 2.
nihil quicquam in ſcriptis ſuis continet quod ſit contra Purgatorium. 197. c. 1. & 2. & 198. c. 1. t. 2.
S. Ioannes Bap. per triginta totos annos non ignorauit ſeruatorem mundi Ieſum Chriſtum. 445. c. 2. & 446. tom. 1.
natiuitatē eius ſanctam fuiſſe, proinde à Chriſtianis celebrari oportere. 441. c. 1. 2. t. 1.
non fuiſſe vſum cibis lege Dei prohibitis, 443. c. 2. eo t. non ſchiſmaticum extitiſſe. 444. c. 1. eo. tom.
nō fuiſſe ſtultum, imprudentem. 446. c. 2. t. 1.
laudes ipſius concione Chriſti factas, 447. c. 1. 2. eo. t.
carcere detentus non geſtabat peccatum. 449. c. 1. t. 1.
ſciebat ſe non puniri ob peccatum, ſed ob iuſtitiam & veritatem. ibid.
nunquam exiſtimauit perpetuum inferorum carcerem ſibi debitum eſſe. 450. c. 1. eod. t.
Ioannes Oecolampad. fatetur Angelos adorare S. Trinitatem. 20. c. 2. t. 1.
cur Iob ante legem tam amariter defleuerit. 380. co. 1. tom. 1.
eius encomium, 428. c. 2. to. 1. 432. & ſeq. eo. t. non eſt probris & conuiciis lacerandus. 432. & ſequ. eod. tom.
Iob ſanctos Spiritus inuocat in ſua miſeria. 544. cap. 1. tom. 1.
S. Ioſeph nunquam ſibi perſuaſit quod virgo Maria adulterio ſeſe polluiſſet. 452. c. 2. 453. c. 1. t. 1.
eius oſſa ex Ægypto in terrā promiſſionis allata fuerunt. 567. c. 1. t. 1.
S. Irenæus martyr traducitur à Caluinianis. 5. c. 1. tom. 1.
Eccleſiæ Romanæ primatum commendat: præfat. de veteribus Gnoſticis. 34. c. 2. tom. 1.
eos damnat qui ignorantiam tribuunt Chriſto. 155. c. 1. & 2. & 155. c. 2. t. 1.
vim magnam tribuit Euchariſtiæ. 302. c. 2.
ſucceſſores Apoſtolorum perfectos viros fuiſſe docet. 311. c. 1. t. 1.
Iſaac iniuriis affectus. 427. c. 1. t. 1.
Iudas Hebræorum Pontifex, ſacrificium & preces publicas pro defunctis fieri curauit. 125. c. 2. t. 2.
pro militibus ſuis bello cæſis ſacrificium fieri procurauit 125. c. 2. t. 2.
pium opus & laude dignum fecit quando preces & oblationes pro defunctis fieri procurauit. 60. c. 1. & ſeq. tomo 2.
ſi tantum duo mille drachmas argenti miſiſſet Ieroſolymam ad faciendum ſacrificium pro defunctis, nihil repugnaret Purgatorio. 208. c. 1. & 2. t. 2.
Iudam proditorem Melanthon iuſtificat. 83. c. 2. tom. 1.
peccata eius Satanæ, non Deo ſunt tribuenda. 86. col. 2. tom. 1.
S. Iuſtinus martyr Hypoſtaſeos & Trinitatis vocibus vtitur. 16. c. 2. t. 1.
Fidem de his conſtanter propugnat. ibid. & 26. c. 2. t. eod.
Dei quoque vnitatem. 26. c. 2. t. 1.
perſonæ rationem deſignat. 97. c. 1. t. 1.
Impios iudicat ignorantiam Chriſto tribuentes. 155. c. 2. & 158. c. 1.
Spiritum ſanctum adorat. 279. c. 2. tom. 1.

Digitized by Google

calumniis olim vexatos Chriſtianos refert, 29.t.1.
Iuſtus adhuc iuſtificatur,341.c.2.t.1.

L

LAmbertus Danæus inuocationem ſanctiſſimæ Trinitatis damnat,17.c.1.t.1.
contra veram Filii Dei generationem docet, 99.c.2.tom.1.
Hominem Chriſtum adorare & inuocare prohibet,112.c.1.116.c.1.t.1.
ait Chriſtum in locum certum cœleſtemq; conſcendiſſe,332.c.2.t.1.quid de carne Chriſti, corporeque beatorum ſenſerit,ib.1.
eius opinio de Sanctis,334.c.2.t.1.
qualitates ſpirituales animis inhærentes adprobat, 338.c.1.t.1. Manichæos damnat,ibi.
improbat ſententiam Caluini de ſtatu Animarum de hac vita migrantium,368.c.1.1.
Lia contumeliis affecta,427.c.1.t.1.
Libertas Dei in operibus ad extra, 62.cap.2.& 63.cap.1.tom.1.
Liberum eſt hominum arbitrium,65.c.2.& ſeq.t.1.
Libertini à parentibus ſuis graphice depicti, 84.c.2.& 85.c.1.t.1.
horum lenones ſe fuiſſe fatentur Caluinus & Buccrus,85.c.2.t.1.
Limbus veterum Patrum ab hæreticis negatur.237.c.1.tom.1.
à Catholicis conſtanter & ſolide probatur, 237.c.2.239.c.2.t.1.
Locuſtæ ſiue cicadæ cur Græci vocent ἀ[illegible], 443.c.2.tom.1.
B.Lucæ tribus locis Purgatorium confirmatur, 70.c.1.& ſeq.t.2.
in Actis recenſendo deſcenſum Chriſti ad inferos aſſerit quoſdam liberaſſe à pœnis purgatoriis 83.c.1.t.2.
Lutheri de Sacramentariis iudicium,8.c.1.t.1.
de Trinitate,37.c.2.t.1.
de perpetua virginitate B.Deiparæ,137.c.2.
de crucis conſignatione,187.c.1.t.1.
de deſcenſu Chriſti ad inferos,238.c.1.
de exitu Chriſti è ſepulchro, & ingreſſu ad diſcipulos,244.c.1.t.1.
de Chriſti ſeſſione in dextera Patris,256.c.1.t.1.
ſtatum monaſticum appellant cuculla abiecta, &c. 406.c.1.t.1.
Purgatorium ignem in ſacris literis fundatum confitentur,9.c.2.10.c.1.t.2.
Lutherani Miniſtri Caluinianos oppugnantes,8.c.1.& 2.t.1.
in plurimis & grauiſſimis fidei Chriſtianæ capitibus ab his diſſident,9.c.2.t.1.
rectius ſentiunt de omnipotentia Dei,48.c.1.
de bonitate eius,86.c.1.t.co.
ſoluunt obiectiones illorum contra bonitatem Dei, 94.c.1 t.co.
melius docent de filii generatione,97.c.2.t.co.
de merito & ſatisfactione Chriſti,175.c.1.
colloquiis publicis Bezam refellunt,187.col.2.t.1.
conſenſum cum Alcoraniſtis exprobrant,226.c.1.t.1.
Chriſti per ſepulchrum clauſum,& ingreſſum, 242.c.1.t.1.
per occluſas fores comprobant, ibi.
de ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris,253.c.1.t.1.
falſe illos derident,259.c.1.t.1.
de Chriſti apparitione in terris,260.c.2.t.1.
Spiritus ſancti emanatione,270.c.2.t.1.
de apoſtaſia Simonis Magi,317.c.2.co.t.
de paſſionibus Chriſti,202.c.2.t.co.
de gratiæ diuinæ per peccatum amiſſione,322.col.2.tom.1.
fatentur eſſe Purgatorium,137.c.2.t.2.
palam precantur pro requie ſuorum defunctorum, 137.c.2.& 138.c.1.co.t.

M

S.MAria virgo penitus illæſa Chriſtum peperit,137.c.2.t.1.
ſignata fuit per montem ex quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus,& portam clauſam,139.c.1.t.1.
Heluidius hoſtis eius damnatus,ibi.
integritas eius ad finem pertinet,& ſcripturis probatur,ibid.
Chriſtum in aſſumptione obuiam habuit, 251.c.2.tom.1.
totius mundi genere nobiliſſimo prognatam: & Ioachim ac Annæ filiam fuiſſe, 482.t.1.
contumeliis atrociſſimis afficitur,482.c.2.co.t.
ſpeciali Dei gratia præuenta fuit, ſine peccato originali concepta,& nata,ſancta ac fœlix eius Cõceptio, 485.486.tom.1.
ipſius natiuitatem celebrari oportere,488.c.1.& c.2.& 489 c.1.co t.
vere ac ſemper fuit gratia plena, nunquam peccatrix aut damnabilis,489.c.2.t.1.
annumerari non debere cum peccatoribus, eo quod nullum peccatum commiſer t.491.c.2.& 492.c. co.t.virginitatem ſuam Deo ſacrauerat,493.c.2.& 494.tom.1.
non fuit corrupta in puerperio,496.c.1.co.t.
quando ab angelo quæſiuit *Quomodo,* non fuit incredula,nec ſe oppoſuit verbo & operibus Dei, 497.t.1.
non fuit infidelis;ſed credidit.49[illegible].c.2.& 499.c.1.co.tom.
non peccauit negligentia relinquendo puerum Ieſum in templo,500.c.1.& 2.t.1.
nec regnum Meſſiæ temporarium ac terrenum credidit,ib.co.t.
Filium admonens in nuptiis cum vinum defecit non peccauit,ſed opus laudatum fecit.504.c.1.co.t.
nunquam reprehenſa fuit à Chriſto vt rea alicuius criminis,504 c.2.t.1.
non contumeliæ cauſa appellauit eam mulierem, 505.c.1.t.1.
non redegit eam in ordinem fœminarum peccatricum,ibid.
ambitioſam nunquam fuiſſe nec arrogantem, 506.c.1.tom.1.
vitio importunitatis non laborauit,506.c.1.& 2.507.t.1.

Sybillæ

Sybillarum Vaticinia de admirandis muneribus quæ Deus collaturus eſſet in eam. 509. eod. t.
adſtans filio morienti non fuit in eum inſtar diſcipulorum ſcandalizata. 510. t. 1.
clamores blaſphemaque verba non edidit. 512. c. 1. eod. t.
non ſolum à morte ſuſcitata, ſed in cœlos euecta fuit. 512. c. 1. & 2. eod. t.
illius Aſſumptione omnia in cœlo decorata fuiſſe. 513. c. 2. t. 1.
in cœlis eſt noſtri memor, & pro nobis intercedit. 515. c. 1. & ſeqq. t. 1.
in nuptiis orauit filium dicendo. *Vinum non habent.* 516. c. 1. t. 1.
eſt miſericors & mater miſericordiæ. ibid.
per eam habemus acceſſum ad Filium. 516. c. 2. t. 1.
exercitia eiuſdem poſt Filii aſcenſionem. 518. cap. 2. t. 1.
de ipſius inuocatione ac eiuſdem vtilitate. 519. c. 1. & ſeqq.
inuocata fuit in Aſia & Græcia, & ab martyribus priſci æui. 519. & 520.
item priſci Confeſſores. 521. c. 1. eod. t.
in cunctis periculis & afflictionibus imploranda; id hiſtoria in textu relata elucet. 521. c. 2. t. 1.
pro Petro intercesſit apud Filium. 522. c. 1.
miracula quædã quæ Chriſtus contulit in vniuerſum genus humanum matris precibus. ibid. col. 2. t. 1.
eius interceſſionibus miracula quædam recenſentur. 523. tom. 1.
Machabæorum libros non Iudæi, ſed Eccleſia Catholica pro canonicis habet. 9. c. 1. t. 2.
eorum hiſtoria accenſenda eſt libris ſanctis & canonicis. 56. c. 1. & ſeq. t. 2.
mos fuit in Eccleſia Catholica legere, 1. & 2. librum Machabæorum. 57. c. 1. eo. t.
ex Machabæorum libri 2. ſententia hæc, Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare, &c. eſt genuina & non ſuppoſititia. 64. c. 2. 65. c. 1. t. 2.
Machabæorum lib. 2. nihil obſtat quo minus ſit ſanctus & Canonicus. 2 7. c. 1. t. 2.
Magos qui ab Oriente venerunt in Bethleem, fuiſſe numero tres, fuiſſe Reges. 453. c. 2. t. 1.
Chriſtum tanquam Dei filium, & verum Meſſiam adoraſſe. 455. c. 1. t. 1.
S. Magdalena cum aliis fœminis, non inutili planctu ſe cruciauit, nec ſtulto & carnali affectu iuit ad monumentum Domini. 467. & ſeq. t. 1.
confutantur qui contrarium tenent. ibid.
Malachiæ Prophetæ tribus teſtimoniis ab antiquis confirmata eſt doctrina Purgatorii. 55. c. 1. & ſeq. t. 2.
Malum culpæ aliud à malo pœnæ: hoc enim Deum authorem habet, non illud. 89. & 90. t. 1.
Mahometani & Caluin. plurimum inter ſe conueniunt. 13. c. 1. 14. c. 1. 15. c. 1. 20. c. 1. 128. clo. 1. 140. c. 1. 196. c. 2. t. 1.
Manichæi ſui hæreſiarchæ diem emortualem celebrare ſoliti erant. 204. c. 2. t. 1.
Marotus, Bezæ iudicio, etiam vſque ad mortem vir improbus fuit. 71. c. 1. t. 1.
errores Simonis Magi renouat. 328. c. 1. t. 1.
Martinus Bucerus Deum finxit authorem peccatorum. 83. c. 1. t. 1.
Libertinorum fuit leno. 86. c. 1. t. eod.
efficaciam meriti Chriſti aduerſus Caluinianos aſſeruit. 176. c. 2. t. 1.
veri Martyres Dei non ſunt ii qui propter Caluinianas hæreſes ſupplicio ſunt affecti: nec à morte in Paradiſo cœleſti ſuſcipiuntur. 395. & ſeq. t. 1.
Martyres Caluinæ ſectæ non ſunt veri Martyres. 400. c. 1. t. 1.
S. Martyrum cicatrices. 585. t. 1.
ſunt mediatores inter Deum & nos 551. c. 2. t. 1.
eorum aureola ſignificatur per pretioſas margaritas, 584. c. 1. t. 1.
B. Matthæi tribus locis Purgatorii doctrina fulcitur, 67. & 68. t. 2.
Mediatoris officio Chriſtus ſtrenue functus eſt. 126. c. 2. t. 1.
in quantum homo, & non vt Deus. 127. c. 1. t. eod.
Memoria Chriſti crucifixi vtiliſſima. 183. c. 1. & ſeq. to. eod.
Merita Chriſti coram Deo Patre ſufficientiſſima. 175. c. 2. t. 1.
horum Apoſtolicæ amplificationes. 176. c. 1. & 2. & ſeqq. t. 1.
quædam ſibi non meruit. 226. c. 1. eod. t.
quædam ſibi meruit. ibid.
Meriti vox Caluinianis odioſa. 349. c. 1. t. 1.
eandem amplexantur, ibid. & 350. eod. t.
merita & bona opera mercedem merentur. 353. & 354. t. 1.
Melanthon bona opera & merita approbat. 354. c. 2. t. 1.
vota Monachorum nominat hypocriſes, ſtultas obſeruationes, &c. 406. c. 2. t. 1.
approbat eſſe Purgatorium, & preces pro defunctis. 139. c. 2. t. 2.
Melchiſedech ſacramentum Euchariſtiæ deſignauit. 328. c. 2. t. 1.
Michael Seruetus iuſte arſit Geneuæ 17. c. 1. t. 1.
triplicem finxit Dei eſſentiam. 24. c. 1. t. eod. 95. c. 2.
filii Dei perſonam veram negauit. 34. c. 1. eod. t.
veniam à Chriſto nunquam poſtulare voluit. 113. c. 1. & 116. c. 1. t. 1.
Verbum & Spiritum ſanctum confundit. 275. c. 2. t. 1.
ventum volatilem cum appellabat. 286. c. 1. t. 1.
Micheas, & Ionas duobus in locis doctrinam Purgatorii confirmant. 53. c. 1. t. 2.
Miniſtri Geneuenſes Deum authorem peccati faciunt. 80. col. 1. tom. 1.
Miracula quædam recenſentur interceſſionibus Sanctorum 554. c. 2. & 555. c. 1. t. 1.
Miſſæ ſacrificiũ nec venditur nec emitur. 217. c. 2. t. 2.
ſed per illud Chriſti meritum & ſatisfactio tam viuẽtibus, quam defunctis applicatur. 218. c. 1. eod. t.
C. Molineus, matrem Chriſti in partu virginem permanſiſſe, negat. 137. c. 2. t. 1.
Chriſto communem ignorantiam tribuit. 150. c. 1. t. 1.
meritis eius plurimum detrahit. 182. c. 1. t. 1.
à Caluinianis male acceptus. ibid.
Monachi iſti Ambroſius, Auguſt. &c. & eorum æmuli vere ſancti ſunt, & in Paradiſo recepti. 405. & ſeq. t. 1.

Monachos & Monaſteria fuiſſe ante S. Anthonium, ſcriptis probatur.406.c.1.eo.t.
Monaſticæ vitæ ſtatum a Deo probari, 408. & ſeq.t.1.
Montaniſtæ, ſectæ ſuæ martyres, honorant, 403 c.2. tom.1.
Moſes non eſt probris & conuiciis lacerandus, 434.c.1. 2.t.1.
Moſis virgæ vis & potentia.569.c.1.t.1.
iniuriis non eſt afficiendus, 435.c.1.tom.1.
encomia eiuſdem, ibid.eod.t.
Mulier quæ exclamauit, *Beatus venter qui te portauit,* non incidit in contemptum, aut reprehenſionem Chriſti, 465.c.2.t.1.
confutantur qui huic opinioni contradicunt, 466.c. 1.2.eod.tom.

N

NOe à Caluino contumeliis affectus, 425.c. 2.t.1. item
Vvolfgango Muſculo, 426.c.1.
eius encomia & elogia, ibid.tom.1.
Nouatiani dicebant ſe habere rectam religionem & veram Eccleſiam, 404.c.1.t.1. Prophetarum imitatores fuerunt tanquam Monachi huius temporis, 405.col. 2.tom.1.

O

OBiectiones hæreticorum contra Dei vnitatem 27. c.1.t.1. potentiam, 56.c.1.to.1. bonitatem 93.to.1. Chriſti omniſcientiam, 154.c.1.t.eo. merita, 182.c.1. 2.to.1. fructum mortis eius, 209.c.1.to.1. innocentiam, 217.c.1.t.eo. Eccleſiæ Catholicæ perennitatem ſoluuntur, 306.c.1.t.1.
Oecolampadius ex monacho factus hæreticus, 394.c. 2.tom.1.
Oratio Taraſij Patriarchæ ad B. Mariam Virginem, 523. c.2.t.1.
Oratio Dominica nihil quicquam facit aduerſus Purgatorium, 199.c.2.t.2.
Orationes piæ ad Deum, 1.c.1. ſanctam Trinitatem, 57. c.2.t.1. & 94.c.2. Auguſtini ad Chriſtum hominem, 118.c.1.186.c.1.235.c.2.268.c.2.to.1. ad Spiritum ſanctum, 326.c.2.t.1.
Omnipotentia Dei aſſeritur, 47.c.1.& ſeq.t.1.
bona Opera Sanctorum non ſunt peccata mortalia: non impedierunt quominus in cœlum peruenirēt, quinimo eos illuc perduxerunt, 344.345.346.t.1. Deo grata & accepta fuiſſe, laudem aliquam meruiſſe: imo etiam vitam & gloriam ſempiternam his velut iuſtam mercedem rependi, ib.& ſeqq.
Origenes fidem facit verbis Apoſtolorum, eſſe quendam Purgatorium ignem, 23.c.1.t.2.
Oſeas & Amos iudicio Sanctorum Patrum duobus in locis doctrinam Purgatorii probant, 53.c.1.t.2.

P

PAradiſi nomine quid ſignificatur, 330.c.2.t.1.
Paradiſus an certus eſt in cœlis locus ac determinatus, ib.& ſeq.t.1. locus nominatur. 333.c.1. t.1. itē domus: ib.c.2. eſſe locum cœleſtem, glorificationi Sanctorum deſignatum & certū 330.331. 332. & ſeq.to.1.
locus amœnitatis diuinæ nuncupatur, 334.c.2.t.1.
multis nominibus appellatur, ibid.
Paradiſi fœlicitas non eſt æqualis in omnibus Sanctis, 574.tom.1.
Parentius cum aſſeclis admittunt non ſolum Gregoriū agnouiſſe Purgatorium; ſed & Patres 4. ac 5. ſæculi pro mortuis oraſſe, 123.c.2.t.2. eius contumeliæ aduerſus quoſdam Sanctos & Patres Eccleſiæ, 155.t.2. quinq; atrociſſimis calumniis Catholicam Eccleſiā impetit, 157. & 158.t.2. alias decem calumnias contorquent aduerſus huius operis authorem Feu-ardentium, 159.160.161.162.& 163.t.2.
Patres veteres controuerſiarum iudices admittuntur ab hæreticis.12.c.1.t.1.
Patres omnes & anteceſſores noſtri qui in fide Catholica & Eccleſiæ Romanæ obedientia fuerunt non eſſe damnatos, 420.& ſeq.t.1.
Patrum animæ deſcendebant in Limbum inferorū, per Chriſti ad eas deſcenſum, eripiendæ & ſaluandæ 373. 374.t.1.
Patriarchas iniuriis afficere nefariū eſt, 410.& ſeq.t.1.
Patriarchæ non peccarunt ducendo plures vxores, 431. col.2.t.1.
Patriarchæ ſimulq; Prophetæ Angelos inuocauerunt, 544.545.t.1. cur ſepeliri voluerint in terra Palęſtina, 144.c.1.t.2.
Pharao an mutari potuerit, 79.col.2.t.1. non prædeſtinatus ad peccandum.80.c.2.to.1. quo ſenſu dicitur, datus in reprobum ſenſum, 94.c.1.t.1.
S. Paulus quantum mundo profuerit, 137.c.1.t.1. à Caluinianis impie accuſatur peruerſæ cōfidentiæ, temeritatis, contemptus Dei, voluptatum carnalium, ac epicureiſmi, 292.c.2.t.1. c.15. primæ ad Cor. ſuffragia in defunctos collata probat, 77.t.2. idem in Epiſt. ad Phil. expiatoria loca probat 78.c.1.t.2. idem ſecundæ epiſt. ad Tim.c.1. formulam tradit orandi pro fidelib. defunctis, 82.t.2. primę ad Cor.c.3.v.13.& 15. de igne vero & proprio Purgatorii loqui, non autē de allegorico, 73.& ſeq.t.2.191.t.2. ſimiliter de veris operibus, 192.c.1.eo.tom. in epiſtolis nihil quicquam aduerſus Purgatorium continet, 197.c.1.& 2.t.2.
Peccatū ipſo actu & effectu nos inquinat, 339.c.2.t.1. multa Peccata venialia committuntur à piis hominibus, quæ à mortalibus plurimum diſſident, 90.c.1.t.2. eademque pœnis temporariis tantum, vel in hoc vel in futuro ſeculo expiantur, 91.& ſeq.eod.t.
Peccata mortalia quoad culpas non remittuntur in alio ſeculo ſed quoad pœnas temporales, nullam inuoluit contradictionem.206.t.2.
Peregrinationes facientes ex fide & pietate ſunt laudabiles: ſpectantque ad ſoluendas temporarias pœnas peccatorum.220.t.2.
S. Petrus coarguitur ſchiſmatis, grauiſſimi ſcandali, oppreſſæ libertatis Euangelicæ, & ſepultæ gratię Chriſti, 291.c.1. illico vindicatur.ib.t.1. in epiſt. recenſendo deſcenſum Chriſti ad inferos aſſerit quoſdam liberaſſe à pœnis Purgatoriis. 83.c.1. t.2. duobus locis prioris epiſtolæ Purgatorii meminit.84.t.2.
Petrus Viretus miniſter Caluinianus pro omnipotentia Dei pugnat cōtra Caluinianos.50.c.2.& 51.c.1. pro Filii generatione.102.c.1. pro eius cōſubſtantialitate.

Digitized by Google

Petrus Vermilius, qui & martyr dicitur, omnipotentiæ diuinæ detrahit. 48.c.2.t.1.50.c.2.t.eod. de authore peccatorum Caluinianis contradicit. 85.t.1. perpetuã Matris Chriſti virginitatem negat. 137.c.2.t.1. manifeſtus impoſtor. 138.c.1. preces Chriſti pro nobis contra Caluinum admittit. 258.c.1.t.1.
Petrus Caroli Neocomenſis & Lauſannæ miniſter à Caluinianis deficit. 13.c.1.t.1. eorum contra Filii Dei generationẽ errores refellit. 99.c.2.100.c.1.2.& Spiritus ſancti diuinitatem confirmat. 288.c.1.t.1.
Perſeuerantiæ donum à fide & gratia diſtinctum eſt 317 c.1. & ſeq.
Perſonæ vox ex ſcripturis ſumpta. 15.c.1.2.t.1. eius recta finitio. 31.32.33.to.1. à Caluinianis deprauata. 33.c.2. 34.c.1.95.c.1.t.1.
Perſonæ diuinæ non ſubſiſtunt in eſſentia in ipſis. 29.c. 2.& 30.c.1.
Permiſſio diuina aſſeritur. 72.c.2.73.c.1.t.1. ea tantum peccata committuntur. ibid.
Philippus Auguſtus Franciæ Rex laudandus eſt quod Albigenſes oppreſſerit. 175.& 176.t.1.
Præſcientia ſimplex de futuris peccatis à Caluinianis negatur. 74.c.2.t.1. ab eiſdem aſſeritur. ibid. ex ſcripturis & Patribus probatur. 75.c.2.t.1.
Prædeſtinatio nullorum eſt ad culpam. 79.c.2.t.1. quorundam ad pœnam. 80.c.1.t.eod.
Prophetia qua ratione definiatur. 457.c.1.t.1.
Prouidentia Dei etiam improbi reguntur & caſtigantur. 70.c.1.2.71.c.1.t.1.
Purgatorium multis nominibus nuncupatum. 374.c.2. tom.1.
Purgatorii doctrina vnde originem ſumpſit. 5.t.2.
in ſcripturis eſſe expreſſam. 6.& 7.t.2.
non eſſe indifferentem. 9.& ſeq.eod.t.
retinendam eſſe velut articulum fidei Catholicæ. 10. & 11.c.1.t.2.
Purgatorium credidit vniuerſa Eccleſia Chriſtianorum ante tempora D. Auguſtini. 11.c.1.12.c.2.t.2.
Purgatorii doctrina, ab Adamo ad Moſem vſq; mentib. ſanctorum Patrum inſedit. 30.31.t.2.
confirmatur in Exodo, Leuitico. Num ac Deut. 31. eod.tom.
ex libro beati Iob Patres comprobarunt. 39.c.1.tomo 2.
antiqui tam Hebræi, Græci, quam Latini recte & ordine hanc doctrinam 5. locis Pſalmorum Dauidis firmauerunt. 40.& 41.eod.t.
librorum Ioſue & Ruth auctoritate firmatur. 33. tomo 2.
promulgatum & creditum fuit à Chriſtianis prioribus centum annis à nato Chriſto; & pro defunctorũ ſalute ſupplicandum fuit. 99.c.1.& 2.t.2.
aſſertum eſt, oblatum & oratum eſt ſecundo Eccleſię Chriſtianæ ſæculo pro fidelibus defunctis. 107.c.1.& 2.t.2.
in tertio ſæculo ſimile fecerunt. 107.c.2.& 108.eodem to.
in quarta ætate idem obſeruatum eſt. 109.c.1.& 2. 110.c.1.t.2.
in quinto ſæculo Eccleſia eandem Purgatorii doctrinam ſeruauit. 113.c.2.& 114.c.1.t.2.
ſæculi ſexti omnes Purgatorium crediderunt, & pro defunctis obtuliſſe & oraſſe. 121.c.2.& 124.c.1.t.2.
ſeptimi ſæculi Patres, id eſt, à Phoca ad Leontium Imp. eandem doctrinam confeſſi ſunt. 125. col.1.& 2. t.2.
octauo Eccleſiæ ſæculo idem obſeruatum eſt. 126.c. 2.& 127.c.1.t.2.
ſeculi noni patres in eadem fide & doctrina purgatorii permanſerunt. 128.t.2.
decimo Eccleſiæ ſæculo oblatum & precatũ eſt pro defunctis. 129.c.2.eod.t.
in ſeculo vndecimo & duodecimo doctrina Purgatorii firma permanſit. 130.c.1.& 2.t.2.
in 13.& 14. ſeculo eadem fides ſeruata eſt. 131.c.2.& 132.c.1.t.2.
15.& 16. ſeculi Doctores & Paſtores Eccleſiæ Chriſtianæ acceptam à maioribus doctrinam Purgatorii ſeruauerunt. 133.& 134.t.2.
Purgatorio vel precibus pro defunctis nullus omnino contradixit à Moſe ad Chriſtum. 194.c.2.t.2.
Purgatorii doctrinæ & precum pro defunctis, nullum in quatuor Euangeliſtis teſtimonium occurere quod repugnet. 195.c.2.& 196.c.1.t.2.
Purgandis animabus certus locus deputatus eſt. 24.25. 26.col.1.t.2.

Q

QValitatis & Quantitatis proprietates. 340. col. 1. tom.1.

R

quid RAbini tradunt deſignari nomine gladii, & flãmarum ardorem ignis. 29.c.1.& ſequ.t.2.
Rabbini cuiuſdam opiniones non obſtant quo minus populus Hebræorũ crediderit Purgatorium, & quin conſtituerit officium pro defunctis & pie ac religioſe fecerit. 210.c.2.& 211.c.1.t.2.
Rachel iniuriis aſperſa. 427.c.1.t.1.
Rebecca iniuriis aſperſa. 427.c.t.1.
Reliquias Sanctorum honeſte cuſtodiri, religioſeque coli debere. 566.c.2.& 467.t.1.
earundem contactu miracula quædam. 568.& 569. c.1.eod.t.
Remiſſio culparum & pœnarum temporalium non eſſe eadem. 87.& 88.t.2
hocque Purgatorium ignem maxime confirmare. 89 eod.tom.
Reſuſcitati ſunt multi ab Apoſtolis & viris Apoſtolicis 97.c.1.& 2.t.2.
quod ad probandum purgatorium maxime pertinet. ibid.
Romanus Epiſcopus de ſacris controuerſiis conſulendus. 328.c.2.t.1.

S

SAbbathum dies ſanctus dicitur. 335.c.1.t.1.
Sper Sacramenta vt per canales Deus gratiam ſuam in nos deriuat. 341.c.2.t.1.
Salomon tribus in locis, ex interpretatione Maiorum. agnoſcit doctrinam Purgatorii. 43.c.1.1.2.

res Sanctæ templi, vt vaſa, candelabra, thuribula, panes, veſtimenta, altaria, area, nuncupantur. 335. c. 2. t. 1.

Sanctus dies dicitur Sabbathum, item dies feſti ſancti, vaſa, candelabra, &c. quæ diuino cultui conſecrata. 335. c. 1. to. 1.

Sanctos complures iam in Paridiſo cœleſti receptos eſſe. 334. & 335. t. 1. vere iuſtos eſſe iuſtitia & gratia animis eorum inhærente, & omnes peccatorum ſordes vere expurgante: non externa ſola imputatione. 356. 337. 338 to. 1. iuſtificati non fuerunt ſola fide, nec in cœleſtem Paradiſum euaſerunt. 341. 342. t. 1.

Sanctus adhuc ſanctificatur. 340. c. 1. t. 1.

Sanctorum iuſtificatio perficitur infuſione gratiæ. 340. c. 2. t. 1.

bona eorum opera non ſunt peccata mortalia: non impedierunt quominus in cœlum peruenirent, quinimo eos illuc perduxerunt. 344. 345. t. 1 eorum animæ à corporibus ſeiunctæ natura ſunt immortales: ac vere exiſtunt in alio ſæculo. 361. 362. 363. t. 1. clara Dei viſione perfruuntur: non hanc beatitatem fide vel ſpe adhuc expectant: nec vlterius proficiunt vſq; ad vltimum huius mundi diem. 366. & ſeq. to. 1.

Sancti veteres qui ante Chriſti aduentum deceſſerunt in loca inferorum ſuſcepti fuerunt tormentis immunia. 376. c. 2. t. 1.

in Sanctis charitas perfecta in proximos perſeuerat. 533. tom. 1.

ſimulque nobiſcum iunguntur ſancta quadam communione. 533. cod. t.

in cœlo vident, intelligunt, ſciunt, & contemplantur, noſtras humanas miſerias. 536. & 537. to. 1. exaudiunt preces quas eis nuncupamus. ib. cod. t.

pro nobis orant & intercedunt apud Deum. 540. & 541. t. 1.

ſalutare ac fructuoſum eſt hominibus eos inuocare, 543. & ſeqq. t. 1.

eorum animas non ſolum honorandas, ſed & corpora & oſſa. 566. & 567. t. 1.

eorum reliquiæ ſunt pretioſæ. ibid. cod. t.

eorum meritis & precibus Deus multa beneficia tribuit hominibus. 553. c. 2.

in Cœlo, beato Dei conſpectu perfruuntur. 570. c. 2. tom. 1.

contemplatione & glorioſæ humanitatis Chriſti inenarrabili voluptate afficiuntur. 576. c. 2. cod. t.

Reſurrectionem corporum non eſſe incredibile 572. c. 1. t. 1.

in iiſdem numero corporibus, non alienis reſurgent, ibid. t. 1.

ſimulque coronabuntur in cœleſtibus. ibid. c. 2. cod. tom.

in Cœlis ſummam capiunt voluptatem ex conſortio & viſione Angelorum. 579. t. 1.

Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum aſpectu etiam oblectantur. 579. & 580. c. 2. cod. t.

ſeſe mutuo in Cœlis cognoſcunt. 580. cod. t.

Sanctorum corporibus dona quinque & munera collata. 581. t. 1.

eorum corpora quinq; præcipuos ſenſus ſuos, eoſdemque ſuis officiis fungentes retinebunt. 585. c. 2. & 586. c. 1. t. 1.

nullo cibo aut potu indigebunt, eorum corpora glorificata. 587. t. 1.

nec vllæ in eis deformitates aut imperfectiones erūt. ibid.

in Cœlis vna cum ordinibus Angelorum erunt. 587 tom. 1.

& cum eiuſdem corporibus & animis Deum perpetuis hymnis celebrarunt. ibid.

Sanctificati non ſumus ab vtero matrum. 380. c. 1. to. 1.

Sanguinis Chriſti virtus ac efficacia. 339. c. 2. t. 1.

per Sanguinem Chriſti Catholici vere, ſanctiſſime, cōſtantiſſimeque credunt peccata deleri. 228. tom. 2. Caluiniani vero multipliciter & fœdiſſime in hoc aberrant. 228. c. 2. & 229. c. 1. cod. t.

non ſolum teſtatur externis ſenſibus ſatisfactionem pro peccatis noſtris eſſe peractam; ſed & illam abſolute vereque perficere, 229. c. 2. & 230. c. 1. t. 2.

Satisfactionē particularem pro pœnis temporalib. quæ debentur peccatis neceſſariam eſſe, 214. c. 2. & 215. c. 1. t. 2.

vt participes efficiamur ſatisfactionis generalis per Chriſti paſſionem peractæ. 216. c. 1. t. 2.

Sedes Patris eſt cœlum. 334. c. 1. t. 1.

Sepeliri in locis Deo, & Sanctis eius dicatis non eſt ſuperſtitio. 143. c. 2. t. 2. ſed actus pietatis ac fidei, 144. c. 1. t. 2. plurimumq; defunctis vtile, ibid. c. 2.

Serueti & Spifanii ſeditiones, tumultus, incendia, ſtupra, homicidia, iconomachia, aliaque crimina 393. c. 1. tom. 1.

Simon Magus nititur, aduerſus D. Petrum, liberum arbitrium euertere. 378. c. 1. t. 1.

Simeonem iuſtum Prophetam fuiſſe. 456. c. 2. t. 1. & 457 cod. to. ſacerdotem nobiliſſimum honoratiſſimumq; in Iſraele. 457. col. 2. cod. tom. canticum quod cecinit merum eſt oraculum. 457. c. 1. cod. t. ex qua proſapia fuerit. ibid. c. 2.

Sophonias vno in loco ex interpretatione Sanctorum Patrum Purgatorium defendit. 54. c. 1. t. 2.

Spiritus ſancti hoſtes plurimi 269. c. 1. t. 1.

diuinitatem habet à Patre & Filio per æternam emanationem. ibid.

conſubſtantialis vtrique. 271. & 273. t. 1. vnica rerum cauſa, 273. c. 2. perſona. 275. c. 1. & 2. cod. t. in eo Pater adorandus. 277. c. 2. t. 1.

inuocandus. 278. c. 2. t. cod.

omniſciens & omnipotens. 281. c. 1. t. 1.

author boni, non mali. 283. c. 2. t. cod.

proprie Deus eſt. 286. c. 2. t. 1.

Apoſtolos & Euangeliſtas in gratia ſua confirmauit. 290. 291. c. 1. per verbum Dei & Sacramenta efficaciter operatur. 298. c. 2. t. 1.

Eccleſiam perpetuo ſeruat & docet. 303. & 304. c. 2. tom. 1.

permittit quoſdam à gratia ſua excidere. 317. c. 1. & 2. 320. c. 1. t. 1.

non ſtat cum peccato. 322. c. 2. t. 1.

non ſanctificat paruulos ex vteris matrum 324. c. 1. & 2. t. 1.

Spiritus Sancti dona ſunt qualitates ſpirituales. 340. col. 1. t. 1.

Spiritus omnes qui vere ſunt in cœlis ſancti ſunt. 334. t. 1.

beati

beati Spiritus pro nobis orant & intercedunt apud Deũ 540.& ſeq.t.1.
fructuoſum & ſalutare eſt hominibus eos inuocare. 543.& ſeq.eod.t.
Spiritus multorum hominum ex altero ſeculo redierunt, & doctrinam Purgatorii probauerunt. 92.& ſeq.
Sybillarum vaticinia de muneribus admirandis, quæ Deus collaturus eſſet in matrem ac nutricem ſuam. 505.c. .& 2.
Symbolum fidei nihil quicquam facit aduerſus Purgatorium. 199.c.1.t.2.
Syriaci Chriſtiani precantur & offerunt pro defunctis, 20.c.2.t.2.

T

TAraſii Patriarchæ oratio ad B. Mariam Virginem, 523.c. .tom. .
Templi candelabra, thuribula, panes, oleum, veſtimenta, altaria, arca templi, res ſanctæ nuncupantur. 335.c. 1.t. .
Tertullianus aſſerit Purgatorium eſſe verſus centrum terræ.26.c.2.t.2.
S. Theodoretus qui circa annum 400. & 500. floruit Purgatorium credidit.75.c. .t.2.
Tobiæ iunioris Angelus Raphael apparet ipſi.475.col. 2.tom 1.
Tobiæ liber ſanctus & canonicus eſt. 36. colum.2.37. tom.2.
in eo commendantur eleemoſynæ pro defunctis.39. eod.tom.
Trinitatis vox è ſcripturis deducta.12.c.2.t.1.
credenda & confitenda.13.c.1.& 2.t.eod.
inuocanda.17.c.2.t.1.
adoranda.20.col.2.t.1.
eius vnica & ſimplex eſſentia.22.c.1.& ſeq.t.1.
vnicum rerum principium.37.c.2.t.1.
eadem operatio ad extra.38.t.1.
quibuſdam Philoſophis & Sybillis cognita. 16.c.2. tom.1.
ab Angelis colitur.21.col.2.t.eod.
vnicus Spiritus, non triplex.27.c.1.t.1.

V

VEritas Deo intime ac eſſentialiter competit.59.c. 2.t. .
nec poteſt ab eius verbis aut promiſſis vnquam abeſſe.ib.& ſeq.t.1.
Vermilii patria, profeſſio, inceſtus, ſacrilegia, 394.c.2. tom.1.
Virginitatem & integritatem Dei-paræ pernegauit. ib.
Vicarium ſemper fuiſſe ſub Chriſto, caputque miniſtrale & ſubordinatum in Eccleſia Catholica. 211.c.2.& 2.2.c.1.t.2.
Virginum aureola, ſignificatur per theſaurum abſconditum; & per arcam fœderis.584.c.1.t.1.
Voluntas Dei non tollit libertatem arbitrii, aut contingentiam rerum.65.c.2.& ſeq.
Vualdenſes ſynceram Euangelii doctrinam ſectatos non fuiſſe.17 .c.2.& 172.c.1.t.2.

Z

ZAcharias Propheta refert verba boni Angeli ſecum colloquentis.475.c.2.to.1.
tribus in locis Purgatorii doctrinam defendit, ex Sanctorum Patrum interpretatione.41.c.1.t.2.
Zuinglius primus ſacramentarias Berengarii hæreſes ſuſcitauit.394.c.2.t.1.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-3

Digitized by Google